BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III.
RACCOLTA
VILLAROSA
F
102
NAPOLI

Due giornate volte ad avere il Capitolo
[illegible] &c

[illegible]

[illegible]

Ex Biblioth: de Rosy

Digitized by Google

PRACTICAE
OBSERVATIONES
CIVILES, CRIMINALES, ET MIXTAE.

Digitized by Google

Digitized by Google

597771 Rau VII F.102

PRACTICAE
OBSERVATIONES
CIVILES, CRIMINALES, ET MIXTAE,

AUTHORE

FRANCISCO MARADEI

J.C. ET ADVOCATO NEAPOLITANO.

In quibus Quæstiones in Foro, & in universo Jure frequentes, & valdè controversæ pertractantur, & enodantur.

Illustratis quoque, & declaratis ordine Alphabetico selectioribus Regiis Sanctionibus Regni Neapolitani; additis etiàm Rebus judicatis Supremorum Tribunalium, Responsis, & Consultationibus insignium, & celeberrimorum Juris-Consultorum, ac Magistratuum, qui in eodem Regno floruerunt.

HIS ACCEDIT

Famigeratus Tractatus de Regia Visitatione ad usum Regis Catholici,

D. HIERONYMI CAYMI

PATRITII MEDIOLANENSIS,

Et in Supremo Italiæ Consilio olim Regentis;

Cum luculentissimis Authoris Adnotationibus, & Observationibus, cujus studio, & diligentiâ nunc primùm publicâ luce Posteritati traditur.





NEAPOLI, Ex Typographia Felicis Mosca. M.DCC.IV.

SUPERIORUM PERMISSU, ET PRIVILEGIO.

Bibliothecae de Rosa
Cas. 119



Digitized by Google

DIVO FRANCISCO
D E P A U L A
MINIMORUM FUNDATORI

FRANCISCUS MARADEI.



Uid mihi cum munere negotii est, vereor ne dicere occipias, FRANCISCE A' PAULA, *præsidium, ac dulce decus meum; cum hanc obsequentis animi mei significationem, tuis tamen imparem meritis, & voluntate nostrâ, quâ tuis obsequiis addicti sumus, inferiorem, ex alto, nempè è Divinitatis Throno, ubi cum reliquo Cœlitum comitatu,* ALTISSIMI *famulatui adsistis, despicere dignaberis: Neve pertentatam officio humilitatem, aut donis tuam paupertatem putes. At munusculum non est tanti, ut indigentiam hilum juvare quidem, vel explorare humilitatem possit: Imò quemadmodum mortalium religiosissimi, donariis, votisque Divorum rebus in dubiis opem, indulgentiamque sibi conciliare parant, Nos quoque, ut veneratio, cultusque ergà Te noster, qui hactenus domi delituit, palam testatior fieret, ac patrocinium à Te ad hos nostros qualescumque labores à Criticorum dicteriis, censorioque stylo tuendos impetraremus, sub Nominis tui tutelâ ad lucem publicam venire curavimus eâ fiduciâ, quâ tutelam tuam experti sæpiùs, eam Nos tanto in discrimine deserturam, non vereremur. Quid enim, si lubet, hoc non præstes; aut non arrideat, cum sis summè pius. Hoc ne arduum putes? si in aëre, veluti abdicatâ mole corporis, & sui juris jam factus animus, ut Domino propior fieret suo, & leges pro novo Cœtu acciperet, tot horas Te pendulum tenuit, donec clauso triclinio advenientes Socii ad prodigium obstupescerent, ac penè animi deliquio laberentur. Imò, si Inanimum tua sentit imperia, & saxum immane, dum rivulo obsistit*

(is

(is erat deducendus extructi Cœnobii usibus) cum Tu, ut decederet imperasti, ad Damasceni modum limi, sensus induit, & auditâ voce digreditur, ac mutilo corpore accelerat iter. Quid verò de novo sulcandi maria invento dicam! expanso super undas pallio, veluti firmâ rate uteris, & unà tuis cum Sociis, contempto Scyllæ latratu, è Brutiorum littore solvens, Siciliam, & perterrefactos prodigio Mamertinos appulisti: Nec tamen expedit mihi in his blandiri, ut me falsâ spe producam, quasi mare magnum portentorum, ad quæ Omnipotentis Dei dexteram auxiliantem huc, illuc, modò ad animorum, modò ad corporum opem tuâ pietate admovere potueris; iis omnibus, quæ ad tanta percurrenda gestorum spatia opus essent, instrumentis penè destitutus sine temeritatis nota percurrere valeam. Contrahenda sunt igitur mihi vela, ne rerum magnitudine obruar, & præ sedulitate mea moderationi tuæ nimius videar: nec facula jubar tuum, quo Cœlo micas, juvare, nec dissona vox concentus, quibus per Orbem cantaris, potest. Hoc meliùs præstant Alumni tui, qui lectissimis moribus, sapientiâ, præstantique Monasticæ austeritatis studio meritis laudibus psallentes Tibi legislatori coronas decoris intexunt, & pretium ut hoc meum humile obsequium unà cum oblato munere sit Tibi commendatissimum, reposcunt.

Digitized by Google

ILLUSTRISS.MO E REVERENDISS.MO SIGNORE.

FRancesco Maradei Avvocato Napolitano espone à V. S. Illustriss. che intende dare alle Stampe un Libro legale intitolato: *Observationes Practicæ, &c.* Per tanto priega V.S.Illustriss. commetterne la revisione à chi meglio le parerà per ottenerne la licenza dell'impressione; Ut Deus.

Illustriss.& Reverendiss.Dominus D.Andreas de Aquino Episcopus Tricaricensis dignetur Opus prædictum revidere, & in scriptis referre. Neap. 8. *Augusti* 1703.

JANUARIUS DE AURIA VICARIUS GENERALIS.

D. Petrus Marcus Giptius Canonicus Deputatus.

ILLUSTRISS.ME, AC REVERENDISS.ME DOMINE.

INjunctam mihi Provinciam perscrutandi amplissimi J.C. & Advocati Neapolitani Francisci Maradei Librum, cui titulus: Observationes Practicæ casuum civilium, criminalium, & mixtorum, &c. *eam omnem nullâ defatigatione pervagatus sum; Tot enim solatia mihi per concinnè appositas ex præclarissimis Authoribus suis locis definitiones excurrenti occurrebant. Hinc quià nihil in eo offendi Religioni, pietati, bonisque moribus dissonum, si placet, luce publicâ dignissimum reor. Neap. die* 1. *Maii* 1704.

Dominationi Tuæ Illustriss. & Reverendiss.

Addictissimus Servus
ANDREAS EPISCOPUS TRICARICENSIS.

Attentâ supradictâ relatione Illustriss. & Reverendiss. Domini Episcopi Tricaricensis, quod potest imprimi; Imprimatur. Neap. 1. *Julii* 1704.

JACOBUS MARIA EPISCOPUS MASSÆ VIC.GEN.

D. Petrus Marcus Giptius Canonicus Deputatus.

ECCEL-

ECCELLENTISSIMO SIGNORE.

FRancesco Maradei Avvocato Napolitano supplicando espone à V.E. che intende dare alle Stampe un Libro legale intitolato: *Observationes Practicæ*, &c. Per tanto supplica V. E. commetterne la revisione à chi meglio le parerà per ottenere la licenza dell' impressione; Ut Deus.

Magnificus U J.D.& Regius Consil.D.Flavius Gurgo videat, & in scriptis referat.

GUERRERO R. BISCARDUS R.

Provisum per S. E. Neapoli die 8. Augusti 1703.

Lombardus.

EXCELLENTISSIME PRINCEPS.

I*Mperiis E.V. obtemperans legi Librum, cui titulus* : Observationes Practicæ casuum civilium, criminalium, & mixtorum, &c. *Authore Francisco Maradei J.C. & Advocato Neapolitano; accuratissimum Opus, Foroque, præcipuè nostro, pernecessarium: Siquidem quæ post memoriam amplissimi, celeberrimique Regentis Scipionis Roviti novæ Pragmaticæ Sanctiones ad novos vitiorum conatus reprimendos perspicaci providentiâ, & ad tuendas rerum commutationes latæ erant, ad lucem antecedentium his explanationibus accessere. Insuper Tractatum de Regia Visitatione à præclarissimo Supremi Rerum Italicarum apud potentissimum Regem Catholicum Consilii Regente Hieronymo Caymo Mediolanensi elucubratum, doctissimisque observationibus ab hujus Libri Authore ornatum, ditatum legi. Legi & Responsa præcipuorum Jurisconsultorum, qui nostro ævo eloquentiæ, ac Jurisprudentiæ famâ claruere. In quo veterum præclarorum Pictorum artificium Authbor mihi visus est æmulari; Illi siquidem in atrio inter laudatissimos pennicillos suos labores collocabant, ut cum unà omnes commendarentur, cæterorum gloriam æquarent. Nihil in universo Opere quod Juri Regio detrabat, nihil quod bonos mores lædat. Proindè mea est sententia, ut typis meritas laudes assequatur. Neap. die 24. Junii 1704.*

E. V.

Obsequentissimus Cliens
FLAVIUS GURGO.

Visâ suprascriptâ relatione Imprimatur; verùm in publicatione servetur Reg.Pragmatica.

GASCON R. BISCARDUS R. ULLOA R.

Provisum per S.E. Neap. die 28. Julii 1704.

Lombardus.

Digitized by Google

ARGUMENTORUM
ELENCHUS.

Quæ continentur in hoc Practicarum Observationum Opere.

OBSERVATIO PRIMA.

Abolitio generalis quomodo differat à speciali, & an concedatur respectu bonorum, quæ fuerunt occupata occasione popularium commotionum; & an detur actio ad pretium Emptoribus bonorũ Rebellium, Hæreticorum, vel Exulum secuta restitutione bonorum facta per Principem pro bono pacis. Damna passa circa demolitionem domorum instrumentis bellicis, occasione tumultus, num sint reficienda, refertur casus decisus per S.R.C. Depositarius an teneatur de furto commisso in pecunia depositata subtracta à Populo tumultuante. Gratia, seu Indulgentia an possit per Principem concedi cum clausula obtinendi Partis concordiam infra certum tempus; & quid concurrente causa publica; & quid fuerit servatum occasione abolitionis generalis concessæ à Celsitudine D.Jo:de Austria de Anno 1648. Indultus an porrigatur ad delicta antea commissa, non tamen deducta tempore concessionis, & num dicto beneficio potiatur vulnerans ante indultum, secuta morte post indultum. Barones an habeant cognitionem causarum indultus. Opinio *Mastrill.* in dubium revocatur, & de aliis pluribus notabilibus ad materiam pertinentibus.

OBSERVATIO II.

Abolitio generalis causa est multitudo delinquentium. Abolitio generalis num comprehendat damnatos per sententiam; Gratia Principis num debeat concedi secundùm stylum Principis concedentis; Indultus cõcedens dilationẽ debitoribus, num comprehendat debita futura, vel debitores census, vel Regiæ Curiæ, vel ex causa alimentorum, vel ex causa Annonæ, & de aliis notabilibus.

OBSERVATIO III.

Remissio Partis an exquiratur ad hoc, ut reus fruatur generali abolitione in casibus, in quibus accusatio non fuit in judicio instituta. Ponderantur verba Indultus, *dummodo adsit remissio Partis*, Occurritur *decis.72.Reg. Capyc.Latr.* & defenditur *Mastrill.* cujus opinio comprobatur Rebus judicatis.

Indultus pendente tempore ad obtinendam Partis remissionem habet vim Guidatici; Crimina graviora, quæ excipi solent à generalibus abolitionibus, quæ sint, & quando excepta censeantur, exceptis cæteris atrocioribus; declarantur *Tiber.Decian.Petr.Foller.* & *Reg.Reverter.* Argumenta *Reg. de Marinis* non recipiuntur. Homicidia proditoria, quæ dicantur, cum cæteris aliis notabilibus ad materiam pertinentibus.

OBSERVATIO IV.

Barones an teneantur contribuere, ut Bonatenentes pro bonis allodialibus, & quid pro animalibus pascua sumentibus in territoriis feudalibus: Barones, & conductores fructuum feudalium, num sint immunes pro eorum usu, & dicta immunitas, num extendatur ad famulos custodientes animalia; quid in

Camerario, Bajulo, & Magistro Justitiario; Bonatenentis num sit solvenda per Barones pro rebus, quæ venduntur in hospitiis; & quid in molendinis ædificatis, vel emptis in territorio burgensatico feudi; & quid in bonis reddititiis, seu gentilitiis: & an exigatur executivè; Jus fidæ, & diffidæ competens Baroni super defensis Universitatis an extingui, & resolvi possit per alienationem Defensarum; & an tale Jus fidæ acquiratur per immemorabilem; Metus an præsumatur inter Universitatem, & Baronem, Barone existente in pupillari ætate; affertur singularis decisio *Rot. Roman.* cum aliis ad materiam pertinentibus.

OBSERVATIO V.

Appellatione prohibita reo, an censeatur prohibita Fisco, vel Actori; & quid quando Statutum tollit appellationem; vel reclamationem ob publicam utilitatem; Restitutionis in integrum remedium num censeatur sublatum, sublato remedio reclamationis, refertur casus decisus per Coll.Cons.

OBSERVATIO VI.

Barones habentes privilegia cũ *fluminibus*, *venationibus*; *& piscationibus*, num possint prohibere Vassallis venationem in fluminibus publicis, & venationem in sylvis: Concessio *cum herbagiis*, *& aquis*, quid importet; Et quid importet clausula, *cum montibus*, *planis*, *& pascuis*: Explicatur *Pragm. Reg. Ferdin. I.* Sententia lata cum principali contradictore, an noceat tertio citato, qui in Judicio non comparuit: Tertius an possit appellare, sive in integrum restitutionem petere, afferuntur distinctiones: Tempus appellandi, & petendi in integrum restitutionem, quando, & à quo die currat tertio: Affertur singulare responsum Domini Regii Consiliarii, & Regalis Patrimonii Advocati *Francisci ab Andrea*.

OBSERVATIO VII.

Compromissa an possint fieri in causis criminalibus: referuntur causæ in quibus compromissa fieri prohibentur; laudum latum super re feudali à Partibus acceptatum, num sustineatur in vim pacti; Sententia *Authoris* proponitur pro quæstionis resolutione, & traditur cautela, ad hoc, ut assensus super laudo confirmet compromissum nullum ex defectu assensus: Cautela renunciandi in compromisso nullitatibus adversus laudum proponendis, non tuta in praxi demonstratur, & refellitur opinio *Dom. de Luca in meliorat. Dom. Reg. de Marin.*

OBSERVATIO VIII.

Homicidium commissum cum sclopo rotato, num dicatur proditorium: Delicta proditoria fictione Juris habentur uti appensata, quia proditio non potest esse sine appensamento: Armorum gestatio, quando confunditur cum delicto potest transire in crimen *legis Juliæ de vi publica*: Conatus effectu non consumato, non punitur pœna ordinaria ex generali consuetudine totius Mundi: Et quid quando Statutum puniret conatum: Et quid non concurrente qualitate facinorositatis.

OBSERVATIO IX.

Assecurationis Instrumenta num habeant paratam excutionem, & ex quibus exceptionibus impediatur exe cutio: Assecurationis contractus num mereatur executionem, non verificata conditione, sub qua fuit celebratus, & num reddatur nullus, quando ille in cujus beneficium fuit facta assecuratio sciebat naufragium jam cęptum: Et quomodo probetur, vel præsumatur scientia; Assecuratio num intelligatur de periculo futuro, vel de pręterito: Exornatur articulus cum decisione S.R.C. pro resolutione quæstionis.

OBSERVATIO X.

Baro quando dicatur habere titulum, & possessionem coquendi panem in suo furno Baronali cum Jure prohibendi: Jus prohibendi accessum subditis ad coquendum ad alienos furnos, num inductum censeatur ex correspectiva cõventione inter Baronem, & Vassallos, ubi decisio *Sac. Rot. Roman.* pro quęstionis resolutione.

OBSERVATIO XI.

Explanatur num Vassallis denegantibus Baronibus subjectionem, seu servitio-

rum

rum præstationem, dicantur Barones privati quasi possessione, ità quod veniat decernendum, quod interim abstineantur: Praxis providendi, quod *Barones abstineant* in iis, quæ habent Juris resistentiam comprobatur novissimis rebus judicatis per S. R. C. Baro qui habet facultatem eligendi Syndicum unum ex duobus nominatis non potest eligere personam non comprehensam in nominatione,& affertur novissima determinatio Collat. Conf.

OBSERVATIO XII.

Barones num prohibeantur ædificare,vel reædificare Casalia, & Terras in locis dirutis,& dishabitatis absque Proregis assensu: Et quid quando Baro vellet ædificare ad æmulationem.*Abb.*opinio adducitur pro quæstionis resolutione.

OBSERVATIO XIII.

Repræsalias concedere potest Supremus Princeps, qui potest indicere bellum, & pacem facere. Repræsaliæ conceduntur data hostilitate inter Principes, absque distinctione fidelium,vel infidelium. Sequestrum per viam repræsaliarum factum contra subditos alterius nationis, an comprehendat illius subditos originarios effectos incolas: Debitores num possint solvere committentibus crimen perduellionis: Cautela fundandi majoratum ad Fisci exclusionem ante cogitationem delicti perduellionis ab hærede perpetrandi refertur; & comprobatur in Regno quampluribus exemplis rerum judicatarum.

OBSERVATIO XIV.

Voti propalatio non potest fieri à Judicibus, nec verbis, nec signis etiam post causam decisam, nisi propalatio fieret Proregi, & refertur praxis privationis officii ob voti propalationem: Votorum paritate suborta in Coll. Conf. in causis criminalibus solet Prorex dirimere votorum scissuram ad favorem rei, quod non servatur in causis civilibus; & afferuntur novissima exempla.

OBSERVATIO XV.

Consiliariorum quatuor vota conformia requiruntur in Sac. Conf. quando agitur de reformando, vel infirmando decreto Aulæ criminalis M. C. V. in quo interfuerunt in votando duo Consiliarii capita Aularum; Sententia lata per duos Consiliarios in causa ultra summam ducatorum biscentum, an sustineatur pro summa infra ducatos biscentum: Adjuncti dati ad supplendum legitimum numerum Judicum, num dicantur Judices ordinarii, vel Delegati; Et quid in Judicibus datis ad dirimendam paritatem.

OBSERVATIO XVI.

Prorogatio num inducatur per Judicem procedentem in contumaciam contra non subditum; Et quid si Judex non sit penitus incompetens,sed ope exceptionis; Et quid in Consiliario, qui in causa processit usque ad sententiam inclusivè pendente quæstione de Commissario; refertur decisio S. C. ubi de aliis.

OBSERVATIO XVII.

Restitutionis in integrum beneficium semel concessum, vel denegatum an possit iterum postulari per alium litis cōsortem pariter privilegiatum in eadem causa; laudatur *Fontanell.* extollentem *Cabedum*. Et quid in tertio veniente ad causam post sententiam cum interesse penitus separato. Nullitates per viam exceptionis adversùs sententias Supremorum Tribunalium, num sint proponendæ infra sex dies, quemadmodum servatur in decretis interlocutoriis,vel diffinitivi vim habentibus, Declaratur *Pragm.8.in* §.3.*&* 4.*de dilat.* Defenditur novissima determinatio Collat. Conf. quæ pugnare videbatur cum *Pragm.4. sub eod.tit.* Nullitates habentes admixtum spolium, an possint proponi elapso decenio;Et quid quando cum nullitatibus cumularentur attentata; Nullitatis remedium an recesserit ab Aula in Tribunalibus Ecclesiasticis Romanæ Curiæ,ubi est usu receptum possessorium summariissimum manutentionis; & de aliis similibus ad materiam pertinentibus.

Digitized by Google

OBSERVATIO XVIII.

Agitur de pęna extractionis monetæ exterę, vulgo *Zecchini*, & de corpore delicti quomodo probandū in hoc crimine; & quando hoc crimen consumatum censeatur.

OBSERVATIO XIX.

Statutum puniens auxilium præstantem delicto, num intelligendum sit de auxilio cooperativo ante delictū, vel etiam de auxilio post delictum. Pœna mortis inflicta contra expendentes apocas falsas, ad hoc, ut habeat locum, num requiratur scientia in expendente per Fiscum plenè probanda, & de aliis.

OBSERVATIO XX.

Gratia redacta in *Prag.* 34. *de feud.* ad hoc, ut habeat locum requiritur, quod feudum sit antiquum, & hæreditarium, & quod succedens sit de comprehensis in investitura primi acquirentis: Feudum esse antiquum quomodo agnoscatur: Feudatarius an possit virtute *Gratiæ* evertere, vel mutare naturam successionis. Discutitur num *Gratiæ* redactæ tam in *Pragm.* 33. quàm in *Pragm.* 34. comprehendant officia, & subfeuda plana, & de tabula; defenditur *Montan.* ab impugnationibus *D. Rodoerii in Comment. ad Pragm.* 33. *de feud.* cujus rationibus occurritur.

OBSERVATIO XXI.

Proponitur quæstio num pœna pecuniaria ducatorum mille imposita contra immictentem ictum scopictæ exigi possit, quando reus fuit damnatus pœna extraordinaria. Pro quæstionis resolutione, transcribuntur vota *Reg. Jo: Franc. Marcian. Senior. & Consil. Petri de Fusco*, & adducitur determinatio S.C.

OBSERVATIO XXII.

Privilegium Regii assensus sigillatum cū dispensatione, *lapsu temporis non obstante*, num operetur in præjudicium tertii. Sigilli fides, vel probatio per testes an sufficiat ad probandum assensum combustum, vel deperditum.

OBSERVATIO XXIII.

Explanatur questio an pena ordinaria delicti, ad hoc, ut possit practicari in delictis cum armis igneis contra auxiliatores, & opem præstantes, constare debeat delictum patratum cum scientia, vel consensu auxilium præstantium; & num Statutum puniens auxiliatores comprehendat consulentem, instigantem, vel inflammantem; Et quid homicidio subsecuto pluribus accedentibus ad violentiam inferendam. Exornatur *textus in l. quoniam multa facinora, C. ad l. Jul. de vi publ.* ex *decis.* Sac. Cons. Altiùs examinatur articulus, num M.C. Vicariæ habeat privativam & abdicativam jurisdictionem in subditos Tribunalis Præfecti Classium delinquentes cum armis igneis intus hanc Civitatem ad explicationē *Prag. Comitis de Villamediana editæ sub die* 15. *Novembris* 1650. & *literarum Regalium* Philippi II. Regis. Referuntur exempla, quæ prodierunt super observantia dictæ *Reg. Pragm.* & num illius dispositio vindicet sibi locū in delictis paratis cum armis igneis per Vassallos Baronum in locis ubi degunt Tribunalia Regiarum Audientiarum, & refertur casus decisus.

OBSERVATIO XXIV.

Adohæ taxa num possit suspendi, vel minui in hoc Regno absque Regis jussione. Suspensio fiscalium emanata ad beneficium Universitatis, an comprehendat causā habentes ab Universitatibus, vel debitores obligatos contemplatione Universitatis. Proponitur quæstio num vendito feudo cum onere adohæ, quæ post emptionem aucta fuit ex causa tamen de præterito experiri possit emptor actione quanti minoris contra venditorem, & an actio de Ædilitio edicto procedat vendito feudo. Quæstio resolvitur per præstantissimum responsum *Reg. D. Seraphini Biscardi*, allatis quoque exemplis rerum judicatarum.

OBSERVATIO XXV.

Examinatur an *Pragm.* 2. *de jurisd. non turband.* processerit per viam legis generalis, & an jurisdictio civilis comprehendat omnes casus præter illos tres à *Pragm.* exceptos; commemoratur decisio facta in causa Archiepiscopi Tarentini cum Serenissima Regina Poloniæ,

loniæ, & contraria determinatio lata inter Eccleſiam, & Capitulum de Bario, refertur: Extolluntur lauda lata inter Epiſcopum Policaſtren. & illius Civitatis Comitem ſuper cōtroverſiis Juriſdictionalibus ſuper Terra Turris Urſajæ, & de cæteris ad materiam.

OBSERVATIO XXVI.

Controvertitur qua pœna ſint afficiendi maritus, & uxor convicti de adulterio per Uxorem commiſſo marito conſentiente, & qua pœna veniat coercendus vir confeſſus occidiſſe adulteros non deprehenſos in ipſo actu adulterii. Illuſtratur articulus per celeberrimum illum Advocatum rerum criminalium *Fulvium Danesium*; ubi de cæteris ad materiam.

OBSERVATIO XXVII.

Quæritur an magis credendum teſtibus peritis in numero majoribus; & an ſit credendum teſtibus adverſantibus Judicio Peritorum.

OBSERVATIO XXVIII.

Militares Judices num hodiè procedant cum clauſula *privativè*, *& irritativè* quoad Judices ordinarios, & num cautio præſtita per Militem in Curia Baronali poſſit exigi per eandem Curiā, vel per Regiam, ad quam fuit cauſa devoluta; Et quid in militibus offendentibus aures M. C. V. vel petentibus remiſſionem poſt ſententiam, vel in actu illius publicationis, vel executionis; Et quid in militibus aſſumentibus militiā in fraudem creditorum; & de aliis.

OBSERVATIO XXIX.

Declaratur, & interpretatur decretum generale Regię Junctę per aliud decretum latum per S. C. & referuntur deciſiones, & de aliis.

OBSERVATIO XXX.

Ponderatur *Pragm.* 44. *de monet.* & num ſcientia requiſita in expendente ſit plenè, & concludentèr per Fiſcum probanda; & num delictum in genere contra expendentes, vel auxilium præſtantes in tonſione monetæ ſit probandum non obſtante probatione corporis delicti contra principales Fabros, & num Judex poſſit devenire ad pœnam ordinariam poſita incertitudine inditiorū indubitatorum, vel ſatis urgentium: Refertur caſus diſcuſſus in Coll. Conſ. cum votorum ſciſſura circa declarationem inditiorum ſatis urgentium; & de aliis.

OBSERVATIO XXXI.

Agitur de pœna mortis ſtatuta contra auxilium præſtantes Servis, ſeu Mauris aufugientibus ab hac Civitate; & de pœna Juris communis contra ſcienter celantes ſervos; & de cæteris.

OBSER. XXXII. & XXXIII.

Jus portus an ſit de Regalibus, quoad Juriſdictionem, & protectionem, & de duplici differentia vectigalium ex portu provenientium, & de commercio cum ſubditis Provinciæ unitæ, ſeu Hollandiæ: Afferuntur verba *Michael Baudran. & Famian. Strad.*

OBSERVATIO XXXIV.

Protocolla quomodo ſint conficienda, & regiſtranda, & quomodo conſervanda penès Notarios ſucceſſores: & quid in Schedulis, Cartis, & Faſciculis: & an protocolla reperta penès Partem, vel penès tertium fidem faciant; & quomodo in Regno copiæ ſint extrahendæ; & de aliis.

OBSER. XXXV. & XXXVI.

Banci publici quomodo aperiantur, & an Creditores Banci, ex cauſa depoſiti præferantur Creditoribus hypothecariis ejuſdem Banci; & an depoſita penes Ædes ſacras ſint regularia; Refertur noviſſimum diſſidium inter creditores hypothecarios Banci Sanctiſſimæ Annunciatæ hujus Civitatis, cum cæteris ad materiam pertinentibus. Pœna mortis nō plectantur Nummulari, ſeu Capſerii convertentes in uſum proprium pecuniam Bancorum, tam Jure communi, quam Regni attento: & quid in facientibus introitus vacuos; & num remiſſione, pace, ſeu tranſactione inita inter accuſatorem, & reum ſit locus pœnæ ordinariæ, vel extraordinariæ ad Fiſci inſtantiam, & num Nummularii, & alii officiales Bancorum delinquentes in adminiſtratione gaudeant Indultu. Articulus reſolvitur cum noviſſimis deciſionibus.

Digitized by Google

OBSERVATIO XXXVII.

Regii Officiales num prohibeantur recipere beneficia Ecclesiastica à Sede Apostolica inconsulto Rege: & quid in dignitate Cardinalatus, & de aliis.

OBSERVATIO XXXVIII.

Examinatur an acta facta per Doctores exercentes officia sine approbatione Regiæ Junctæ irrita reddantur,& num sustineantur ex dispositione *text. in l. Barbarius, ff. de offic. Prætor.* Adducuntur distinctiones ad interpretationem statuti loquentis per verba negativa; & de cæteris.

OBSERVATIO XXXIX.

Commissarii Campaneæ num possint remittere carceratos ad Barones inconsulto Regente superintendente Cāpaneæ, & num Regens M. C. V. possit mandare rei carcerationem absque voto unius Judicis.

OBSERVATIO XXXX.

Officiales Regii prohibentur esse hæredes fiduciarii; & num eorum famuli, filii, & conjuncti usque ad quartum gradum possint tenere procurationes particularium.

OBSERVATIO XXXXI.

Ad interpretationem *Regiarum literarum*, quibus fuit declaratum officia, quæ sunt de Regalibus S. M. quamvis concessa pro hæredibus, & successoribus in perpetuum,& in burgensaticum non posse alienari absque assensu. Nec in iis successionem deferri, nisi juxta Regni Constitutiones,& Gratias eidem Regno concessas circa successionem in bonis feudalibus. Articulus illustratur per Dominos Consiliarios *Franciscum de Andrea, & Petrum Fuscum*.

OBSERVATIO XXXXII.

Judex,seu Commissarius Generalis Campaneæ exercens suam Delegatam jurisdictionem sibi demandatam in Provincia Terræ Laboris hujus Regni, num procedendo ultra limites suæ Jurisdictionis reddat sententiam, & acta nulla; & num ejus Jurisdictio reddatur prorogabilis;ad quam rationem possit exigere salarium, sive dietas in negotiis commissis ad Partium instantiam, an possit formare novas cohortes;concedere guidatica;& impartiri licentiam arma deferendi; & num teneatur ad observantiam *Pragmaticarum sub tit. de Munerib.* & de aliis.

OBSERVATIO XXXXIII.

Resolvitur quæstio, num reddatur nullus ex defectu Jurisdictionis processus fabricatus contra Officiales perpetuos absque ordine S. M. & refertur praxis sanandi processus; & an Proreges prohibeantur informationem capere de homicidiis commissis per Officiales perpetuos; & an M C. & Reg. Aud. Provinciales possint procedere contra Regios Assessores locorum Demanialium inconsulto Prorege.

OBSER. XXXXIV. & XXXXV.

Altiùs examinantur indicia indubitata tam inspecto Jure communi, quam *Reg. Pragm. 12. de offic. Judic.* & differitur an indicia sint magis tuta, quam probatio resultans ex confessione rei, vel ex testium depositionibus; *Roviti decisio* in dubium revocatur cum *Basilic.* cum quo concurrit sensus *Autboris* cum distinctione,& afferuntur decisiones, tam antiquæ, quàm recentiores. Discutitur cur solum Tribunalia Collegiata,& non Judices inferiores Regni valeant devenire ad pœnam ordinariam ex indiciis indubitatis, & num sit præheminentia Supremorum Tribunalium condemnare reos ad pœnam extraordinariam triremium ex violentis præsumptionibus, & quid servet praxis.

OBSER. XXXXVI. XXXXVII. XXXXVIII. XXXXIX. & L.

Revocatur in dubium,num M.C.V. possit procedere absque querela in injuriis verbalibus, & num possit expedire citationem *ad informandum* absque causæ expressione, & num citatus *ad informandum* possit capi de persona pēdente termino ad appellandum; & an, & quando admictatur recursus à futura captura. An decretum, quod *rei exulant, vel solvant*, possit interponi per M. C. V. & quid in Curiis Baronalibus, & quæ clausula sit adjicienda, ut validè proferatur tale decretum; & num carcerati appellatione pendente

sint

sint amovendi à carceribus, in quibus reperiuntur.

OBSERVATIO LI. & LII.

Agitur de praxi Judicii præventionis, & num possint expediri provisiones superlessoriales adversus executionē Instrumentorum, & obligationum penès acta, quando cessit dies solutionis; & num comparitiones *de fero* adversus Instrumenta liquidationum admictantur, non comparentibus personalitèr debitoribus citatis.

OBSERVATIO LIII.

Enumerantur casus in quibus Tribunal R. C. Summariæ est Judex competens, & num possit cognoscere de causis inter Partes nullo existente Fisci interesse; & quid Partibus consentientibus.

OBSERVATIO LIV.

Appellatio à Curia Artis Serici in causis civilibus est interponenda ad S.C.& in criminalibus ad M. C. V. & discutitur ad quæ crimina extendatur jurisdictio Curiæ Artis Serici, vel Artis Lanæ; & an sufficiat solus titulus ad tribuendum jurisdictionem,& num possit forus à singulis subditis renunciari, cum cæteris ad materiam pertinentibus.

OBSERVATIO LV.

Prælatio in feudis an concedatur filio infanti illam petenti vivo Patre, qui feudum vendidit, & elapso anno à die vēditionis feudi, si proponatur pecuniam filio pervenisse ab eodem Patre virtute simulatæ maternæ donationis, & resolvitur articulus ex decisione Sac. Reg. Conf. Prælationis articulus an sit decidendus ante traditam rei possessionem, affertur determinatio Reg. C.S. lata in causa Universitatis Turris Octavæ, Regium Fiscum, & Marchionem Montisfortis. Salarium Doctorum, qui destinantur pro Commissariis, ad quam rationem veniat persolvendum, adducitur decisio Reg. Cam. & de aliis ad materiam.

OBSERVATIO LVI.

Dilucidatur *Pragm.72.sub tit.de offic.Proc. Cæs.* ubi continentur capita novæ reformationis Tribunalis R. C. S. ad cujus veram intelligentiam agitur de instructionibus observandis à Perceptoribus Provinciarum, de pœna nonupli, de emptionibus prohibitis, ab Officialibus R. C., de suspitionibus proponendis in personam Advocati Fiscalis dicti Tribunalis, de exactione Cristallorum, de unione secundæ Aulæ, vulgò *Rueda de cuentas*, de significatoriis expediēdis, & quomodò, de institutione novi Regii Cedularii, de locationibus gabellarum, & de cautionibus præstandis per Arrēdatores; altiùs examinatur articulus num Fiscus restituatur in integrum accedēte nova oblatione elapso trimestre post traditam possessionem, & num terminus dispensationis *Reg.Pragm.* abbreviatus prævio rescripto Proregis currat non datis fidejussoribus per licitatores, & num locationis contractu nullo existente possit Fiscus devenire ad secundam licitationem. Refertur controversia acerrimè disputata in Regia Camera congregata in Coll. Conf. in causa juris prohibendi Tabaccum. Restitutionis in integrum beneficium num concedendum veniat ad favorem Ecclesiæ superveniente majore oblatione post venditionem peractam cum clausula *ad finem providendi*; afferuntur decisiones. Agitur num tribuatur Fisco læsionis remedium ultra dimidiam in locationibus rerum fiscalium; de remissionibus mercedis, & quæ impedimenta requirantur ad hoc, ut sit locus excomputo, locationis Arrendamentorum; contractus ob damnum passum ex causa belli, & pestis, an resolvatur ad credentiam, adducitur ad propositum decisio Reg. Camer. Executivè quando agi possit contra conductores, arrendatores, & caratarios rerum fiscalium. Officiales quando possint servire per substitutum; substitutio in officiis an possit quocumque modo fieri, tam per actum ultimæ voluntatis, quàm inter vivos, & quid si fuerit facta in folio albo. Discutitur num officii resignatione facta in manibus Regis, dicatur renunciatio resoluta morte resignatarii ante assensum S. M. adducitur pro resolutione celebre respōsum *Reg. Ju: Camilli Cacacii*; & an Magistri

gistri Actorum Supremorum Tribunalium capientes fideiussiones eorum periculo possint exigere mercedem ultra pandectam, & de aliis ad materiam.

OBSERVATIO LVII.

Examinatur num pœna duplicati relevii, ob denunciationem mortis feudatarii non factam infra annum, & diem incurratur per Tutores, & Balios Minorum, & Curatores Patrimonii, vel hæreditatis jacentis; & num pœna evitari possit per clausulas salutares. Proponitur praxis Reg. Cam. circa listam introituum feudalium, cum clausula *citrà præjudicium informationis capiendæ*. Et demum examinatur articulus, an feuda cum assensu S.C.M. translata in extraneum à feudatario carente legitimis successoribus, remaneant cum antiquo servitio, vel sint de novo taxanda; res altiùs explanatur per dignissimum Consiliarium *Petrum Fuscum* in responso edito in causa Principis Montismilitum.

OBSERVATIO LVIII.

De origine Tribunalis Regiæ Dohanæ, seu Majoris Fundaci hujus Civitatis, & de quibus differentiis cognoscat, & de origine exactionum, seu diriƈtuum Reg. Dohanæ, quæ Jura luculentèr explicantur ex *Camill. de Curt.*

OBSERVATIO LIX.

Ostenditur Dohanę Menepecudum Apuleæ vectigal fuisse institutum à Rege Alphonso, & Jurisdictionem ejusdem Regiæ Dohanæ esse concessam privativè quoad alios Judices, etiam cum derogatione *l.unic.C.quand.Imperat.* & de cæteris ad materiam.

OBSERVATIO LX. LXI. LXII. LXIII. LXIV. & LXV.

Discutitur num sententia reddatur nulla ex falsa causa, vel errore expresso in sententia, vel sit postulanda restitutio in integrum; & quid in decreto; & an sufficiat allegare testium falsitatem, ad hoc, ut detur restitutio in integrum. Memorialia, & supplicationes quæ non fuerunt præsentatæ eadem, vel sequēti die, an sint reiicienda: Et quid si cōtineant appellationis, sive reclamationis remedium. Appellationes in causis criminalibus, vel ab incidentibus illarum, num interponantur ad Sac.Conſ. à Curiis inferioribus Regni; Sac.Conſ. an possit sibi avocare causam criminalem commisso delicto in Territorio controverso in eodem Sacr. Conſ. inter duos Barones. Refertur casus decisus. Præsidente Sacri Consilii suspecto, infirmo, vel impedito, quis decernat super supplicationibus. Quarta Aula S.R.C. quando fuerit instituta declaratur, & Consiliariorum numerus quantus sit, & quomodo distribuatur in Aulis. Diriƈtus ducati unius cum dimidio pro *Jure sententiarum*, quod statutum fuit in augmentum salarii Regiorum Consiliariorum à quibus decretis diffinitivis exigatur, & quid causis transactis. Explicantur decreta diffinitiva, diffinitivi vim habentia, & interlocutoria.

OBSERVATIO LXVI.

Advocati num sint subiiciendi examini; & quid in Procuratoribus, cujus officium num possit exerceri ab illis, qui non sunt Doctores. Quid in subscribendis nullitatibus; Advocati munus ut possit exerceri num sufficiat praxis forensis cum mediocritate doctrinæ. Advocatorum plura genera distinguũtur in Supremis Neapolitanis Tribunalibus. Et quæstio resolvitur per supplicem libellum satis ad propositum efformatum per celeberrimum illum Juris Consultorum Principem *Joan. Camillum Cacacium*.

OBSERVATIO LXVII.

Controvertitur num *Pragm. 79. de Offic. S.R.C.* qua cavetur liberationem depositi perventi ex bonis debitoris decoƈti, esse faciendam juxta ordinem graduationis, sit conformis dispositioni Juris communis, & quid attenta praxi Regni Hispaniæ. Agitur de origine praxis, quæ inolevit in judiciis concursus liberandi pecuniam cum cautione, & num Jure, vel æquitate nitatur. De praxi legitimandi personam actoris per exhibitionem mandati, & sollemnium Tutelę, & de reclamationibus interponendis, & quomodò adversus decreta S.R.C. ad ornatum ejusdem *Prag. 2.* & de cæteris OB-

Digitized by Google

OBSERVATIO LXVIII.

Decisio S.C. facta junctis Aulis ad favorē hæredum cum beneficio legis, & inventarii, num habeat vim legis generalis. Extollitur decisio per *Fontan.dec.* 491. *tom.* 2. Enumerantur casus, in quibus inventarii beneficium non opitulatur.

OBSERVATIO LXIX.

Acerrimè controvertitur articulus, num sit permissum Baronibus sibi avocare causas ab Officialibus ordinariis, illas alteri delegare, & num acta facta per Delegatos ante Superioris inhibitionem sint valida. Explicatur textus *in l.judicium solvitur, ff. de judic.* Refertur dissidium inter *Capibl. & Reg. Rovit.* cujus opinio in dubium revocatur. Declarantur decisiones, novis ponderatis rationibus per *Authorem*. Nullitas processus an attendatur in Supremis Tribunalibus, dubia reddita justitia sententiæ; Examinatur, num dispositio *Cap.Regn.detestantes* habeat locum in causis criminalibus.

OBSERVATIO LXX. ET LXXI.

Reclamatio, quæ concedi solet adversus sententias causarum criminalium, ex mera Principis clementia, num passim possit per Principem reiici, absque justa causa; Et quid existente varietate votorum, vel illis non convenientibus in ratione fundamentali. Examinatur quomodo reguletur reclamatio, & recursus circa tempus appellationis, & num reclamatio, & recursus à decretis latis per Regias Juntas detur ad D. Proregem, & refertur praxis; Et an reclamatio unica absque alio remedio nullitatum, vel restitutionis in integrum veniat decidenda infrà mensem in quæstionibus de Commissario decernendis per Præsidem S.R.C. procedat in unionibus Aularum, & in petitionibus Adjunctorum, & in aliis casibus. Agitur de causis, quas sibi potest avocare Coll. Conf. & num causæ delegatæ à Rege, vel Prorege sint actitandæ per Secretarium Regni.

OBSERVATIO LXXII.

Gratiæ, & cæteræ literæ Regales, ac Privilegia concessa a S. C. M. si infra annum non fuerint in Regno præsentata, num reddantur ipso jure nulla, & num D. Regni Prorex, ejusque Coll. Conf. possint dispensare, quod executorientur elapso anno, & num valeat dispensatio. Et quid attentis *Gratiis* concessis in parlamento generali Ann. 1636. & 1638. Articulus latissimè illustratur, per responsum insignis Advocati *Bartholomæi Francbi*. *Author* examinat, num Judex semel recusatus possit amplius intervenire in cæteris causis recusantis; & quid in Judice recusato interveniente virtute consensus recusationem proponentis; affertur novissima decisio Coll. Conf. Dilucidatur *Prag.15. & 20. de suspit.* & novissima edita sub die 2. *Septembris* 1689. & de aliis.

OBSERVATIO LXXIII.

Controvertitur an tempus 30. dierum statutum ad petendum primum, vel secundum beneficium competens litis consorti, æquè privilegiato currat à die publicationis factæ in causa principali, vel à die publicationis factæ in causa secundi beneficii. Terminus 30. dierum quando currat concessis quatuor beneficiis. Illustratur articulus per celeberrimum responsum *Joa. Dominici Gaiti*, & praxis traditur per *Authorem* ad tollendam controversiam per eundem *Gait.* excitatam.

OBSERVATIO LXXIV.

Universitas an possit concedere Civibus facultatem cæsinandi in Demanialibus, & Montibus Universitatis sine Regio assensu. Assignatur ratio prohibitionis *Pragm.sub tit.de pasc.* quæ non fuit assignata à *Reg. Rovit.* & laudatur *Horat.Montan.*

OBSERVATIO LXXV.

Exploratores, seu Speculatores nunciantes hostibus arcana Regni, num dicantur proditores, & committant crimen læsæ Majestatis; expenditur celebre, & eruditum responsum *Fulvii Danesii* magni nominis Advocati causarum criminalium, ubi perpenditur textus in *l. omne delictum, §. exploratores, ff. de re milit.*

OB-

OBSERVATIO LXXVI.

Recensentur tormentorum genera *ex Anton. de Ball.* & traditur, quæ sint usû recepta, tam Neapoli, quam Romæ. Discutitur an Princeps moderari soleat acerbitatem novorum tormentorum, & quando confessio dicatur extorta metù tormentorum; & quid in confessionibus receptis à Curiis Baronalibus.

OBSERVATIO LXXVII.

Judices an debeant esse primi in salutando, adeout si Judex salutatus nolit respondere sit justa causa recusationis. Currus num sistere debeat in Civitate Neapolis transeunte D. Prorege, vel S.R.E. Cardinalibus; Et quid in cæteris Magnatibus, & Magistratibus.

OBSERVATIO LXXVIII.

Barones Jure communi attento, num possint compellere vassallos ad præstandum servitia personalia mediante salario; & num *Reg. Prag. Regis Ferdin.* debeat intelligi de servitiis intra pertinentia feudi. Discutitur num Baro veniat manutenendus in possessione contra Universitates vicinas asseverantes habere communionem pascendi super territoriis feudalibus; & an fidæ, & diffidæ solutio sit facienda à Civibus exteris pro animalibus immissis ad pascua sumendum in territoriis tam feudalibus, quam burgensaticis Baronis, sive in Demanialibus Universitatis, sivè in propriis Civium, vulgò *appatronati* non producto legitimo titulo communionis, affertur pro resolutione articuli decisio facta junctis Aulis per S. C. & adducuntur ad illam fulciendam rationes ponderatæ per *Authorem*.

OBSERVATIO LXXIX.

Recusatio Judicis num possit proponi ex causa inimicitiæ procuratæ, vel affectatæ culpa, vel facto recusantis, vel ejus conjunctorum. Declaratur quæ sit inimicitia affectata; conciliatur dispositio *Reg. Prag.* cum dispositione Juris communis. Examinatur an credatur Judici de verbis injuriosis ad ejus aures prolatis, & referuntur exempla.

OBSERVATIO LXXX.

Judices dati pro adjunctis an intervenire tantùm debeant in decretis diffinitivis, vel etiam in incidentibus, & tota causa; & quid nova paritate suborta; Et quid in causis recusationum Judicum, quæ sortiuntur naturam causæ principalis. Afferuntur determinationes. Aularum unio, & Adjuncti an, & quando denegentur in gradu reclamationis, & in discussione nullitatum; Et quid in causis criminalibus, afferuntur pugnantes decisiones, quæ conciliantur per *Authorem*. Aularum unio num sit concedenda in S. C. ubi fuit introducta causa decisa per M. C. junctis Aulis. Votorum paritas, vel scissura quando inducta dicatur, & quid servet praxis.

OBSERVATIO LXXXI.

Salarium statui non potest Ministris absque Regis assensu. Disputatur num Proreges habeant potestatem impartiendi licentiam Regiis Ministris recipiendi salaria ratione Delegationum; casus disputatus inter Principem Bisiniani, & hæredes Consiliarii Pomponii Salvo in medium affertur pro resolutione quæstionis juxta celebrem consultationem editam per *D. Parthenium Pitagna*, ubi explicantur *literæ Regales* de A. 1620. & alia Jura ad materiam pertinentia.

OBSERVATIO LXXXII.

Filii familias minores viginti quinque annis inquisiti, contumaces, & admissi ad graduationem, vel cessionem bonorum, & illi, quibus fuit datus Curator, num possint proponi, & nominari in Gubernatores Arrendamentorum, & Montium. Consignatarii vectigalium Reg. Curiæ, creditores ex causa fiscalium, & creditores instrumentarii Universitatum num sint satisfaciendi per æs, & libram, vel considerata prioritate temporis; In medium afferuntur recentissima decreta Reg. Cam. Delegatorum vectigalium Jurisdictio est tributa quoad vectigalium regimen, & an extinguatur per transitum Regii Consiliarii ad munus Præsidis Regiæ Cam. vel ad Tribunal M. C. V. & num rela-



INDEX

Digitized by Google

INDEX
ARTICULORUM OMNIUM,
Qui continentur in Tractatu de Regia Visitatione ad usum Regis Catholici.

FRAN-

FRANCISCI MARADEI
J. C. ET ADVOCATI NEAPOLITANI
PRACTICÆ OBSERVATIONES.

OBSERVATIO PRIMA.

SUMMARIUM.

1 *Indultus generalis editus de anna* 1648. *à Serenissimo* D. Jo: de *Austria Plenipotentiario Regis Philippi IV. refertur.*

2 *Abolitia generalis quomodo differat à speciali.*

3 *Abolitia generalis in quibus casibus concedi consuevit à nostris Catholicis Regibus.*

4 Adolphi Brachelii *elegantissima verba* lib. 6. historiar. pag. 47. *relata à* Philippo Andrea Oldenburgero in tract. de rebus publicis turbidis sedandis membr. 1. fol. 51. *afferuntur tamquam satis notabilia, & num.* 5. 6. *&* 7.

8 *Abolitia conceditur etiam respectu bonorum, quæ fuerunt occupata occasione popularium commotionum, dummodò bona non extent.*

9 *Actio ad pretium an detur emptoribus bonorum Rebellium, Hæreticorum, vel Exulum, quoties bona fuerunt per Principem confiscata, & vendita, secuta demum restitutione pro bono pacis; & num.* 10.

11 *Acta, & decreta facta tempore seditionis, & invasionis Regni sunt nulla, & referuntur exempla.*

12 *Damna passa circà demolitionem domorum instrumentis bellicis occasione tumultus de anno* 1648. *num sint reficienda, & refertur casus decisus per S.R.C. num.* 13.

14 *Depositarius an teneatur de furto commisso in pecunia depositata subtracta à Populo tumultuante, & quid servatum fuit in Bancis publicis hujus Civitatis; refertur num.* 15.

16 *Creditori asserenti sibi fuisse furatas gemmas, quas detinebat loco pignoris an credatur.*

17 *Electi Populares Civitatis Neapolis an possint confirmari.*

18 *Cives, & Equites Neapolitani non possunt se congregare, nec scribere, vel mittere ad Curiam Regis contra conclusum in Plateis.*

19 *Neapolitana Civitas, & Barones Neapolitani num possint mittere Oratorem vulgò* Agente *apud Regem Nostrum, Prorege inconsulto; & quid si destinaretur nulla obtenta licentia?*

20 *Principis indulgentia an suffragetur Reo obtinenti ratihabitionem remissionis extra tempus in indulto præfixum.*

21 *Abolitio generalis concessa de Anno* 1648. *ab Altitudine* D. Jo: de *Austria fuit plenissima, dum fuit concessa dilatio decem annorum ad procurandam Partis concordiam.*

22 *Et quomodo fuerit in praxi servatum, traduntur exempla rerum judicatarum.*

23 *Indultus ex proprio motu Principis concessus, & ex magnis causis latissimè debet interpretari, & num.* 24.

25 *Gratia, seu indulgentia num possit per Proregem concedi cum clausula obtinendi Partis concordiam infrà certum tempus, & quid concurrente causa publica.*

26 *Indultus an porrigatur ad delicta anteà commissa non tamen deducta tempore concessionis.*

27 *Indultus beneficio num gaudeat vulnerans antè indultum ex quo vulnere secuta fuit mors post indultum.*

28 *Indultus publicatio num necessaria sit in loco, ubi delinquens habitat.*

29 *Indulta num gaudeat reus criminis patrati antè indultum publicatum in sua Patria, sed postquam fuit publicatum in Civitate Neapolis, & refertur casus decisus.*

30 *Crimina læsæ Majestatis commissa ante diem* 11. *Aprilis* 1648. *num comprehendantur sub hac abolitione.*

31 *Carcerati post datam indulti pro pœnis pecuniariis non exactis, & pro debitis, sunt reponendi in pristinam libertatem, uti comprehensi in indultu.*

32 *Indultus publicatus sub die* 29. Julii 1658. *occasione Natalis Serenissimi Hispaniarum Principis refertur.*

33 *Indultus num comprehendat inquisitos de extractionibus; & quando pro dicto crimine dicatur cautum Regio Fisco.*

34 *Refertur determinatio Regiæ* Junctæ *ad indultus interpretationem, & num.* 35.

36 *Barones num habeant cognitionem causarum indultus, & opinio* Mastrilli *in dubium revocatur.*

37 *Indulgentia specialis dependet ex sola clementia Principis.*

38 *Rescripta gratiosa* cum clausula obtinendi Partis concordiam infrà certum tempus *intelliguntur cum prohibitione accedendi ad loca Partium offensarum.*

39 *Rescripta gratiosa Proregum non possunt executioni demandari, nisi post executionem Coll. Cons.*

40 *Gratia est executioni demandanda à Magistratu, ubi pendet inquisitio, & interposita decreto super executione gratiæ reus est manute-*

nendus in possessione libertatis non obstante Fisci impugnatione ex defectu remissionis non factæ à legitimis personis.

41 *Gratia Principis non potest redargui de obreptione, quoties processit prævia relatione Judicis de meritis causæ.*

De Abolitionibus. Prag. V. & VI.

Havendo questo Fedelissimo Popolo supplicato Noi, &c.

Havendo Noi conceduto, &c.

HÆ *Pragmaticæ* generalem continent abolitionem huic Regno Neapolitano concessam Anno 1648. à Serenissimo D. Joanne ab
1 Austria Plenipotentiario misso à Rege Philippo IV. suo Patre ad compescendos motus Populares, tunc in hac Fidelissima Civitate perniciosè grassantes.

Aggredimur igitur Abolitionis materiam, quam pertractare omisimus in primis nostris editis *Observationibus*, ubi insequuti fuimus semitas nostri Genitoris, nunc distinguendas duximus indulgentiæ, & abolitionis species, & postmodum *Pragm.* exornabimus cum practicabilibus illis quæstionibus, quæ contingere possunt ad interpretationem abolitionum, & gratiarum dependentium ex Principis clementia.

Generalis indulgentia, seu abolitio est illa, qua Princeps universis exulibus reditum concedit,
2 & sententiam passis restituit: specialis, qua singulos restituit, *l.ult. C.de general.abolit. l.1.2.3.4.& 7.C.de sentent.pass.& restitut.* quare admonuit eruditissimus *Anton.de Mattheis de criminib.lib.48.tit.19.cap.5. de indulgent. num.5.* esse parciùs deveniendum ad hanc indulgentiæ speciem, qua Princeps sententiam passis restituit, eò quod multæ Civitates restitutis exulibus in periculum fuerunt deductæ, adducendo inter cœteras eruditiones locum Ciceronis 7. in *Verr.*

At nostri Munifici, & Catholici Reges, qui non innituntur his politicis rationibus, sed sunt me-
3 mores Sacrarum Literarum, sæpesæpiùs publicis impellentibus causis concedunt plenissimas indulgentias omnium delictorum, nonnullis criminibus atrocioribus exceptis, nempè læsæ Majestatis in primo capite, falsæ monetæ, & nonnullis aliis, quamvis in his abolitionibus concessis pro bono pacis fuisset comprehensum crimen læsæ Majestatis etiam in primo capite, ut patet in *Pragm.3.4.5.& 6.sub hoc tit.* vigore quarum fuit elargita venia pœnitentibus, & receptis in gratiam nomine Regis à Serenissimo Principe Austriaco, ut testantur etiam cæteri Historici, & præsertim *Adolphus*
4 *Brachelius lib.6.Histor.nostri temporis pag.447.* relatus per *Philipp.Andream Oldenburgerũ in tract. de reb.public.turbid. sedand. membr.1.fol.51.* quorum verba placuit hic subnectere, cum *Authores* non sic de facili reperiantur, & verba satis ad propositum videantur pro brevi, & celebri illius temporis notitia fatalis historiæ, quæ finem recepit cum hac generali abolitione. Ejus verba sunt, quæ sequuntur:

Postquam tributa Neapoli lapsu temporis, ut fit intemperanter aucta accedẽte importunitate Exa-
5 *ctorum gravia esse cœperunt, & anno 1645. pro novo Regio donativo novum vectigal imponi cœpit in poma, atque olera, similesque hortenses fructus, querelæ multitudinis liberius erupere, donec anno 1646. nihil cessantibus publicis querimoniis repertus est homo abjectus, atque ex infima plebe, qui se liberatorem patriæ profiteretur, & negotium abrogandorum vectigalium in se susciperet; fuis Thomas Agnellus (Masaniellum vulgò extracto nomine vocabant) juvenis audax, & temerarius, qui vili officio in foro piscario fungebatur, sed lingua promptus vitæque contemptor, adeoque concitandis seditionibus perquam idoneus. Accidit autem per illos dies, ut Masaniello pisces, quos ad forum venales deportabat, jussu Præfecti rerum forensium auferrentur, propterea quod tributum de iis solvere recusaret. Ille de eo apud Cives questus est, & sæpè jactavit se propediem effecturum, ut vectigalia omnia tollerentur. Igitur die 7. Julii, quæ fuit Dominica prodit in forum cum parva manu puerorum, cui se identidem alii, atque alii è plebe adjungebant. Orta ibidem rixa inter eos, qui poma ex vicinis pagis venalia deportabant, & Ministros vectigalium, adeout Præfectus fori Andreas Anaclerius ad comprimendum tumultum accurreret. Ille aliquantum multitudini adversatus, tandem jactu pomorum aliorumque fructuum è foro propellitur, abitque inde ad Proregem Ducem de Arcos de Plebis insolentia conquesturus. Cumulatur intereà multitudo non in forum modò, sed in compita etiam, atque angiportus, eratque una omnium vox, remissior primò, dein consensu singulorum alacrior, atque audacior, ut vectigalia abrogarentur; Masaniellus in mensam consurgens se populo Ducem offert, & tandem etiam accipitur. Primum itaque domunculas omnes, & tabernas in quibus vectigalia pendi consueverant subjecto igne incendit. Deinde adit Proregem ipsum, atque abrogationem vectigalium exposcit, obstentata vi,*
6 *nisi postulatis suis satisfaceret. Prorex cum frustrà blando sermone animos furentium placare niteretur, tum quidem impetum multitudinis, quæ ad 50000. excreverat projectis aliquot aureis nummis, devitavit. Postero die alterum tantum in armis apparuit, rursusque Masaniellus Dictator creatus est. Hic igitur quum omnes presto in armis essent, pretium, ac modum pani, cæterisque edulis constituit, & porrò omnes edicta*

las per Suburbia, ac reliquam Civitatem, ubi vectigalia solvebantur, exurit. Inde ad domos eorum, qui vectigalibus præerant, tendit, eorumque bona in publicum prolata, igne cremat: Mirificam authoritatem hic Dux, & author sibi apud indomitum vulgus, ex eo peperit. Masaniellus porrò edixerat, ne quid eduliorum in Castellum, in quo Prorex erat, importaretur. In tanta igitur rerum perturbatione Cardinalis Philomarini Urbis Archiepiscopus exposito per omnes Ecclesias ubique Venerabili Sacramento universales preces indicens Masaniellum impensè orat, ut ad quietem deduceretur. Annuit ille si omnia vectigalia, quæ post Ferdinandum Regem, & Carolum V. Cæsarem irrepsissent, abrogarentur, eaque quæ hactenus per tumultum acta sunt, condonarentur. Erant preces armatæ, ideoque non tantum obtinuit, quod voluit, verum Masaniello promissum erat menstruum donarium 200. Coronatorum, quod tamen ille recusavit. Pace perfecta Masaniellus ab Archiepiscopo ad Prore-
7 *gem deducitur, ibique omnibus corroboratis ad Populum regressus, quæ acta fuerant, pronunciat, simulque ut modestè, ac pacificè inter se agerent, severè edicit; Arma autem retineri voluit, donec ab Aula Hispanica, eorumque quæ acta fuissent, confirmatio advenisset. Masaniellus tamen postea re, ut putabat, egregiè perfecta, in delirium actus est. Cum autem homo delirus imperium non deponeret, sed multa etiam præposterè, ac superiorum dierum edictis contraria juberet, apud suosmet in odium venit, atque à quatuor Nobilibus hac occasione in tempore usis, interficitur; Caput à Lanione cultro abscissum, & oblongæ perticæ impositum, reliquus truncus à scurris aliquot per publicas plateas palam tractus, diù spectaculo fuit. Hunc exitum habuit Masaniellus decimo post die, quam rebellionem ceptaverat, repente ex imo ad summum favore vulgi elatus, & mox eadem levitate è summo in miserabile exitium dejectus. Rex sexquihebdomadarius. Mortuo Masaniello Nobilitas, quę hactenus à Plebe oppressa erat respiravit, atque animos resumens, utpote ad quos magna portio publicorum vectigalium pertineret adibant Proregem, suosque Clientes, & familiares concitabant. Ita res paulatim in civile bellum conversa est, dum divisis inter se partibus Plebs urbem, Prorex cum Nobilitate arcem, & portum tuetur; Populo cum Dux deesset, tandem subvenit è Gallia Dux Guisius, itaque diù partes suas adversus Proregem defendit; Cæterum subeūte paulatim belli tædio, amor, & obsequium erga Regem rediit. Data venia pœnitentibus, receptique in gratiam nomine Regis à Joanne Austriaco ad quietem se composuere, Dux Guisius deprehensus è fuga in potestatem Hispanorum pervenit.*

His præmissis accedamus ad interpretationem pri-
8 mi capitis hujus *Pragm.* in quo conceditur generalis abolitio etiam respectu bonorum ablatorum quocumque modo occasione illius seditionis, dummodò bona non sint existentia, quia respectu bonorum existentium injungitur esse illa repetenda, & restituenda per Judicis authoritatem, & non de facto, & casu quo bona reperiantur alteri vendita, esse restituenda veris Dominis restituto emptoribus pretio verè soluto ex mediis capiendis per Ministros deputandos, prout in tertio Capite.

Ex quibus verbis facilè cerni potest videri sublatam actionem evictionis, seu pretii restitutionem competentem emptoribus contra venditores dictorum bonorum occupatorum,
9 quemadmodum de *Jure* dispositum esse comperimus in bonis hostium, rebellium, hæreticorum, vel exulum, quæ si fuerint per Principem confiscata, & vendita, & per primum emptorem alteri vendita, si demum Princeps ex causa publicæ utilitatis bona restitui jusserit, nulla evictionis actio competit adversus secundum venditorem, ad *text. in l. Lucius*, 11. *ff. de eviction. Laurent. decis. Avenion.* 133. quem sequitur *Merend. controv. lib* 24. *cap.* 40. *à num.* 21. *ad* 24. ubi quod non suffragatur amplitudo clausularum, quibus promissa fuit evictio, nisi nominatim, & expresse actum fuerit de casu restitutionis authoritate Principis faciendæ.

At Fiscus tenetur justum pretium solvere illis, à
10 quibus per Principem fuerunt bona ablata ob publicam utilitatem, vel pro bono pacis, secundùm jura in *l. item si verberatum*, §. 1. *vers. item si fortè*, *ff. de rei vindicat. in l. venditor*, §. 1. *ff. de evictione.* quæ ad id expendunt *Andr. Lucas de Penna*, & *Afflict.* in locis cumulatis per *Reg. de Marinis in observat. ad decis.* 170. *D. Reg. Revert. à nu.* 24. *cum seqq.* ubi refert casum disputatum in Supremo Italiæ Senatu ad supplicationem Marchionis Torrecusii instantis pro solutione pretii Civitatis Campaneæ, de qua fuerat investitus pro certo pretio in servitiorum remunerationem ob fellоniam Principis Monaci illius utilis Domini, ad quem demum Civitas restituta reperiebatur pro bono pacis, & ob publicam utilitatem.

Aliter tamen dicendum esset, si bona reperirentur occupata, & possessa vigore decretorum, & sententiarum interpositarum ab illis Judicibus de-
11 putatis tempore illarum popularium commotionum, quià acta essent annullanda, reintegratis possessoribus, prout reperiebantur antè confectionem processus, & interpositionem decretorum, salvis juribus agendi ex integro super dictis bonis, ut decisum extitit per S. R. C. tempore Regis Caroli VIII. juxta decisionem quam descripsit *Pisanell. in addit. ad decis. Affl.* 77. & determinatum quoque per Collat. Cons. prævia consultatione M. C. V. respectu sententiarum latarum tempore earumdem popularium seditionum de anno 1647. testatur *Prat. pract. observat. c.* 46.

Quatenus in §.*tertio* statuitur esse capienda media
per officiales deputatos super damnis passis oc-
casione demolitionis domorum cum instrumen-
tis bellicis, & pro aliis damnis occasione dicti
12 tumultus, & demum respectu illorum, quibus
fuerunt à populo occupata bona mobilia, & qui
amiserunt pecuniam in Bancis, observandum
erit, quod cum de anno 1673. Eques Hieroso-
lymitanus Fr. Scipio Guardatus instituisset in
S.R.C. cogi fidelissimam Civitatem Surrenti ad
refectionem quarumdam domorum ipsius Sci-
pionis demolitarum tempore earumdem revo-
lutionum popularium de anno 1647. Decreto
S.R.C. sub die 24. Julii 1673. interposito refe-
rente D. Consiliario Staibano, ac interveniente
te dignissimo Præside D. Felice Vlloa decisum
13 extitit, *quod absolvatur Civitas ab impetitis;*
Verùm liceat dicto Fratri Scipioni reficere do-
mos proprias dirutas si voluerit, ut ex actis pe-
nes Anastasium Regium à mandatis Scribam, &
Actuarii Delegationis Religionis Hierosolymi-
tanę: Ad quod decernendum fuerunt moti, nedū
ex clara dispositione hujus Regię sanctionis, sed
etiam ex doctrina *Reg. de Ponte de potest. Pro-
reg. tit. de election. Official. tit. 3. §. 1. num. 27.* &
Gaill. pract. observat. observat. 56. num. 18. lib. 2.
ubi *Grevat in suis practicabil. conclusion. coro-
nide 1. num. 2.*

Quo verò ad pecuniam ablatam à Bancis viden-
14 dus est *Consiliarius Rocc. in respons. 39. lib. 1.*
ubi scripsit ad favorem Vincentii de Medicis
depositarii Rev. Cam. Apostolicæ, cui tempore
dicti tumultus fuerunt subtracti ducati 11500.
per Milites propè Castrum novum, qui accen-
so igne ad ostium ingressi fuerunt, non obstante
custodia hominum armatorum, quam tenebat
dictus Vincentius pro defensione domus, & de-
mum sub *n.* 18. his verbis concludit; *Igitur ex*
unoquoque dictorum capitum concludendum
Vincentium de Medicis non esse molestandum
pro restitutione pecuniæ depositatæ per R. Cam.
Apostolicam, prout ità observatum, & practica-
15 *tum fuit in Bancis publicis hujus Civitatis, ut*
scilicet quantitates pecuniarum per Populum
tumultuantem ab eis ablatæ, cederent in dam-
num Dominorum, qui eas depositaverant; & ità
de ordine generali Serenissi. D. Jo: de Austria
fuit injunctum. Sed an sit fides præstanda depo-
16 sitario, seu creditori asserenti sibi fuisse furatas
pecunias, & gemmas penes eum loco pignoris
existentes à furibus, qui ejus domum clam in-
gressi fregerunt arcam ferream, ubi dicta bona
pignorata custodiebantur, affirmat *Menoch. cons.*
353. *nu.* 18. sed dissentit *Merend. lib. 24. cap. 48.*
à num. 218. cum seqq.

In §. 6. præcipitur, ut Electi Populares hujus Civi-
17 tatis non possint confirmari, nisi pro secunda
vice, & pro aliis sex mensibus, sed tamen non
existentibus aliis habilibus multoties Domini
Proreges confirmant, non obstantibus queri-
moniis aliorum prætendentium, quemadmo-
dum servabatur ante hanc *Pragm.* ex traditis
per *Reg. de Ponte de potest. Proreg. in tit. de
abund. Civit. §. 1. num. 11. & 12.*

Dum in §. 7. permittitur huic fidelissimæ Civitati,
18 ut possit habere procuratorem, seu nuncium,
vulgò *Agente* in Civitate Madriti, advertendum
erit, quod Equites Neapolitani, & alii quicum-
que particulares prohibentur deputare ad Cu-
riam S. C. M. personam contra conclusum per
Plateas hujus fidelissimæ Civitatis, neque se
congregare ad finem scribendi pro causa prædi-
cta ad eandem Curiam sub pœnis contentis in
ordinibus Regalibus insertis in *Pragm. t. de Le-
gat. sivè Ambasciatorib.*

Et nedum Civitas Neapolitana, sed etiam Barones
prohibentur mittere pro eorum negotiis Orato-
19 rem ad Regem nostrum Prorege inconsulto, &
licentia non solùm est petenda, sed est obtinen-
da, quià si porrectis precibus D. Proregi per De-
putatos ad id eligi solitos, & nulla obtenta li-
centia Orator destinaretur, contrà Deputatos
criminaliter procederetur, prout processum te-
statur *Dom. Reg. Revert. decis.* 500. ubi refert il-
los pœna relegationis fuisse mulctatos; sed hæc
determinatio displicuit *D. Reg. de Marinis*, ut
demonstrat *in suis obser.* ubi latè hanc materiam
declarat *à n. 1. ad* 7. ubi Legatum missum per Ci-
vitatem absq; Proregia licentia non esse à Dom.
Rege recipiendum tradit; Et quid si fuerit fa-
cta electio in personam Militis Hierosolymita-
ni, vel alterius personæ Ecclesiasticæ contra
formam *Reg. Pragm. de Ecclesiast. person.* adeun-
dus est *Reg. Sanfel. decis.* 135 *lib.* 1. qui *num.* 21.
versic. adiit, refert fuisse admissum Legatum à
S. C. M. non obstante quod S. C. judicaverat,
nullam esse Legati electionem. Alia exempla re-
feruntur per *Consil. Rocc. de offic. in tit. de Legat.
election. §. 8. num. 37.*

Et quià in his abolitionibus concedi solitis sæpè
sæpius apponi solet clausula, *quod respectu illo-*
20 *rum delinquentium, qui non habent Partis con-*
cordiam, illam procurare possint infrà sex men-
ses, idcircò sciendum erit, quod hæc Principis
indulgentia non suffragatur Reo, qui obtinuit
Partis remissionem à duobus fratribus occisi,
cum promissione ratificationis alterius fratris
absentis, quoties ratificatio promissa non su-
pervenerit infrà sex menses, sed illis elapsis ju-
xtà decisionem, quam refert *D. Reg. Merlin.
controv. forens. cap. 68. lib. 1.* non obstante quod
in personas fratrum, qui promiserant de rato re-
spectu absentis aderat etiam mandatum spe-
ciale.

Verùm contrariam sententiam substinendam cre-
derem in terminis hujus generalis abolitionis
concessę à Celsitudine D. Jo: ab Austria pro bo-
21 no pacis illius anni 1648. ex quo nedum ex-
pressis verbis legitur, quod omne dubium su-
per illius interpretatione intelligeretur ad favo-
rem

rem subditorum; sed per subsequentem *Prag-
mat.* 6. fuit extensa ad omnia delicta etiam
commissa antè tumultum, & seditiones, exceptis
criminibus læsæ Majestatis, Divinæ, vel huma-
næ ante tumultum patratis, quamvis Rei non
haberent pacem, seu concordiam Partium of-
fensarum, concedendo facultatem illam obti-
nendi infrà decennium: Unde pro observantia
dictæ indulgentiæ consueverunt Tribunalia
M.C.V. & S.R.C. decernere, *quod Rei non mo-
lestarentur, vel quod gauderent indultu*, addita
clausula *salvis juribus circa interesse Partis*, ju-
xta exempla, quæ habentur apud *Prat. in re-
sponf.crimin.*28. quod quoque practicatum vi-
22 di in processu Caroli Sculco inquisiti de stupro
cum Victoria, alias Tolla de Rosa, in qua causa
tam per M.C. sub die 7. Decembris 1649. quam
per S.C. fuit dictum, *quod gaudeat indultu, sal-
vis tamen juribus agendi civilitèr pro interesse
pro quibus Partes adeant M.C.V. in civilibus*;
Et demum sub die 15. Maii 1650. fuit condemna-
tus idem Carolus ad solvendum ducatos cen-
tumquinquaginta pro dote, *fol.*107. quod de-
cretum confirmatum extitit per S.R.C. referen-
te D. tunc Consiliario D. Francisco Marciano, ut
ex Actis penes Lombardum.

Quinimò, etiamsi non versaremur in terminis hu-
23 jus plenissimæ abolitionis adhuc dubitandum
putarem de opinione *D.Reg.Merlin.* Siquidem
indultus concessus ex proprio motu Regis, im-
pellentibus, ut plurimùm causis magnæ consi-
derationis debet latissimè interpretari etiam
contra verborum significationem, D. *Reg. de
Marinis lib.*1.*cap.*183.*nu.*18. & probatur etiam
ex *allegatione D. Reg.Cacacii* apud eundem *de
Marinis lib.*3.*allegat.*86.*num.*72.

In quo Indultu siquidem concesso pro bono pacis
24 expediens visum fuit esse recedendum à regulis
ordinariis, & ab iis, quæ scripserat *D.R.de Pon-
te de potest.Proreg.in tit.de provis.fier.solitis, tit.*
1.§.4.*num.*11. quia tempora illa aliter postula-
bant, præterquamquod contra opinionem *D.de
Ponte* substinentis non posse Principem conce-
dere gratiam, vel indulgentiam, cum clausula
25 concordandi Partem infrà tot annos, invaluit
contraria sententia juxtà observantiam, de qua
testatur *D.Reg.Sanfelic.decis.*55.*num.*26.*& de-
cis.*53.*num.*36. ubi refert fuisse discussum, & re-
solutum per Coll.Conf. cum Adjunctis posse
Proregem Regni condonare ex causa, & sine
Partis remissione delicta, & Partis interesse pe-
cuniarium; quod in *decis.*405. extendit ad cau-
sam publicæ utilitatis ratione fidei, vel ob pro-
palationem criminis falsæ monetæ, & hanc sen-
tentiam fuisse unanimi consensu approbatam
per Coll.Conf. testatur *Reg.Reverter. dec.*236.
*versic.discussis,lib.*1.

Hinc etiam fit, quod indultus porrigitur etiam ad
delicta anteà commissa, non tamen detecta tem-
26 pore concessionis, pro quibus inquisitus tem-
pore concessionis, seù publicationis non erat
accusatus, *Mastrill.de indult.cap.*9.*&* c.45.*n.*15.

Illud autèm certum esse videtur, indultum gene-
ralem non comprehendere homicidium secu-
tum ex vulnere ante indultum illato, quamvis
mors sit sequuta post indultum, quià esset con-
27 tra dictamen rectitudinis rationis dici pœnam
delicti priùs remissam, quam incursam, ut fir-
mat, & declaratum per Regem nostrum Philip-
pum Quartum refert *D. Cresp. de Valdaur. ob-
servat.*83.*qu.*3.*à num.*23.*ad* 28.*par.*2.

Publicatio igitur requiritur, ut fiat in loco, ubi de-
linquens habitat ad hoc, ut delictum dicatur
28 commissum post indultum, & per consequens
non includatur in indultu, quoties in lege ex-
pressè provisum fuit publicari in omnibus locis
Regni, alias sat erit publicatio facta in Civitate
Neapolis, *D.de Franchis decis.*360. de quo me-
mores fuimus in *observat.*39. *nu.*23. *& observ.*
399.*n.*2.*super singular.nostri Genitoris.*

Quare cum indultus hujus *Pragm.* fuisset publi-
catus in hac Civitate Neapolis sub die 20. Apri-
29 lis anni 1648. & Paulus Damianus Terræ Mon-
tis Realis sitæ in Provincia Aprutina ulteriori
deliquisset triduo antè indultum promulgatum
in sua Patria, decreto M.C.V. fuit damnatus ad
mortem, exceptione indultus non obstante,
quià attendenda erat publicatio facta in Civi-
tate Neapolis.

Vera causa ità decidēdi mihi videtur fuisse, ex quo
iste Paulus erat inquisitus de crimine læsæ Ma-
jestatis, quę crimina commissa tantùm usque ad
diem 11. Aprilis cōprehendebantur sub hoc in-
30 dultu, ut legitur in *Prag.*6. & pariter fuit exclu-
sus Dux Parmæ à remissione petita ad suam
Curiam Montis Realis, non obstante privilegio
cognoscendi de criminibus læsæ Majestatis in
primo capite, ut habetur apud *Capibl. de Ba-
ron.in Pragm.*8.*n.*91. *in noviss.edition. & in
allegationibus pro Fisco editis* apud *Capon. di-
scept.*337.*tom.*5.*discept.forens.* & apud *Carol.de
Rosa ad Consuet.Neap.fol.*33.*à n.*294.*ad n.*363.

Attenditur tamen dies datæ in indultis generali-
bus, quatenus respiciunt commodum debito-
rum, & exactionem pœnarum pecuniariarum
non exactarum, nempè si in indultu concedatur
31 debitoribus quatrimestris dilatio, & remittan-
tur pœnæ pecuniariæ non exactæ. Carcerati
pro causis prædictis post datam indultus, antè
tamen publicationem gaudent quatrimestri di-
latione, & sunt reponendi in pristinam liberta-
tem, & necnon pœnæ exactæ post datam indul-
tus sunt restituendæ, quemadmodum pluries ju-
dicatum refert *Reg.Sanfel. decis.*186. *n.*8. *to.*2.

Dum conceditur abolitio, & remissio quarumcūq;
pœnarum Regio Fisco debitarum, observandum
32 erit, quod maxima orta fuit controversia circa
intelligentiam indultus publicati sub die 29. Ju-
lii 1658. occasione Natalis Serenissimi Princi-
pis Hispaniarum, ut in *Pragm.*17.*hoc tit.* in qua
dum

dum legebantur illa verba, ibi: *di qualſivoglia pena non ſolo corporale, ma anco di condennatione pecuniaria, ò confiſcatione de' beni, che ſpettaſſe al Regio Fiſco, parche le pene, ò condennationi predette non ſi ritrovaſſero realmente eſatte, eſeguite, incorporate, aſſignate, & accettate, ò in altro qualſivoglia modo ſi foſſe il detto Regio Fiſco aſſicurato, overo li beni predetti foſſero già confiſcati eſpreſſamente per ſentenza di Giudice, delle quali volemo, che reſtino aſſoluti, e liberati*, valde in dubium revocatum extitit, ſi ſub dictis verbis comprehendebantur inquiſiti de
33 extractionibus, & contraventionibus bannorum, pro quibus interceptis dubitatum pariter fuit, quando dicebatur cautum Regio Fiſco, & diſcuſſo negotio in Regia Juncta contrabannorum determinatum extitit, quod *inquiſiti de contrabannis, & extractionibus antè indultum gaudeant dicto generali indultu, ſolutis dirictibus, ſalva proviſione facienda ſuper altero capite, ubi eſt facta exequutio, vel ſequeſtrum bonorum*. Et demum prævio alio decreto ejuſdem Regiæ Junctæ ſub die 28. Februarii 1663. fuit
34 declaratum *eſſe locum beneficio indultus in beneficium Ducis Balneariæ, non obſtante quod per ejus carcerationem prætendebatur fuiſſe cautum Regio Fiſco per executionem perſonalem*; ex quo fuit habitum pro vero non ſufficere carcerationem antè expeditionem cauſæ, ſed eſſe neceſſariam executionem perſonalem poſt condemnationem, ut patet ex decretis inſertis per *Conſil. Rocc de Offic. §.9. nu.* 214. 215. & 216. *fol.* 342. de quibus rebus judicatis non immemor fuit *Conſil. de Altimar. in novis obſervat. ad deciſ.* 91. *D. Reg. Rovit. à num.* 1. *ad* 5. ubi modificat concluſionem, quoties intercepta ſpecta-
35 rent ad Aſsignatarios vigore inſolutum dationis illis factæ à Reg. Cur. quia tunc non verſaretur intereſſe Regii Fiſci, ſed Tertii, quod videtur ſemper exceptum: comprobant *DD.* apud *D. Aget.* & *de Luca in meliorat.* 183. *ad D. de Marinis, num.* 7.

Illud tamen adnotare non erit omittendum Barones non habere cognitionem cauſarum indul-
36 tus, quarum cognitionem ſpectare ad M. C. in Regno Neapolitano advertit *Caravit. ſuper Pragm. de Exulib. num.* 50. & *Capibl. de Baronib. Pragm.* 6. *num.* 7. quos tamen loqui in banno, ſeu indulto particulari conceſſo bannitis, non autem in indulto generali advertit *Maſtrill. de indult. gener. cap.* 45. *num.* 3. quia Barones nedum habent merum, & mixtum imperium, ſed poteſtatem indulgendi ex privilegio, & per conſequens poſſunt exequi gratias à Rege conceſſas; ſed Ego adhæreo primæ opinioni, ex rationibus traditis per *Cutell. de donat. in Appendice ad par.* 6. *ſecund. diſc. prim. tractat. à num.* 1. *ad* 29. *fol.* 255. ubi refellit *Maſtrill.* & ſic reſolutum refert in Regno Siciliæ, & quod de cognitione, & fractione indultus ſint tantùm Judices competentes M. C. V. & Regiæ Audientiæ, latè dixit *Angel. Scialoy. in prax. forjudic. cap.* 24. *num.* 113. & *de foro compet. cap.* 45. *nu.* 2.

Hactenus locuti fuimus de generali indulgentia, ſeu abolitione; nunc de ſpeciali brevitèr loquendum erit.

Specialis indulgentia dicitur gratia, quæ ſolet im-
37 petrari ex ſola clementia Principis, vel per verbum *gratiæ*, vel per verbum *indulgeo*, juxta *text.* & *DD. in l.* 2. *C. de ſent. paſſ.*

Ad quam ſpecialem indulgentiam Princeps etiam de raro devenire ſolet, & in illis criminibus, quibus aliquando indulgendum putaverit, emananeur reſcripta, ut Pars ſit concordata, vel
38 concordanda veniat infra certum tempus, quæ reſcripta ſunt intelligenda etiam cum prohibitione, ut non poſsint Rei accedere ad loca, & territoria, ubi reſident Partes offenſæ, donec non obtinuerint ab eis pacem, juxta reſcriptum Ducis Oſſunæ inſertum per *Dom. Reg. Sanſelic. deciſ.* 50. *num.* 22. *lib.* 1.

Quæ reſcripta gratioſa ad hoc, ut poſſint executioni demandari, nedum exigunt Partis remiſſionem, ſed quod ſint executoriata per Collat. Conſ. juxta *Pragm.* 4. *de fid. & authorit. memor.*
39 alias Fiſco, & Partibus ſe opponentibus, ſolet Supremum Coll. Conſ. providere, *quod M.C.V. juſtitiam faciat, non obſtante gratia conceſſa, vel illa reducta ad jus, & juſtitiam*, ut ſervatum legimus in caſu, in quo ſcripſit *Conſ. Rocc. in reſponſ.* 37. *lib.* 2. & an gratia cenſeatur revocata, quando Princeps ſupplicatus ſuper revocatione ſimpliciter mandaverit, quod *M.C.V. de juſtitia provideat*, diximus *in obſervat. ad ſing.* 93. & 94. *num.* 6.

Requiritur pariter, ut reſcripta gratiarum executioni demandentur in M.C.V. vel in illo Magi-
40 ſtratu, ubi pendet inquiſitio, juxta antiquam obſervantiam, de qua teſtatur *D. Reg. Sanſelic. deciſ.* 25. *num.* 7. & *deciſ.* 403. *à nu.* 8. *ad* 17. *par.* 3. Verum interpoſito decreto ſuper executione, ſi Fiſcus intendat gratiam impugnare ſub prætextu, quod remiſsiones non fuerunt habitæ à legitimis perſonis, ſed ab aſſertis conjunctis, non probato gradu conjunctionis, Fiſcus tenetur probare adeſſe alios conſanguineos, & interim reus erit manutenendus in poſſeſsione libertatis, ſecus ſi gratia non fuiſſet executa, ſed reus inſtaret pro executione, quià tunc probare teneretur requiſita ad illius validitatem, idem *Sanſelic. cit. deciſ.* 25. *num.* 8. *lib.* 1. comprobat *Marc. Anton. Sabellius in ſumm. §. Gratia nu.* 15. *tom.* 3.

Cœterum non poterit Gratia Principis impugnari ſub prætextu obreptionis, quoties proceſſerit
41 prævia relatione Principi facta de meritis cauſæ, ex *Anell. de Amat. conſ.* 72. quem retulimus *in obſerv. ad ſing.* 93. & 94. *num.* 8.

OBSER-

OBSERVATIO II.

SUMMARIUM.

1 *Indultus Anni* 1701. *concordat cum indultu Anni* 1496. *&* 1505. *cum indultu A.* 1549. *cum indultu A.*1585. *cum indultu A.* 1648. *cum indultu A.* 1661. *& num.*2.3.4.5. *&* 6.

7 *Abolitionis generalis causa est multitudo delinquentium.*

8 *Seditionum Authores capite puniuntur, & cæteri Affectæ ad damnum, & interesse.*

9 *Abolitio num comprehendat damnatos per sententiam, & quid respectu sententiarum exequi non ceptarum. num.*10. *&* 11.

12 *Affertur declaratio indultus Anni* 1662.

13 *Vassalli Baronum num comprehendantur sub indultu respectu pœnarum pecuniariarum.*

14 *Sensus Authoris.*

15 *Gratia Principis debet intelligi secundum stylum, & usum Principis concedentis.*

16 *Indultus concedens dilationem debitoribus non comprehendit debita futura, nec quoad actionem realem, nec in debitoribus Regiæ Curiæ, nec in debitoribus census, nec ex causa alimẽtorum, nec ex causa locationis, nec pro rebus comestibilibus ex causa annonæ, nec pro salario, nec in debitoribus pupillorum, ex causa dotis, Ecclesiæ, aut pro causa pia, & num.* 17. 18.19.20.21.22.23.*&* 24.

De Abolitionibus. Prag.XXVII.

Per il tumulto accaduto in questa Città, &c.

PRagm. hæc continet indultum concessum huic Civitati, & Regno occasione seditionis, & tumultus, qui accidit sub die 23. Septembris Anni 1701. cum devastatione Palatii M.C.Vicariæ, incendio, & dissipatione scripturarum, cum excarceratione Carceratorum, & aliis depopulationibus, & est amplissimum nullis criminibus, neque personis exceptis, nisi principalibus authoribus dictæ seditionis, & conceditur similiter dilatio sex mensium debitoribus infrà summam ducatorum mille.

Concordat cum hoc indultu indultus Anni 1496.
1 concessus per Regem Federicum, quatenùs includit etiam crimen læsæ Majestatis in primo capite, ut patet inter *Capitula, & Privilegia ejusdem Regis cap.4.fol.*22. *à ter.*

Concordat indultus Anni 1505. in quo *Ferdinandus Rex Catholicus* concessit generalem aboli-
2 tionem omnium criminum etiam læsæ Majestatis commissorum ante ingressum Magni Capitanei, ut inter *Capitula, & Privilegia Ferdinandi cap.6.fol.*40.

Concordat indultus anni 1549. in quo per *D.Petrum de Toleto* fuit concessa abolitio post tu-
3 multus in vim plenariæ restitutionis bonorum, & dignitatum, exceptis nonnullis personis, inter quas fuit quidam Anellus Surrentinus, ut in *Pragm.*3.*loc. cit. in antiqua, impressione Anni* 1598.

Concordat indultus Anni 1585. concessus per Os-
4 sunensium Ducem occasione tumultus, in quo mortuus fuit Jo: Vincentius Starace Tribunus Plebis hujus Civitatis cum devastatione ejus domus, & latrociniis, & generalis abolitio fuit concessa, exceptis factionis Capitibus, & Carceratis, ut in *Pragm.*9.*hoc tit. in antiquis.*

Concordat abolitio Serenissimi *D. Joan Austriæ*
5 publicata Anno 1648. de qua in præcedentibus *Pragmaticis* 3.4.5.*&* 6.*sub tit. de abolitionibus.*

Et denique concordat indultus de Anno 1661. in
6 quo pro executione *Capituli* 28. pacis Initæ inter Catholicum nostrum Regem, & Regem Franciæ fuit concessa indulgentia rebellibus cum restitutione bonorum, ut in *Pragm.*18.*hoc tit. in novis, & in novissimis.*

Satis *Juri* consona fuit hæc generalis abolitio, si-
7 quidem abolitionis generalis causa est multitudo delinquentium, *cap. ut constitueretur,* 50. *dist. Tiber. Decian. tract. crimin. lib.*3. *cap.*36. *nu.*95. *vol.*1. & salutaris fuit quoque provisio exclusionis Authorum seditionis, quia parcendum est multitudini, & seditionum Authores capite
8 puniuntur, cœteri verò Affectæ ad damnum, & interesse tantùm tenentur, *l.*3.*§.item qui Author seditionis, ad L.Cornel. de Sicar.* ibi: *Authores seditionis, & tumultus populo concitato pro qualitate dignitatis, aut in furcam tolluntur, aut bestiis subiiciuntur, aut in Insulam deportantur. Tiber. Decian. tract. crimin. lib.*7.*cap.*19. *de seditiosis, num.*7.*vol.*2. & satis clarius, & eruditè ex Livio, & Vegetio concludit *Anton. de Matthæis ad lib.*48.*Digest. tit.*2.*cap.*2.*nu.*2.*versic. postremò*, quem sequitur *Matthæi de re criminali controv.*17.*num.*31.*&* 32. & ex recentioribus *Maresca de legib. publicor. Judicior. tit de modit committen. crim. perduell. glos.* 11. *à nu.*32.

Difficultas suboriri potest, num sub hac Indulgentia generali comprehendantur condemnati per
9 sententiam, dum de eis nulla fuit facta mentio, & negativè resolvendum videtur ex dispositione *text. in l. acta,* §.1 *ubi glos. & Bart. ff. de re judic. Mastrill. de Indult. cap.*3. *nu.*23. *& cap.*11.*num.*4. *& cap.*42. *num.*3. ubi loquitur de condemnatis ad triremes, & in *cap.*43. *de forjudicatis per sententiam.*

Sed sanè aliter dicendum videtur, cum Indultum sit adeò amplum, & generale, quod nullum ex-
10 cepit casum, & observantia subsecuta ità declaravit etiam in condemnatis ad pœnas corporales existentibus in carceribus M. C. V. qui exierunt occasione tumultus, unde superest solùm difficultas respectu sententiarum exequi cœpta-

Digitized by Google

11 cæptarum,quas non effe comprehenfas fub in-
dultu loquente de condemnatis dixit *Maftrill.*
cit.loc. & cũ diftinctione fuit declaratum in hoc
Regno ad interpretationem indultusAnni 1662.
12 per *Pragm.20. fub hoc tit.* fub illis verbis: *In-*
torno al quarto dichiaramo, che le fentenze co-
minciate ad efeguirfi, rifpetto dell'efiliati, ò re-
legati fono comprefi in detto indulto, quelli che
ftanno in galera fono eccettuati nel predetto in-
dulto, quelli che ftanno nella guerra, ò in prefi-
dii, ò ftanno condannati à carcere perpetuo, non
godono l'indulto predetto.

Quæri etiam poteft, num comprehendantur Vaf-
falli Baronum refpectu pœnarum pecuniaria-
13 rum ex delicto provenientium, & quamvis fo-
pita videatur quæftio per decifionem junctis
Tribunalibus factam, per quam fuit decifum in-
diftinctè comprehendi Vaffallos Baronum, re-
formata prima fententia, quæ exceperat pœnas
pecuniarias, ut teftantur *Domini Regentes Mo-*
les in tit.de jur.bajulat.§.9.qu.3.num.83. & *Re-*
verter. decif.546. tom.2. & ex exteris *Larrea*
14 *decif.Granat.30.num.5.& 6.* Verum Ego arbi-
tror Vaffallos Baronum non includi fub indul-
tu refpectu pœnarum merè pecuniariarum, de
quibus indulgentia exprefsè locuta non fuit, &
moveor ad ità fentiendum, quià in indultu Anni
1599. publicato fub 9. Maii 1600. ut in *Pragm.*
2.de abolit. fuerunt exceptæ pœnæ pecuniariæ
fub illis verbis: *Declaramus etiam Vaffallos*
Baronum dicti noftri Regni, ab hujus noftræ
indulgentiæ beneficio minimè effe excludendos,
exceptis tamen cafibus, in quibus de pœna pecu-
niaria tractari contingerit; & rationem affignat
Catalan. fcribeodo ad interpretationem ejuf-
dem Edicti in *tract. de Ammneft. feu Indult.*
cap.47. idemque quoque expreffum fuit in ge-
nerali abolitione publicata fub die 26. Aprilis
1662. ut patet in *Pragm.19. hoc tit.* unde affe-
verandum erit ad inftar dictarum abolitionum
præfentem fuiffe conceffam; quià gratia à Prin-
cipe facta intelligi debet fecundum ufum Prin-
15 cipis concedentis, *D. de Franchis decif.509.n.*
2. quod prius ex eifdem principiis firmavit *Ma-*
ftrill.de indult.cap.21.num.6.& cap.3. num.12.
in fine, & *cap.44. num.5. in fin.* quibus etiam
accedunt fcripta per *Reg. Conftant. in l.1. C.de*
pœn.fifcalib.num.58. & per *Confil.Rocc.de offic.*
in tit.de Indult.gener.§.8. num.112. ubi ex eo-
dem *Reg.* tradit indultum regulari fecundùm
formam Cancellariæ.

Quantum verò attinet ad alteram infpectionem
16 indultus concedentis debitoribus dilationem
fex menfium fe offerunt fequentes limitationes.

Prima eft, ut non comprehendat debita futura,
17 *Angel.Farinac.* & alii apud *Maftrill.de indult.*
cap.6.num.14. & *cap.46.num.26.*

Secunda, non procedit dilatio quoad actionem
18 realem fuper bonis; cum fit beneficium perfo-
nale, *Maftrill.cit.tract.de indult.cap.46.n.7.*

Tertia, ut non procedat in debitoribus Regiæ Cu-
19 riæ ex caufa gabellarum, ut ex *Grammatic. &*
Jo:Antonio de Nigris concludit idem *Maftrill.*
cit.cap.4.num.10.

Quarto, limitatur in debitoribus cenfus ad for-
20 mam Bullæ, & in debitoribus ex caufa alimen-
torum, *Gailelmus Antonius Freundeberg. de*
Refcript. & Moratoriis, tit.7. concl.40. de Ali-
mentis num.26.27.& 28. idem *Maftrill.cit.cap.*
46.num.11.12. & 13. Reg.Rovit.fuper Pragm.
3.de vifitat.Carcerat.num.13.22.& 26. ubi ex-
cludit à beneficio dilationis emphyteutas etiam
extra diftrictum Neapolis.

Quinto, limitatur in debito ex caufa locationis,
Vincent.de Anna fing.101. Carroc. & alii apud
21 eundem *Maftrill.num.15.* maximè in civitate
Neapolis, & ejus diftrictu, *Reg. Rovit. fuper*
Pragm.3.de vifitat.num.13. ubi quærit, utrùm
privilegium procedat refpectu penfionis inftan-
tis anni, vel cõprehendat præteritas penfiones.

Sexto, non comprehenduntur debitores pro rebus
22 comeftibilibus, nec pro caufa annonæ, & mer-
cium, nec pro falario, aut labore perfonali, idem
Reg.Rovit.num.14.17.& 23.

Septimò, excluduntur debitores pupillorum, & ex
23 caufa dotis, idem *Maftrill.cit.loc. nu.16.& 17.*
Reg.Rovit.ubi fuprà num.15.

Octavo, excluduntur debitores Ecclefiæ, aut pro
24 caufa pia, *Maftrill. ubi fuprà num.14. Reg. Ro-*
vit.num.21. fed contradicere videtur *R. San-*
felic.decif.187.tom.2.

OBSERVATIO III.

SUMMARIUM.

1 *Inferuntur verba Indultus publicati per Phi-*
lippum V. Regem fub die prima Junii 1702.
2 *Affignatur difcrimen inter fpecialem, & gene-*
ralem Indultum.
3 *Remiffio Partis læfæ, num fit neceffaria pro*
fruenda hac indulgentia in cafibus in quibus
accufationes non fuerunt inftitutæ.
4 *Afferuntur noviffimæ determinationes pro*
quæftionis refolutione.
5 *Occurritur* decif.72. Reg. Capyc.Latr. *& de-*
fenditur Maftrill.
6 *Verba Indultus* dummodò adfit remiffio Par-
tis *interpretantur.*
7 *Verba Indultus* dummodò fit cautum Regio
Fifco, *an verificentur per executionem per-*
fonalem orientem ex carceratione.
8 *Gratia ifta an importet plenariam bonorum re-*
ftitutionem acquifitorum in beneficium Re-
giæ Curiæ ob forjudicationem, vel bannum;
Et quid fi contineret claufulam, Gratiam faci-
mus, *& ad priftinum ftatum reftituimus, n.9.*
Et quid fi contineret verbum, Indulgeo, *n.10.*
11 *Indultus conceffus per Philippum III. de anno*
1600. *interpretatur, & perpenditur* Io:Aloy-
fius Catalanus, *qui fcribit ad interpretatio-*
nem dictæ Legis. 12 *In-*

Digitized by Google

12 *Indultus pendente tempore ad obtinendam Partis remiſſionem, habet vim Guidatici.*

13 *Crimina graviora, excipienda à generalibus abolitionibus, quæ ſint.*

Et quando excepta cenſeantur, exceptis cæteris aliis atrocioribus, num. 14.

15 *Reiiciuntur* DD. *contrarium ſentientes.*

16 Tiber. Decian. in tract. crimin. lib. 3. cap. 35. de abolit. *laudatus inter DD. contrariæ ſententiæ perpenditur pro noſtra ſententia.*

17 Pet. Foller. *qui ſcripſit ad interpretationem Indultus Anni* 1554. *reiicitur, & ejus argumenta ſolvuntur, nu.* 18. & 19.

20 Reg. Revert. deciſ. 112. *ponderatur.*

21 Reg. de Marinis *verba* in obſervat. ad eandem deciſ. 112. num. 5. *referuntur; & ejus argumenta non recipiuntur.*

22 Bulla Gregoriana *non admittit extenſionem ad caſus ſimiles, & æquipollentes, neque ex identitate rationis.*

23 *Crimina graviora, & atrociora, quæ non ſunt excepta ab hac Gratia fuerunt excepta ab aliis abolitionibus, & quæ ſint iſta crimina, recenſentur.*

24 *Gratia debet intelligi ſecundùm uſum Principis concedentis.*

25 *Officialium delicta excipi ſolent ob Indultu.*

Et an exceptio includat tantum Officiales juriſdictionem habentes, vel etiam habentes nudum miniſterium, num. 26.

27 *Referuntur caſus, qui emerſerunt diſputandi ad interpretationem hujus Gratiæ.*

28 *Nummulariorum crimina, vulgò detti* Caſsieri di Banco, *an cenſeantur de criminibus exceptis.*

29 *Homicida, qui priùs duo homicidia deliberatè commiſit, excluditur ab hac Gratia.*

Et quid in mandante fieri duo homicidia, n. 30?

31 *Homicidia proditoria patrata ſub colore, vel ſimulatione amicitiæ, excluduntur à beneficio ipſius Gratiæ.*

32 P. Graffett. de nec. prodit. §. 26. nu. 13. *reiicitur.*

33 *Homicidium commiſſum per inimicum, cum diſſimulatione odii, & oſtentatione amicitiæ, conſideratur proditorium.*

Et quid ſecuta reconciliatione, vel exiſtente promiſſione de non offendendo, num. 34.

35 *Homicidium veneno commiſſum, dicitur proditorium nulla adhibita diſtinctione amicitiæ, vel inimicitiæ.*

Et quid in occidentibus Inimicum ligatum, vel Infantes jam natos, & dormientes, n. 36.

Et quid in carcerato occidente Cuſtodem Carceris, num. 37.

38 *Uxoricidium commiſſum per virum in perſonam Uxoris, quæ illum quærelaverat de adulterio, non dicitur proditorium.*

Et quid in marito interficiente ex intervallo uxorem adulteram, num. 39.

40 *Aſſaſſinia excluduntur delicto conſumato, vel deducto ad actum proximum.*

Et quid dato mandato, & illo detecto, poſtquam fuit per mandatarium acceptatum, num. 41.

42 *Parricidium dicitur homicidium commiſſum in perſonam Soceræ.*

43 *Crimina commiſſa ſub ſpe Indultus non comprehenduntur in Indultu.*

44 *Latrocinia commiſſa in itinere publico, an plura requirantur, ad hoc, ut cenſeantur excepta, vel unum latrocinium ſufficiat.*

Et quid in devaſtatoribus, & depopulatoribus agrorum, num. 45.

46 *Forjudicatis perſonaliter comparentibus prodeſt beneficium iſtius Indulgentiæ, quæ concordat cum praxi Regiæ Cancellariæ.*

De Abolitionibus. Prag. XXVIII.

CONTINUANDO *il noſtro Regal amore in rimirare al beneficio de' noſtri fedeliſſimi Vaſſalli, e richiamarli al perdono dalli delitti, & errori*
1 *commeſſi, con riponerli nel dritto camino della giuſtitia, e della quiete, nella quale procuraremo ſempre colla noſtra Regal providenza, che ſi mantenga queſto Regno, affinche ciaſcheduno s' impieghi nella ſtrada delle virtù, al noſtro Regal ſervitio, & al proprio ſuo bene colla conſervatione delle loro fameglie. Habbiamo però deliberato con la noſtra ſuprema, e Regal autorità di concedere colle limitationi infra dichiarande, uno generale abolitione, & indulto in tutto il preſente Regno, comprendendo tutte le Città, Terre, e luoghi di eſſo, così Demaniali, come Baronali, ò Naturali, ò Foraſtieri, che ſiano i loro abitatori per tutte le colpe, errori, e delitti per l' addietro commeſſi, ò ſiano, ò non ſiano dedotte le loro inquiſitioni, ò ſiano li Rei inditiati, convitti, ò confeſſi, ò contumaci, ò carcerati, ò ſi ritrovino con mandati, ò pleggiarie, & altre cautele, e non meno li condannati à qualunque pena corporale, anco di morte naturale, ò pecuniarie per applicarſi al noſtro Regio Fiſco, purche tali pene pecuniarie incorporate non ſi ritrovino, ò realmente già acquiſtate al Regio Fiſco, ò che in qualunque modo non ſe ne ritrovi il noſtro Regio Fiſco cautelato, dovendo però reſtar tutti li Rei ſudetti pienamente aſſoluti, e liberati, ſicome con il preſente generale Indulto l'aſſolvemo, e perdonamo, comandando, che in ogni futuro tempo reſtino liberi, e ſciolti dalle loro inquiſitioni, colpe, e contumacie, e delitti, e li Carcerati ſi riponghino nella loro libertà. Intendendoſi però quelli, che tengono legitima remiſſione delle Parti offeſe, nelli caſi ne' quali ſi ricerca, e non avendola poſſano ottenerla, nel termine di ſei meſi decorrendi dal giorno della publicatione del preſente per doveria produrre in forma valida, & autentica nelle medeſime Corti, e Tribunali, ne' quali pende la loro inquiſitione, & avanti l'Officiali, à' quali ſpetta, inteſi li Fiſcali, nel*

qual spatio di tempo conceduto per ottenere dette remissioni non possano i Rei esser molestati, senza però avvicinarsi per otto miglia alli luoghi delle solite abitationi delle Parti offese.

Mà dovendo questa nostra Regal Gratia, e perdono non essere pregiuditiale al servitio di Sua Divina Maestà, nè alla tranquillità della nostra Corona, nè alla quiete, e fede pubblica; Et essendo sempre immeritevoli di qualunque beneficio, & indulgenza, quell'animi così maligni, e ferini, che dimenticati della propria humanità con continuati, e gravi delitti resi incorrigibili, fanno di questi la loro professione, dichiaramo nel medesimo tempo esclusi dal presente Indulto, & abolitione, tutti li Rei de' delitti di lesa Maestà Divina, & humana; di falsificatione, e tonsione di moneta; di parricidio in qualunque caso commesso; di homicidio se li Rei ne avessero altri due commesso, non ostante, che ne avessero patita la pena; di homicidii con qualità di proditione, ò di assassinamento, così à rispetto del mandante, come del mandatario; di delitto nefando: de' furti di strade pubbliche, e de' ricatti; escludendo anche li decottori con frode, stante il pregiuditio, che questi caggionano alla causa pubblica, e generalmente di tutti li Rei, la condanna de' quali hà tenuta la sua esecutione, e de' delitti colla prova d'essere stati commessi con la speranza di questo Indulto, affinche non resti esempio, che con tal speranza della previsla immunità si dia adito a' malfattori di commettere delitti; E rispetto de' Forgiudicati questi si debbano frà lo spatio d'un mese presentare in questa G.C. della Vicaria per dover godere della gratia dell' Indulto.

Munificentissimus noster Rex tempore adeptæ possessionis horum amplissimorum Regnorum, ex hæreditaria successione Augustissimi Regis Caroli Secundi generalem hanc concessit abolitionem ab omnibus criminibus, ideò advertendum erit, quod adest discrimen inter specialem,
2 & generalem indulgentiam, ut admonuit *Anton. de Matthæis de crimin. lib. 48. tit. 19. de indulgent. num. 5.* ex juribus traditis in *l. 1. 2. 3. 4. & 7. C. de sentent. pass. & restit. & l. ult. C. de general. abolit.* Et dixi *præced. observ. 1. nu. 2.*

Ex præsenti textu, quem interpretandum duximus, plures deducuntur dubitationes, & practicabiles conclusiones.

Prima deducitur ex illis verbis, *ò siano, ò non siano dedotte le loro inquisitioni*; nùm pro obtinenda hac generali indulgentia sit necessaria Partis læ-
3 sæ remissio, quoties nulla intercesserit accusatio de crimine patrato, sed ex officio fuerit processum, & negativè decisum testantur *Mastrill. de Indult. general. cap. 24. num. 23. & Novar. decis. 63.* quibus licèt contradicat *Reg. Cap. Latr. dec. 71.* tamen priorem opinionem sequitur *Reg. de Marin. lib. 1. suar. resolut. cap. 2. num. 35.* in ultima *editione*, ubi declarat contrariam sententiam procedere ad effectum obtinendi compositionem delicti, pro qua obtinenda requiritur pro forma Partis remissio ex dispositione *Regiarum Pragmaticarum*, sed opinionem *Mastrill.* non amplectitur *Rocc. de offic. tit. de composit. §. 13. n. 76.* ex *Larrea dec. Granat. 25. n. 10.* vidēdus est *Cresp. de Valdaur. obs. 83. q. 3. n. 26. par. 2.* Verùm Ego sequor primam opinionem,
4 secundùm quam determinatum comperio per M.C.V. de Anno 1660. in causa Illust. Comitis Policastri, & Josephi de Stephano Baronis Casellarum, cum RR. Præposito, & Cappellanis Sanctissimi Præsepii de Urbe, & Universitate, & particularibus Sancti Joannis ad Pirum; sicque tàm Comes, quàm dictus Baro Joseph fuerunt admissi ad fruitionem indultus absque Partis remissione, quia tempore publicationis non erant adhuc accusationes institutæ.

Quibus decisionibus sic stantibus non est curandum de censura *Reg. Cap. Lat.* contra *Mastrill.* ex quo opinio *Mastrill.* fulcitur fortioribus rationibus, cum quibus resolvit contraria argumenta, & respondet ad *Foller.* & *Caravit.*

Rationes, quibus movetur *Mastrill.* deducuntur ex visceribus Indultus illius temporis, qui expres-
5 sè accusatores requirere videtur ibi: *Accusati*; & posteà, ibi: *in casibus in quibus Partis remissio necessaria est*, quæ verba subsequentia declarant præcedentia, per *text. in l. servus plurium, & l. qui filiabus, ff. de leg. 1.*

Nec adversantur verba *text.* Indultus, quæ ponderantur per *Reg. Cap. Lat. dummodo adsit remissio Partis, sivè illam infra statutū terminum ob-*
6 *tineant*, quia dicta verba non designant, ut requiratur remissio Partis etiam in delictis, pro quibus non sint cæpti processus, sivè non sit instituta quærela à Parte, sed in casibus, in quibus exigitur, ut clarè patet ex verbis nostri *text. nelli casi, nelli quali si ricerca*, iste casus est ex illis in quibus non requiritur Partis remissio juxtà stylum judicandi introductum ex rebus judicatis supra traditis, qui habet vim legis, ex *l. nam Imp. 38. ff. de leg.* ibi: *In ambiguitatibus, quæ ex legibus proficiscuntur, consuetudinem, aut rerum perpetuò similiter judicatarum authoritatem, vim legis obtinere debere. Rovit. dec. 27. nu. 42.* ergò corruit censura *Reg. Cap. Lat.*

Secunda dubitatio, quæ insurgit respectu pœnarum, pro quibus non reperitur cautum Regio Fisco, decidenda venit ex traditis per *Reg. Rovit. dec. 91. Consil. Carleval. de judic. in Apolog. post dictum tract. ad dictam decisionem*, & ex aliis quæ fuerunt per Nos deducta, & cumulata in *observat. ad Pragm. 5. & 6. sub hoc tit.* ubi quæritur an per executionem personalem, quæ ori-
7 tur ex carceratione ante expeditionem causæ, & condemnationem, dicatur cautum Regio Fisco.

Illud tamen dubitatum vidimus, num per hanc indulgentiam censeatur remissa forjudicato, vel ban-

8 bannito,nedũ pęna criminis;ſed etiam conceſſa
reſtitutio ad bona cõfiſcata,& quod reſcriptum
Gratiæ non comprehendat bonorum reſtitutio-
nem, ſed tantum pœnam,etiam ſi Princeps uſus
ſit verbis illis *bannum cancellamus*, dixit *Lar-*
rea alleg.fiſcal.43.à num.6. ad 23.tom.1. diſtin-
guit *Reg.de Marin.in obſervat. ad deciſ.546.R.*
*Revert.num.5.6.& 7. tom.2.*inter gratiam con-
9 tinentem ſimplicem clauſulam *Gratiam facimus,*
& gratiam continentem clauſulã, *Gratiam faci-*
mus eumque ad priſtinum ſtatum reſtituimus,
nam in primo caſu non importat plenariam re-
ſtitutionem,ſed benè in ſecundo ex *Maſtr.Luc.*
de Penn.Bald.& Sforz.Odd. Sed Ego acceden-
do in terminis magis punctualibus, dico quod
Principis Indulgentia, ſeu gratia conceſſa per
verbum *Indulgeo*, non poteſt extendi ad bono-
10 rum reſtitutionem, quoties uſus Principis con-
cedentis non extenderetur *Ægid.Boſſ. in tit.de*
remed. ex ſola clem. Princip.cont.ſentent. à n.1.
ad 7.Larrea in cit.alleg. fiſcal.43. n.7. quemad-
modum talis uſus vigere videtur in hoc Regno,
& patet ex præſenti *lege*, & aliis abolitionibus
latis, in quibus ſemper fuerunt exceptæ pœnæ
pecuniariæ incorporatæ,vel acquiſitæ in bene-
ficium Regiæ Curiæ. Imò in Indultu edito per
Philippum III. in Anno 1600. de quo in *Prag-*
matica 2. de abolit. excepta fuerunt bona con-
fiſcata per Judicis ſententiam, ut patet ex illis
11 verbis: *Aut bona ipſa jam per ſententiam à Ju-*
dice latam expreſsè confiſcata non fuerint;Unde
Joannes Aloyſius Cathalanus in tract.de amne-
ſtia, abolit. & Indult. interpretando dictam le-
gem in *cap.18.num.127.* aſſignavit rationem,
quod per confiſcationem factam per Judicis
ſententiam dicitur conſumptus actus execu-
tionis.

Dum voluit Legiſlator, ut potirentur hac gene-
rali Indulgentia, habentes, vel obtinentes re-
miſſionem à Partibus infrà terminum ſex men-
ſium in caſibus,in quibus requiritur,& infrà di-
ctum tempus non poſſint rei moleſtari,dummo-
do non accedant ad loca ubi degunt Partes of-
fenſæ; obſervandum erit, quod ob dictam con-
12 ditionem Gratia Principis non dicitur perfe-
cta, ſed importat Guidaticum, ſecuritatem, ſive
ſalvum conductum, adeo quod ſi pendente di-
cto tempore reus fuerit captus in loco vetito,
carceratur, & ex æquitate reponitur in pri-
ſtinam libertatem, *Reg.Sanſelic. deciſ.51.à nu.*
29.ad 39.Rovit.deciſ.4.

Excipiuntur ab hac Indulgentia crimina læſæ Ma-
jeſtatis Divinæ, vel humanæ, falſæ monetæ,par-
13 ricidii,& homicidia fieri conſueta per alias duas
vices, homicidia cum qualitate proditionis, vel
aſſaſſinii, delictum vitii nefandi: Furta, & reca-
pta patrata in itinere publico, decoctores frau-
dulenti, & omnia crimina commiſſa ſub ſpe In-
dultus,& condemnati per ſententias executioni
demandatas.

Quæ ſupradicta crimina uti graviora, & atrociora
etiamſi nõ fuiſſent excepta,excepta quoq;cenſe-
rẽtur à generali Principis Indulgentia de men-
14 te ipſiuſmet Principis concedentis, quia Indul-
gentia dictorum criminum adverſaretur rationi
naturali, & legibus Divinis, *Anton.de Matthæis*
de crimin.ad lib.48.ſſ. c.5.de Indulgent. Prin-
cip.n.4.fol.mihi 848. qui loquitur in parricidio,
homicidio proditorio, ſeu ex inſidiis,aſſaſſinio,
& ſacrilegio, & in parricidio loquitur *Fajard.*
alleg.fiſc.2.n.34.Anton.Gomeſ.var.c.13. de tor-
tur.reor.num.38.verſ.Item adde, & ſatis clariùs
diſtinguit *Antonius Fab.in Cod.lib.9.tit.22. de*
*abolit.definit.1.*ibi:*Hinc fit quamvis delictorum*
omnium etiam atrociſſimorum gratiam facere
Princeps pro arbitrio poſsit,etiam læſæ Majeſta-
tis, ſive Divinæ, ſive humanæ, non tamen indi-
ſtinctè abolitio concedi poſsit. Excipiuntur enim
crimina læſæ Majeſtatis, & peculatus, & deſer-
tæ militiæ, non tamèn falſi, quamvis ità nonnul-
li putaverint. Et quod coitus deteſtabilis cum
Moniali excludi debeat, & ſoleat ab Ampliſſi-
mis Regiis Indulgentiis,& Abolitionibus,firma-
vit *Camill.Laratha conſ.106.*

Ex quibus patet nullo modo ferendos eſſe Aucto-
res illos affirmantes non eſſe à generali indul-
15 gentia excludendos reos, qui commiſerunt cri-
mina graviora cœteris illis, quæ ab indulgentia
excipiuntur; Siquidem,vel nituntur regulis ge-
neralibus, vel authoritatibus Doctorum, qui
non merentur allegari, vel loquuntur in termi-
nis ampliſſimarum abolitionum comprehen-
dentium omnia, & quæcumque delicta.

*Tiberius Decian.*qui laudatur inter Doctores con-
trariæ ſententiæ in *Tract.Crimin. lib.3. cap.35.*
de Abolitionib. num.21. licèt affirmaverit, ta-
men *num.26.* in contrariam ivit ſententiam,ibi:
16 *Fallit, & nonò, ut non comprehendat alia enor-*
mia, & atrocia delicta, quæ concurrunt cum cri-
mine læſæ Majeſtatis, & ſunt ei paria, prout vi-
detur ſentire Bald.in l.3. C. de Epiſcop. aud. &
ſequitur Auguſt. de Arimin. licèt non affirmet
in addit.ad Angel.de malefic.in verb.ad quære-
lam num.79.in fin.& Grat. conſ.40. num.10.&
ſeq.ubi dicit, quod ſtatutum, quod crimina abo-
leantur non extenditur ad atrociora.

*Pet.Foller.*in *Commentar.ad Interpretationem In-*
dultus promulgati per Philippum II.Regem An-
*no 1554.*de quibus apud *Rovit.ſup.Prag.1.de*
abolit.num.40. nititur illa vulgatiſſima regula,
quod exceptio firmat regulam in contrarium in
caſibus non exceptis, & voluit à dicta regula
recedere, quamvis agnoviſſet pondus difficul-
tatis, quæ verſatur, quod omnis exceptio, quæ
debet eſſe de regula, non poteſt extendi, nec
operari ultrà caſus exceptos; Unde valdè mi-
randum eſt cùr conſultiſſimus ille vir, qui ve-
17 ritatem benè callebat,ſic conſtantèr ſuſtinere
voluit Indultum extendi ad ea crimina, quæ
aliàs non facta exceptione ſub regula generalis

Digitized by Google

abolitionis non poterant comprehendi, juxtà *text.& doctrinom Bart.in l.generali, §.uxori,ff. de usufruct.& per DD.apud Riminald.jun.conf. 19.num.68.& conf.103.num.49.* Crimina namque, quæ comprehendi non poterant sub generali abolitione sunt illa atrociora, quæ supra numeravimus, & alia illis similia, quæ quamvis non fuissent excepta, semper remanēt sub exceptis, ut benè advertit *Quirin. Cubachius Brocardic.cap.2.brocard.9.* ibi: *Exceptio firmat re-*
18 *gulam in casibus non exceptis, ut procedat, nisi vel alius casus exceptus doceatur, unius enim regulæ plures possunt esse exceptiones, vel excepti alii casus similes occurrant, nam & hi manent sub exceptis, ac his regula non firmatur gl. in l.1.C.de cond.indeb.& cap. cum dilectus, ubi Panormit. de confirm. util.vel inut. Ever.in loc. ab except. ad regul. d.l.à nu.2.* in his enim exceptio suppletur à Jure communi, ut per doctrinā *Abb.*firmat *Fagnan.in comment. ad c. inter alia de Immunit.Eccles.n.34. & 35.in 3.decretal.* & ex gravioribus eruditis accedit *Alciat.in comm. ad cap.quoad sedem, à num.3. ad 6. de off. ordin.* ex quibus magis falsa detegitur opinio *Foll.*dum voluit crimen sodomiæ, quod non erat de criminibus expresè exceptis ab illo Indultu, ex-
19 ceptum non censeri, non obstante dispositione *Prag.1. & 3. sub tit.de sodom.* siquidem adversatur, nedum rationi naturali, & legibus Divinis, sed loquitur contra expressam dispositionem *text.in l.omnes 6. C.ſi cont. jus, vel utilit. publ.* & contra expressam *legem dictæ Pragmaticæ Sanctionis*, per quam dicta crimina sunt in Regno exclusa ab omnibus Guidaticis, Indultis, & assecurationibus quantumcumque generalibus: Unde ad hoc, ut censeatur inducta derogatio *dictæ Pragmaticæ*, & concessa abolitio dicti criminis, requiritur expressa, & specialis clausula derogatoria in rescripto, seu statuto statuente contra illud Jus, ut ex *Bald. Paul. de Castr. Jo: And. Anton. de But. Imol. Abb.Felyn.Alex.& Natta*, concludit *Alex.Trentacinq.var.resol.in tit. de rescript. & privil.resol.6.num.12.ver. in secundo casu*. Quod servatum cernitur in generali, & satis amplissima abolitione, quæ publicata fuit in hoc Regno sub die 11. Aprilis 1648. à D.Jo:ab Austria, ut patet ex *Pragm.5.hoc tit.* in qua ad hoc, ut tolleretur hæc altercatio fuit expresè mandatum, ut abolitio esset generalis, & generalissima absque ulla expressione, & comprehenderet etiam ea, de quibus esset facienda specialis mentio cum derogatione legum tam communium, quàm Regni.

*Reg.Revert. decis.*112. loquitur in Officiali pecuniario, qui instabat velle gaudere Indultu generali concesso à Sac. Cathol.Majestate eo tem-
20 pore omnibus delinquentibus, in quo, licèt aliqua fuerant excepta crimina, hoc tamen nullatenus fuerat exceptum, & quamvis pro parte Regii Fisci fuisset pretensum sub Indultu quamvis generali non comprehendi delinquentes in officio ex dispositione *text.in l.mancipia, C.de serv. fugit.* tamen Officialis fuit liberatus à pœna corporali, & quod solùm pecuniaritèr puniretur ad interesse passum per Regiam Curiam decisum fuit, & rationem decisionis assignat idem *Reg.*sub his verbis, ibi: *Ex quo verba Indultus erant nimis generalia, sicque apta comprehendere quævis delicta, exceptis illis, quæ ibi expressa erant.*

*Reg.de Marin.in obser.ad eandem dec.n.5.*illam sequitur, & comprobat sub his verbis: *Hinc non semel in Supremo Italiæ Senatu apud Sacram*
21 *Catholicam Majestatem residente, ipse dicebam non esse ab hac generali abolitione excludendos illos, qui crimina commiserant adhuc graviora illis, quæ Indultu exceptuantur, quamvis aliquis ex Dominis meis Collegis contrarium sentiret, & ultra D. Reg. nostrum hic in puncto allegabam Mastrill.qui in sua opusc.de Indult.cap. 26.nu.2.3.& 4. sic loquitur. Nota primo, quod ex exceptuatione delictorū facta in præsenti decreto Indulgentiæ generalis, firmatur regula generalis in contrarium, ut omnia alia crimina, etiam atrocissima sint vigore prædictis decreti remissa, & extincta. Ita post alios Dec.in l.1.nu.26. ff.de regul. Jur. cum aliis relatis per Becc.conf. 14.nu.24.per text.in l.non solùm, §.Item respondit, ff.de fund.inst. cap.si Dominus 32. qu.7.Rimin.Jun.conf.19.num.66.& conf.35.num.32.& conf.103. num.37. Et in decreto gratioso, quod omnia sint remissa præter exceptuata, dixit Decian.in tract.crim.de abolit.num.21. vers.cum tamen, & in statuto respondet Grat. conf.35.n. 31.& 32.vol.1. adeò quod Rex noster hodie non posset nec addere, nec diminuere, Capyc.dec.133. Gram.decis.105. num.19.Correr. in prax.crim. excusat.29.num.22.Hæc Mastrill.cujus sententia confirmatur ex his, quæ dixerunt DD. in terminis Bullæ Gregorianæ, in qua cum certi reperiantur excepti casus, in quibus delinquentes Ecclesiastica protectione indigni sunt, si aliquis reperiretur reus criminis, quod gravius, & atrocius est illis in Constitutione exceptis, benè Ecclesiastica immunitate potiretur, cum à scripto illius Bullæ nullo pacto, nec per viam comprehensionis, nec extensionis discedere fas sit. Videantur quæso D.Reg.Constant. in supplicat. ad Paul.V. sup.immun.Eccles.num.39.Ego ipse resolut.Jur. c.170. & alii, quicquid in contrarium contra communem novissimè scripserit Mar. Catell.de imm.Eccles.lib.1.qu.2.*

Ex quibus verbis cernitur, quod dictus Author non nititur, nisi opinioni *Mastrill.* cujus verba transcribit, qui se fundat in *DD.* loquentibus in terminis generalibus, vel non fundantibus conclusionem, vel contrarium sustinentibus, prout supra diximus de *Tiberio Deciano*, & de *Riminaldo Juniore conf. 19. & conf. 103.* & quamvis addat argumentum proprium in ter-

minis

Digitized by Google

minis Bullæ Gregorianæ, tamèn illud redditur inane, siquidem Bulla Gregoriana, ideò non excludit ab immunitate casus graviores similes exceptis, ex quo virtute dictæ Constitutionis non est permissa ulla extensio ad
22 casus, similes, & æquipollentes expressis in eadem Constitutione, neque ex identitate, paritate, aut majoritate rationis, ut considerat Fagnan.in interpretat. cap. inter alia de Imm. Ecclesiastica num.51. & 55.lib.3. Decretal. quod non negavit idem de Marin.lib.1.suar.resol.cap. 170.num.12.vers.unde, ubi dixit, quod dicta Bulla loquitur per dictionem taxativam tantùm, & sic non sit extensio ultra casus in ea exceptos.

Accedit, quod nonnulla crimina atrociora, & non atrociora, quæ non reperiuntur excepta ab hac
23 Indulgentia sunt de exceptis ab aliis antiquis abolitionibus, quemadmodum legimus fuisse aliàs exceptum, crimen adulterantis sigillum Principis, Usus Veneris cum Sanctimoniali; Propinationis veneni, ex qua secuta fuit mors; Impedientis executionem sententiarum latarum contra reos mortis, vel mutilationis membrorum; Testis falsi in causa capitali; Falsitatis commissæ à Notariis, Scribis, & Magistris Actorum; Cædis, offensæ, vel violentiæ contra Regios Ministros; delicta commissa ab Officialibus intuitu officii, ut in Prag.1.de abolit. edita à Philippo II. Anno 1554. Prag.2.eod.tit. edita à Philippo III. Anno 1600. Pragm.17. promulgata à Philippo IV. Anno 1658. occasione Natalis Sereniss. Hispaniarum Principis Pragm.19. promulgata de Anno 1662. unde credendum erit mentem munificentissimi nostri Regis fuisse, ut hæc crimina excipi solita, essent quoque de exceptis à præsenti Indulgentia, ad hoc, ut ejus sanctio se uniformem redderet cum legibus latis per sapientissimum, & justissimum Philippum II. & cæteros piissimos Reges de Domo Austria-
24 ca; cũ Gratia Principis sempèr intelligi debeat secundùm usum Principis concedentis, Boss. in prax.crim.tit.de remed.ex Clement.Principis,n. 7. D.de Franch. decis.509.num.2. & in dubio recipit intellectum secundùm ejus mẽtem, cap. dilecto, cum aliis concordantibus apud Fagnan. in cap.olim de verbor. sign.n.32. lib.5.Decretal.

De observantia excipiendi ab Indultis delicta offi-
25 cialium testatur Consil. Rocc. in tract. de Offic. tit.de composit.rub.14.§.13.nu.49.& 50. qui testatur vidisse ab omnibus Indultis excepta delicta Officialium.

An autem hæc exceptio includat tantùm Officiales habentes jurisdictionem, an etiam illos, qui
26 habent nudum ministerium, & qui impropriè dicuntur Officiales, videndus est Reg. Capyc. Latr.consult.67.num.18.tom.1. & Hieronymus Basilic. decis.36.à nu.1. qui pertransit cum opinione negativa Capyc.Lat. & sic decisum refert in Regno Siciliæ refellendo contrarias decisiones apud Thor.& Reg.Sanfek à quibus dissentit novissimè D.Calderò decis.Cathal.31.nu.63. & praxis viget in contrarium in Regno nostro ex traditis per Cons.Rocc.in cit.rub.14.§.13.à n. 54.ad 57. ubi refert decisiones factas per Regiam Cameram contra Credenzerios, Portulanos, & substitutos à Regiis Portulanis.

Hæc sunt adeo Juri consona, quod in duobus casibus, qui contingerunt post promulgationem hu-
27 jus Legis fuerunt verissima existimata, nempè in causis nummulariorum inquisitorum de peculatu in M.C.V. & in causa Magnific. Donati Anastasio Portulani in Provincia Calabriæ Ultra, cum illius substitutis inquisitis de extractionibus in R.C.S. dum noluit M.C. Vicariæ respectu Nummulariorum quidquam decernere inconsulto Collaterali Consilio, ejusque Domino Prorege, à quo fuit demum decla-
28 ratum fuisse de mente suæ Catholicæ Majestatis, ut talia crimina censerentur excepta; & quod ista crimina sint de illis, quæ excipi solent ab Indultu, videndi sunt Reg.Tap. in comment.sup. Prag.2.de abolit.lib.5.Jur.Regn. Anton.de Ball. tract.crim.lib.4.qu.10.num.29. & Anton.Fab.in Cod. lib.9. tit. 22. de Abolitionib. definit.1. Et respectu Portulanorum prætendentium gaudere Indultu Regia Camera fuit in decernendo, quod procederetur ad decisionem articuli ad Indulti interpretationem in Reg. Collat.Consilio, & in eo monerentur Partes ad audiendam provisionem faciendam accedente voto Dominorum Regiam Cancellariam Regentium, ut ex actis penès Actuarium Mazzam.

Cum ratione fuerunt exclusi rei de duobus homicidiis, quia homicida, qui duo homicidia deli-
29 beratè commisit excludi solet ab Indultu, ut observatum legimus in aliis abolitionibus Regni nostri de Anno 1600. in Prag.2.de abolit. sub Indultu de Anno 1662. in Pragm.19.eod.tit.& servari quoque in Regno Siciliæ testatur Mastrillus laudatus per R.de Marin.ad Revert.obs. 259.à num.3.ad 5.lib.1.

Sed aliter statuendum videtur quando quis duo homicidia perpatravit, & aliud fieri mandave-
30 rit, dum lex loquitur de committente, non videtur comprehendere mandantem, seu consulentem, ut demonstravit Jurisconsultissimus Robertus Vitalis in allegat.apud Cathalan. in tract.de amnestia, seu Indult.c.30.à n.29.ad 71.

Homicidia proditoria ad hoc, ut excludantur à beneficio hujus Legis, requiritur ut vulnus sit illatum contra amicum, sub calore, vel simulatio-
31 ne amicitiæ, juxtà decisionem factam junctis Tribunalibus S.R.C. & Reg.Cam.apud D. de Franch.decis.713.in fin. qua decisione sic stante cavendum erit à P.Graffett. de nece prodit.§.26.
32 num.16. qui voluit indistinctè homicidium haberi pro proditorio, & excludi à Regiis Indultis, quomodocumque contingerit, sive sub prætextu amicitiæ, sive sub fide, sub connexitate,

sive

sive per insidias merè negativas.
Habetur tamen pro proditorio homicidium com-
missum per inimicum cum dissimulatione odii,
33 & ostentatione amicitiæ, nempè si committa-
tur post salutationem factam per inimicum per
capitis detectionem, juxta casum decisum penes
Reg. Sansel. decis. 241. DD. cumulati per Ray-
nald. observ. cap. 8. §. 3. nu. 109. tom. 1. & quomo-
do, & in quibus casibus intelligenda sit citata
decisio Reg. Sansel. vide Consil. de Rosa resolut.
12. num. 43. vers. pro affirmativa in fin. tom. 3. re-
34 sol. criminal. Et quid secuta reconciliatione, vel
existente promissione de non offendendo, affir-
mat idem Reg. Sansel. & Jul. Capon. qui refert
decisionem Curię Archiepiscopalis discept. 254.
tom. 4. sed contradicit R. de Marin. lib. 1. c. 174.
Homicidium commissum veneno dicitur prodito-
rium nulla adhibita distinctione amicitiæ, vel
35 inimicitiæ, itàut homicida immunitatis privi-
legio privatur, & subiicitur cœteris pœnis pro-
ditionis, Matthæu de re crimin. controv. 30.
num. 50. videndus est Grasset. de nec. prodit §.
19. à nu. 22. cum seqq. Et similitèr proditorium
reputatur homicidium commissum ab inimico
occidente suum inimicum existentem ligatum
in manibus Curiæ ob impotentiam, in qua exi-
36 stebat occisus se præcavendi, & defendendi,
ut decisum refert Quesad. controv. forens. cap.
12. & cap. 39. num. 21. Et quid in occidentibus
Infantes jam natos, & dormientes, adeundus est
idem Grasset. de nec. prodit. §. 22. num. 12.
Et an dicatur proditor Carceratus occidens ex
37 insidiis Custodem Carceris, cui non erat ami-
cus, nec inimicus; negat Sperell. decis. 23. n. 13.
sed refellitur per Grasset. loc. cit. §. 17. num. 25.
Non tamen habetur pro proditorio, nec venit ab
Indultu excludendum homicidium commissum
38 per Virum in personam suæ Uxoris virum que-
relantis ipsam de adulterio, ut decisum refert
Thor. in compend. dec. par. 3. sect. 2. vers. occidens
uxorem, fol. 195.
Nec dicitur proditor maritus, qui ex intervallo
occidit uxorem adulteram, ut ex Novar. &
39 Mastrill. qui sic decisum ostendit, docet Ray-
nald. obser. crimin. cit. cap. 8. §. 3. num. 115. & 116.
tom. 1. quia non est in consideratione proditio,
ubi concurrit tam gravis causa offensionis, quæ
debebat impellere uxorem ad se præcavendum,
& formidandum maritum, quem tam graviter
in honore læserat, Campan. de forjud. resol. 16. n.
5. in fin.
Excluduntur quoque homicidia cum qualitate as-
sassinii, verùm intelligendum erit de crimine
40 consumato, vel deducto ad actum proximum,
juxtà interpretationem, quam dedit ad Indul-
tum Anni 1554. Pet. Foller. apud Rovit. super
Pragm. 1. de abolit. num. 25. quem sequitur Tas-
son. de antephat. vers. 3. observat. 3. nu. 360. quia
si fuerit deventum ad simplicem tractatum cum
mandatario de occidendo aliquem mediante
pecunia, dici non potest fuisse commissum assas-
sinium, nec assassinii proximum attentatū, quia
nuda, & turpis conventio ad occidendum assas-
sinium non constituit, quando Christianus ad
occidendum Christianum inductus fuit, Bened.
Carpzov. in prax. Crimin. par. 1. qu. 19. num. 56.
41 ita quod acceptato mandato per mandatarium,
& non secuto effectu ob detectum mandatum
mandans venit puniendus pœna pecuniaria,
Caball. de omni gener. homicid. num. 504.
Dum in text. nostro excipitur crimen parricidii in
quocumque casu, ibi: Parricidio in qualunque
caso commesso, intelligitur etiam de homicidio
commisso in personam Soceræ, quemadmodum
42 consului contrà Antonium Marafioti Civitatis
Montisleonis, qui sub die 2. Julii 1699. occide-
rat Joannam Damianam suam Soceram, tam-
quam nominatim comprehensam sub dispositio-
ne text. in l. 1. ff. ad l. Pompe. de parricid. & decla-
ratur per Anton. de Matth. de crimin. ad lib. 48.
ff. tit. 6. cap. 1. & 5. & Matthæu de re crimin.
contr. 13. num. 2. & quamvis gl. marginalis ad d.
l. 1. advertat in Pandectis Florentinis non ades-
se comprehensum, nurum, & socerum, nihilomi-
nus est adhibenda fides vulgatæ editioni Pan-
dectarum, & non illis Florentinis, in quibus ali-
quos errores Scriptoris manu commissos agno-
visse testatur Andr. Alciat. dispunct. lib. 3. cap. 12.
in fin.
Excipiuntur crimina commissa sub spe Indultus,
quia si crimina talia comprehensa forent, indul-
43 tus extenderetur ad delicta futura, quæ non
comprehenduntur, nec comprehendi à Principe
possunt, ut post Clar. Bajar. Salycet. & Roland.
advertit D. Cresp. de Valdaur. observat. 86. qu. 3.
à num. 25. ad 28. p. 2. accedunt scripta per Fol-
ler. apud Rovit. sup. Prag. 1. de abolit. num. 53. &
per Præs. de Franch. decis. 360. num. 1. & 2.
Dum excluduntur latrocinia commissa in itinere
publico observandum erit, quod sæpè numero
controversum fuit, an sufficiat unicum latroci-
nium fuisse commissum, vel plura requirantur;
44 & quod sat sit semel fuisse commissum, firmat
Mastrill. de Indult. cap. 33. num. 7. quem laudat
Reg. Merlin. controv. 17. num. 24. lib. 1. quamvis
cōtrarium decisum referat novissimè D. Hiero-
nym. Basilic. decis. 36. num. 7. sed an Indulti gra-
tia gaudere possint publici devastatores, ac de-
45 populatores agrorum, negativè decisum refert
Larrea decis. 30. num. 9. tom. 2.
Cœterum dum respectu forjudicatorum fuit statu-
tum, ut illis personalitèr comparentibus in M.C.
46 potirentur beneficio hujus Indulgentiæ, concor-
dare videtur cum antiquissima praxi Reg. Can-
cellariæ, per quam solet fieri gratia pœnæ forju-
dicationis, forjudicatis comparentibus, inquisi-
tione firma remanente quoad delictum, juxtà te-
norem rescripti ejusdem Collateralis Consilii
relati per Thor. in compend. dec. par. 3. sect. 2. vers.
pœna forjudicationis, sub his, quæ sequuntur ver-
bis:

bis; *Fuit rescriptum per Collaterale Consilium die* 18. *Maii* 1635. *pro Angelo Franceso, & Matthaeo Peregrino Terrae Palmae forjudicatis per sententiam M.C.Vicariae pro homicidio, qui preces Excellentiss. Proregi porrexerunt, & petierunt gratiam forjudicationis stante Partis remissione, & fuit ordinatum, quod personalitèr comparentibus infrà mensem fiat gratia poenae forjudicationis, firma remanente contumacia, ac actis, & probationibus contra eos peractis, quoad principale delictum, ut in Reg. Cancellaria patet in Compend.*98.*fol.*11. & idem subdit fuisse servatum in causa Caroli Bombacini Terrae Mariliani in Banca Sportelli, & in alia causa N. Greci in Banca Parisae.

OBSERVATIO IV.

SUMMARIUM.

1 *Barones tenentur contribuere in functionibus fiscalibus pro bonis allodialibus, ut bona tenentes.*

2 *Barones non tenentur solvere collectas pro animalibus pascua sumentibus in territoriis feudalibus, & quid si animalia pascua sumerent in praediis allodialibus Baronum, vel Civium, num.*3.

4 *Barones, & conductores fructuum recollectorum in bonis feudalibus sunt immunes pro ea quantitate, qua indigent pro eorum usu, & quid si conductores mercedem solverint in pecunia, num.*5.

6 *Baronis immunitas pro fructibus feudalibus num extendatur ad famulos custodientes animalia, & territoria, & pro qua quantitate, & quid in Camerario, Bajulo, & Magistro jurato; Et in subfeudatariis, ibid. num.*7.

8 *Bonatenentia num veniat solvenda per Barones pro rebus, quae venduntur in hospitiis, seu tabernis.*

9 *Et quid in molendinis aedificatis, vel reaedificatis, vel emptis in territorio burgensatico feudi.*

10 *Bona feudo reddititia, & gentilitia tamquam burgensatica contribuunt in collectis, & quid in bonis concessis Vassallis in feudum sub praestatione decimarum, demùm ad eundem Baronem reversis, num.*11.

12 *Baro non potest facere rem burgensaticam feudalem in praejudicium solutionis collectarum, seu bonatenentiae.*

13 *Baro num possit praetendere immunitatem à solutione bonatenentiae respectu burgensaticorum existentium in terra confinante, quae habet promiscuitatem territorii cum Castro Baronis.*

14 *Baro non dicitur verè Civis sui feudi, sed per allectionem.*

15 *Liquidatio bonatenentiae quomodo sit facienda, tam respectu stabilium, quam annuorum redditu[um], & num.*16.

17 *Neapolitani Cives, & Equites gaudentes honoribus Platearum hujus Civitatis sunt immunes à solutione bonatenentiae pro annuis introitibus super Universitatibus Regni, sed non respectu bonorum immobilium.*

18 *Neapolitani originarii, vel orti, vel Neapoli concepti gaudent hac immunitate, non autè illi, qui sunt effecti Cives per allectionem, vel declarati per Reg. Cam. vigore Reg. Pragm.*

19 *Neapolitanum privilegium uxori competens, num communicetur marito, ad finem illum reddendi immunem à gabellis, & quid in eo, qui habet domum propriam in Civitate Neapolis cum uxore Neapolitana, sed non habitat in dicta domo.*

20 *Praesidentes Reg. Cam. & Regii Consiliarii gaudent immunitate à solutione bonatenentiae, caeterarumque gabellarum, & quid in Praesidibus, & Auditoribus Provinciarum, caeterisque Judicibus localibus, & quid si essent Hispani. nu.*21. & 22.

23 *Ecclesiae num tractentur immunes à solutione bonatenentiae pro bonis emptis, vel donatis, & quomodo expediantur provisiones per Regiam Cameram, etiam respectu patrum onustorum. num.*24.

25 *Bonatenentiae, seu collectarum onus num sit persolvendum ex Officio Magistri Actorum in burgensaticum concesso.*

26 *Bonatenentia exigitur executivè intra decennium, & quid quando non esset liquida, n.*27.

28 Pragm. 10. & 20. in §.5. de Administrat. Universitat. *exornatur.*

29 *Transactio diu observata impugnari nequit.*

30 *Observantia ex quibus actibus deprehendatur, & num.*31.32.33.34.

35 *Jus fidae, & diffidae Baroni competens super defensis Universitatis extingui, & resolvi an possit per alienationem defensarum, & nu.*39. & 40.

36 *Jus fidae, & diffidae importat jus assecurandi animalia in pascuis affidata, & absque jurisdictione exerceri non potest, cum competat Baroni Domino feudi, & territorii, & n.*38.

37 *Jus fidae non acquiritur Baroni, nisi per immemorabilem, vel per privilegium à Rege concessum.*

41 *Onus reale est transitorium cum ipsa re.*

42 *Assensus praesumitur inter Universitatem, & Baronem ex lapsu* 70. *annorum.*

43 *Metus non praesumitur inter Universitatem, & Baronem, Barone existente in pupillari aetate.*



De

De administratione Universitat. Pragm. XIX. & XX.

Essendosi da S. E. &c.
In §. incip. *Ottavo s' ordina.*
I Mesi passati, &c.
In §. incip. *Ottavo perche.*

BArones pro bonis burgensaticis solvant bo-
namtenentiam, quam Universitates assignent
in beneficium Reg. Curiæ pro extinguendis re-
siduis functionum fiscalium, ubi verò non est
facta liquidatio bonatenentiæ fiat servatâ formâ
Decretorum Reg. Cam. & Barones cogantur via
executiva etiam pro preterito infrà decennium,
& in casu gravaminis sit locus recursui ad Reg.
Cam. non impedita interim solutione H.D.

Concordant hæ Pragm. cum *Pragm. 26. sub tit. de
Vectigal.* & cum Decretis generalibus R. Cam.
228. & 575. apud *D. Reg. de Marin.* in quibus
1 quoque mandatur Baronibus, *ut pro bonis al-
lodialibus, & annuis introitibus contribuant,
uti bonatenentes, exceptis animalibus, quæ de-
serviunt ad instructionem feudi, salva proviso-
ne facienda quoad hospitia.*

Ratio cur in decreto fuerunt excepta animalia de-
servientia ad instructionem feudi, fuit, quià Ba-
2 rones in collectis contribuere cogi non possunt
pro animalibus pascua sumentibus in territoriis
feudalibus, quià per indirectum cogerentur sol-
vere collectam pro fructibus territorii feudalis,
*D. Reg. de Marinis lib. 2. suar. resol. cap. 35. à nu.
1. ad 4.* comprobat *Consil. Rocc. respons. 9. nu. 20.
& 21. lib. 1.* Sed quomodo distinguantur anima-
lia, quæ sunt ad culturam, & instructionem feu-
di ab illis, quæ sunt destinata ad commercium,
vide *Reg. Capyc. Latr. decis. 93. num. 13.*

Quoties tamen animalia ex territoriis feudalibus
3 pascua non sumerent, sed ex allodialibus præ-
diis Baronum, vel Civium, non suffragaretur
respectu ordei, vini, olei, & similium prove-
nientium ex fructibus, pro quibus Barones, &
4 eorum conductores reputantur immunes à ga-
bellis pro ea quantitate, qua indigent pro usu,
& familia, data notitia de quantitate bonorum,
& fructuum, juxtà decreta *Reg. Cam.* allata *per
Reg. de Marinis lib. 1. suar. resol. cap. 169. num. 7.*
ubi *in fine* assignat rationem, quod dicti fructus
separati à solo habentur uti burgensatici, *Reg.
Capyc. Latr. consult. 67. à nu. 30. tom. 1.* adeoquod
conductores fructuum collectorum in bonis
feudalibus, neque sunt immunes si mercedem
5 in pecunia Baronibus solverent, juxta *decis. 71.
D. Reg. Rovit.* quibus adstipulare videtur *Reg.
Reverter. decis. 373.* ubi *Reg. de Marinis in ob-
servat. num. 3. & 4.* adducit in confirmationem
alia novissima decreta Reg. Cam.

Quæ immunitas gabellarum competens Baronibus
pro fructibus feudalibus extenditur ad omnes
6 famulos, qui custodiunt territoria, & animalia,
quibus dandi sunt modii duodecim frumenti
quolibet anno, ut obtinuisse contra Universita-
tem Picerni testatur *Consil. Rocc. respons. 82. ubi
num. 15. lib. 1.* conatur extendere hanc immu-
nitatem ad Camerarium, Magistrum Juratum, &
Bajulum Baronum durante eorum officio, quod
nec praxi, nec juris fundamento niti videtur.

Extenditur quoque immunitas ad subfeudatarios
pro fructibus provenientibus ex eorum subfeu-
dis pro usu eis, & familiæ necessario observa-
ta taxa, quæ observatur per Regiam Cameram
7 in Clericis, ut fuit provisum per decretum ge-
nerale ejusdem Regiæ Cameræ, quod prodiit
sub die 13. Januarii 1613. cum illis de Campo-
longo, & aliis subfeudatariis Civitatis Tricari-
ci, quod reperitur registratum in *arrest. 583.
& 666.* apud *Reg. de Marin. ad Revert.*

Maxima cum ratione fuit dictum in eodem decre-
8 to 575. Reg. Cam. *salva provisione facienda
quoad hospitia*, ex quo reditus tabernæ, & hospi-
tii sunt reditus feudales, quia panis, qui in ea cõ-
sumitur, fit ex frumento percepto ex feudo, &
proinde immunis à solutione gabellæ, seu bona-
tenentiæ juxta ea, quæ doctè, & singularitèr de-
duxit *Reg. de Ponte cons. 105. à num. 1. ad 25.
lib. 2.*

Neque erit locus solutioni bonatenentiæ per Ba-
rones respectu molendinorum, quæ licet ædifi-
9 cata in territorio burgensatico feudi, vel empta
à particularibus erunt semper feudalia ob aquam
feudalem, *Lanar. cons. 2. Reg. Capyc. Latr. consult.
41. num. 51. & 52. lib. 1.* ubi quod molendinum,
battenderium, & scapha connumerantur inter
fructus feudales.

Aliter tamen erit respectu bonorum, quæ sunt feu-
10 do reddititia, quæ tamquam burgensatica con-
tribuunt in collectis, & judicantur secundùm
Leges Romanorum, *Lanar. in addit. ad Patr. in
cap. 1. de his qui feud. dar. poss. num. 175. qui nu.
191. & 192.* idem firmat in bonis gentilitiis,
quæ paritèr considerantur uti burgensatica, &
distribuuntur in appretio, prout servari testatur
in Aprutio.

Ampliatur hæc conclusio etiam in bonis in feudum
Vassallis concessis sub præstatione decimarum,
11 quæ demum ad eundem Baronem reversa præ-
sumuntur burgensatica, & obnoxia solutioni
collectarum, sive bonatenentiæ, prout cætera
bona empta, permutata, vel ad Baronem per-
venta propter delictum, vel tamquam vacantia,
ut latè habetur in *allegat. 15. apud Reg. de Mari-
nis allegat. diversor. lib. 3.*

Non tamen erit permissum Baronibus in præjudi-
cium Universitatis, & solutionis hujus bonate-
12 nentiæ facere de allodio in feudum, infeudando
rem burgensaticam, quam habet, vel emit infrà
fines feudi, illam dando, vel concedendo in
emphy-

Digitized by Google

emphyteusim, ut latè habetur ex deductis pro
eundem *Lanar. in citat. repet. feudal. cap. 1. à
num. 206. ad 210. fol. mihi* 84. novissimè *Dom.
Reg. de Marinis alleg. diversor. tom. 3. allegat. 15.
num. 6. & Horat. Montan. de Regal. §. extraordi-
nario collat.* 12. ubi distinguit inter concessiones
in feudum, & sub natura feudi cum præstatione
adhoæ, & concessionis sub annuo reditu pecu-
niæ, Caponum, vel Chirotecarum.

Difficultas quoque insurgere poterit respectu Ba-
ronis prætendentis immunitatem à solutione
13 bonatenentiæ respectu burgensaticorum exi-
stentium in Civitate confinante, inter quam, &
propriam Baronis Civitatem adest promiscuitas
territorii, in quo articulo quamvis pro Barone
scribere videatur *D. Præs. Ganaverr. decis.* 38.
tamen determinatio, quæ prodiit per R.C. fuit,
*quod detur terminus in causa, & interim solvat
juxta Catastum*, pro qua determinatione fa-
ciunt ea, quæ scripsit *D. Reg. Galeot. controv. 67.
tom. 2.* ubi quod Baro non dicitur verè Civis,
sed per allectionem, & proindè non gaudet o-
14 mnibus immunitatibus, quibus gaudent cœteri
Cives extra territorium, & ità per plura decre-
ta Reg. Cam. resolutum refert respectu solutio-
nis à jure passus, sed impugnatur per *Consil. de
Rosa consult. 9. à num. 23. cum seqq. lib. 1.*

Liquidatio bonatenentiæ, quæ mandatur fieri per
hanc *Pragm.* servata forma decretorum Reg.
Cam. erit facienda juxta decretum 1. Reg. Cam.
15 *versic. considerat*, & juxta decretum 678. in re-
collectis per *D. Reg. de Marinis*, in quibus man-
datur esse faciendam liquidationem, juxta Ca-
tastum faciendum anno quolibet, & habita ra-
tione fructuum, & redituum bonorum appre-
tiandorum, quod dixerat etiam *R. Rovit. super
Pragm. 1. de Appret. num. 19.*

Respectu verò annuorum introituum venditorum
Creditoribus instrumentariis fit deductio bona-
16 tenentiæ, nempè respectu exterorum ab omni-
bus annuis ducatis quinque pro centinario reti-
nentur caroleni quatuordecim, grana tria, & ter-
tium unius grani, & respectu Civium, qui non
tenentur ad onus bonatenentiæ annui introitus
describuntur in Catasto, per Collectas, ut habe-
tur in eodem decreto, & in *Prag. 18. §. incip. Che
à tutti, de Administrat. Universit.* de qua locuti
fuimus in *observat. ad sing. 74. num. 2.*

Verum si possidentes annuos introitus super Uni-
versitatibus Regni sint Cives, vel Equites Nea-
politani gaudentes honoribus Platearum hujus
17 fidelissimæ Civitatis sunt immunes à solutione
bonatenentiæ, & sustinetur pactum immunita-
tis appositum in instrumento non excedens
summam à *Pragm.* taxatam, juxta decisiones al-
latas per *Gizz. ad Reg. Capyc. Latr. decis. 116. n.
11. & 12. lib. 1.* sed respectu immobilium, seu
bonorum stabilium existentium extra Civita-
tem Neapolis, quòd semper Neapolitani solve-
rint jura fiscalia tamquam bonatenentes, dixit
*Reg. Rovit. super Prag. 4. de Immunit. Neapolit.
num. 2. in fine*, & habetur in annotatione in cal-
ce decreti generalis *Reg. Cam. in recollectis per
Reg. de Marinis.*

Fruuntur tamen hac immunitate Cives originarii
Neapolitani, non autem illi, qui sunt effecti Ci-
18 ves per allectionem, ut declarat *Reg. Rovit. su-
per Pragm. 4. de Immunit. Neapolit. num. 1.* nisi
sit allectus ad Sedilia Nobilium, quia habetur
uti Neapolitanus, licet non sit ortus, nec origi-
narius Neapolis, ut extat provisum per *decre-
tum Reg. Cam.* 604. ideòque Neapolitani decla-
rati per Reg. Cam. vigore *Reg. Pragm.* non gau-
dent ulla immunitate, prout gaudent alii Cives
Neapolitani orti, sive originarii, vel Neapoli
concepti pro annuis introitibus, quos possident
in Provinciis Regni, ut fuit declaratum per *De-
cretum Reg. Cam. sub die 26. & 31. mensis Octo-
bris 1651. in recollectis per R. de Marin. 672.*

Neque habebit locum privilegium uxoris Neapo-
litanæ ad finem reddendi maritum immunem, &
19 privilegiatum in franchitiis gabellæ, ut deter-
minatum per Reg. Cam. demonstrat *Gregor. Ga-
naverr. decis. 17.* neque civilitate Neapolitana
gaudebit, qui habet domum propriam, & uxo-
rem ortam in Civitate Neapolis, si non habitat
in dicta domo, cujus intuitu civilitatem præ-
tendit, ut habetur in decreto *Reg. Cam. 570. &
571. apud eundem de Marinis.*

Fruuntur tamen immunitate, etiam à solutione
bonatenentiæ Præsidentes Reg. Cam. pro bonis,
20 quæ possident in locis Regni vigore Privile-
giorum D. Locumtenenti, & Præsidentibus Reg.
Cam. concessorum, juxta *Decretum 189. apud
eundem de Marinis*, quæ privilegia fuerunt cõ-
municata ad Præsidentem S. R. C. & Regios
Consiliarios per *Pragm. 1. de Immunit. Official.*
ad cujus ornatum multa diximus in *observat. ad
eandem Pragm. & ad sing.* 191.

Verum hæc immunitas Ministris R. Cam. & S. R. C.
concessa non extenditur ad Præsides, Audito-
21 res, aliosve Ministros Provinciales, neque ad
Assessores, cœterosque Ministros Curiarum,
Civitatum, & Terrarum Regni, qui non repu-
tantur immunes à gabellis, & aliis solutionibus
fiscalibus, nisi sint Cives Neapolitani, vel sol-
vant gabellas in propria Patria, quià tunc gau-
debunt immunitate concedi solita pro eorum
usu, & familia, *dummodò nullo modo præstetur
in pecunia*, ut extat provisum per bina *decreta
Reg. Cam. 654. & 663. edita sub die 18. Novem-
bris 1649. & sub die 1. Mensis Decembris 1650.*

Fallit quando Præsides, Auditores, cœterique,
22 qui prætendunt hanc immunitatem essent Hi-
spani nati in Regnis Hispaniarum, quià tunc
tractarentur immunes à gabellis, prout tractan-
tur Neapolitani, ut provisum fuit per *Decretum
Reg. Cam. sub die 9. Junii 1650. quod est 662.
in registratis apud Reg. de Marinis.*

Illud tamen videtur esse extra controversiam, bo-

Digitized by Google

23 natenentię onus non esse subeundum ab Eccle-
siis pro bonis emptis, donatis, vel cessis, cum in
illis non possit præsumi fraus, unde expediuntur
provisiones per Reg. Cam. *ut pro bonis emptis, & donatis tractentur immunes etiam ab onere bonatenentiæ cum clausula in forma respectu debitorum contractorum ante contractum donationis*, ut habetur ex Decretis generalibus *Reg. Cam.* 273. 534. *&* 720. *in recollectis per Reg. de Marinis*, adeoquod Universitates debitrices annuorum introituum in beneficium Ecclesiarum tenentur ad solutionem tertiarum ad integram rationem quinque pro centenario absque alia deductione, ut habetur in dicto *decreto* 720. ubi *D. Reg. de Marinis* multa ad propositum adnotavit.

Quæ provisiones cum clausula prædicta excipien-
te debita contracta antè donationem, & immu-
24 nitatis acquisitionem servantur cum patribus
onustis duodecim filiorum, *Dom. Reg. de Marinis in observ. ad decis.* 438. *D. Reg. Revert. nu.* 4. *&* 5. ubi quod pro præcisa coactione contra Clericum pro solutione talium onerum adeundus erit Judex Ecclesiasticus.

Bonatenentiæ, seu collectarum onus, an sit persol-
vendum ex officio Magistri actorum in burgen-
25 saticum concesso? vide *Reg. Reverter. dec.* 169. *Dom. Consil. Altimar. in observat. ad decis.* 72. *D. Reg. Rovit. Consil. Hodiern. controv. forens. controv.* 45. qui opinionem affirmativam sustinuit contra Civitatem Baruli, ex quo officium Magistri actorum dictæ Civitatis pervenerat ex causa onerosa venditionis, & non per titulum donationis.

Præterea dum in §. incip. *Ottavo perche*, mandatur
quod bonatenentia exigatur via executiva etiam
26 pro præterito infrà decennium non impedita
solutione per gravamen, quod prætenditur il-
latum in liquidatione, observandum erit, quod
hoc erat quoque dispositum vigore decretorum
Reg. Cam. 562. *&* 578. *in recollectis per Reg. de
Marinis in impressione anni* 1674. Verum hoc
privilegium exigendi executivè, & lite penden-
te collectas, & fiscalia, procedit, quando debi-
27 tum est liquidum, vel existit Universitas in
possessione exigendi, alias si aliquid opponatur, quod reddat debitum illiquidum, est impartiendus terminus, ut ex *Florez de Mena var. resol. qu.* 21. *à num.* 155. *D. Capon. discept.* 90. *num.* 79. 80. *tom.* 2. *discept. forens.*

Et dum per hanc *Pragm. in* §. 5. prohibentur obligationes Universitatum Regni in Baronum beneficium, etiam sub prætextu locationum defensarum, aut aliorum bonorum, vel corporum feudalium absque Regio assensu impetrando secundum formam præscriptam in eadem *Reg. Pragm.* observandum erit, quod assensus inter Baronem, & Universitatum regulariter præsumitur ex lapsu temporis, & si Baro tempore contractus esset minor, excluditur omnis præsumptio metus, ut firmavit novissimè *Sac. Rota Romana in una Neapolitana Pecuniaria super meritis sub die* 15. *Martii* 1686. *coram Reverendiss. P. D. Albergato Decano*, cujus decisionis verba adhuc apud alios non impressa hic imprimenda congruum existimavimus, & sunt quę sequuntur.

Veneris 15. *Martii* 1686.

DEcreta sub die 8. Junii præteriti ad favorem Collegii Societatis Jesu Neapolis manutentione in possessione, seu quasi exigendi annuos fructus compensativos residui pretii Feudi Rignani per Corigliânum Baronem debiti, ut ex decisione sub eadem die coram me emanata, impertitum fuit super viribus ejudem resolutionis audiri, ac prætendente eodem Barone, quod exceptio evictionis, seu deficientiæ unius ex corporibus venditis, nempè annui census duc. 50. per PP. Carthusianos debiti, venditorem Collegium ab intentato remedio repelleret, supplicatum fuit pro dubio particulari, an scilicet PP. Carthusiani tenerentur ad solutionem dicti annui census duc. 50. quo concesso, ità tamen, ut distinctim, ac separatim proponeretur, ne scilicet petitorium cum possessorio involvatur, hodie tam super eodem dubio, quam super viribus decisionis DD. meos consului: qui confirmando præfatam decisionem super manutentione editam, Patres Carthusianos teneri, sed ad formam transactionis, censuerunt.

Prænotandum siquidem necessarium fore puta-
runt, quod antiquitus ex causa plurium præten-
28 sionum, quæ ab Universitate Rignani adversus
tunc temporis dictæ Terræ Baronem proponebantur, & signanter super jure prohibendi fidas, seu locationes quorundam Pascuorum, seu Defensarum in Vocabulo di *Paglizzo, della Lama, e Rancisco*, deventum fuit ad transactionem, qua de Anno 1571. conventum extitit, quod Universitas libere locare potuisset dictas defensas, cum obligatione tamen solvendi Baroni ejusque hæredibus, & successoribus annuos ducatos 50. pro jure pascendi sexdecim boves, & respectivè exigendi pœnas damnorum datorum, seu animalium indomitorum, quæ vigore antiquorum Capitulorum eidem Baroni spectabât, quatenus verò præfatæ Defensæ non locarentur promissum fuit fidam Baroni concedere pro sexdecim bobus, ac insuper pœnas animalium indomitorum; quæ quidem transactio, cum per
longum temporis spatium fuerit observata, in-
trat de plano illius exequutio adversus Car-
29 thusianos Defensarum possessores, qui nullo
modo illam sic observatam impugnare valent, ad litteram *Text. in cap. contingit de transact. & tradunt Faber in Cod. tit. de obligat. & actioni definit.* 7. *Cyriac. contr.* 3. *num.* 4. *& contr.* 5. *n.* 22. *& in terminis pascuorum Ludovic. Bell. con-*

sil.

Digitized by Google

fil.103.sub num.13. cum aliis allegat. per Valeron.de transactionib.tit.6.qu.3.sub num.30.

Observantia deprehendebatur ex pluribus actibus
successivè gestis, agnitionem hujusmodi juris
30 præseferentibus, primo quidem ex aperta ex-
pressione debiti facta per ipsam Universitatem
in impetratione assensus Regii pro habendis
quibusdam pecuniis ad censum ad effectum se
eximendi ab alio debito, quo sub gravioribus
usuris eadem Universitas premebatur, ut ex me-
moriali porrecto de Anno 1602. nec non ex no-
tula onerum, seu debitorum Judlei Delegato
pro capienda informatione super expositis da-
ta, quæ sanè nimis apertam confessionem one-
ris controversi præseferunt, ut in simili respon-
dit *Rot.decis.279.sub num.3.& 4.& decis.314.
num.2.par.19.rec.*

Secundo, ex consimili narrativa in alio supplici li-
bello emissa ex causa alienationis duarum ex
31 præfatis defensis, quæ sub onere annuorum
ducatorum 40. & quidem Baroni debitorum
fuerunt renunciata, cum alii decem pro alia de-
fensa præstarentur.

Tertio, ex geminatis enunciativis in pluribus, &
publicis actibus seriatim habitis de Annis 1635.
32 1637.& 1643.& signanter in Instrumento ven-
ditionis earundem defensarum in ipsos Carthu-
sianos factæ; in quo stipulata legitur promissio
libertatis bonorum, præterquam istius oneris
annui ducat.50. ipsi Baroni debitorum.

Quarto, ex relatione Regentis Tappiæ, qui in vi-
sitatione Universitatum Regni Neapolis inter
33 onera, & debita illius Rignani adnotavit duca-
tos decem Baroni solvendos pro defensa *di
Rancisco*, quæ ipsa Universitas tunc temporis
dumtaxat possidebat, cum alias duas defensas
in Lanfrancum Massam paulò ante distraxerat,
quæ quidem descriptio per Judicem Visitato-
rem facta, & in actu proportionato Visitationis,
certam exhibet veritatem, de qua non est am-
bigendum, cum hujusmodi adnotationes, & de-
scriptiones fieri dicantur prævia exactissima
probatione *ad tradit.per Gratiam discept. 727.
sub num.6.& per Rot.coram Bich.decis.397.sub
num.8.*

Quinto, observantia, & respectivè executio ipsius
transactionis clarior reddebatur ex successivis
34 solutionibus ejusdem annuæ præstationis tam
ab ipsa Universitate ante earundem defensa-
rum distractionem factis, quam ex post per
Lanfrancum Massam, ejusque hæredes, & pos-
sessores, & deindè per ipsos Carthusianos usque
ad venditionem Feudi in Coriglianum pera-
ctam, quæ sanè junctis tot actibus supra recensi-
tis manifestam addunt hujusmodi observantiam,
ut in suis casibus distinguunt, & probant *Ho-
diern.controvers.forens.lib.1.cap.37.sub nu.28.
& seqq.Trancbedin.consult.66.sub num.24.* Im-
mò præsumptionem legitimi tituli ad favorem
exigentis inducunt *Barbos.in l.si quis emptionis
num.27.C.de præscript.30.vel 40. annorum, Ja-
cob.Gall.cons.54.nu.21.& 30. Gibalin. de Uni-
vers.rer.human.negotiat.tom.2.lib.5.cap.5.num.
2.ac alii alleg.per Trancbedin. in d. consult.76.
sub num.8.& seqq.*

Nec ad elidendam hujusmodi observantiam valuit
afferri, quod tale jus Baroni competens pro di-
35 cta annua præstatione resolutum remanserit
cum alienationibus Defensarum ab Universita-
te in tertios peractis cum supposito quod præ-
fatæ defensæ essent bona demanialia Universi-
tatis, & jus super illis Baroni competeret uti
primo Civi, non autem uti Baroni, ideoque re-
soluto Civico jure Universitatis extinctum
quoque remanserit jus ipsius Baronis, nam præ-
misso, quod id apertè repugnat tot, tantisque
actibus supra recensitis, quibus nullatenus ex-
pressum dignoscitur hujusmodi bona, Defensæ,
seu Pascua, uti Demanialia Universitatis, nec
Baroni uti primo Civi jus controversum com-
petere, quodque præfata exceptio respicit vali-
ditatem Tituli transactionis, super quo hodiè
non est ambigendum stante longæva illius ob-
servantia; Corruit objectum ex deficientia sup-
positi; Nunquam enim suppositum legitur, nec
probari potest, quod jus fidæ, & diffidæ Baroni
competens, & super quo conventa fuit annua
præstatio pro resolubili haberetur, & debeatur
Baroni uti privato Civi, sed verè uti Domino
Feudi, & Territorii; Si enim natura fidæ, & dif-
fidæ consideratur hæc quidem important jus as-
securandi animalia in pascuis affidata, necnon
exactionem pœnæ pro animalibus vetitis, &
non affidatis, quæ descendunt ex jure prohibi-
36 tivo, quod absque Jurisdictione exerceri non
potest *Valenzuel.cons.100. sub nu.63. Marant.
respons.31.num.30.par.2. Minad.decis.32.sub n.
3.ibique Monacb.in addit.num.78.& seqq.Spe-
ra de Pascuis num.720.* nec contra Baronem
37 acquiritur nisi, vel per immemorabilem præ-
scriptionem, vel per privilegium à Rege conces-
sum, ut monent *Lucas de Penna in l. quicum-
que num.2.C.de fund.Monacb: ad dictam decis.
32.sub num.31.* Ideoque hujusmodi jus tanquam
Jurisdictionale, & Feudale eidem Baroni uti
38 Domino Feudi, ac Territorii spectare tradunt
præfati Doctores, & præter eosdem *Tappia in
leg.finali par.1.cap.2. num. 14.C.de constit.prin-
cip.Capyc.in investitur.feudal.verb.Fidis, Intri-
gliol.de Feud.centur.1.qu.43. num.88. ad finem
Rendell.de pascuis Baron.cap.10. vers. jur. fida,
& vers.idem Auth.pag.111.*

Si verò mens contrahentium spectetur in imposi-
tione ipsius oneris habita, hæ certè non nisi ad
onus reale, & perpetuo duraturum refertur non
39 autem resolubile; ipsa enim transactio inita le-
gitur super jure prohibendi fidas, seu locationes
defensarum absque ipsius Baronis consensu,
quod in vim antiquorum capitulorum debitum
enarratur, undè ad sensum dicitur, quod tale

Digitized by Google

onus, seu debitum compensativum hujusmodi
juris agnitum fuerit pro reali, ac ipsis defensis
annexo, & incorporato, itaut in quoscumque
earumdem possessores transferatur, prout etiam
præsefert ipsamet stipulatio obligationis de illo
præstando quibuscumque hæredibus, & succes-
soribus, ut supra expositum legitur.

Quod eo clarius manifestatur ex successiva reco-
gnitione ipsius realitatis per Regios Visitatores
40 habita, qui inter cætera perpetua debita Uni-
versitatis, hoc idem pro reali, & perpetuo de-
scripserunt, prout etiam taliter reputatum fuit à
possessoribus defensarum illi semper tanquam
oneri reali satisfaciendo. Quinimò, & ipsi PP.
Carthusiani id ipsum agnoverunt in Instrumen-
to acquisitionis defensarum, quo expressum le-
gitur præfatas defensas hujusmodi onere grava-
tas, ac cujuscumque alterius oneris præter con-
troversi promissa fuit libertas, quæ promissio,
seu exceptuatio, nedum arguit perpetuitatem
oneris expressi, verum, & ad evidentiam con-
cludit incompatibilitatem prætensæ extinctio-
nis, seu illius resolutionis, ni instantaneam in
eodem actu correctionem velimus admittere
omninò vitandum ad *Tex.in l.nam adeo, ff.de
condit.& demonstrat.glos.in l.si idem, §.fin. ff.de
jurisdict.omnium Judic. cum aliis alleg.per Rot.
coram Coccin.decis.2539.sub num.5.& 6.*

Data igitur realitate ipsius oneris, & consequenter
cum ipsa re ad quoscumque transitorii, prout
41 illius natura præsefert ex adductis per *Menoch.
cons.299.num.1.& num.34. Faber in suo C.lib.
4.tit.45. defin.1.num.24. Niger.de Laudem.qu
7.art.6.num.*8. nullius roboris reddebatur exce-
ptio nullitatis transanctionis elicita ex defectu
Assensus Regii requisiti in contractibus Univer-
sitatum, & signanter favore Baronum, nam præ-
misso, quod tali exceptione Carthusiani juvari
nequeant, qui contrahendo ad limites transa-
ctionis minori pretio defensas valutarunt habi-
to respectu ad hujusmodi onus, ideoque sub
nullitatis prætextu solutionem conventam recu-
sare non possunt, nisi tantundem venditoribus
refundent, quantum libertas potuerit æstimari,
cum onus diminuat rei valorem per *Text. in l.
fundi partem, ubi glos.in verb.vendidisti, ff.de
contrahend.empt.Mantic.de tacit.lib.4. tit.20.n.
38.Rota coram Merlin.decis.795.num.4.& 5.&
coram Eminentiss. Cerro decis. 917.sub num.6.*

42 Urget responsio, quod ex lapsu 70.& ultra an-
norum, quo transactio fuerit observata hujusmo-
di assensus præsumitur ex adductis per *Mare-
scott.var.resol.par.1.cap.13.n.4.Adden.ad Greg.
decis.354.num.18. Adden. ad Buratt. decis.45.
sub num.7.& seqq.* stantibus præsertim pluribus
actibus talem præsumptionem corroborantibus,
quinimò hujusmodi assensum præseferentibus,
tum ex quo transactio inita fuit prævia præten-
sionum, hinc inde Universitatis, ac Baronis di-
scussione, & ad relationem Joannis Fœlicis Re-
gii Consiliarii ad hunc effectum delegati: tum
etiam ex eo, quod in successivis contractibus
cum Assensu Regio peractis eadem transactio
fuerit approbata, ut supra expositum fuit sub §.
observantia cum seqq.

Hinc prorsus vana detegebatur replicatio, quod
saltem transactio præsumi possit per vim, & me-
tum à Barone extorta uti facta cum Universita-
te subdita, nam cum tunc temporis Baro esset
43 pupillus, & per Universitatem detectæ fuerint
in Regio Consilio ejusdem prætentiones, &
hinc inde remissæ quamplures actiones, cum
approbatione ipsius Consilii Regii, nec unquam
Universitas de prætensa vi conquesta fuerit,
exindè excluditur quilibet metus, qui ex vi in-
cuti potuisset, ut ad rem ponderat *Rota coram
Buratto decis.783. sub num.18.& seqq. coram
Gregor.XV. decis.120. sub num.15. & seqq. &
decis.266.sub num.3.& 4.par.18.rec.tom.1.*

Ex his itaque assequitur, quod si Carthusiani ad
hujusmodi annuam præstationem sub nomine
census non videantur adstricti, tenentur tamen
ad formam præfatæ transactionis, vel ducat.50.
annuos solvere, vel tradere fidam pro sexdecim
bobus, & insuper pœnas Diffidarum, seu damno-
rum datorum ad limites ejusdem transactionis
non obstante quod per Lanfrancum Massam pri-
mum emptorem, & per Universitatem, immò
per ipsam Carthusiam plures habeantur solutio-
nes factæ in pecunia, quia non exindè recessum
dici potest ab alternativa in transactiona con-
venta.

Et ità rejectis aliis ad decisionem causæ non neces-
sariis responsum fuit utraque, &c.

OBSERVATIO V.

SUMMARIUM.

1 *Appellatione probibita reo, an censeatur probi-
bita Fisco, vel Actori.*
2 *Et quid quando statutum tollit appellationem,
vel reclamationem ob publicam utilitatem.*
3 *Fiscus babet beneficium appellationis in arti-
culis merè civilibus.*
4 *Appellatione interposita à Fisco, Barone, vel
Episcopis in articulis concernentibus remissio-
nem causarum committitur causa in S.C.*
5 Pragm.77.de off.S.R.C. *declaratur.*
6 *Restitutionis in integrum remedium non cen-
setur sublatum, sublato remedio reclamatio-
nis, & refertur casus decisus per Collaterale
Consilium.*
7 *Restitutio in integrum non competit Fisco ad-
versus decretum remissionis rei ad Judicem
Ecclesiasticum.*

De Appellationibus. Pragm. XII.

Dall' Avocato Fiscale delle cause criminali, &c.

Dubitari potest an hæc *Pragmatica*, quæ tollit reclamationem ab articulis incidentibus in causis criminalibus, confirmatis decretis per S. C. ut sunt remissiones, exceptiones guidatici, repositionis ad Ecclesiam, & similes,
1 procedat nec ne in Fisco. Ratio dubitandi insurgit contra Fiscum, quia prohibita reo appellatione, videtur quoque Fisco prohibita, quemadmodum in terminis *Gregorianæ* prohibentis reis appellationem à sententia remissionis ad Ecclesiam, quod censeatur etiam denegata Fisco, vel Actori dixit *Sperell. decis.* 65. ubi adducit declarationes *Sac. Congregat.* & ante eum *Ciarlin. controv.* 10. *num.* 157. & decisum refert *Basilio decis.* 42. *num.* 3.
Sed in contrarium hæsitari potest, dum Statutum tollit reclamationem ob publicam utilitatem, ut citiùs delicta coerceantur, ut ha-
2 betur clarè ex illis verbis, *acciò li carcerati siano liberati, quelli che saranno trovati innocenti, ò castigati li colpevoli*; & sic videtur, quod non erit deneganda Fisco reclamatio, quæ tendit ad eundem finem publicæ utilitatis, ob quam permittitur inæqualitas, *Reg. Consil. de Rosa in prax. decret. cap.* 11. *nu.* 8. *vers. quarto differt*, fortius, quia hæc lex fuit lata Fisco postulante, & in ejus favorem, & per consequens non debet in ejus odium retorqueri.
Quare interposita per Fiscum appellatione, quæ ei competit in his articulis merè civilibus juxta
3 observantiam de qua testatur *D. de Franch. dec.* 148. 467. *nu.* 6. & 470. *num.* 10. *Reg. Capyc. Lat. decis.* 165. *à num.* 38. *tom.* 2. committitur causa in S. C. & datur terminus ad non posita ponendum, proùt practicatur in judicio appellationis in cœteris causis civilibus, *Reg. Sanfel. decis.* 4. *num.* 20. *tom.* 1.
Idemque servatur in appellationibus, quę interponuntur in similibus articulis à Baronibus, vel
4 Episcopis in quibus cum decreta habeant vim diffinitivi commictitur causa in S. C. & non decernitur ad relationem M. C. Vicariæ, proùt fit in interlocutoriis *D. Petrus de Urries ad rit. M. C.* 235. *num.* 45. *par.* 2. quæ praxis confirma-
5 ta videtur per *Prag.* 77. *de offic. S. R. C.* qua Regia *Pragmatica* attenta, non erunt attendendæ decisiones relatæ per *Reg. Sanfel. in decis.* 4. *nu.* 27. & 28. *to.* 1. quæ prodierunt de Anno 1612. & sic ante *Pragmaticam*, quæ fuit edita de Anno 1623.
Non tamen videtur denegandum in similibus incidentibus beneficium restitutionis in integrum,
6 quemadmodum fuit practicatum in causa Baronis Philippi Ciampelli inquisiti in M. C. V. de homicidio cum qualitate assassinii, cui cum fuisset datus terminus super petita repositione ad Ecclesiam, interposita reclamatione ad Collaterale Consilium, decretoque confirmato in gradu reclamationis fuit petita restitutio in integrum pro parte Universitatis Terræ Rajani, & ordinatum, quod *M. C. D. relationem faceret in eodem Collaterali Consilio ad finem videndi*, ut ex actis penès Garganum.
Aliter tamen dicendum videtur si restitutio in integrum postularetur per Fiscum adversus sen-
7 tentiam, sive decretum remissionis rei ad Judicem Ecclesiasticum, ut judicatum per Collat. Consil. refert *Reg. Sanfel. in addit. ad dec.* 135. *Reg. Capyc. Latr. decis.* 165. *nu.* 35. 36. & 37. *lib.* 2. *qui num.* 50. quærit ad Fiscus restituatur adversus omissam appellationem infra decennium.

OBSERVATIO VI.

SUMMARIUM.

1 *Barones habentes privilegia cum fluminibus venationibus, & piscationibus, non possunt prohibere Vassallis piscationem in fluminibus publicis, & venationem in Sylvis.*
2 *Rex potest concedere jus piscandi privativè, quoad alios.*
3 *Judex non possit decernere in similibus controversiis*, quod capiatur informatio, & subditi interim abstineant.
4 Horat. Montan. *opinio de* Regal. verf. flumina navigabilia, *in dubium revocatur, & declaratur.*
5 D. Reg. Conf. Franciscus Andreas *commemoratur.*
6 *Resumuntur, & reiiciuntur objectiones, & num.* 7.
8 *Facti series. n.* 9. 10. 11. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. & 28.
12 *Sententia est stricti juris.*
13 *Sententia condemnans ad reddendum computa includit reliquorum restitutionem.*
14 *Sententia absolvens creditorem à nullitate contractus, condemnat implicitè debitorem ad observantiam contractus.*
15 *Decretum declarans depositum stare periculo deponentis, condemnat iterum ad solvendum.*
16 *Sententia est stricti Juris, & cessantibus verbis cessat effectus. n.* 18. & 19.
17 *Explicatur decretum latum in præsenti causa.*
20 *Flumina sunt publici juris, quia quoad proprietatem spectant ad supremum Principem existentem intra ejus fines, sive ad Barones, quoad usum tantum dicuntur Universitatis.*
29 *Concessio cum pratis, & nemoribus quid importet respectu Civium, & num.* 30. 31. & 32.
33 *Concessio Castro* cum herbagiis, & aquis, *non pote-*

Digitized by Google

poterit Baro prohibere Civibus, ne utantur illis pascuis.

34 *Baronibus non licet facere forestas Civibus omnibus tam præsentibus, quàm futuris non consentientibus.*

35 *Concessio Regie* cum Montibus, planis, & pascuis, *non aufert usum Vassallorum circa naturalia elementa, prout sunt terra, & aqua.*

36 *Jus pascendi herbas, glandes, & spicas præsumitur Universitatis, & non Baronis.*

37 Pragmatica Regis Ferdinandi Primi, *quæ est* ultima de salar.cor. *declaratur.*

38 *Interesse tertii venientis ad causam, quale debeat esse, & num.39.*

40 *Interesse, quod competit Universitati pro usu Civium, est inseparabile ab ipso incolatu.*

41 *Sententia lata cum principali contradictore, an noceat tertio citato, qui in judicio non comparuit.*

42 *Tertius an possit appellare, sive in integrum restitutionem petere, & afferuntur distinctiones, num.43.*

44 *Tertius qui comparet in judicio ante sententiæ prolationem constituendo se adversarium est citandus, & non valet id, quod fit eo non citato, & num.45.46.& 47.*

48 *Explicatur* text. in l. si irruptione, §. ad officium, ff.fin.regund.

49 *Probatio resultans ex inspectione loci, est probatio notoria vincens omne genus pobationis.*

50 *Tertius veniens ad causam num possit obtinere beneficia cum novo termino ad probandum post cognitas adversarii probationes, & n.51.*

52 *Tempus appellandi, & petendi in integrum restitutionem à decreto inter alios lato, non currit tertio, nisi à die scientiæ ipsius tertii, etiam si decretum fuisset principali intimatum, & num.53.*

54 *Tempus quadriennii ad petendum in integrum restitutionem, non currit minori, nisi à die quo sciverit se læsum.*

55 *Scientia, sive consensus majoris partis Civium non sufficit in concernentibus interesse singulorum.*

56 *Scientia certa, & specialis rei gestæ requiritur ad excludendum à Jure appellandi, sive facultate petendi restitutionem in integrum ob tempus lapsum, & quomodo præsumatur scientia certa respectu omnium Civium, num.57. 58. 59.& 60.*

61 *Minoribus aliisque personis privilegiatis nullum tempus currit ad petendum in integrum restitutionem, quoties læsio, quæ inducitur per decretum esset notoria.*

62 *Ostenditur esse notoriam læsionem resultantem ex decreto S. C. contra Universitatem Belvederis.*

De Aquis, & Aquæductibus.
Pragmatica Unica.

L' Anni passati, &c.

COnducit ad materiã hujus *Pragmaticæ*, quod
Barones habentes concessionem *cum fluminibus, venationibus, & piscationibus*, nõ possunt
1 prohibere Vassallis venationem in Sylvis, & piscationem in fluminibus publicis *Sixtin. de regal.lib.2.cap.3.nu.33.& cap.18. Borrell.de Magistrat.lib.4.cap.3.num.11.& cap.4. num.17.* &
quod non sufficiat sola concessio *cum fluminibus*, nisi expressè concedatur *Jus piscandi* dixerunt *Horat.Barbat.de divis.fruct.par.1.cap.4.n.11.Gallupp.in method.feudal.cap.4. num.8.tom.2.& Horat.Montan.de regal.§.piscationum reditus num.1.ergà finem*, ubi dicit, quod Rex po-
2 test prohibere, & concedere privativè piscationem quoad alios, nisi consuetum esset omnes piscare, qua opinione forsan attenta dixit *verb. flumina navigabilia n.7.* quod Baronibus exhibentibus investituram cum *regalibus*, vel *cum fluminibus* contra Vassallos volentes uti facul-
3 tate piscandi in fluminibus, poterit Judex decernere, quod *capiatur informatio, & interim subditi abstineant*, semper quod non existit contraria consuetudo.
Sed Ego hanc opinionem in praxi non recipiendam putarem, nisi expressè concedatur Baroni-
4 bus Jus prohibendi piscationem, vel venationem in aliqua certa parte loci publici, alias simplicitèr facta concessione cum supradictis clausulis generalibus, quę potiùs de stylo, quàm de mente Principis apponi solent, non intelligeretur concessio cum dicto Jure prohibendi, sed cum illo tantum Jure, quod reperiebatur penès concedentem, vel antecedentes possessores, ut recentissimè perpendit *D.Lagunez in suo tract.de fructib.par.1.cap.12.à n.194. æ 197.* quæ conclusio in Regno transit cum minori controversia stante *Regia Pragm.Regis Ferdinandi Primi*, quæ est *sub tit. de salar. cor.* & *Prag.Caroli V.* quæ est *16.de Baronibus*, & quia rationes quibus nititur dicta conclusio solidissimè, & satis magistralitèr fuerunt explanatæ per famigeratissimum illum Advocatum, postmodum dignissimum Regium Consiliarium,
5 & Regalis Patrimonii Fisci Advocatum D.Franciscum Andream, ideò *responsum* à tanto viro elaboratum hìc inserere existimavi, ad hoc, ut quando casus acciderit, veritas perpendatur.

DEcretum mandans reductionem Fluminis Diamantis ad antiquum alveum, cum sat agnoscant ii, qui Principissæ partes tuentur, non
6 posse sustineri quoad *Justitiam*, illud defendere conati sunt ratione *ordinis*. Dicunt igitur Universitatem Belvederis non repræsentare perso-
nam

Digitized by Google

nam legitimam ad petendum adversùs illud restitutionem in integrum, triplici ex capite.

Primò, quia cum decretum solummodo jubeat reductionem fluminis, nihil videtur ex eo præjudicii inferri Juribus Universitatis, cum nihil loquatur, nec de dominio, nec de possessione territorii, super quo Universitas Jus habere prætendit.

Secundò, quia etiam respectu territorii, Universitas videtur non habere ullum interesse, dum non ostendit illius dominium ad ipsam spectare, sed potiùs ex *Actis* constat illud spectare ad Baronem.

Tertiò, quia cum effluxum quadriennium à die decreti interpositi, omnem dicunt restitutionis petendæ facultatem fuisse præscriptam.

OBJECTIO PRIMA.

Sed prima objectio non obstat, quia decretum quamvis explicitè non videatur loqui de terri-
7 torio, implicitè tamen, & per necessariam consequentiam non potest negari, quin decernat omne territorium comprehensum intra flumen Diamantis, & fines Terræ Cerellæ spectare ad ipsam Universitatem Cerellæ.

Quod probatur manifestè ex eo, quià eatenus Pars petiit, ut flumen restitui deberet ad antiquum
8 alveum, quatenus dicebat illud fuisse constitutum pro termino (ut vocant) divisorio inter fines utriusque Universitatis, prætendendo ideò omnia Territoria sita intra fines Terræ Cerellę, & antiquum alveum fluminis ad ipsam spectare, ut constat primum ex ipsius *supplicatione fol.* 1. Secundo ex *articulis, fol.* 18. *sup.* 1. *& fol.* 19 *sup.* 6. *& 7. & fol.* 20. *sup.* 9. In quem sensum deposuerunt omnes testes pro ipsius parte producti *sup.* 1. 6. *&* 9. *à fol.* 24. *usq. ad* 57.

Et demum ex æstimo Terræ Cerellæ facto Anno 1613. in quo dicitur territorium Terræ Cerel-
9 læ extendi usque ad flumen Diamantis, *fol.* 97. *à ter. lit. A.* ipsumque flumen Diamantis dividere territorium Terræ Cerellæ à territorio Belvederis, *fol.* 38. *à ter.*

Quapropter cum pro parte Principis è converso fuisset oppositum, terminum divisurium non
10 fuisse flumen Diamantis, sed locum dictum, *Pietrarossa*, longè dissitum ab antiquo oltio fluminis, ut constat ex ipsius articulis, *fol.* 235. *sup.* 1. 2. 3. *&* 4. ac ideo territoria sita inter dictum locum vocatum *Pietrarossa*, & flumen Diamantis semper fuisse possessa per Principes Bisiniani, tanquam sita in territorio Belvederis, ut *fol.* 325. *à ter. sup.* 5. *&* 6.

Consequens est, ut cum decretum jussit restitui flumen ad alveum antiquum, pernecesse pro ve-
11 ro habuerit illud verè fuisse terminum divisorium, juxtà probationes Partis, ac per consequens territoria omnia sita ultra dictum flumen versus Terram Cerellæ verè spectare ad territorium ejusdem Terræ, non verò ad territorium Terræ Belvederis. Alioquin enim fatui omninò haberi debuissent Judices, si cum flumen flueret intrà fines Terræ Belvederis Principem libera de re sua disponendi facultate prohibere voluissent.

Et quamvis verum sit, quod vulgo dici solet, sententiam esse stricti Juris, & tantum dicere, quan-
12 tum sonat, juxta *text. in l.* 4. §. *toties, ff. de damn. infect.* nil tamen vetat, quin in ea includi debeat id, quod venit in necessariam consequentiam, adeoùt etiam ejus rei respectu obstare dicatur *exceptio rei judicatæ*, ut probatur ex *text. in l. si inter me, & te* 15. *& in l. si quis rem* 24. *ff. de except. rei jud. & in l.* 1. §. *sed non utique, ff. ad Turpill.*

Qua ratione etsi quis simplicitèr fuisset condemnatus ad reddendum cumputa, nulla facta mentio-
13 ne de reliquorũ restitutione, attamen si redditis computis appareret reliquator, posset absque nova condemnatione, pro executione prioris decreti cogi ad solvendum id, in quo constaret ipsum esse debitorem, ut decisum per S. C. refert *Affl. decis.* 134.

Et in casu fortiori, ut scilicet sententia absolutoria, qua Creditor fuit absolutus à Judicio moto per
14 Debitorem, circa nullitatem contractus videatur implicitè condemnare debitorem ad ejusdem contractus observantiam, pluries per S. C. decisum scribit *D. Reg. Rovit. decis.* 60.

Prout etiam si debitor peteret declarari se ob depositionem pecuniæ fuisse liberatum ab obliga-
15 tione solvendi, & interponeretur decretum, quod declaretur depositum stetisse ipsius periculo, videretur implicitè condemnatus ad iterum solvendum, adeoùt nec reclamare ei liceret ob eodem decreto, nisi facta priùs executione per solutionem debiti, ut decisum per Collater. Consil. testantur *D. Consil. Staiban.* dum propriam tueretur causam, *resol.* 154 *tom.* 2.

Et ideò rectè *D. Consil. Carleval. tom.* 2. *de Judic. tit.* 3. *disput.* 5. *num.* 11. docuit quod etsi verum sit
16 sententiam esse stricti Juris, & cessare effectum ejus, ubi cessant verba, verum tamen quoque fit sententiæ verba includere sensum implicitum, qui venit in necessariam consequentiam expressorum, quod & latiùs probat per totam eam *dispositionem*, & est communis conclusio.

Quod sanè in re nostra nullo modo potest in disputationem trahi, quià cum decretum non manda-
17 verit simplicitèr restituendum esse flumen in alveum antiquum, sed addiderit ea verba, *itaùt terminetur ad locum dictum Pietrarossa*, per necesse sequitur decretum, nedum implicitè, sed & explicitè præjudicasse toti causæ, adeoùt nulla amplius, nec in possessorio, nec in petitorio remaneat quæstio decidenda.

Nam cum omnis quæstio de qua ambigebatur inter Partes, circa id tantum verteretur, an locus
18 dictus *Pietrarossa*, quem non dubitatur fuisse ter-

Digitized by Google

terminum diviſorium inter utramque Univerſi-
tatem, ut ex ſententia reintegrationis, *fol.227. in fin.& à ter. lit.A.* diſtaret à flumine Diaman-
tis paulòminus ſpatio unius milliarii, proùt po-
ſitum fuit in articulis Principis, *d.fol.325.ſup.3. & 4.* an verò locus ille eſſet intelligendus de fi-
ctitia quadam petra, ſive potiùs ſcopulo rubei
coloris, qui ſitus erat è regione fluminis ad anti-
quum oſtium, proùt olim fluebat, proùt Pars
adverſa poſuit in ſuis *articulis ſup.1.& 6.fol.18. à ter.* Conſequens eſt, ut quotieſcumque decre-
tum juſſit reduci flumen ad antiquum alveum,
& terminari ad locum dictum *Pietraroſſa*, per-
neceſſe ſuppoſuerit pro vero, locum dictum
Pietraroſſa, non eſſe diſſitum ab antiquo alveo
fluminis, proùt prætendebatur per Principem,
ſed cum eo potiùs uniri, eſſeque prorsùs idem
cum chimerico illo *ſcopulo rubeo*, quem fingere
conati ſunt Adverſarii, ut rei adeo claræ tene-
bras offunderent, quod quando ità eſſet, proùt
jam repugnante rei veritate reperitur deciſum
per S.C. quis dubitet quin nullus amplius, nec
in poſſeſſorio, nec in petitorio, futurus eſſet in-
ter Partes controverſiæ locus?

Ut proinde haud prætendi poſſit decretum nul-
lum inferre præjudicium Univerſitati Belvede-
19 ris, eo quod nihil loquatur de dominio, nec de
poſſeſſione territorii, dum hoc ipſo quod redu-
ci juſſit flumen ad antiquum alveum, illudque
terminari poſſe ſuppoſuit ad locum dictum *Pie-
traroſſa*, jam eo ipſa dominium, & poſſeſſionem
territorii, quod eſt ultrà antiquum alveum flu-
minis, videtur abſtuliſſe ab Univerſitate Belve-
deris, ac territorio Terræ Cerellæ adjudicaſſe.

Ut omittam quod etiam ſi decretum non loquere-
tur, niſi ſolummodo de mutatione fluminis,
20 adhuc in eo ageretur de intereſſe Univerſita-
tis, quando fluminum cauſæ publici Juris eſſe
dicuntur, & in eis unicuique ex Civibus licet
appellare, ut tradit *Vantius tit.quis dic. poſſ. de nullit.num.6.* Etſi enim flumina quoad proprie-
tatem dicantur ſpectare ad ſupremum Princi-
pem, *cap.1. tit. quæ ſint regal.in uſib. feud.* uſus
tamen illorum, illius populi eſt, intra cujus fi-
nes, ut docet *Tholoſ.ſyntagm. Jur. par.1. lib.4. cap.14.num.3.* Unde quamvis ex generali con-
ſuetudine illorum dominium dicatur ſpectare
ad Barones, quoad uſum tamen adhuc dicuntur
eſſe Univerſitatis, ut bene explicat *D. Joannes Franciſcus Capibl. D.Regentis Genitor, & di-
gnus tanto filio pater, in ſuo tract.de aut. Baron. Pragm.8.num.26.& ſeq.* & latiùs in *Prag.14. num.41.* & pluries deciſum per S.C. conſtat ex *Dom.Præſ.de Franch.deciſ.183.& D. Reg. Ro-
vit.in Pragm.de aquis, num.8.*

OBJECTIO SECUNDA.

ATque hinc pendet etiam reſolutio ſecundæ *Objectionis*, circa intereſſe quod prætendit
21 Univerſitas Belvederis, tam circa uſum flumi-
nis, quàm circa omne illud territorium, quod ab
antiquo alveo fluminis extenditur uſque ad lo-
cum dictum *Pietraroſſa*.

Etenim non dubitatur *in facto*, quin omne iſtud
territorium, de quo controvertitur ſit ex majo-
ri ſui parte aptum pecorum paſtui, ac inciſioni
lignorum pro uſu Civium.

Id enim conſtat primum ex *articulis* Partis adver-
ſæ, quæ in *tertia rubrica* poſuit, inter territoria
22 cōtroverſa adeſſenemus, quod dicitur *Labriata*,
quo Cives Terræ Cerellæ ſemper uſas fuiſſe
poſuit pro lignorum inciſione ſoluta fida Curiæ
Terræ Cerellæ, *fol.18.à ter.* Qua ratione in *de-
cimo*, & *duodecimo articulo* poſuit Cives Terræ
Cerellæ pluries de hujuſmodi nemoris occupa-
tione facta, ut prætenditur, per Principem fuiſſe
conqueſtos, *fol.21.*

Secundò id deſumitur *ex fide* præſentata per Par-
tem, *fol.66.* qua dicitur Jus paſcendi in territo-
23 riis dictis *lo Peraino*, e *lo Sproviero* fuiſſe loca-
catum in A. 1637. & 1638. per Baronem Ter-
ræ Cerellæ pro annuis ducatis 22.

Idemque colligitur ex eadem ſcriptura æſtimi facti
24 in A. 1613. in qua deſcribitur *la Difeſa dello
Peraino* pro annuis ducatis duodecim, *fol.94.* &
Territorium *de lo Sproviero* appellatur *Difeſa
del Barone*, *fol.98. à ter.lit.A.*

Et demum id apertè deducitur ex quadam carthu-
25 la præſentata per Partem, in qua deſcribuntur
corpora ſpectantia ad Curiam Terræ Cerellæ à
fol. 129. à ter. in qua hujuſmodi territoria his
verbis reperiuntur deſcripta: *Vi è lo Peraino di
Terre ſelvaggie, & aratorie, e lo Sproviero per
erbaggio, fol.133.lit.B.*

Ex quibus patet hujuſmodi territoria, de quibus
controvertitur eſſe deſtinata juxtà poſitiones
26 Partis, pro paſcuis, ac pro inciſione lignorum,
& ſi in eis nullum Jus competere dicat Civibus
Terræ Cerellæ, ne proprii quidem uſus cauſa,
niſi ſoluta fida, ut ex prædictis arriculis.

At pro parte Principis Biſiniani fuit evidentèr
oſtenſum, prædictos agros, ac nemora exceptis
27 iis prædiis, quæ erant deſtinata plantationi
Cannamelium, fuiſſe communia quoad uſum
omnibus Civibus Terræ Belvederis, adeoùt in
eis haberent Jus lignandi, & paſcendi, abſque
ulla ſolutione fidæ, proùt & in reliquo ejuſdem
Terræ territorio, ut ex *articulis*, *fol.326. ſup. 10.* ſuper quo concludenter depoſuerunt Pri-
mus teſtis, *fol.329. à ter.* Secundus *fol.332.* Ter-
tius, *fol.335. à ter.* Quartus, *fol.338.à t.* Sextus,
fol.342. à ter. Septimus, *fol.354.* aliique, *fol.355. & 356.*

Ut proinde cum ipſemet Princeps Biſiniani con-
feſſus fuerit Jus paſcendi, & lignandi in prædi-
28 ctis territoriis ſpectare ad ſuos Cives, proùt &
in reliquo territorio Belvederis negari non poſ-
ſit quin de maximo ageretur ejuſdem Univerſi-
tatis præjudicio, ſi agri illi ſibi deberent auferri,
& aſ-

Digitized by Google

& aſſignari territorio Univerſitatis Cerellæ.
Etenim non levis controverſia eſt inter Juris no-
ſtri Interpretes, an conceſſo Oppido *cum pa-*
29 *ſcuis, pratis, nemoribus, &c.* dicantur ea terri-
toria conceſſa Baroni quoad dominium, an ve-
rò ſolummodo quoad juriſdictionem. In qua
quæſtione communis ſententia eſt, ut conceſſio
intelligatur ſolummodo quoad juriſdictionem,
ut benè probant *Avendan.tract. de exeq. mand.*
par.1.cap.4.num.6.Covarruv.pract.cap.37.nu.1.
Menoch.de præſumpt.lib.3. cap.10.n.8. aliique
plures, quos refert, & ſequitur *D.R.Rovit. Prag.*
de paſcuis num.8.

Attamen etiam attenta contraria ſententia, ut ſci-
licet in dubio hujuſmodi territoria dicantur eſſe
in dominio Baronis, nullus tamen dubitat, quin
per ejuſmodi dominium nullo modo præten-
di poſſit eſſe præjudicatum primævo illi Juri,
quod antequam Oppidum concederetur Baro-
ni erat penès omnes Cives, ut agris illis uteren-
tur In communem ipſorum utilitatem pro omni-
bus iis, quæ ad humanæ vitæ uſum ſunt neceſ-
ſaria.

Nam ut optimè explicat *Avend. cit. loc.* cum pri-
mùm ex communi Gentium Jure fuerunt inſti-
30 tutæ certæ Urbes, & Villæ, quæ alio vocabulo
à noſtris DD. appellantur *Collegia Juris Gen-*
tium, fueruntque illis termini impoſiti, quibus
diſtinguerentur agri ad unamquamque Civita-
tem pertinentes, omne illud territorium, quod
intra eoſdem limites erat comprehenſum, cenſe-
batur aſſignatum ejuſdem Urbis habitatoribus,
ut eo uterentur in communem omnium utilita-
tem.

Qua ratione inquit *num.4.* territorium illud appel-
lari dotem propriam illius Univerſitatis, ex do-
31 ctrina *Innoc.in cap.cum ad ſedem 15.de reſt.ſpo-*
liat. quod genus dotis, inquit ipſe, eſt ultra ſpe-
cies enumeratas per *Bald.Novell.in ſuo tractat.*
de dot.in princip.

Unde cum Rex concedit alicui Oppidum *cum*
ſuis Juribus, pratis, nemoribus, paſcuis, &c. ut
vulgò concedi ſolent (quantumvis dicere vel-
lemus dominium illorum fuiſſe translatum in
Baronem, quod negant *Avend.* aliique ſupra
relati) non ideo tamen prætendi poſſet Princi-
pem ex ea conceſſione voluiſſe derogare Juri
Civium ſuper iiſdem territoriis, cum ſemper
conceſſio intelligenda ſit *ſalvo Jure alterius* per
l.1.§.ſi quis à Principe, ff. ne quid in loc. public.
cum concord.

Ideoque *Afflict. in Conſt. cum per Partes Apuleæ*
tit.de anim.in paſcul.affidand. num.6. in fin. in-
32 quit, quod ſi Rex concedit Caſtrũ cũ *herbagiis,*
& aquis non poterit Baro prohibere Civibus
ne utantur illis paſcuis, prout utebantur ante-
quam fieret conceſſio, quod nunquam Principis
conceſſio poſſit operari in alterius præjudicium,
& ita ait fuiſſe judicatum per M. C. in A. 1513.

Idemque *Affl. in rub. de locatione demanii num.8.*
cum dixiſſet, quod in Regno ex *Conſt. Ferdi-*
nandi Primi, prohibitum eſt Baronibus ullam
33 publici agri partem munire ſepibus, in eaque
ut dicunt facere foreſtas, abſque Regis aſſenſu,
addit quod etiamſi ea Conſtitutio non eſſet,
adhuc iis non liceret eas facere abſque conſen-
ſu omnium Civium, tam præſentium, quàm fu-
turorum, adeòut, nec præſentium Civium con-
ſenſus præjudicare poſſet illorum ſucceſſoribus.

Quapropter etſi *Lucas de Penna in l. quicumque*
2.C.de fund.limit. lib.11. num.2. dicat Barones
ex vetuſta conſuetudine, & ex vi Regiarum
conceſſionum habere dominium montium, ne-
34 morum, fluminum, cæterarumque rerum id
genus, quæ adnumerari ſolent inter demania-
lia feudi, non ideò tamen ſequi hujuſmodi do-
minium eſſe plenum, quin potiùs intelligendum
eſſe, dummodò ex eo non diminuatur uſus Ci-
vium, ut tradit *idem Luc. de Penn. in l.uſum*
aquæ 4. C.de aquæd.lib.10.num.4. & 5. ubi do-
cuit, quod quamvis flumina virtute hujuſmodi
conceſſionis dicantur ſpectare ad Barones, non
tamen ex eo poſſet prohibere Civibus illorum
uſus, quia quemadmodum non poteſt quis pro-
hiberi uti via publica, ità nec flumine publico,
& cum illius uſus publicus ſit ex Jure Gentium,
non poterit, nec privilegio, nec præſcriptione
tolli.

Et ideo optimè *Frecc. de ſubfeud. lib.2. auth.46.*
tractans hanc eandem quæſtionem, inquit, quod
35 nunquam intelligitur Rex concedendo Terram
cum Montibus, planis, & paſcuis abſtuliſſe com-
moditates Vaſſallorum, quando nec alio Jure
videretur conceſſiſſe, quam ut uſus alterius non
diminueretur, juxtà *text.in l.in concedendo 8. ff.*
de aqu.pluv.arc. Nec eſſet permittendum Baro-
nibus, inquit, ut ſuos ſubditos privare poſſent
naturalibus elementis, ut ſunt Terra, & aqua;
quippe, quia debent Vaſſalli iſta habere, ſi non
quoad dominium, ſaltem quoad uſum, ne iner-
mem vitam ducant, & in eo loco in quo habi-
tant, & onera ſuſtinent æqualiter cum Exteris
comparentur. Vaſſalli enim, inquit idem *Frecc.*
Clientes ſunt, & pro liberis habentur, unde non
ſunt Exterorum numero computandi, quibus
ideo ex generali conſuetudine totius Mundi ait
competere hanc facultatem, ſecundum *D.Pe-*
trum de Antibolo in tract.de muner.verſ.ex qui-
bus omnibus, & ita bis fuiſſe judicatum per S.C.

Ut rectè ideo *D.Capibl.dict. tract.de auth. Baron.*
Pragm.11.num.23. dixerit, quod Jus paſcendi
36 herbas, glandes, & ſpicas præſumitur eſſe Uni-
verſitatis, & nõ Baronis, adeòut pro ea ſit reſcri-
bendum, cum ipſa ſtet Juris præſumptio. Et *n.*
99. addit quod Vaſſalli habent uſum quoad
omnes commoditates, quæ percipi poſſunt ex
hujuſmodi Demanialibus, adeoùt illorum non
dicantur Barones habere plenum dominium,
nam ſi plenum dominium apud eos eſſet, vix
Vaſſalli poſſent vivere; unde concludit *n.101.*

istiusmodi usum dici naturalitèr insitum feudo, ut ab eo evelli non possit, etiam si concessio esset maxima libera ab omni servitute, quià usus hic non est servitus, sed Jus quod ex communi Jure Gentium spectat ad omnes populos, ut suis terminis utantur, cui per generalem concessionem factam Baroni non videtur derogatum.

Ex quibus rectissimè *D. Reg. Rovit.* cum tueretur Jura Universitatis Styli contra Monasterium dictum *Sancti Stephani del Bosco*, quod illius Cives arcere intendebat ab usu quorumdam ne-
37 morum sub prætextu quod ipsi concessa fuissent per Comitem Rogerium A. 1094. cum clausulis amplissimis antequam edita esset *Pragmatica Regis Ferdinandi Primi*, quæ est *Prag. ult. sub tit. de salar. eor. qui mitt. pro servit. Reg. Cur.* qua prohibitum est Baronibus facere defensas absque Regis Assensu, defendit inquam *D. Reg. Prag. Regis Ferdinandi* nihil novi Juris induxisse, sed solummodò fuisse latam ad veteris Juris declarationem, cum Jus istud, quod uniuscujusque Universitatis Civibus competit, ut agro publico utantur, sit proprium ejusdem Universitatis ex Jure naturali, adeòut nec per Regem ei tolli possit: Quippe quia, ut idem *D. Reg.* advertit, priùs fuerunt Populi, quàm Reges, & quamvis omnis potestas, quæ erat penès Populum sit translata ad Reges, id intelligitur, quoad Jus dominii, non verò quoad illum usum in hujusmodi montibus, & nemoribus, qui necessarius est ad substentandam vitam. Unde quemadmodum Rex non posset suos subditos è suo Regno expellere, ità nec eos privare posset ejusmodi commoditatibus, quas quotiescumque eis tolleret, cogere eos videretur ad aliò migrandum. Ex quibus & aliis, quæ latiùs prosequitur idem *Reg. in dict. Pragm. 1. de salar. à num. 18. usq. ad num. 30.* inquit ità bis fuisse judicatum pro eadem Universitate, etsi antea fuisset judicatum contrarium.

Constat igitur ex his Universitatē Belvederis, quoad controversiam hanc, quæ mota est per Prin-
38 cipissam Marani de finibus sui territorii formatissimum habere interesse, ratione præjudicii, quod pateretur si illud aggregaretur Universitati Cerellæ.

Et cum omne interesse, quod tertius potest habere in causa ad triplex genus referatur, juxtà di-
39 stinctionem traditam per *D. Reg. Rovit.* in sua celebri de hac re *decis. 1. nu. 8.* quod aut scilicet, Jus quod repræsentatur per tertium sit unum, & idem cum eo, quod repræsentatur per alterum ex Collitigatoribus, aut illi sit æquale, sive æquè principale non dependens ex alterius persona, sed radicatum in propria persona ipsius tertii, aut demum sit omninò separatum nullam habens connexionem cum interesse alterius; Certè non videtur posse dubitari quin interesse, quod in hac causa repræsentatur per Universitatem, non sit omninò separatum ab interesse Principis, nec tamen sit eì adeo annexum, ut censendum sit unum, & idem cum potiùs respiciat quid diversum scilicet non Jurisdictionem, vel dominium, sed usum omnium Civium, quatenus Cives sunt, non quatenus sunt subditi ipsius Principis; Unde potius dicendum erit illud esse interesse æquale, sive æquè principale cum eo, quod repræsentatur per Principem, ac ideo nullo modo ab eo dependens, quippè quia proprium est ipsius Universitatis, suorumque Civium, & ex ipso naturali, sive Gentium Jure descendit.

Qua ratione Jus istud, quod competit Universitati pro usu Civium rectè *ab Avend. de cens. cap.*
40 *68. post num. 13.* fuit appellatum Jus incolatus, quasi quod Civibus, sive habitatoribus competat quatenus incolæ sunt, & quod ideo tamquam inseparabile, & ipsi incolatui annexum, nec pro debito Universitatis posset alienari, ut tradit idem *Avend. num. 56.* & ante eum dixerunt *Isern. & Affl. in Const. dubitationem, de contum. Univ. num. 7.* quos refert, & sequitur *Reg. Rovit. dict. Pragm. de salar. num. 20.*

Modò quod attinet ad rem de qua agimus parum refesse videtur an interesse, quod allegabatur per Universitatem esset æquè principale cum interesse Principis, an verò judicandum esset tanquam accessorium, sive secundarium. Nam
41 eo tantùm casu opus esset inquirere, quando tractaretur, an sententia lata cum principali contradictore, noceret etiam tertio non citato, qui in judicio non comparuit; prout dicitur de sententia lata cum hærede scripto circa nullitatem Testamenti, quæ nocet legatariis etiam non citatis, nisi fuerit lata per collusionem, sive in contumacia, *l. si superatus 3. §. & quia, ff. de pignor. l. Papinianus 8. §. fin. & l. si suspecta 29. ff. de inoff. testam. l. si servus plurium 53. §. 1. ff. de leg. 1.*

At cum quærimus an tertius possit appellare, sive in integrum restitutionem petere à sententia
42 cum alio lata, id tantum inspicere oportet, an tertius ille ejusmodi habeat interesse in causa, ut si comparuisset ante sententiam necessariò fuisset audiendus, ut constat ex traditis per *D. Rovit. d. decis. 1. num. 25.* nam & alio condemnato, is cujus interest, appellare potest, inquit Juris Cons. in *l. ab executore, 4. §. alia, & in l. à sententia, 5. ff. de appellat.* & notant DD. in *cap. cum super, 17. de re judic.* & *cap. super eo, 15. de offic. Deleg.* Et si tertius sit persona privilegiata poterit etiam petere restitutionem in integrum, *Glos. in l. si parentes 20. verb. ex persona, C. de evict. Covarruv. pract. qq. cap. 14. num. 3. & cap. 15. num. 4. in fin.* & tradunt *Guzman de evict. qu. 6. num. 25. Guttierez lib. 1 pract. qu. 66. Cagnol. in l. venditor nu. 15. ff. de judic. Barbos. in ead. l. num. 172. Reg. Tapp. lib. 3. Jur. R. tit. de in integr. restit. in Const. minorum jura num. 3.* aliique plures.

In

In caſu autem de quo agimus, debuiſſe Univerſitatem audiri, ſi comparuiſſet pro ſuo intereſſe,
43 ſive illud appellare velimus æquè principale, ſive ſecundarium, videtur non poſſe in dubitationem trahi; Nam ſi intereſſe erat æquè principale debuiſſet audiri; quia eo caſu in ejus arbitrio fuiſſet, vel proteſtari, quod ſententia proferenda ipſi non debuiſſet nocere, vel petere audiri ad finem evitandi illud quale quale præjudicium, quod ex victoria Adverſarii ſuis Juribus poſſet inferri, ut ex communi *DD.* traditione docet *Reg. Rovit. d.deciſ.*1. *num.*12. Et ſi intereſſe fuiſſet ſecundarium, adhuc eo fortiùs debuiſſet audiri, quia cum eo caſu neceſſariò ſententia ſibi fuiſſet obſtitura, pernecesſè tamquam propriam, non alienam cauſam agens fuiſſet audienda, ut oſtendit idem *D.Reg.num.*6. & ideo utroque caſu à ſententia lata potuiſſet appellari, ut docet idem *Reg.nu.*25.

Ex quibus etiam infertur, quod cum Univerſitas verè comparuiſſet ante ſententiam, petiiſſetque
44 audiri pro ſuo intereſſe, ut ex ſupplicatione, *fol.*184. *à ter.* intimata Parti adverſæ, *fol.*185. in qua adſunt hæc verba: *Intendentes pro eorum Juribus intervenire, & ſe defendere* (fuit quippè facta ſub nomine Civium) *ex quo territoria prætenſa per Illuſt.Principiſſam Marani, non aliter ſpectant ad territorium Cerellæ, ſed ad territorium ipſius Civitatis Belvederis, ſupplicant committi eidem R.Conſ.Varela, cui per M.V. cauſa prædicta ad inſtantiam prædictæ Principiſſæ commiſſa reperitur, quod ſtante notorio intereſſe Supplicantium in cauſa prædicta ipſos admittat, & iiſdem in præmiſſis ſupplicantibus omne Jus, omnemque actionem deducentibus omni modo meliori Jur, & Juſtitiam faciat.* Cum poſtmodum non citata Univerſitate fuerit interpoſitum decretum circa prætenſam reſtitutionem fluminis, ſequitur inquam, ut vel ex hoc ipſo Univerſitas poſſit dicere, ſe ejuſmodi decreto nimis fuiſſe læſam, quod ipſa non audita, nec citata ad illius interpoſitionem proceſſum fuerit. Illud enim in hac re eſt indubitatum, inquit, *D. Reg.num.*36. pendente oppoſitione tertii, qui petit audiri donec fuerit ſpecificè proviſum an debeat, vel non debeat audiri, interim eſt ſuſpendendus proceſſus. Et quod quotieſcumque quis non citatus ſe offert paratum ad contradicendum, ut eo non citato, cauſa non poſſit expediri, docuit *Bald.in l.ne quicquam* 9. *§.ubi decretum num.*22.*ff.de offic.Procur.& in l.*1. *C. ſi Tut.vel Curat.* ubi ex illo *textu*, inquit, *Nota quemlibet offerentem ſe defenſioni, poſteà citandum*, quod ad literam notat etiam *Gloſ. marginalis in eadem l.*1. & probat *Anton.Gabriel.lib.*2.*com.concluſ.tit.de citat.concluſ.*1. *nu.*244.

Itemumque idem *Bald. in l. duobus* 28. *§. igitur ſi quis, ff.de Jurejur.* ubi tradit fidejuſſorem de
45 judicatum ſolvendo non eſſe in judicio citandum; Niſi, inquit, *poſtquam ſe conſtituit adverſarium comparendo, & contradicendo, quia tunc non valet, quod fit eo non citato, quod nota*; & *Dom.Reg.Sanfel.dec.*99.*n.*10. *Si tertius*, inquit, *comparet in judicio ante ſententiæ prolationē, & conſtituit ſe adverſarium comparendo, & contradicendo eſt citandus, & non valet, quod fit eo non citato*; quod & idem docuerunt alii, quos refert, & ſequitur *Barbat.ſuper Pragm.de aſſiſt. gl.*3.*num.*52.*& ſeq.* de eaque re peculiarem habemus *deciſionem* apud *Carthar. deciſ. Gen.*56. *num.*5.*&* 6. ubi tradit viſam fuiſſe nullam ſententiam, & totum proceſſum ex defectu citationis, eo quod tertius qui pro ſuo intereſſe comparuerat, citatus non fuerat.

Nec movet, quod cum Univerſitas obtinuiſſet terminum dierum ſex ad probandum incumbentia,
46 *fol.*221. feciſſetque nominationem in Partibus pro examinandis teſtibus, *fol.* 222. pro parte Principiſſæ fuiſſet replicatum ipſam non fore audiendam, *fol.eod. à ter.* quod & iterum oppoſuit per comparitionem præſentatam ſub die 17. Junii 1647. *fol.* 216. Nam hoc ipſo magis clara detegitur læſio quam paſſa fuit Univerſitas per interpoſitionem ejuſmodi decreti, nam ſi per ſolam comparitionem potuiſſet ipſa impedire proceſſum ad ulteriora, ni ſpecificè fuiſſet antea proviſum ſuper petita audientia, quanto magis eundem impedire debuiſſet, quando jam fuerat admiſſa per Judicem, adeòut non ampliùs de audientia non concedenda, ſed potiùs de deneganda ea, quæ jam fuerat concesſa, agi poſſe videretur.

Prout minus movet, quod imputandum videatur Univerſitati, cur ipſa non fuerit ulteriùs proſe-
47 cuta judicium, curvè inſtantiam illam veluti perimi paſſa fuerit tot annorum ſilentio. Reſpondetur enim haud Jure poſſe adſcribi negligentię Univerſitatis, quod potiùs culpæ Partis adverſæ eſſet imputandum, quæ Judicii proſecutioni ſe oppoſuit. Cumque paucos poſt dies fuiſſent exorti motus Populares die ſcilicet ſeptima Julii ejuſdem anni, & quis adeò rigidus erit Cenſor, ut ſilentium imputare velit Univerſitati iis temporibus, quibus ipſamet Pars adverſa, cum eſſet actrix, imò fortiùs ipſa Tribunalia, ac Jura omnia propter ſtrepitum armorum ſilentium tenuerint?

Nec tandem nocere poſſet ſi dicerent cauſam fuiſſe ſtrenuè defenſam per Principem, ac ideo nulla re videri læſam Univerſitatem, quod non
48 fuiſſet audita. Etenim cauſa, tantum abeſt, ut non fuerit defenſa, ut potiùs videatur deciſa in odium, ſive in contumaciam Principis, qui præcepto ejuſdem S.C. circà depoſitionem pecunię pro acceſſu D.Cauſæ Commiſſarii parere neglexerat, fuitque ideò latum decretum circa reductionem fluminis ad locum dictum *Pietraroſſa*, cum neſcirent Judices, ubi nam locus ille eſſet ſitus, ac ipſimet ignorarent quid illud eſſet, quod præciperent. Ut mirum proinde non ſit,

si in illius designatione erraverint, quando ut *Vlpianus* monet in *l.si irruptione* 8.§.*ad officium, ff.fin.regund.pertinet ad officium Judicis cognoscentis de finibus mensores mittere,& per eos dirimere ipsam finium regundorum quæstionem, & si ita res exigat, oculisque suis subjectis locis*.

Unde *Avend.d.tract. de exeq.mandat. par.*1. *cap.*4. *num.*1.inquit *Judices debere propriis oculis visitare terminos, eorumque limites, quia ex oculo-*

49 *rum inspectione solet resultare probatio notoria, quæ vincit omne genus probationis*. Et jam ex Scænographia, sive planta, quæ fuit confecta in Partibus ordine D. Fiscalis Supremi Italiæ Consilii, tunc Regii Consiliarii de la Torre, constat executionem decreti S. C. esse impossibilem.quod implicantia non contineat. Ut verè ideo de istiusmodi decreto, quod latum fuit sub die 9. Julii 1652.possit aptè dici, quod *D. Præs. de Franch.*de omnibus ejusmodi decretis solitus erat dicere, se scilicet ab eorumdem interpositione in exitu S.C. semper abhorruisse.

Ut omittam, quod Universitas etiam si non audiri obtinuisset, nisi *in terminis in quibus causa reperiebatur*,adhuc non potuisset ad novas probationes admitti, dum cōparuit antequam tempus beneficia petendi fuisset lapsum, ut ex illius cōparitione, *fol.*184. antequam fuisset conclusum, imò nec publicatum in causa,ut ex actu publicationis, *fol.*218.& conclusione postmodum facta, *fol.*219. *& fol.*361.

Etenim indubitatum est apud nostros. Tertium, qui venit ad causam posse ex vi proprii privile-

50 gii reducere rem ad terminos litis contestatæ, & petere, ut sibi concedatur novus terminus ad probandum, etiam post cognitas Adversarii probationes, quotiescumque comparuerit intrà id tempus, intrà quod si ab initio fuisset in judicio, suo privilegio uti potuisset, juxtà praxim de qua testatur *Anna conf.*97. *num.* 6. *& conf.* 98. *num.*5. *Giurb. decis.* 1. *num.*24. *Cancer.lib.* 2. *variar. cap.* 16. *num.* 6. *Guttierez dict. lib.* 1. *pract. qu.*66. *in fin. & D.Reg. Rovit. d. decis.*1. *num.*9.*in fin.*reprobata *decisione* S.C.apud *Gizarell.decis.*40. qua etiam post conclusum in causa, imo etiam post concessa beneficia illi,qui priùs erat in judicio fuit decisum, Tertium,qui obtinuerat audiri in terminis in quibus causa reperiebatur, potuisse admitti ad beneficia iterum petendum.

Cæterum non omnes probationes, quæ fieri potuissent in causa fuisse factas pro parte Principis

51 Bisiniani, adeò ut si Universitas fuisset audita, potuissent eæ suppleri ab ipsa Universitate, videtur non posse dubitari; dum constat non paucas ex eis fuisse novitèr productas per D. Franciscum Carafa coram Reg. Consiliario de la Torre, cum agebatur de executione concedenda decreto, exhibitis scilicet septuaginta circitèr testium testimoniis, quibus de verò loci situ, ubi dicitur *Pietrarossa* unanimi consensu testabantur, à *fol.*406. usque ad *fol.*425. Ut ideò, vel ex hoc solum, quod Universitas non fuit admissa ad producendum ejusmodi testationes, antequam procederetur ad interpositionem decreti, ejusdem decreti injustitia clarissime detegatur.

OBJECTIO TERTIA.

Ex quibus ideò fit palàm, nec tertiæ *Objectioni* locum esse qua prætenditur tempus petendi restitutionem in integrum fuisse elapsum.

Primum enim non vidimus quo pacto dici possit elapsum tempus petendi restitutionem in inte-

52 grum, dum illud nunquam incepit currere, quia decretum non fuit intimatum Universitati, quæ iam erat in judicio.

Secundò, quia etiamsi Universitas nō comparuisset in judicio, ac per consequens decretum illi non debuisset intimari,adhuc tēpus petēdi restitutio-

53 nē in integrum non incepisset currere, nisi à die scientiæ ejusdem decreti;quod regulare est,quotiescumq; agitur de tertio,qui appallat à decreto inter alios lato, ut tempus decem dierum ad appellandum non currat, nisi à die scientiæ ipsius tertii, etiamsi decretum fuisset intimatum principali, & illius respectu fecisset transitum in rem judicatam,imò quod magis est,etiam si ageretur de tribus sententiis conformibus, ut post *Affl. Angel.Alex.* & alios plures docet *D. Reg. Rovit. loc. ubi sup. num.*25. quod latissimè probat *Giurb.decis.*8. *à num.*6. usque ad *num.* 25. Etsi in casu suo in quo agebatur de venditore,qui veniebat ad coadjuvandum emptorem, fuit decisum non potuisse illum appellare, nisi quatenus illud licuisset ipsimet emptori, qui in judicio victus fuerat,ne alioquin per comparitionem venditoris, actoris conditio redderetur deterior ex doctrina *Covarr.d.cap.*14.*var.n.*2. *& cap.*15.*n.* 3.*&* 4. ubi docuit,quod quotiescumque sententia noceret tertio etiam ignoranti, tunc tempus ad appellandum currat similitèr etiam ignoranti; quod ideo secus esset quotiescumque tertius haberet interesse æque principale, ut in nostra specie, quia tunc, ex quo sententia ei non citato, non noceret, nec etiam curreret tempus ad appellandum, nisi à die scientiæ, ut benè post ipsummet *Covarr.* explicat *Giurb. d. decis.*8. *à num.*46. probatque *Reg.Rovit.cit.loc.*

Quod lanè peculiari jure obtinet cum agitur de tempore quadriennii statuto ad petendum resti-

54 tutionem in integrum, quod nunquam currere incipit, nisi à die quo minor sciverit se esse læsum, ut communitèr docuerunt *DD.*apud *Odd. de rest.in integr.q.*20.*art.*4. *vers.in contrarium*, qui ideò concludit tempus petendi restitutionem in integrum, data ignorantia non præscribi ne quidem spatio centum annorum.

Tertiò, quia in his, quæ concernunt interesse singulo-

55 gulorum, scientia, sive consensus majoris partis Civium, non noceret aliis ignorantibus, sive dissentientibus, ut tractant *DD.in l. quod major 19.ff.ad municipal.ex text. in l. per fundum 11. ff.de servit.rustic.cum concord.* Et hujusmodi esse Jus, quod competit Civibus utendi territorio Universitatis, colligitur ex *sup. cit.* doctrina *Affl.in dict.rub.de locat.deman.num.*8. dum docuit non posse Barones claudere territoria demanialia absq; cōsensu Civium, tam præsentium, quàm futurorum, adeòut nec consensus viventium præjudicio sit successoribus, quod & respondit etiam *Ripa lib.* 1. *respon.* 27. quamvis, quando tractaretur de re, quæ tenderet ad utilitatem omnium, tunc major pars posset cogere minorem ad consentiendum, ad tradita per *Præsid. de Franch. decis.*197. Unde cum non possit prætendi ex adverso omnes Cives habuisse notitiam supradicti decreti, sequitur ut nec prætendi possit tempus ad petendum restitutionem in integrum incœpisse currere juxtà superiùs exposita.

Quibus additur, quod ad finem, ut quis privatus dici possit facultate petendi restitutionem in in-
56 tegrum, sive Jure appellandi ob temporis lapsum, requireretur scientia certa, & specialis rei gestæ, cum omnibus suis qualitatibus, ut post *Josephum Ludovic.decis.*26.*num.*18. *& seq.* tradit *D.Reg.Rovit.decis.*1. *num.*27. Imo opus esset eam plene probari, nec sufficeret scientia præsumpta, ut decisum per S.C. tradit *D.Præs. Merlin.controv.tom.*1.*cap.*30. *num.*27.

Ex quibus constat quam malè ab Adversariis prætendatur Universitatem amisisse Jus petendi restitutionem adversus decretum ob præsumptam illius notitiam in A. 1654. quo tempore accessit D. tunc Consiliarius de la Torre ad locum controversiæ, ut commissam sibi fluminis reductionem ad antiquum alveum executioni demandaret.

Primum enim cum nihil eo tempore appareat gestum cum Universitate, nil est, quod ex ejusmo-
57 di actu elicere possint præter scientiam præsumptam, quæ sufficiens non esset ad hoc, ut inde cadere debuisset suo Jure Universitas, ut modò diximus.

Secundo cum scientia ea non possit præsumi respectu omnium Civium, sed solum respectu ali-
58 quorum, quæ nam ratio dictat, ut ob præsumptam quorumdam scientiam universo Civium cœtui præjudicium fiat ?

Et demum cum opus esset, ut scientia illa esset certa, ac cum omnibus suis qualitatibus, quo pacto
59 prætendi poterit, eam desumi ex accessu D. Consiliarii de la Torre, quando potiùs ex eo desumi potuisset scientia contraria, scilicet nulla re per decretum illud fuisse præjudicium illatum Universitati, dum viderunt Cives D. Consiliarium à petita fluminis reductione abstinuisse, quia eam vel cognoverat impossibilē, vel quia parum Principissæ Juribus conducere existimabat.

Institerat namque D. Franciscus Carafa (quod pluries monuimus) executioni demandari decre-
60 tum juxtà ipsius tenorem, ut *fol.*402. 403. & 405. produxeratque septuaginta circitèr testimonia, quibus de loco dicto *Pietrarossa*, cujus mentio fiebat in decreto apertissimè constabat; Et quamvis Pars adversa replicasset flumen esse reducendum ad chymericicum quendam, confictumque scopulum rubei coloris, qui nunquam ab illius regionis accolis fuerat tali *Pietrarossa* nomine designatus, ut *fol.*462. Attamen cum nulla super ejusmodi instantia fuisset facta provisio justam habere potuissent credendi causam Cives Belvederis prætensionem illam non magis à rei veritate, quàm ab ipsis verbis decreti longissimè distare. Cumque eadem Pars per tot annos post tentatam illam executionem decreti ab incœpto destiterit, silentiumque tenuerit, & quid erit, quod Universitati imputari debeat, cur ab ejusmodi decreto, quod nihil Parti videbatur proficere restitutionem petere neglexerit ? Omninò enim in hujusmodi re, quoad cursum quadriennii requiritur, ut læsio sit perfecta de eaque constet per rei certitudinem, non per præsumptionem, ut benè advertit *Oddus par.*1.*qu.*20. *num.*62. & 63.

Sed quid ampliùs circa hanc rem immorari ? dum satis constat apud utriusque Juris Inter-
61 pretes nullum tempus currere minori, sive alii personæ privilegiatæ ad petendum restitutionem, quotiescumque læsio, quæ per decretum inducitur esset notoria ; Ità enim docuerunt *Glos.*& cæteri *Canonistæ in cap.fin.de rest.in integ. in 6.* quibus subscripserunt *Corneus, Soccin.Alex.Cassan.Covarr.* aliique plures, quos refert, & sequitur *Odd.* qui communem dicit *qu.* 16.*num.*66.*vers.in contrarium.* Ut omittam *Accurs.* sententiam, cui non pauci subscribunt, in *l.rempublicam, C.de jur.Reip.lib.*11. ubi docuit Rempublicam perpetuò juvari, quia semper est pupilla.

Et læsionem, quæ continetur in decreto S.C. respectu Universitatis Belvederis esse notoriam,
62 jam satis credimus, quà ore, quà scripto, tum in Aula, tum editis allegationibus fuisse demonstratum. Pro qua apertiùs ostendenda satis sit indicare, quod & superiùs advertimus, decretum dum jussit reduci flumen ad antiquum alveum, supponendo antiquum ostium fluminis respondere, sivè mavis idem esse cum loco dicto *Pietrarossa*, videri causam decidisse, quoad petitorium, prout ità fuit intellectum per Partē, dum coram D. de la Torre Commissario destinato pro executione decreti petiit pro ejusdem executione assignari sibi Viridaria, & Vineas, quę reperiebantur inter territorium Terræ Cerellæ, & antiquum alveum fluminis tamquam plantatas.

Google

tas in folo alieno, ut ex illius inftantia, *fol.*408. inftetitque flumen reduci ad confictum illum fcopulum rubeum tanquàm locum terminalem in territoria utriufque Vniverfitatis, *fol.*405. Iterumque inftetit in S.C. declarari pro executione ejufdem decreti omnia territoria, quæ funt citra prædictum flumen ad ipfam fpectare, tamquam utilem Dominam Terræ Cerellæ, *fol.* 435. Quare nil eft, quod fingi poffit à juftitia, ac à rei veritate alienum. Quod quia jam pluribus fuit oftenfum, novifque confiderationibus confirmabitur ex publicis fcripturis, teftium depofitionibus, & ex ipfa rei evidentia deductis, cum locus dabitur, non eft cur fuper hoc ulteriùs morer doctifsimos, & integerrimos Senatores.

Suppleant cœtera, &c. *Neapoli die* 20. *Martii* 1664.

Francifcus Andreas.

OBSERVATIO VII.

SVMMARIVM.

1 Pragm.1.de Arbitr. *excipit nonnullos cafus, in quibus compromiffum inter conjunctos peti non poteft.*

2 *Compromiffa adeo fieri non poffunt in caufis criminalibus, quòd laudum in dictis caufis latum eft nullum.*

3 *Fallit in caufis criminalibus compromiffis in arbitratorem, & amicabilem compofitorem.*

4 *Compromiffum eft petendum antè dationem termini, & quid fi petatur immediatè, & incontinenti poft terminum, & quomodò hoc intelligatur, num.*5.

6 *Compromiffum quando fuit calumniosè petitum Judex poterit ad ulteriora procedere nullâ factâ provifione fuper exceptione compromiffi, & quid in remiffione calumniosè petita.*

7 *Compromiffum quod peti non poffit, quando adeft Inftrumentum, fententia, vel liquida obligatio intelligitur, quando non fuit petitum ab Actore, & quando adverfus inftrumentum non fuit factum depofitum. Et quid quando inftrumentum per exceptionem dubium redderetur, & num.*8. *&* 9.

10 *Et quid quando adfunt Capitula matrimonialia.*

11 *Et quid in compromiffo petito adverfus legatum.*

12 *Compromiffum adverfus rem judicatam non poteft fieri, nifi exprefsè renuncietur rei judicatæ.*

13 *Compromiffum an præfcribat fibi locum in judicio affiftentiæ.*

14 *Compromiffum fuper caufis feudalibus ad hoc, ut fuftineatur cum Regio Affenfu requiritur, ut Regius Affenfus impetretur fuper compromiffo ftipulato, five ftipulando, & non fuper laudo, & quæ fit praxis Coll. Conf. in concedendo affenfum fuper compromiffo.*

15 *Laudum latum fuper re feudali à Partibus acceptatum, num poffit fubftineri in vim pacti.*

16 *Sententia Authoris proponitur pro quæftionis refolutione.*

17 *Affenfus Regis num validet actum ex alia caufa nullum.*

18 *Cautela traditur ad hoc.ut Affenfus fuper laudo confirmet compromiffum nullum ex defectu Affenfus.*

19 *Compromittenda num veniat caufa paragii, vitæ, & militiæ, partis pretii, fed quid quando ageretur de quantitate, quæ non negatur deberi, & quid in incidentibus caufarum feudalium, & num.*20.

21 *Caufæ non compromittendæ, quæ fint remiffivè.*

22 *Compromiffum an habeat locum in caufa alimentorum, referuntur noviffimæ decifiones S.R.C.*

23 *Compromiffi petitio num impediat liberationem in caufam declarandam.*

24 Pragm.1.de Arbitr. *reftringit inftantiam compromiffi ad duos menfes, quæ de jure communi durabat triennio.*

25 *Laudum latum poft duos menfes, vel breviorem terminum à Partibus in compromiffo appofitum eft nullum, & quid in revifione ejufdem laudi, quæ eft decernenda fimiliter infrà terminum unius, vel duorum menfium, & num.*26.

27 *Compromiffi terminus à quo die currere incipiat.*

28 *Compromiffi prorogatio an poffit effe majoris temporis, quam in primo compromiffo.*

29 *Compromiffi prorogatio debet partibus intimari, aliàs laudum redditur nullum, etiam data poteftate prorogandi partibus abfentibus, & cum renunciatione intimationis.*

30 *Laudi appellatio, feu reductio ad arbitrium boni viri, num veniat regulanda ad inftar appellationis, vel duret triginta annis.*

31 *Affertur diftinctio* Reg.de Marinis.

32 *Senfus Authoris proponitur.*

33 *Claufula adjecta in compromiffo,* quod laudum habeat executionem paratam, ac fi effet fententia S.R.C. *cujus fit importãtia, & quid fervetur in praxi etiam circa exactionem pœnæ, num.*34.

35 *Arbitri an attentare dicantur fi fpreta appellatione aliquid innovaverint.*

36 Pragm. 1. & 2. de Arbitr. *procedit etiam in compromiffo voluntario inter extraneos.*

37 *Nullitatis remedium fufpendit laudi executionem.*

38 *Nullitates, quæ proponuntur adverfus laudi executionem, num fint proponendæ ad formam*

Reg.

*Reg. Pragm. cum deposito, & contra expressum casum legis, & Advocati subscriptione, & num.*39.

40 *Cautela renunciandi in compromisso nullitatibus proponendis adversus laudum non tuta in praxi demonstratur, & refellitur opinio* D.de Luca in meliorat.180. D.Reg.de Marinis n.4. lib.2. *& num.*41.

42 *Cautela non datur, ut à laudo Arbitri, vel Arbitratoris non detur aliqua provocatio, vel reductio ad arbitrium boni viri.*

43 Consiliar.de Altomar.de nullit.rub.4. qu.19. à num.7.ad 17.*declaratur.*

44 *Laudum nullum ad hoc, ut sustineatur in vim pacti per acceptationem requiritur emologatio prævia stipulatione, quæ subsequi, & non præcedere debet laudi prolationem.*

45 *Laudi reductio ad arbitrium boni viri non excluditur per cautelam illam, qua constituitur procurator ad acceptandum laudum cum speciali mandato, cum foliis subscriptis in albo, & num.*46.

47 *Compromissi instrumentum habens annexam obligationem Cameralem, & pactum executivum cum renunciatione nullitatum, & reclamationum reiicit nullitates, & reductionem adversus executionem laudi, non apparente de notoria injustitia, & casus per S.R.C. decisus refertur, & num.*48.

49 *Laudum latum extra Regnum executioni demandatur in Regno absque termino super impartitione brachii.*

50 *Causæ in quibus laudum potest redargui de nullitate, remissivè.*

51 *Laudum latum diebus feriatis ad honorem Dei est nullum, non obstante potestate data in compromisso arbitrandi in diebus feriatis, vel non feriatis.*

De Arbitris, Pragmatica I.

Odia quæ inter Conjunctos, &c.

Statuit hæc *Pragm.* ut causæ civiles, & mixtæ inter conjunctos usque ad quartum gradum
1 compromittantur ante dationem termini ad probandum, exceptis causis ubi adessent instrumenta, sententiæ, & obligationes liquidæ, & nec non excipiuntur causæ fedales.

Dum mandatur in causis civilibus, & mixtis esse locum compromisso videntur exceptæ causæ criminales, indè falsitas non potest compromitti, juxta *glos.& Bart. opinionem in l. non distinguemus, §. Julianus, ff.de recept. Arbitr. Specul.de Arbitr. §.restat num.*1.*Alex. conf.*65. *nu.* 2. *vol.*7. *Roman. conf.*262. & decisum habemus apud *Affl. decis.*84. & adeo prohibentur compromissa in causis criminalibus, quod laudum
2 in dicta causa prolatum nullum esset, *D.Consil. de Altomar. de nullitat. rubr.*9. *qu.*8. *num.*68. & hoc intelligitur in causis criminalibus, quæ non civilitèr, sed criminalitèr vertuntur, juxta *text. in l. non distinguemus, ubi glos. & DD. ff. de recept. Arbitr. idem Consil. de Altomar. de nullitat. contract. rubr.*1. *par.*2.*qu.*28.*nu.*105.*&* 106. *tom.*4.

Limitatur quando causa criminalis compromittetur in arbitratorem, & amicabilem composi-
3 torem, quià sicuti transigitur de crimine, ità potest fieri compromissum, quod æquiparatur transactioni, *Jo: Baptist. de Arbitr. lib.*3. *cap.*10. *num.*3.*versic.nunc de alia, Marc. Anton. Blanc. de compromiss.qu.*6.*princip. de potest. Arbitror. & effect.compromiss.num.*14.

Verba illa *antè dationem termini* intelligenda sunt compromissum esse petendum antè litis
4 contestationem ad instar cæterarum exceptionum dilatoriarum, ideò si reus passus fuerit dari terminum, non potest petere, quod causa compromittatur, ita post *Affl.dec.*185.*& Capyc.decis.*48.*Sanfelic. in prax. judiciar. sect.*41. *num.*3. Imò si antè terminum fuerunt oppositæ omnes dilatoriæ absque ulla reservatione compromissi, compromisso amplius locus non erit, *Consil. de Rosa consult.*58.*num.*13.14. *&* 15. quod admittere videtur *Consil. Rocc.* qui in contrarium scripsit in eadem causa, de qua scripsit *de Rosa respons.*51.*num.*13 *tom.*2.*Consil. de Altomar. de nullitat. rubr.*1 *par.*2.*qu.*28.*num.*329.*tom.*4.

Verum semper sat erit compromissi petitio superveniens in continenti post terminum, & incon-
5 tinenti fieri, & opponi dicitur illud, quod post triduum fit, *Barbat. de assistent. glos.*5. *à nu.*38. *ad* 44. ubi respondit ad contrarium, *Affl. decis.* 185. quod incontinenti, & immediatè intelligendum esse, dummodò non sit deventum ad citationem testium, & præsentationem articulorum, voluit *Gallupp. in prax. S.R.C. par.*1. *cap.* 3. *num.*10. Verum quod nulla sit habenda ratio de compromisso petito in actu, qui subsequitur post terminum, decisum ostendit *D. Gizz. ad Reg. Capyc. Latr. observat.*33.*num.*30.*lib.*1.

Hinc fit, quod quando Judex agnoverit, compromissum fuisse calumniosè petitum, ad ulteriora
6 procedit nulla facta provisione super exceptione compromissi, quæ censetur rejecta per processum ad ulteriora, *DD. apud Consil. Staib.* qui sic judicatum refert per S.C. *in observat. ad resol.*119.*num.*20.*&* 21.*suar.resol.cent.*2.& in remissione calumniosè petita ad forum militare pariter decisum refert *Consil. Prat. practic. observat. observat.*7.*num.*14.*&* 15.

Ex illis verbis *Pragm. ubi essent instrumenta*, observandum erit, quod cessaret dispositio hujus
7 *Pragm.* si compromissum peteretur ab actore, vel ab eo, in cujus favorem cantat instrumentum, sententia, vel liquida obligatio, quià posset favori suo renunciare, *DD. apud. Reg. Rovit in Comment. ad hanc Pragm. n.*41. *Reg. Capyc.*

pyc. Latr. consult. 70. num. 6. & 7. tom. 1. qui loquitur in fententia, vel si peteretur facto depo-
8 sito per debitorem obligatum vigore instrumenti, vel apocæ Banco directæ, ut ex *Laganar. & Staiban. resol. 119. num. 32. & resol. 63. n. 30.* monet *Consil. de Altomar. de nullit. contract. rubr. 1. par. 2. qu. 28. num. 115. tom. 4.*

Secundò observandum erit, hanc conclusionem procedere, quoties nihil opponitur adversus instrumentum, vel testamentum, quià si aliquid
9 obiiceretur, per quod redderetur instrumentum dubium, vel obumbratum, tunc esset locus compromisso, non obstante instrumento, vigore cujus non esset amplius locus viæ executivæ, sed ordinariæ, ut latè deduxit *D. Reg. de Marinis lib. 1. suar. resol. cap. 66. à num. 2. ad 4.* ubi *D. de Luca in meliorat. num. 7. 8. & 18.* alias recentiores decisiones adducit, quamvis prius contrarium determinatum extitisset apud *Reg. Galeot. controv. lib. 1. controv. 63. à num. 11. cum seqq.* ex
10 quo instrumenta Capitulorum matrimonialium erant nedum liquida, sed approbata mediante sententia S.R.C. idemque dixit *Marcian. consl. 46. num. 16. tom. 2.* Idemque dicendum videtur si compromissum fuerit petitum per hæredem
11 conventum ad præstandum legatum, cujus præstationem jam dubiam reddidit per oppositas exceptiones, juxta ea, quæ habentur decisa apud *Reg. Merlin. controv. cent. 2. c. 2. & signanter nu. 16.* & cum hac sententia concurrit *Consil. de Altomar. de nullit. rubr. 9. qu. 16. tom. 1.*

Compromissum verò adversus sententiam transactam in rem judicatam, adhuc si Partes consen-
12 tiant, non potest fieri, nisi expressè renuncietur sententiæ, quià alias laudum esset ipso jure nullum, ad *text. in l. juris gentium, §. si pacisear, ff. de pactis*, quemadmodum decisum per S. C. testatur *D. Gizz. ad Reg. Capyc. Latr. observat. 33. à num. 21. ad 27. lib. 1.* Verum quando Partes contentantur, ut non obstante sententia causa compromittatur, cessat difficultas, quia solet adiici clausula, *quod laudo non secuto, virtus sententiæ reviviscat, Reg. Capyc. Latr. consult. 70. nu. 6. & 7. tom. 1.* & multos cumulat novissimè *Consil. de Altomar. in suo tract. de nullitat. contract. rubr. 1. par. 2. qu. 28. num. 112. tom. 4.*

Ex quibus non recipienda videtur opinio *Horat. Barbat. de assisten. glos. 4. num. 54.* qui firmare au-
13 sus fuit esse repellendum à compromisso principalem debitorem conventum judicio assistentiæ, ex quo agitur de causa instrumentaria, non advertens, quod vigore instrumenti non agitur via executiva, sed ordinaria, & proindè tota vis liquiditatis instrumenti, & executionis paratæ, quæ compromissum repellunt, cessat.

Excipiuntur quoque à compromisso causæ feudales, undè observandum superest, quod ad hoc,
14 ut super controversiis feudalibus compromissum sustineri possit, opus est, ut Regius impetretur Assensus non super laudo, sed super compromisso inter Partes stipulato, sivè stipulando, aliàs si fuerit prolatum laudum per arbitros nullo super compromisso impetrato assensu, nullius roboris esset laudum, quamvis extitisset Regio assensu vallatum, juxtà decisionem factam per Reg. Cam. facta relatione in Coll. Conf. de qua testantur *D. Reg. Reverter. decis. 361. lib. 2. D. Reg. Moles in tit. de jure devolut. §. 23. qu. 2. à n. 39. ad 43.* ubi refert eandem decisionem factam in Coll. Conf. *die 17. Februarii 1570.* sub his verbis; *At his non obstantibus Reg. Cam. pro majori parte fuit voti, quod assensus præstitus super laudo non tolleret defectum assensus in compromisso, & proindè laudum fuisse nullum ex invaliditate cōpromissi*, unde stante dicta decisione corruunt scripta per *D. Reg. de Marinis lib. 1. suar. resol. cap. 67.* qui substinuit sufficere assensum super laudo, ideoque Inolevit praxis in Coll. Conf. concedendi assensum super compromisso, cum clausula *dummodò antè promulgationem laudi referant in eodem Coll. Conf.* ut ex *Loffred.* & quamplurimis aliis testatur doctissimus *D. R. Dux Vasti Girardi in comment. super Rit. 50. num. 11. versic. quod sanè, lib. 1.*

Nec tale laudum, etsi cum assensu posse substineri *in vim pacti* ex Partium acceptatione scripsit
15 *Anna in repetition. Constit. Divæ Memoriæ à n. 285. ad 289.* & rationem assignant *D. Reg. Moles num. 41. & D. Reg. de Marinis in observ. ad cit. decis. 361. D. Revert. num. 2.* ex quo agitur de nullitate laudi ex defectu actorum, & jurisdictionis non prorogatæ in arbitros, quam Princeps noluit tollere, sed tantum per assensum præstitum super laudo substulit obstaculum prohibitiuum prolationis laudi, de quo fuit supplicatum.

Sed ego contrarium verius esse crederem, siquidem defectus jurisdictionis satis sublatus vide-
16 tur per assensum præstitum in Coll. Conf. cum assistentia, & subscriptione D. Proregis, quæ supplet omnem jurisdictionis defectum, *D. R. Capyc. Latr. consl. 6. num. 257. 258. & 259. lib. 1.*

Insuper per assensum præstitum super laudo videtur nedum sublatum obstaculum prohibitiuum,
17 sed confirmatum compromissum, & omnia acta, quæ indigebant confirmatione, licet de uno tantum fuisset supplicatum, quià Dom. Prorex cum Coll. Conf. de propria jurisdictione, & ex proprio jure habet hanc potestatem præstandi assensum super laudo, & tollendi nullitatem provenientem ex nullitate compromissi, juxta tradita per *D. Reg. de Marinis lib. 1 suar. resol. cap. 122. & ad Revert. in observat. ad decis. 245. nu. 9. & 10.* & hanc sententiam comprobat doctissimus *D. Rodoer. in addit. ad eundem de Marinis* addendo, quòd concurrentibus pluribus defectibus, actus sanatorius superveniens sat est àd sanandum omnes defectus.

Verùm quandò negotium esset in fieri semper cautiùs agendo consulerem, ut in supplicatione

quæ

18 quæ porrigitur pro assensu super feudo, partes
etiam instarent pro confirmatione compromissi
acceptati in vim pacti, & pro assensu super dicta
acceptatione, & pro ratificatione omnium acto-
rum inserto tenore totius laudi, quià tunc con-
firmatio non in forma communi, sed ex certa
scientia facta diceretur, juxtà *text.in cap.penult.
de confirmat.util.vel inutil.* & latè scripta per *D.
de Marinis in observat.ad dec.287. Reg.Revert.
num.5.& in observat.ad decis.337.num.7.*

Appellatione causarum feudalium non compro-
mittendarum connumeratur petitio paragii,
19 vitæ,& militiæ, & partis pretii, quæ debetur ex
feudo novo, *Consil. de Rosa in sæpiùs citat. con-
sult.58.num.8.& 9.* quamvis respectu taxatio-
nis vitæ,& militiæ tamquam non tangentis cor-
pus feudi aliter dixerit, & determinatum addu-
xerit *Afflict. decis.138.* quem sequitur *Reg.Ro-
vit.in comment. super hac Pragm.num.37.*& si-
militer quando agitur de quantitate paragii,
quod non negatur deberi, habet locum *Pragm.
de compromiss.inter Conjunctos*, *R Galeot.con-
trov.63.num.56.tom.1. post Affl.* qui sic decisum
testatur *decis.43.Minad.decis.3.*

Sed neque incidentia, & emergentia causarum
faudalium compromitti posse absque assensu ad-
20 vertit *Consil.Staib. resol.57. à nu.39. ad 41.lib.
1.* ubi loquitur de controversiis adhoarum, &
releviorum, & super officiis bajulationis, & se-
creti Cosentiæ.

Cœteras causas non compromittendas hìc adiicere
non oportet, quià illas larè recollexit *Dom.Reg.
21 Rovit.in suis copiosis comment.super hac Pragm.*
& post eundem *Novar. & Angel. Scial. de for.
competent.cap.11.de for.compromiss.à num.33.ad
57.* ubi decem, & octo causas non compromit-
tendas enumerat, & alias adduxit *Consil.Staib.
resol.63.lib.1. & resol.119. & 124. & in obser-
vat.lib.2.& Consil.de Altomar.de nullit. rubr.9.
qu.16.per totam, & de nullitat.contract. rubr.1.
par.2. qu.28. à num.213. cum seqq. tom.4.* inter
quas causas cum enumeretur quoque alimento-
22 rum causa, dico sic fuisse novissimis temporibus
pluries per *S.C.decisum, & signantèr sub die
24.Octobris 1671.in causa V.J.D. Thomæ Ba-
rone, cum V.J.D. Camillo Barone ejus Patre
in Banca Magnif.Dominici de Martino, & sub
die 5.mensis Aprilis 1672.in causa D.Fabritii,
& D.Caroli Ruffo, cum D. Paulo Ruffo eorum
Patre, ut ex actis in Banca Julii Amenta.*

Verùm sciendum erit, quod hæc compromissi pe-
titio in similibus causis, neque interim impedire
23 poterit liberationem faciendam in causam de-
clarandam, nec sequestrum bonorum, *Consil.de
Rosa consult.58.à num.1.ad 7.*

Quatenus hæc *Pragm.* restringit instantiam com-
promissi ad tempus duorum mensium respectu
24 duorum primorum arbitrorum,& alterius men-
sis respectu tertii arbitri eligendi in casu discor-
diæ,videtur esse correctoria juris communis,per
quod instantia, quæ currebat à die compromis-
si, durabat triennio, *Blanc. de compromiss.qu.7.
rubr. ex se finiatur compromissum,num.1. cum
pluribus seqq.Scace. apud Consil. de Altomar.de
nullit.rubr.1.qu.10.num.9.* adeoquod laudum
latum post triennium esse nullum de jure com-
muni dixit *Marta in cons.52. à nu.65. cum seqq.*
25 idemque si fuerit petita reductio non durabit
ultra triennium, *Caval.decis.292. num.7.* lauda-
tus per *Consil.de Altomar.de nullit.contract.ru-
br.1.par.2.qu.28.num.306. tom.4.*

Hac itaque *Reg.Pragm.* sic stante si laudum fuerit
promulgatum post dictum terminum duorum
26 mensium, vel breviorem à partibus in compro-
misso appositum, laudum erit nullum tamquam
latum *contra text. expressum in l.1. C.de recept.
Arbitr.* quem non adduxit *D.Gizz. in observ.ad
decis.46.D.Reg.Capyc.Latr.* qui pro nullitate
laudi lati post terminum decisum extitisse re-
fert, comprobat *Reg.Consil.de Altomar.de nul-
lit.rubr.9.qu.38.à num.1. ad 14.* ubi quod in
vim hujus *Pragm.* Judex qui cognoscit de revi-
sione laudi, debet revidere, & decernere ex eis-
dem actis infrà terminum unius mensis,vel duo-
rum,juxta distinctionẽ ejusdem *Prag.* aliàs nul-
liter procederet, quem terminum advertit cur-
rere à die litis contestatæ,ex *Muscatell.in prax.
S.C.glos.sententia num.84.*

Difficultas esse poterit à quo die terminus hic duo-
rum mensium, vel brevior à partibus Arbitris
27 ad decidendum assignatus currere incipiat, &
esse attendendum diem facti compromissi,quan-
do in compromisso fuit apposita clausula,ut ter-
minus currat ab hodie, vel à tali die, dixit *D.de
Franch.decis.626.& 354.num.3. Reg.Rovit.su-
per hac Pragm.num.52.* Sed hac clausula non
apposita tempus currit à die acceptationis, *l.2.
§.tam etsi,& l. si cum dies,§.recepisse, ff.de recept.
Arbitr.ubi Bald.*

Idemque asseverandum videtur in compromissi
prorogatione, quæ poterit esse majoris tempo-
28 ris, quam fuit primum tempus adjectum in
compromisso, *Bald.in cons.229.incip.Nobilibus
Viris vol.1. Reg. de Ponte cons.103.nu.3.tom.2.*

Quæ prorogatio debet partibus intimari, *Fab. de
Anna cons.75.num.3.* aliàs laudum latum post
29 prorogationem non notificatam redditur nul-
lum, *Reg.Rovit.super Pragm.1. de Arbitr.num.
49.* & quamvis fuerit data potestas Arbitris
prorogandi, si una pars dissentiat à prorogatio-
ne laudum erit nullum, *Reg.de Ponte cons.103.
num.3.tom.2.Reg.Sanfelic.in prax.judiciar.sect.
41.num.21.Genna de script.privat.lib.3. qu.27.
fol.135.* laudatus per *Sabell.in summ. verb. com-
promissum nu.16.versic.& hujusmodi*, ubi quod
prorogatio fieri permittitur per Epistolam,
dummodò ipsis partibus notificetur, non ob-
stante quod conventum fuerit fieri posse parti-
bus absentibus, & ignorantibus, & cum renun-
ciatione intimationis.

Major infurgit difficultas num appellatio, fivè re-
ductio ad arbitrium boni viri fit regulanda ad
30 inftar appellationis, & per confequens interpo-
nenda infrà decem dies, juxtà *text. in Auth.bo-
diè, C.de appellation.* diftinguit *D.Reg.de Mari-
nis lib.2.fuar.refol.cap.*180.inter arbitros volun-
31 tarios, qui eliguntur à partibus, & arbitros ne-
ceffarios electos vigore ftatuti.
Sed ego teneo admitti hodiè indiftinctè appella-
tionem, & reductionem adverfus laudum, nec
per appellationem omiffam infra decem dies ad
appellandum tranfire in rem judicatam, nec ul-
32 lam habere executionem, *Viv. decif.* 454. *Reg.
de Ponte conf.*103.*num.*9.*& conf.*52. *num.*2.*lib.*
2.& quamvis contrarium firmaverit *Anton.Fab.
definit.*6.*de Arbitr.* tamen fe retractavit *in an-
notat.num.*6. *&* 7.cum reductio ad arbitrium
boni viri duret triginta annis non fecuta laudi
emologatione, *Borrell.de compromiff.*§.8. *glof.*2.
*num.*18.*de Marin.cit.cap.*180.*num.*2.
Quod fubftinetur de generali confuetudine, & fty-
lo judicandi, nam de jure communi prohibita
reperiebatur appellatio, per *text.in l.*1.*C.de re-
cept.Arbitr.* ideoque non obftante, quod paffim
in compromiffis adiiciatur pœna cum claufula,
33 quod laudum habeat executionem, ac fi effet
fententia S.R.C. quia de ftylo ejufdem S.R.C.
pœna non exigitur etiam refpectu intereffe paf-
fi, fi laudum fuerit executioni demandatum, fed
commiffa caufa appellationis in S.C. proceditur
circà laudi executionem, vel infirmationem
abfque ulla pœnæ folutione, juxta *decif.Dom.
34 Reg.Tap.*32. quam fequuntur *Montan.controv.*
57.*num.*4.*&* 5. & idem *de Marinis cit.loc. n.*6.
Hinc benè dixit *Fab.in C.definit.*8.*de Arbitr.*quod
adeò hodiè hoc jure utimur admittendi appel-
35 lationem, feu reductionem ab Arbitris, quod
attentare dicantur Arbitri, qui fpreta appella-
tione aliquid attentaverint; comprobat *Montan.
controv.*57.*num.*4.
Nec in hoc ullam agnofco differentiam inter com-
promiffa voluntaria, & neceffaria, quia forma
36 tradita quoad lauda exequenda per hanc *Prag.*
fervanda erit etiam in compromiffo voluntario
inter extraneos, quemadmodum fervari manda-
vit *Pragm.*2.*in fine* fub illi verbis: *Et fimilis ob-
fervantia locum habeat in compromiffis, & lau-
dis voluntariis inter extraneos factis poft com-
promiffum factum, & per Arbitros acceptatum,*
quod perpendit *Confil.Theodor.allegat.*77.*n.*12.
Unde aliud remedium fufpenfivum executionis
laudi fupereffe non videtur, nifi cumulatio nul-
37 litatum cum recurfu, quas effe proponendas
abfque depofito, fed contra expreffum cafum
legis advertit *Montan. controv.*57.*num.*5.quem
laudavimus in *obfer.ad fing.*342.*mei Patris n.*7.
quibus nunc addimus *Gizz. ad Reg. Capyc.La-
38 tr. decif.*122. *num.*20. decifum referentem per
S.C. non effe admittendas nullitates abfque
depofito pro pœna nullitatum.

Sed ego crederem neutrum ex iftis requifitis re-
quiri in nullitatibus adverfus laudum proponen-
dis, cum *Pragm.*4.*de dilationibus*, quæ hæc re-
39 quifita præfcripfit, fit directa S.R.C. & aliis Su-
premis Tribunalibus, & proindè extendenda
non venit ad Arbitros, & fic de perfona ad per-
fonam, quemadmodum in puncto confiderat
*Camill. Laratha conf.*30. *à num.*1. *ad* 13. & di-
gniffimus *Confil.de Altomar.* poft hæc fcripta
vifus *de nullitat.rubr.*6. *qu.*13.*à num.*47. *ad* 57.
qui quamvis nullam habuiffet notitiam *de Lara-
tha*, impugnat *Gizz. & Horat. Montan.* fubfti-
nendo in terminis *Regiarum Pragm.* nullum
requiri depofitum, neque nullitatum fubfcri-
ptionem, nec quod fint contra expreffum cafum
legis in nullitatibus, quæ proponuntur adverfus
lauda, & folvit omnia contraria argumenta.
Ex quibus palam fit non tutam, nec juridicam in
praxi videri cautelam illam traditam per *D.de
40 Luca in meliorat.ad Reg.de Marinis meliorat.*
180.*num.*4.*lib.*2. nempè renunciandi cum jura-
mento in compromiffo nullitatibus quibufcum-
que adhuc notoriis, cum pacto, quod antè om-
nia exequatur laudum, quia tunc non effet au-
diendus de nullitate dicens, nifi executo laudo,
quemadmodum vidiffe fervari teftatur, & lau-
dat *Altomar.de nullit.rubr.*4.*qu.*19.*num.*22.
Salva enim pace *D.de Luca*, hæc nullitatum renun-
ciatio nullo pacto fuftineri poteft, fiquidem fi
41 fubftineretur renunciatio nullitatum, fubftine-
retur quoque renunciatio reductionis ad arbi-
trium boni viri, fed neutrum dici poteft, cum
utrumque remedium fapiat defenfionem, & re-
fpiciat futurum dolum, quibus partes renuncia-
re non poffunt ad *tex. in l.fi unus.* §.*pacta, quæ
turpem, ff.de pactis*, & in terminis ita decifum
refert *Minad. decif.* 19. unde fatis rectè dixit
*Theodor.allegat.*77.*num.*7. non dari cautelam,
42 ut à laudo Arbitri, vel Arbitratoris non detur
aliqua provocatio, vel reductio ad arbitrium
boni viri, affignando rationem his verbis: *Quia
omne amplum compromiffum etiam juratum
hanc habet tacitam conditionem, fi judicium ju-
ftum fuerit, l.fi libertus, ff. de oper. libertor. Jo-
feph.Ludovic.decif.*17.*num.*1.latè *Reg. Valenz.
in conf.*11.*num.*28. quod confirmat idem *Theo-
dor.num.*9.ibi: *Nam fi diximus non adeffe cau-
telã ad approbandum gravamen futuræ fententiæ
fimiliter adeffe non debet in nullitatibus, quæ
operantur fententiam nullatenus adeffe, & à
quibus fit extenfio ad iniquitatem, cui renun-
ciari non poteft, ut dictum eft.*
Nec adverfatur *Confil.de Altomar in cit.tract.de
nullit.rubr.*4.*qu.*19.*à num.*7.*ad* 17. quia quam-
43 vis veram fibi videri profiteatur fententiam
pro executione laudi, quando in compromiffo
fuit renunciatum nullitatibus, tamen illam limi-
tat in fex nullitatibus, & demum *num.*17.decla-
rat fe fundari in pacto acceptationis laudi, quod
non facit valere laudum, uti laudum, fed uti pa-
ctum,

Digitized by Google

ſtum, quod nos libenter admittimus ſemper,
quod acceptatio ſubſequitur, & non præcedit,
juxtà illud, quod infra demonſtrabimus.

Ad hoc enim, ut ſubſtineatur laudi acceptatio ſal-
tem in vim pacti requiritur, ut poſt laudum la-
44 tum interveniat emologatio prævia ſtipulatio-
ne in præſentia utriuſque partis, illiſque certio-
ratis de nullitatibus laudi, ut ex *Decian. Cravett. & Corn.* docet *Andreol. controv. 284. num. 26. par. 4.* quæ omnia confirmantur ex traditis per
Conſil. Theodor. allegat. 77. num. 10. in fine, qui
tradit emologationem, & acceptationem laudi
ſubſtineri ſemper quod ſubſequitur laudum, &
non præcedit, quià benè poſſunt partes ratifi-
cando laudum nullum, efficere, ut illud valeat
non ut laudum, ſed in vim pacti, ex *Afſl. deciſ. 117. & Barz. deciſ. 112. à num. 9. ad 12*

Unde nequè tuta videtur illa alia cautela adhiberi
ſolita in compromiſſis à partibus, nempè paci-
45 ſcendo *laudum ferendum approbare, ratificare, & acceptare, prout ex nunc pro tunc acceptave-
runt promittendo conficere inſtrumentum dictæ acceptationis ſtatim promulgato laudo*, conſti-
tuendo ad id etiam procuratores cum ſpeciali
mandato, & aliquando acceptando laudum cum
foliis ſubſcriptis in albo traditis ad conſervan-
dum Notario, quià quamvis *Conſil. Staiban. in ſua reſol. 169. lib. 2.* ſcripſerit pro validitate talis
acceptationis laudi ferendi promiſſæ in com-
promiſſo, concurrente quoque acceptatione
in folio in albo, & in calce laudi, tamen in *ſuis obſervat.* dubitat de eo, quod ſcripſerat in *di-
cta reſol.* referendo comperiiſſe deciſionem *Ro-
tæ Romanæ 159. apud Paul. Rub. lib. 2.* atteſtan-
tem fuiſſe per *Rotam* rejectam ſubſcriptionem
factam à partibus antè prolationem laudi ob
ignorantiam contentorum in laudo, noviſſimè
Conſil. Altimar. de nullitat. contract. ſect. 1. qu. 9. rub. 1. num. 95.

Nec ſufficit ad tollendum jus reductionis conſti-
tuiſſe procuratorem cum ſpeciali mandato ad
46 emologandum laudum promulgandum, quam-
vis cum effectu laudum fuiſſet emologatum,
quod tamquam mirabile tradit *Reg. Rovit. ſuper Pragm. 2. de Arbitris num. 5.* ſequitur *Conſil. de Altomar. de nullit. contract. rubr. 1. par. 2. qu. 28. num. 191. tom. 4.*

Verum limitandam crederem hanc concluſionem
quoties adeſſet publicum inſtrumentum com-
47 promiſſi habens annexam obligationem came-
ralem, & pactum executivum cum renunciatio-
ne nullitatum, & reclamationum, quia tunc nul-
lo pacto per nullitates adverſus laudum propo-
ſitas impediretur illius executio, non apparente
de notoria injuſtitia reſultante ex nullitatibus
propoſitis, vel ex petita reductione ad arbitrium
boni viri, juxta ea quæ habentur apud *Anton. Merend. controv. jur. lib. 21. cap. 47. à num. 16. ad 23. Cardin. de Luca de judic. diſc. 11. nu. 6. & 7.*
quod maximè procedit in S.C. in quo exequitur
laudum potius ex clauſulis compromiſſi, quam
ex juſtitia cauſæ, juxta ſtylum de quo teſtatur
Reg. Rovit. conſ. 41. num. 10. tom. 2. & juxta illud,
quod habuit pro vero idem S. R. C. noviſsimis
temporibus in cauſa inter Magnif. Jo: Antonium
48 Spinellum, cum hæredibus quond. Jo: Stepha-
ni ab Auria, in qua *ſub die 24. Maii 1679.* refe-
rente D. Petro Cortes, cenſuit *S.R.C. eſſe exe-
quendum laudum promulgatum in Civitate Ja-
nuæ oppoſitis pro parte Deputatorum dicti Patri-
monii quond. Jo. Stephani non obſtantibus*, ſicque
fuit conceſſa via executiva laudo lato extra
Regnum abſque termino ſuper impartitione
49 brachii, ſed vigore tantum clauſularum adje-
ctarum in inſtrumento compromiſsi celebrato
extra Regnum, nam quemadmodum inſtrumen-
tum confectum extra Regnum exequitur in
Regno, juxta ea, quæ ſcripſerunt *D. Reg. San-
felic. deciſ. 311. num. 6. lib. 2.* & alii apud *Reg. Du-
cem Vaſti Girardi in ſuis commentar. ſuper Rit. 166. num. 25. tom. 2.* ità laudum latum extra Re-
gnum ad inſtar inſtrumenti poteſt exequi in
Regno jure conventionis abſque requiſitione,
& literis hortatorialibus, per doctrinam *Bart. in l. à Divo Pio, §. ſententiam Romæ, num. 7. ff. de re judic.*

Cauſæ, ex quibus laudum poteſt redargui de nul-
litate, habentur apud *Marcian. conſ. 5. num. 2. &*
50 *conſ. 6. nu. 9. tom. 2.* & apud *Reg. de Marinis lib. 2. ſuar. reſol. cap. 119. num. 8. & Conſil. de Alto-
mar. de nullit. rubr. 4. qu. 19. à num. 11. ad 16. Mo-
nac. in addition. ad Minad. deciſ. 19. num. 3.* & no-
viſsimè idem *Altomar. de nullit. contract. rubr. 1. par. 2. qu. 28. nu. 123. 124. 144. 154. 155. 156. cum ſeqq. tom. 4.*

Sed ſemper quod laudum deprehenditur latum
die Dominico, vel feriato ad honorem Dei erit
51 abſque controverſia nullum, juxta *text. in l. fin. cum concordantibus, C. de feriis*, & non obſtan-
te quod in compromiſſo fuerit data poteſtas ar-
bitrandi die feriato, & non feriato, *Jacob. de Mauro allegat. 2. num. 5. Camill. Borrell. de com-
promiſſ. §. 3. gloſ. 4. à num. 66. ad 68. et §. 2. gloſ. 6. qu. 8. num. 24.* ubi quod non poſſunt partes fe-
riis ad honorem Dei renunciare, videndus eſt
Capon. controverſ. forenſ. controv. 40. num. 19. & controv. 41. num. 8. verſic. nec die feriato, ubi fuit
propoſita hæc nullitas, & admiſſa cum aliis per
S.C. ut legitur in calce *dictæ controverſiæ*.

OBSERVATIO VIII.

SUMMARIUM.

1 Pragm. 39. de Armis edita per D. Petrum de Aragona, de Anno 1671. *interpretatur nu. 2. & 3.*

4 *Statuti una determinatio reſpiciens plura de-
terminabilia æqualitèr determinat.*

5 *Proditorium quamvis dicatur homicidium*

commissum cum sclopo rotato, non tamen excludit reum ab Ecclesiastica immunitate, & ab Indulgentia Principis.
6 Pragm.3.de ict.scopict. *num fuerit correcta per hanc* Pragm.39.sub hoc tit. *& num*.8.
7 *Delicta proditoria fictione Juris habentur uti appensata, quia proditio non potest esse sine appensamento.*
9 *Lex posterior non est derogatoria in illa parte, in qua potest conciliari cum prima.*
10 *Defensionis facultas per Statutū tolli nō potest.*
11 Pragm. 12. 14 & 22. sub hoc tit. *cur fuerunt reformatæ respectu pœnæ mortis arbitrandæ per D.Proregem pro asportatione sclopi parvi.*
12 *Armorum gestatio quando confunditur cum delicto, potest transire in crimen legis Juliæ de vi publica.*
13 *Sensus* Auctoris.
14 *Conatus effectu non consumato non punitur pœna ordinaria ex generali Consuetudine totius Mundi; Et quid quando Statutum punivet conatum; Et quid non concurrente qualitate facinorositatis, num.* 15.*&* 16.
17 *Refertur, & commendatur praxis M.C.V. procedendi ad citationes* ad informandum, & ad capitula, *supersedendo in sententia forjudicationis, quando nimis durum esset ad illam pervenire.*
18 *M.C.V. injungit mandata pœnalia illis, & consanguineis illorum, qui accedunt ad faciendum duella, vel rixas.*
19 *Pœna pecuniaria ducatorum mille incursa per contumaciam in delictis cum armis igneis, non debetur reo comparente absoluto, vel damnato pœna extraordinaria.*

De Armis Pragm. XXXIX.
Se bene per diverse Prammatiche, &c.

DUbitavimus in *observat. ad sing.* 184. *nu.* 18. 19. & 20. an sit locus, nec nè pœnæ ordinariæ, vel extraordinariæ contra immittentes ictum sclopi parvi vulnere non subsecuto; & quia post mei operis editionem satis de hoc fuit dubitatum, & adversùs dicta per me afferban-
1 tur, nedum verba Pragmaticæ, sed quæ scripta reliquit *Consil. de Rosa in prax. decret. cap.* 10.*n.* 21. Ideo à quodam doctissimo, & magnæ authoritatis Viro mecum maxima familiaritate conjuncto, mihi injunctum fuit, ut aliqua ponderarem ad magis veram interpretationem hujus *Pragm.* ideò cuncta illa argumenta, quæ pro confirmatione nostræ sententiæ, & pro veritate examinavi hic tradenda duxi, & sunt tenoris sequentis.

Sensus traditus per me ad *Pragm.* editam *per D. Petrum de Aragona sub die* 19. *Augusti* 1671. *in obser. ad sing.* 184.*num.* 18. 19. & 29. cum quo pertransiit M.C.V. in causa D. Scipionis Moccia, congruit verbis, & menti *Reg. Pragmat.*
2 quæ assignando discrimen inter delicta commissa cum armis igneis longioribus, & commissa cum brevioribus armis declaravit esse censenda proditoria delicta commissa cum omnibus armis vulnere secuto, & esse quoque proditoria censenda etiam vulnere non secuto cœtera delicta commissa cum sclopis brevioribus, cum qua proditionis qualitate inseparabilitèr inhærere videtur pœna ultimi supplicii, juxtà præcedentes sanctiones, tàm adversus emittētes ictum scopictæ subsecuto vulnere, ut passim practicatur juxtà exempla, quæ adducuntur per *Dom. Crisp. in theoric. & prax. criminal. tract.* 12. *de ict. lib. scopict. num.* 17. quàm contra emittentes ictum sclopi parvi vulnere non subsecuto, vel subsecuto vulnere in rixa. Quod patet manife-
3 stè ex illis verbis hujus *Pragm. Il che s'intenda di quelli, che attualmente feriscono, ò di quelli, che spararano anche in rissa armi di fuoco corte proibite, perche più facilmente s'occultano.* Quare ex hac eadem lege sub eadem oratione, & periodo, isti duo casus sunt parificati, illud quod fuit dispositum in uno, censetur dispositum in alio parificato, & per consequens, sicut vulnerans cum ictu scopictæ punitur pœna mortis, ità puniri debēt emittentes solum ictum cum sclopis parvis, juxtà vulgatam regulam, quod una
4 determinatio æquè respiciens plura determinabilia, æqualitèr determinat, *l. jam hoc Jure, §. hoc itaque, ff. de vulg. & pupill. Altograd. conf.* 9. *num.* 52.

Profectò satis aberrant à vera hujus legis interpretatione illi, qui credunt *Pragm.* antecedentes
5 solum firmas remanere circà speciale proditionis, quia impropria, & inanis esset talis declaratio, cum frustatorium esset, remanere delictum proditorium, sed non punibile pœna mortis, quandoquidē talis proditio nihil Fisco opitularetur, dùm non repelleret delinquentem ab Ecclesiastica immunitate, *Reg. de Marin. lib.* 1. *suar. resol. cap.* 171. *num.* 7. nèc excluderet ab Indulgentia Principis, juxtà sollemnitèr decisa apud *D. de Franch. decis.* 713. *in fin.* ubi *D. de Luca in observat. num.* 14. qui loquitur in terminis hujus *Pragm. editæ die* 21. *Augusti* 1671. quemadmodum decisum extitit apud *Reg. Sanfelic. decis.* 409. *tom* 3. ubi censuit Collat. Consil. quod inquisiti de homicidio commisso cum sclopo rotato, tunc ab Indulto excluduntur, quando actus amicitiæ delictum præcedit.

Ex quibus satis constat *Pragm.* 3. & 24. fuisse de-
6 claratas, & solum reformatas, quatenus statuebant, ut omnia delicta cum armis igneis intelligerentur proditoria, dum hoc speciale remansit expressè firmum, & incorrectum in delictis, quæ committuntur etiam in rixa cum armis prohibitis brevioribus tribus palmis, ut patet magis

cla-

clarè ex subsequenti §.*incip. E perche*. Quæ delicta in rixa cum dictis armis patrata, dum repu-
7 tantur proditoria fictione Juris, habentur uti appensata, & per cõsequens punibilia pœna mortis, juxtà eandem *Pragm*.3. quia idem est dicere proditorium, ac appensatum, siquidem proditio non potest esse sine appensamento, juxtà communem, de qua post *Bart.Ign.Clar*. testatur *Menoch.de arbit.lib.2.cent.4.cas.361.nu.24. & 25. Caball.de omni genere homicidii à nu.396. cum seqq.*

Nec ex illis verbis, *come ancora viene à dichiararsi, e riformarsi la Pram.3.eod.tit.* potest præten-
8 di ejusdem legis totalis correctio ex tacita mente Statuentium, quià induceretur per tacitos, & subauditos intellectus, & per argumentum à cõtrario sensu, contrà *text.in l.præcipimus, C.de appellat.* quæ requirit expressam, & specialem legis præcedentis correctionem, quam statuens fecisset si correctionem illam voluisset, *Guttierez lib.3. pract. qq. qu.1. num.36.* laudatus per *Grasfett.de nec. prodit.* §.8. *num.*109. & lex po-
9 sterior in illa parte, in qua potest conciliari cum prima, nunquam derogat, *Roman.* apud *Andreol.controv.*21.*nu.*8.

Quibus rationibus sic stantibus, non obstat argumentum inconvenientis considerati per hanc novellam *Pragm.* ne eadem pœna feriatur, qui vulnerat, & qui non offendit, quia *Pragm.* non respexit ad hoc inconveniens respectu sclopi parvi, quia si hoc fuisset de mente Statuentis, expressè correxisset *Pragm.* 3. nedum respectu emissionis ictus non secuto effectu, sed respectu delictorum commissorum cum dictis armis in rixa, & ad propriam defensionem, qui casus erat
10 magis reformatione dignus, dum tollitur defensionis facultas, quæ per Statutum tolli nequit, *l.ut vim,ff.de Just.& Jur.* in terminis *Campan.resol.1.num.20.in fin. & num.21. Raynald. obser.crim.cap.7.§.12.num.41. tom.1.* adeoquod hanc pœnam videri statutam ad terrorem dixit in terminis consimilis statuti *Cortiad.dec.55.nu.29.tom.1.& Calderò dec.65.nu.51. & 52. lib.2.* & nihilominus iste casus nedum fuit omissus, sed exceptus, adeòquod in casu qui contigit de anno 1683. in causa Antonii Annacæ, qui ictu sclopi parvi levitèr vulneravit in rixa Benedictum Nesci, facta paritate ob votorum scissuram, per Consiliarios adjunctos ad illam dirimendam fuit publicatum decretum pro condemnatione ad mortem penès Scribam Pascalem.

Nec obstat, quod hæc *Pragm.* reformavit *Pragm.* 11.14.& 32.*sub tit.de Armis*, per quas infligе-
11 batur pœna mortis contra deferentes sclopos parvos, quia meritò fuerunt correctæ dictæ *Pragmat.* dum dicta pœna non commensurabatur delicto asportationis armorum, pro qua valdè inhumanum videbatur, ut reus ultimi supplicii pœna plecteretur, adeò quod in casibus, qui contingerunt post promulgationem dictæ legis M.C.D. cui fuit remissum arbitrium per Dom. Proregem, non consuevit declarare pœnam mortis, nisi concurrente qualitate personæ delinquentis nimis facinorosi, ut legitur apud *R. Sanfelic.decis.275.nu.2.tom.2.* Sed concurrente emissione ictus, vel insulto cum armorum gestatione, delicta quæ simul confunduntur pos-
12 sunt transire in crimen *legis Juliæ de vi publica*, quamvis sit solus ille, qui aggrediatur, vel vim inferat cum armis in loco publico, *Gramat. cons.crim.43. Thesaur. decis.35. Viv. decis.161.* Unde nil mirum si leges in hoc casu remanserunt incorrectæ, quia eo solum, quod vis infertur cum telo, pœna gravis debetur, *l.armata 9.& l.penult.ff.ad l.Jul.de vi publ. Reg.Matthæi de re crimin.controv.6. num.53.* & ex circumstantiis pœna legis Juliæ potest extendi ad mortem inclusivè, ut ex *Harprect.in §.Item lex Julia de vi publ.num.14.& 15.* advertit *Raynald. observat.ad cap.14.supplet.2.num.7. & 8.tom.2.*

Verum Ego recedẽdum puto à rigore *Prag.* quod
13 ostendendum duxi ex sequentibus justis rationibus non perpensis ab illis, qui decipiuntur in interpretatione ejusdem *Pragm.*

Sanè si haberet locum pœna mortis contenta in *Pragm.3. de ict.scopict.* quæ ex supratraditis re-
14 mansisse videtur incorrecta, puniretur conatus pœna ordinaria, contrà receptam consuetudinem generalem, quæ invaluit, nedùm in Italia, sed per totum Orbem non puniendi conatum pœna ordinaria, nisi effectu consumato, *Bald. cons.356. vol.1. Gramat.decis.2.nu.19. Boer.dec. 316.num.1. Farinac.cons.184. n.9. & alii apud Giurb. cons.crim.46. nu.38.* per quam Consuetudinem esse derogatum omnibus Juribus, & Constitutionibus punientibus conatum pro effectu secuto, dixerunt *DD.cumulati per eundem Giurb.num.37.* quam sententiam probavit S.C. in terminis *Pragm.1. sub tit. de ict.scopict.* respectu pœnæ mortis, quæ tunc vigebat pro solo ictu emisso etiam vulnere non secuto apud *Gizzarell.decis.25.* & comprobat ex eruditis *Anton.Matthæi de probat.cap.1.num.63. & 64.* maximè non concurrente qualitate facinorositatis, *Raynal.observat.cap.7.§.12. & 13.nu.39. tom.1.* ubi quod nunquam fuit practicata pœna mortis, tam Romæ, quàm per M.C. & S.C. non secuta offensione personali.

Nec turbant *DD.* discrepantes ab hac communi conclusione, ubi in specie per statutum puni-
15 tur effectus, quia tunc talis pœna non est imposita respectu effectus, sed respectu conatus, quod tanquam delictum in suo esse perfectum, & consumatum meretur pœnam Statuti, juxtà perpensa per *DD.* apud *Raynald.loco cit.à num.35.cum seqq.* maximè si Statutum progrediatur ulterius adimendo facultatem Judicibus contrarium decernendi, quemadmodum fuit dispositum per *Pragm.1.sub tit.de ass.ss.Campan.de forjudicat.*

resol.16.num.31. unde cum in casu nostro non adsit hujus Statuti dispositio firma remanet conclusio supratradita fundata in æquitate, quamvis juxtà mentem *Pragm.* possit considerari explosio tamquam delictum speciale, ut perpendit *Reg. Matthæi de Regim. Regni Valent.cap.8.§.8.num.141.*

Ulteriùs necessarium putarem, quod delinquens 16 esset alias facinorosus, quæ qualitas licèt fuerit sublata per *Pragm.32.in §.13.sub hoc tit.de Armis*, tamen fuit sublata respectu delinquentis cum armis longioribus, juxtà terminos *Pragm. Imperatoris Caroli V.* ut expressè declaratur, ideò dicendum erit adhuc vigere respectu delinquentium cum sclopis parvis, quemadmodum fuit consideratum apud *Sanfel.in cit.decis. 275.num.2.* & in decisionibus relatis per *Dom. Crisp.in theoric.pract.crimin.tract.12.c.1.n.17.*

Hinc fit, quod ego *cit.obser.184.nu.20.* temperandum censui rigorem *Pragm.* approbando solum 17 praxim M.C.V. quæ consuevit in similibus casibus procedere tantummodò ad citationē ad informandum, & ad capitula, & quandòque etiam ad forjudicandum, supersedendo postmodum in sententia forjudicationis, quemadmodum servatum fuit in eadem causa D.Scipionis Moccia 18 à nobis relata, & in aliis quamplurimis.

Commendanda sanè est hæc praxis M.C. Vicariæ introducta ratione gubernii, cujus prætextu multa à Jura exorbitantia permittuntur; quemadmodum permittuntur mandata pœnalia, quæ M.C.V. consuevit injungere etiam per edictum contra personas volentes committere duella, & rixas cum dilationibus horarum ad comparendum, & similitèr permittuntur mandata, quæ injungi solent Parentibus, ut acceptare faciant mandata filiis injuncta, contra quos horarum terminis transactis, devenitur ad executionem pœnarum, & bona ad Fisci commodum applicantur, & non restituuntur, nisi ipsis reis comparentibus, ad quod satis ad propositum adduci possunt verba *Tacit.lib.14. annal.cap.44.* ibi: *Omne magnum exemplum, quod habet aliquid ex iniquo, publica militate rependitur*, & satis ad propositum ratiocinatur *Anton.de Matthæis de criminib.ad lib.44.ff.cap.4.num.31.* ubi expendit Jura Divina, & vulgatum illud, *quod salus Populi suprema lex est.*

Ex quibus patet responsio ad inconveniens, quod attenta hac praxi posset considerari circa exa-19 ctionem pœnæ ducatorum mille in beneficium Fisci statim contracta contumacia in citationibus ad Capitula, siquidem cessabit inconveniens semper, quod reus se præsentaverit, dum tunc nedum purgabit indicia, juxtà tradita in terminis per *Danz.de pug.DD. de sent. forjudicat.cap.6.num.15.tom.3.* sed neque tenebitur ad pœnam pecuniariam si fuerit postmodum absolutus, vel damnatus pœna extraordinaria, juxtà sententiam, quam nos firmavimus in *cit. Observat.num.21.* quam novissimè probavit S.C. sub *die 7. Martii 1701.* in causa Principis Foreni cum Joanne Baptista Pecora, de qua latiùs dicam *in observat.ad Prag.4.de ict.scopict.* conducunt tradita per *Guazzin. de confiscat.bonor. limitat.65.13.conclus.num.8.& 11.*

OBSERVATIO IX.

SUMMARIUM.

1 *Assecurationis instrumenta habent paratam executionem, & non impeditur executio per quamcumque exceptionem, nisi facta solutione quantitatis assecuratæ, & num.19.*

2 *Appellatio non datur à decretis consulatus in causis assecurationis, nisi quando exceptio oritur ex literis assecurationis, & num.3.*

4 *Facti scriet; & nu.5.*

6 *Assecurationis contractus non est de Jure prohibitus.*

7 *Executiva actio num detur, quando priùs fuit actum via ordinaria.*

8 *Naufragii probatio est onus assecurati, & quid requiritur ad hoc, ut dicatur naufragium probatum, & num.9.*

10 *Assecurationis contractat num mereatur executionem, quando non fuit verificata conditio, sub qua fuit celebratus, & quid si pendeat ex verificatione conditionis affirmativæ, vel negativæ, & num.11.*

12 *Instrumentum continens stipulationem interesse incerti liquidari non potest.*

13 Pragm.1. de assecurat. & cap. 21. Consulatus *declarantur circa paratam executionem.*

14 *Assecurationis instrumentum num subsistat quando non fuit expressa quantitas frumenti impositi in navi assecurata.*

15 *Assecurationis contractus num reddatur nullus quando ille, in cujus beneficium facta fuit assecuratio, sciebat naufragium jam ceptum, & quomodo probetur, vel præsumatur scientia, & quid quando periculum, quod suscipitur, est in partibus longinquis, & nu.16.*

17 *Assecuratores an teneantur pro mercibus deperditis culpa præpositorum.*

18 *Assecurationis nullitas num resultare videatur, si non fuit conventum, ut assecuratus participet de octava parte periculi*, juxtà Capit. Consulatus Maris.

21 *Naufragis denunciatio an sit necessaria in terminis assecurationis.*

22 *Scientia non præsumitur cum sit quid facti, sed potius præsumitur ignorantia, & n.23.& 24.*

25 *Assecuratio intelligitur de periculo futuro, vel de præterito, ad quod non præsumitur velle quis se obligare.*

26 *Legatum relictum* si Navis ex Asia venerit, *nisi debeatur, si Navis venerit vivo testatore, sed ignorante Navis adventum.*

27 *Lega-*

Digitized by Google

27 *Legatum relictum mulieri nubendæ num debeatur mulieri nuptæ*.
28 *Pontifex si concesserit præbendam vacaturam, num intelligatur facta concessio de præbenda vacante tempore concessionis, quæ à Pontifice ignorabatur*.
29 *Decisio S. R. C. pro quæstionis resolutione adducitur*.

De Assecurat. Pragm. I. Tit. XVI. in Novissimis.

Essendo gl'interessi, e danni risultati, &c.
§. incip. *Ordiniamo, e comandiamo ancora*.

STatutum fuit, ut Instrumenta assecurationis paratam habeant occasionem contra assecuratores in notamento datos Officialibus, seu
1 personis ad id deputatis, ideo ad illius ornatum recurrendum erit *ad Consil. Rocc. resp.* 28. *nu.* 1. & *resp.* 34. *num.* 1. *tom.* 1. & *de assecurat. not.* 86. *à num.* 327. *cum seqq.* ubi quod ex *cap.* 21. & 24. *Consulatus Maris*. Scripturæ assecurationis executio non impeditur ex quacumque exceptione elapsis duobus mensibus à die notitiæ habitæ casus sinistri, adeoquod assecuratores non audiuntur nisi facta solutione quantitatis assecuratæ, imò quod à decretis Consulatus in materia
2 assecurationum non detur appellatio suspensiva executionis, dixerunt *Thor. in compend. decis. par.* 2. *verb. sententia Consulatus*, & *Reg. Tapia in decis.* 34. *ante num.* 8.

Fallit quando ex eisdem literis assecurationis oritur exceptio, & dubitaretur de justitia decre-
3 ti Consulatus, quia tunc proceditur in causa appellationis suspensa executione, juxtà decisiones, quæ habentur apud *Reg. Sanfelic. dec.* 162. *à num.* 7. *ad* 11. & 12.

Modo videndum superest num sit locus huic viæ executivæ in S.C. quando prius fuit actum via
4 ordinaria in foro Consulatus, & necnon obiicitur adversus assecurationem, quod ille in cujus beneficium fuit facta assecuratio verisimiliter habere poterat aliquam notitiam de naufragio jam cepto tempore assecurationis, & quia de his articulis fuit acriter disputatum in S.R.C. in causa inter Magn. Carolum Arice, & D. Annam Guatino comparentem ex juribus Joseph Mezzomonaco sui debitoris, in cujus favorem fuit facta assecuratio, ideò de his, quæ ab utraque parte fuerunt in causa prædicta ponderata, discussa, & demum decisa hic differendum putavimus.

Sub die 23. Octobris 1658. fuit per Carolum Arice aliosque Consocios factus contractus assecurationis cujusdam Navis frumenti ad beneficium
5 Joseph Mediimonaci sub hac formula, & pacto, ut periculum curreret ab hora, quod dicta Navis tetigerit in hoc sinu, seu mare Neapolis, aut cum dicta Navis pervenerit in dicto sinu Neapolis, ibi: *Stans, surgens, tangendo, aut non tangendo, & ab eo discedens cum dictis frumentis, & duret dictum periculum usquequo dicta Navis perventa sit in Civitatē Liburni, seu Genuæ*. Accidit, quod dicta Navis sub die decimonono ejusdem mensis cepta erat naufragari, dum existebat circà viginti milia ultra sinum, seu mare Neapolis, scilicet supra Insulam Capræ, quo tempore nautæ ceperunt frumentum deiicere, & deindè deperdita, seu naufragata fuit sub die vigesimo primo ejusdem mensis in littore Civitatis Terracinæ Status Ecclesiastici, quare dictus Joseph egit sub die 5. Novembris in foro Consulatus Genuensium, petendo esse factum casum assecurationis, ac proindè *teneri assecuratores ad solutionem ducatorum quatuormille, pro qua summa Navim assecuraverunt, & ideò condemnari ad solutionem dictorum ducatorum quatuormille stante lapsu duorum mensium*; Verum quia post multa causa prædicta fuit introducta in S.C. pro parte D. Annæ Guarino Creditricis vigore sententiæ S. C. dicti Joseph assecurati, cujus jura exercebat stante decoctione illius, petiit via executiva contra dictos assecuratores dictos docatos quatuormille, & licet contractus assecurationis sit de jure validus ad
6 *text. in l. periculi pretium, ff. de naut. fœnor. l. si jactum retis, ff. de act. empt. & l. fistulas, §. frumenti, ff. de contrah. empt.* nam quod in jure prohibitum non est, permissum esse censetur *l. statuas, ff. de relig. & sumpt. funer. Alex. in l. à Titia, nu. 2. ff. de verbor. obligat.* ita ut statim, quod casus accidit, assecuratores ad periculum teneantur, ut in *Pragm.* 1. *de assecurat.* & *cap.* 1. *Consulatus*, quia tamen in hac materia multæ occurrunt difficultates, de quibus *Velasc. tom.* 1. *consult. ac rer. judicat. consult.* 64. fuit pro parte dictorum assecuratorum replicatum ex pluribus non esse locum viæ executivæ.

Primò, quia tam dictus Joseph, dum agit in foro *Consulatus* egit via ordinaria, petendo condem-
7 nari dictos assecuratores, quam dicta D. Anna, similiter cum egit, petiit eosdem condemnari, & in jure, Judex debet respicere actionem deductam in conclusione libelli, cum ab ea dilucidetur obligatio, ad quam tenetur conventus, ut possit proferre sententiam, quæ debet esse uniformis cum actione deducta, alias decretum, seu sententia esset nulla, ut in *l. ut fundus, ff. commun. dividun. Prox. Pap. in form. libell. act. real. nu.* 2. & *Scacc. de Judic. lib.* 1. *cap.* 51. *n.* 25. *in fine*, cum ergo judicium condemnationis non potest fieri absque processus instructione, & communiter *DD.* merito via executiva in præsenti casu agi non posse dicebatur, & justa cum ratio-

ratione, nam tunc temporis, nec teſtimoniale
naufragii fuit deductum, quod ante omnia in
judicio eſt deducendum, ut *Reg. Capyc. Latr.*
deciſ. 60. lib. 1. num. 1. & 3. & Conſil. Rocc. notab.
59. & quamvis præfata D. Anna, deinde alia
petitione petiiſſet executionem inſtrumenti, hoc
ipſi non prodeſſe reſpondebatur, nam quando
Creditor cepit agere contra ſuum debitorem
via ordinaria non valet judicio ordinario reli-
cto agere via executiva, ut *Cancer. var. reſol. c.*
30. de inſtrum. guarent. num. 124. *Carlev. de Ju-*
dic. c. 2. diſput. 14. *n.* 2. & habetur per alios *DD.*
quos laudavimus in *praxi præſent. Inſtrum. cap.*
4. num. 152.

Secundò, quia non fuit probatum naufragium, cu-
jus probatio eſt onus aſſecurati, cum ſit funda-
8 mentum ejus intentionis, *l. eum qui, ff. de proba-*
tionib. l. actor quod aſſecuratori, C. de probat. l.
Carbonianum, §. miſſum, ff. de Carbon. edict. Bald.
in l. 2. verſ. fin. C. quand. fiſc. vel privat. quod ha-
bet locum etiam quando agitur judicio execu-
tivo, *Genua deciſ. 3. à num. 7. ad num. 9. Rocc. de*
aſſecurat. notab. 58. quapropter, ut naufragium
dicatur probatum, neceſſe eſt, quod Navicula-
9 rius ſtatim adeat Judicem loci, ubi caſus accidit,
& producat teſtes de eadem Navi, qui examina-
ri debent per eundem Judicem, & facti verita-
tem deponere debent, juxta *text. in l. 2. C. de*
naufrag. ubi Bart. & Marſil. ſing. 24. Rota Ge-
nuenſ. deciſ. 3. num. 17. Stracc. de Naut. par. 2. n.
7. Conſil. Rocc. tit. de Naut. notab. 95. nu. 247. &
tit. de aſſecurat. notab. 201.

Tertiò, dicebatur inſtrumentum hoc aſſecuratio-
nis nullam mereri executionem ex eo quod non
10 erat verificata conditio, ſub qua fuit celebratus
contractus, nempè ut periculum curreret à ſinu
ſeu mare Neapolis, quod erat principium obli-
gationis aſſecuratorum, & in tempore obliga-
tionis prædictæ neſciebatur, quo in loco repe-
riebatur Navis, & ſic dum non erat verificatum,
Navim eſſe perventam in mare Neapolis obli-
gatio redditur illiquida, & per conſequens nul-
lam meretur executionem, donec non conſtet,
Navim appuliſſe in ſinu maris Neapolis, & om-
ne inſtrumentum pendens ex implemento con-
11 ditionis affirmativæ, vel negativæ non meretur
executionem, niſi prius conditio fuerit legitimis
probationibus à Judice liquidata, qua liquida-
tione facta ſuboritur petitio executionis inſtru-
menti ad *text. in l. ſi ità ſtipulatus* 115. *§. ſi ità ſti-*
pulatus fuero, ff. de verb. obligat. Carlev. de Judic.
lib. 2. tit. 3. diſp. 3. num. 42. & 43. quod adeo ve-
rum eſt, ut inſtrumentum continens ſtipulatio-
nem intereſſe incerti, etiam quod ſit guarenti-
gium, liquidari non poteſt, niſi prius fuerit legi-
12 timè liquidatum intereſſe debitum, ut *Bart. in*
l. proindè 25. §. notandum nu. 3. ff. ad l. Aquil. Ca-
pyc. deciſ. 17. Caravit. rit. 167. num. 4. Carlev. ubi
ſupra n. 40. dum ergo non erat probatũ, Navim
eſſe perventam in dicto ſinu maris Neapolis, à
quo pendebat curſus obligationis aſſecurato-
rum, nec conſtabat, unde incipit ſinus maris
Neapolis, non poterat dici inſtrumentum liqui-
dum, quod mereri poſſet proceſſum executivum,
& licet per *Pragm. 1. de aſſecurat. & per cap.* 21.
13 *Conſulat.* inſtrumantis aſſecurationis detur pa-
rata executio, non præſcribunt ſibi locum,
quando opponuntur exceptiones naſcentes ex
ventre inſtrumenti, nam tunc benè impeditur
executio, *Sanfelic. deciſ. 162. num. 7. & dec. 312.*
num. 11. Giurba deciſ. 100. num. 8. ex ea ratione,
nam eadem ſcriptura, ex qua oritur actio, oritur
quoque exceptio, & non minus dicitur guaren-
tigiata actio, quam exceptio, ut ex *Fontanell.*
& Carlev. de Judic. diximus in *prax. cap. 5. num.*
16. Affl. deciſ. 403. num. 17. Stracc. de aſſecurat.
gloſ. 29. num. 9. verſ. denique, Conſil. Rocc. de aſſe-
curat. notab. 87. Staib. jun. reſol. forenſ. cent. 2. re-
ſol. 186. à num. 71.

Quartò, dicebatur dictum inſtrumentum aſſecura-
tionis eſſe nullum, ex eo quia in eo nulla fuit
14 expreſſa quantitas frumenti impoſita in dicta
Navi, quo caſu aſſecuratio non tenet, nam cum
deficiat materia præexiſtens, contractus, non
eſt in quo conſiſtat, ut in *l. ſi homo mortuus, ff. de*
verb. obligat. & deficit conſenſus aſſecuratorum,
qui alias non contraxiſſent, ſi ſciviſſent nihil eſ-
ſe in Navi, vel minus, quod aſſecuretur, ut in
l. domum, §. ſi autem, ff. de act. empt. & deficiente
conſenſu nulla oritur obligatio, *l. 1. ff. de pact.* ſi-
cuti referens ſe ad certum locum, non vult in
plus conſentire, quam in id, quod in eo loco re-
peritur, nihil debetur, *l. ſi ſervus legatus, §. qui*
quinque in arca habebat, ff. de legat. 1. ut Gama
deciſ. Luſit. 181. n. 2. Petrus Santerna de ſponſ.
mercat. 3. par. num. 10. verſ. ſed pone, Rocc. notab.
29. & Joann. de Evia in labyrint. commerc. nava-
lis lib. 3. cap. 14. num. 9.

Ultimò dicebatur, nullam eſſe dictam aſſecuratio-
nem ratione doli, ex eo quod dictus Joſeph
15 tempore aſſecurationis ſciebat naufragium jam
ceptum ſub die 10. Octobris, quo tempore ce-
perunt deiicere quatuorcentum modia frumen-
ti, & ſubſecutum ſub die 21. ejuſdem menſis, &
aſſecuratio fuit facta die 23. quo caſu dicebatur
præſumi ſcientiam reſpectu dicti Joſeph aſſecu-
rati, quæ ſcientia probatur ex regula tradita à
Gama in dicta deciſ. 181. ubi ait reſpiciendam
eſſe diſtantiam itineris, & brevitatem temporis
inter diem contractus aſſecurationis, & tempus
naufragii, quod ſi fuerint tam pauci, intra quos
nõ potuit venire nuncius de uno loco ad alium,
non præſumitur ſcientia, in præſenti enim caſu
aſſecuratores dicebant, bene potuiſſe dictum
Joſeph habere talem notitiam, ſeu ſcientiam,
nam naufragium, quod cepit die decimonono,
ſubſecutum fuit die vigeſimo primo, & contra-
ctus fuit initus die vigeſimo tertio, infra quod
tempus non dubitatur habuiſſe ſcientiam aſſe-
curatum, tantoque magis, quod per *cap. 29. Con-*
ſulat.

ſulat.

Digitized by Google

sulat.maris, statuitur una hora pro qualibet leuca ad finem cognoscendi infra quot tempus scientia haberi possit, unde cum à littore Civitatis Terracinæ locus naufragii ad Civitatem
16 Neapolis, non adsit distantia, nisi septuaginta milliariis, quę fieri possunt infrà horas viginti circitèr, minimè ambigi potest, dictum Joseph habuisse scientiam de naufragio secuto infra tempus dierum quinque à die incepti periculi; Imò dicebatur, quod quando locus naufragii est adeo vicinus, & casus sinister per famam sciri potuisset, scientia probata dicitur, ut *Stracc.de assecurat.glos.27.num.2.vers.*1.*Scacc.de camb.§.*1.*q.*1.*num.*169.*Rocc.notab.*78. *num.*296. unde subingreditur illa regula, quod natura contractus assecurationis sit comprehendere periculum futurum, & habens causam de futuro, non verò periculum de præterito, & habens causam de præterito, ut *DD. omnes, & Mastrill.decis.*283.*à n.*56.*ad num.*60.*SforzaOdd.consi.*31.*à num.*20.*ad*
17 *num.*23. ubi hoc dicit procedere, etiam si merces deperditæ sint culpa præpositorum, ut hoc casu non teneantur assecuratores, ex doctrina *Bald.in l.penult.§.*1. *num.*2. *ff. sol.matr.* & tanto magis nam assecuratores si scivissent Navim esse deperditam, utique non se obligassent, nec periculum assumpsissent, ut *Velasc.tom.1.consult.*64. *num.*7 ubi ait, quod etiamsi naufragium ignorabatur ab assecurato, nec etiam obligantur assecuratores, nam durum est, quod ignorantia naufragii incursi, quoad unum, obliget alium nullo modo consensurum in eo casu, ac proinde quod uterque contrahentium ignoret, nullo modo videtur valere assecuratio periculi propter defectum consensus saltim alterius ex contrahentibus, & maximè quia contractus assecurationis est bonæ fidei, à quo omnis dolus, & fraus debet abesse, *l.& eleganter, ff.de dolo*, ubi *Bart. & Jas.num.*30.*Molina lib.*2.*de primogen.cap.*30. *num.*14.*Velasc.dicta consult.*64.*nu.*8. quod adeo verum est, quod scientia casus sinistri secuti tempore celebratæ assecurationis infringit contractum propter præsumptam malam fidem, *DD. cumulati per Dom.Ansald. de Ansaldis de commerc.& mercat.discurs.*12.*num.*20.

Quibus omnibus addebatur alia nullitas hujusmodi assecurationis, nempè quod in ea non fuit
18 conventum, assecuratum debere participare pro octava parte periculi, ut in *cap.*8. *Consulatus Maris*, cui minimè renunciari potest, ut in *cap. ejusdem Consulat.* 15. & per consequens nullum esse dictum cōtractum vigore dictorum Capitulorum, secundum quam legem maritimam judicari debet, ut in *l. derogatio, ff. ad leg. Rhodiam de jactu*, & in *Auth.de usu nautico, §. fin.ubi glos.Stracc.de mercat.tit.de navig. num.*24. *Bald.in l.observare, §.antequam, ff. de offic. Proconf.Castill.decis.*73. *num.*9. & ex his dicebatur, vel deberi ipsos absolvi, vel saltim via ordinaria agi, non verò executiva.

Sed pro parte D. Annæ Guarino contendebatur omninò debere ordinari solutionem dictorum ducatorum quatuormille ab assecuratoribus; su-
19 pradictis omnibus non obstantibus, nam tum vigore *Reg.Pragm.*1.*de assecurat.* tum vigore *cap.*21.*& 24.Consul. Maris*, statutum reperitur nullam admitti exceptionem ad finem impediendi solutionem, imò præcipitur denegari audientiam, usquequo non fuit facta integra solutio, & maximè quod in dicto instrumento fuit renunciatum omnibus, & quibuscumque exceptionibus, seu appellationibus, ut *Consil. Rocc. resp.*34.*in princ.*Nec obstare dicebatur illud primum assumptum, nempè fuisse ceptum judicium ordinarium per dictum Joseph in foro Consulatus, & per consequens non posse variare judi-
20 cium ceptum, & agere judicio executivo, nam contrarium tenuit *Rebuff. tom.*1. *in Constit.Regn.tract.de liter.obligat.art.*6.*glos.*3.*num.*7.*Felician.de censib.tom.*1.*lib.*3. *cap.*2. *num.*9. refectis tamen expensis litis judicii ordinarii, *Rodriquez de execut.cap.*6.*n.*2.*vers.in posteriori verò, Guttierez lib.*2.*pract.qq.q.*39.*inter limit.n.*7. & nos quatuor limitationes ad hanc conclusionem adduximus in nostra *prax. præsentat. Instrument. cap.*4.*à num.*152.*ad* 157. ac proinde benè potuisse ipsam D.Annam variare judicium ordinarium in executivum.

Ad secundum respondebatur, quod multo minus obstabat defectus denunciationis, siquidem de-
21 nunciatio naufragii fuit facta, prout assecuratores prætendebant, ultra quod vigore *Capitulorum Consulatus* omnis exceptio est sublata, & sufficit fuisse productam fidem, seu attestationem Gubernatoris Terracinæ, nec unquam fuit dubitatum Navim transisse sinum Neapolis, nam tempestas incepit, dum existebat Navis supra Insulam Capræ, ut constat ex fide ab Adversariis producta, & deindè naufragium passa fuit in littore Terracinæ, ubi pervenire non poterat, nisi per mare Neapolis.

Nec tandem obstare dicebatur, quod periculum fuit assumptum, cum Navis tetigerit sinum maris Neapolis, & sic dum non constat ibi tetigisse non teneri, nam fuit responsum conventum fuisse, periculum currere, sive Navis tetigerit, sive non tetigerit dictum sinum maris Neapolis.

Ad quartum quoque respondebatur bene constare Navem esse frumento oneratam, nam si viginti milliaria supra Insulam Capre Nautæ deiicerunt quatuorcentum modia frumenti, necessariò dicendum erit Navem esse frumento oneratam, nec erat necesse exprimere quantitatem, nam aliud non importabat, nisi quod assecuratores tenerentur pro quantitate imposita.

Nec tandem obstare ultimum, quod proponebatur respectu scientiæ, quoniam fuit responsum negando scientiam per Adversarios allegatam, pri-
22 mo, quia quamvis naufragium accidisset ante assecurationem, non per hoc potest præsumi scien-

scientia, cum regulare sit scientiam non præsumi, maximè, quia facti est, ut in *l.verius, ff.de probat.Bart.& DD.in l.qui Romæ,§.duo fratres, qu.3.ff.de verb.obligat. Gabriel de reg.jur. conclus.5.& Bald.in l.1.C.de tempor.appellat.in fin.* Imò donec scientia non reperitur probata, non potest in ea fieri fundamentum, juxtà *Bald.in l. quandiù col.2.C. qui admitti, in fine, Gozzadin. cons.102.num.2.Roland.cons.79.num.11.*& licet *Bart. in l.it potest num.18. ff.de acquir. hæredit.* dicat, scientiam posse probari, & præsumi per conjecturas, in præsenti tamen casu conjecturæ, de quibus usi fuere assecuratores non suffragantur, nam non per hoc, quod assecuratio fuit facta post naufragium debet præsumi scientia, & conjecturæ tunc suffragantur, quando non eliduntur per alias conjecturas contrarias, nam à die 21. Octobris ad diem 23. ejusdem mensis tempus assecurationis, parum tempus pertransiit, nec eo tempore aliquis nuntius venire potuit; non per mare, stante ventorum impetu, qui reddebat mare procellosum, adeòquod navigatio non exercebatur, ut constabat ex fide Navis Guardiæ Regiæ, nec per terram, stante prohibitione tunc temporis commercii ex causa pestis, nec sufficit esse possibile potuisse venire, nam potuisset etiam non venire, & probatio debet esse de necessario, non de possibili tantum, ut in *in l.non hoc, C.unde cogn. & cap.in præsentia de probat.Velasc.ubi supra nu.10.vers. & idcirco circa finem.*

Secundo, quia si præsumeretur scientia, præsumeretur fraus, & dolus, qui de jure non præsumi-
23 tur, vulgata *l. merito, ff.pro Soc.* & per consequens est omninò per assecuratores probandus, cum sit ejus fundamentum, ut *Stracc.de assecurat.notab.51.* imò ad excludendam dictam scientiam per assecuratores præsumptam, & probandum ignorantiam dicebatur primò, quod ex fide Gubernatoris Civitatis Terracinæ constabat, nautas fuisse statim secuto naufragio positos in quadam turri ad faciendum quarantenam salutis, ubi permanserunt spatio dierum 12. & sic per nuntium haberi non potuit. Secundò, quia eodem die naufragata fuit alia Navis alterius mercatoris Joseph Tipa, qui non habuit notitiam naufragii suæ Navis in eodem littore Terracinæ naufragatæ, nisi sub die 5. Novembris 1658. post permissum commercium, ut ex fide ejusdem Tipæ, quo tempore habuit notitiam dictus Joseph, quod adeo verum est, nam sub eodem die 5. Novembris comparuit in foro Consulatus, & protestatus fuit contra dictos assecuratores, sicque scientia nullo modo antè dictum tempus dari poterat, nam si antea illam habuisset, utique antea comparuisset.

Tertiò, quia dictus Joseph non solum tunc temporis assecuravit dictam Navim tantum, verum
24 etiam alias quinque cum eisdem assecuratoribus, qui stante felici accessu ad locum destinatum consecuti fuerunt præmium, & sic non potest dici, quod illam assecuravit ratione scientiæ naufragii, sed ut rebus suis consuleret, & per consequens ex his potius præsumi ignorantiam, quàm scientiam, qua igitur ignorantia posita dicebatur valere assecurationem, licet casus naufragii evenisset antè contractum, maximè quando periculum, quod suscipitur est itineris in partibus longinquis, quod non possit tam de facili sciri, quando periculum accidit, nam tunc præsumitur contrahentes velle obligari pro omni periculo contingenti post egressum Navis à portu, ut *Velasc.dicta consult.64.num.7. vers. sed non obstantibus.*

Postremò remanebat respondere regulæ illæ, nempè assecurationem debere intelligi de periculo
25 futuro, ex quo non potest dari extensio de casu ad casum, vulgata *l.quidquid adstringendæ, ff. de verb.obligat.* cum non præsumatur quis velle se obligare ad periculum præteritum, si illud scivisset, ideo fuit responsum, quod casus hic decidebatur per *text. in l.hæc conditio 10.§.fin. ff.de condit.et demonstr.* si fuerit aliquid legatum sub
26 conditione, si Navis ex Asia venerit, debetur legatum, non solùm si Navis venerit mortuo testatore, sed etiam si venerit eo vivo, sed ignorante, quia tunc conditio habetur pro impleta, cum idem sit, casum non accidisse, & accidisse, & ignorari, ut *glos. in l.Barbarius in verb. functus, ff. de offic. Præsid.* sicuti legatum factum
27 mulieri nubendæ, debetur mulieri nuptæ, juxtà *Bald.in l.fin.C.de sentent.quæ sin.cert.quant.profer.Covarr.in cap.officii num.9. de testam. Hippolyt.de Marsiliis in rubr.de fidejuss.nu.85.* quæ dispositio *tex.in l.hæc conditio*, procedit etiam in contractibus, ut *Bart. in l.2. ff. de condit. et demonstrat.n.4. Alex.cons.146.vol.5.Imol. et Paul. de Castro in dicta l. hæc conditio, §.fin.* ex quo *text.* voluerunt, quod concessa per Pontificem
28 alicui præbenda vacatura, intelligitur facta concessio etiam de præbenda vacante tempore concessionis, quæ à Pontifice ignorabatur, ac proindè in præsenti casu stante ignorantia tam assecurati, quam assecuratorum dicti naufragii secuti, censetur velle illos ad illud teneri, & tanto magis, quia assecuratio fuit facta Navis jam oneratæ frumento, quo casu parum refert naufragium evenisse antè, vel post contractum assecurationis, ut habetur in *cap.19. Consulat.* loquente de Navibus mercibus oneratis, *Rota Genuens.decis.36. Consil.Rocc.respons.34. lib.1.*

Ex quibus omnibus dicebatur omninò debere dictos assecuratores teneri ad solutionem dictorum ducatorum 4000. etiam via executiva: Quare per *S.C.sub die 26. Martii 1672.* fuit ordinatum, quod *infra quatuor dies audiantur partes super omnibus hinc inde prætensis, ac interim citra præjudicium jurium partium, conveniri faciant depositum pro rata summæ per eos assecuratæ, ut ex actis in Banca Magn. Actuarii S.C. Lelii Clavelli.* OB-

Digitized by Google

OBSERVATIO X.

SUMMARIUM.

1 *Baro quando dicatur habere titulum, & possessionem coquendi panem in suo furno Baronali cum admixta prohibitione Vassallorum, & ex quibus actibus constitutus dicatur Baro in quasi possessione* juris *cogendi subditos* privativè quoad alios.

2 *Jus prohibendi accessum subditis ad coquendum ad alienos furnos inductum censetur ex correspectiva conventione probata per testes inter Baronem, & Vassallos, scilicet accedendi ad furnos Baronales* privativè quoad alios, *& Baronis è converso manutenendi furnos Baronales propriis expensis omni tempore aptos ad commodum Universitatis.*

3 *Testes probant conventiones initas inter Baronem, & Vassallos, etiam nullo documento apparente, & sufficit probatio de auditu à majoribus, non visa, neque lecta transactione, quando sumus in contractu antiquo ultra centum annos.*

4 *Maximè concurrentibus actibus uniformibus cum dicto testium.*

5 *Titulus præsumitur ex longæva quasi possessione, etiam si titulus non adesset, nec per testes probaretur.*

6 *Possessio longæva cum coactione, & prohibitione facta subditis excludit quamcumque actus facultativi præsumptionem.*

7 *Occurritur argumentis in contrarium adductis, & num 8.*

9 *Juris prohibendi præsumptio an inducatur ex pluralitate furnorum in locis adjacentibus.*

10 *Furnagium exigi solitum pro pane cocto in loco non potest exigi pro pane forensi alibi fabricato, cujus introductio non potest impediri in præjudicium annonæ.*

11 *Confessio erronea prædecessoris potest impugnari per successorem, in quem concurrit personarum duplicitas.*

De Baronibus. Pragm. XIV.

Audivimus etiam, &c.

CUm novissimè resolutum fuisset per *Sacram Rotam Romanam in una Cavallicen. Bannalitatis furni super manutentione sub die 5. Decembris 1696. coram R.P.D. Priolo* esse dandam Baroni manutentionem in quasi possessione coquendi panem Vassallorum in furno Baronali *privativè quoad alios*, quæ decisio cum prodesse poterit nedum in Regno ad interpretationem hujus *Pragm. 14. de Baronib.* sed etiam extra Regnum, ubi articulus juris prohibendi non extat decisus, prout apud Nos virtute dictæ *Pragm.* ideò dicti Sacri, & Supremi Auditorii determinationem hic subnectendam duximus, suntque determinationis verba adhuc non impressæ, quæ sequuntur.

R.P.D. PRIOLO.

Cavallicen. Bannalitatis Furni super manutentione.

Mercurii 5. Decembris 1696.

IN decisione edita coram me sub die 25. Junii proximè præteriti favore Communitatis, & Hominum de Cavis montibus, & Carthusiæ Boni passus tunc tantum informantium resolutum fuerat moderno Baroni de Seytres non esse dandam manutentionem in quasi possessione coquendi panem Vassallorum in furno Baronali privativè quoad alios, sed in hodierna disputatione audito etiam Barone, ex novis facti circumstantiis ab illius defensoribus deductis recessum fuit à decisis.

Admittebant DD. conclusiones in alia præcedenti decisione firmatas, quod cuilibet liceat in proprio solo furnos construere, & panes illuc delatos coquere, citra quod Barones inferiores possint talem facultatem adimere, nisi illorum favore concurrat titulus expressus privilegii, & conventionis, aut tacitus proveniens ex immemorabili præscriptione, vel ex jure servitutis cum subsequuta Vassallorum acquiescentia; Sed quia modo, ex testibus formiter examinatis tam de Anno 1544. quàm de tempore motæ litis, & aliis publicis documentis inferius recensendis, constare visum fuit de antiqua titulata, & nunquam interversa possessione Baronis coquendi
1 panes in suo furno Baronali cum admixta etiam prohibitione Vassallorum; qui in casu contraventionis, cum coacti fuerint, vel claudere furnos noviter apertos, vel prò panibus alibi decoctis pœnas subire, & furnagium persolvere, ex his actibus Baro constitutus fuit in quasi possessione Juris cogendi suos Subditos ad furnandum in ejus furno privativè quo ad alios, ideòque illi legitimè, & titulatè possidenti debetur manutentio, etiamsi naturalis libertas resistat, ut admittunt Auctoritates in alia decisione allegatæ *§. ratio resolutionis*, & cõprobant in fortioribus terminis *Barr. contr. 28. n. 10. cent. 1. Jovius de solemn. in contr. minor. gloss. 18. nu. 175. vers. emptorem, Ann. singul. 557.* ubi refert ita decisum à Sac. Consil. Neapolitano, *Card. de Luc. de regal. disc. 145. num. 4. cum plurib. seqq. & Guido Pap. decis. 298. in fin.*

Titulus verò resultare visus fuit ex transactione, de qua deponunt sex Testes formiter examinati usque ab Anno 1544. isti namque præseferunt

inter Barones tunc temporis, & Universitatem dicti loci initam fuisse correspectivam obligationem Subditorum scilicet accedendi ad furnum Baronalem privativè quo ad alios,& Baronis è converso manutenendi furnum perpetuò, & quolibet tempore furnabilem eum Furnario habili, qui panes coqueret, & à Domibus ad Furnum, & à furno ad domos subditorum reportaret eum sola responsione ad vintenum, & non ultra pro furnagio; ideòque sicuti ex hac
2 correspectiva conventione Baro tenebatur propriis expensis conservare, & manutenere furnum omni tempore furnabilem ad commodum Universitatis, & ulterius gravatus remanserat perpetuo onere coquendi panem Vassallorum, citrà quòd prætendere posset, quàm solam vigesimam partem; ità quod dicendum est illius favore acquisitum fuisse jus prohibēdi Subditis accessum ad alienos furnos, eosque cogendi ad coquendum panes in suo furno Baronali, ut ità esset reciproca contrahentium æqualitas *ad notat.per Gratian.cap.564. n.55. cum seqq. Antonell.de temp.legal. lib.4. cap.10.num.14. Rosa consult.66.num.7. Cepol.de servit. Urban. præd. cap.50. de furno num.2.post med. vers. prædicta intellige, Jovius de cōtract. minor.glos.18.n.166. Gall.de fructib.disput.6.art.1.num.76.vers.limitatur quarto, Boer.decis.125.num.4. vers. & ex privilegio Thesaur. decis. Pedem.15.nu.11.cum seqq. & in additione vers. contrarium ego, Afflict.decis.388.sub nu.2.vers.nisi probetur, Koppen.decis.German.19.num.12.cum seqq.& Rot. in recent.decis.308.num.2.par.4.tom.2.*

Non relevante quod de hac transactione, de qua agunt præfati testes,nullum extet documentum, cumque ab ipsis neque visa, neque lecta fuerit,
3 imò cum in ea non interfuerint, & deponant solum de auditu à suis Majoribus, nullam causam scientiæ reddentes attendi non mereantur ad effectum probandi transactionem; Quia cum ista non exigat de necessitate scripturam, relevari etiam potest ex sola testium depositione, ideòque cum in præsenti agatur de contractu antiquissimo ultra centum annos, illius probatio per Testes de auditu communiter reputatur sufficiens, ut advertunt *Casanat.cons.39. nu.56. & Rot.coram Seraph.decis.75.num.1.cum seqq. Penia decis.165.num.9.Buratt. decis.172.n.13. & 27.& in Ravennaten.bonorū 5. Maii 1694. §.licet enim coram bon.mem. Emerix*; Maximè concurrentibus conjecturis, & adminiculis,quia cum in his facti circumstantiis haberi non possint testes de visu,& ex certa scientia, admitti debent etiam leviores probationes *ad tradit.per Urceol.de transact.quæst.2.num.83. Farinac. de testib. quæst.69.num.44. cum seqq. & in his terminis Cyriac.contr.462.nu.33.*

Neque in præsenti deesse visa sunt adminicula effectum hujusmodi transactionis comprobantia; constat siquidem de Anno 1350. Baronem ad instantiam nonnullorum Subditorum; nomine tamen totius populi conventum fuisse ad reparationem furni Baronalis tunc ruinam minantis,
4 illamque de mandatò Judicis fuisse sequutam; cumque ex judiciali coactione pernecesse arguatur Baronis obligatio, de qua deponunt testes superius adducti, hinc quoque sequitur, ut verificatum remaneat illorum testimonium,quia alias subditi nullam habuissent actionem cogendi Baronem ad reparationem furni; nec ad eam Baro paratum se exhibuisset, nisi fuisset vinculo præcedentis obligationis adstrictus, ut notat *Trobat.de effect.immemor.quæst.11.n.144. vers. quod probatur, in fin.cum seqq.* Eoque magis, quia ex pluribus locationibus proventuum dicti furni factis ab Anno 1350. usque ad Annum 1479. & sic per sæculum, & ultra, apparet per Barones enixè injunctum fuisse onus conductoribus manutenendi furnum propriis expensis,& retinendi furnarium, qui ferret panes subditorum, & deindè ad eorum domos referret, eosque coqueret ad vintenum, & non ultrà, & ita quoque constat ad talem rationem per tempus immemorabile homines Communitatis solvisse furnagium, itaut ex his actibus semper uniformibus cum dicto testium plenè probata remaneat veritas, & præexistentia hujus conventionis, ut in specie firmat *Urceol.de transaction.qu. 66.num.55.* & *Rot. coram Bich. decis.316. nu.6. cum seqq.*

Sed ultra titulum desumptum ex enunciata transactione apud DD. quoque prævaluit antiquata consuetudo per spatium ferè trium sæculorum observata, ex qua constitit subditos dicti loci semper accessisse ad furnum Baronis, cumque ista longæva quasi possessio faciat præsumere titulum meliorem de Mundo; sicuti homines Communitatis potuerunt pacisci cum Barone, ut ipse in se assumeret onus manutenendi furnum, & propriis expensis retinendi furnarium
5 ad commodum Universitatis eum illius reciproca, & correspectiva obligatione accedendi ad furnum Baronis, ita lapsus temporis, cujus memoriæ initium non extat, operatur, ut per Baronem allegari possit possibilitas hujus tituli,etiam si nōn adesset, nec per testes probaretur; ut ita actio per Communitatem omninò exclusa remaneat, ad notata in fortioribus terminis per *Cephal.cons.403.num.62.lib.3.Peregr. cons.85.nu. 4.lib.4.& Decian.cons.24.n.16. vers.quæ omnia, lib.1.Thesaur.jun. qq.for.27. num.18. cum seqq. lib.2.Rot.in recent.decis.218.num.51.part.6. & decis.253.num.5.cum seqq.par.13. & in Romana augumenti dotis, & legatorum 4. Martii 1695.§.neque obstat, coram me.*

Nec dicatur, quod talis accessus etiam si fuisset per mille annos continuatus, adhuc tamen tribuendus veniat arbitrio, & voluntati subditorum, itaut in his actibus tamquam facultativis, & voluntariis fundari non possit privativa possessio

Baro-

Baronis, nisi ulteriùs probetur illius prohibitio, & subsequuta Communitatis acquiescentia; Nam ex accuratiori Testium lectura data in *Summario Baronis num.*2. animadversum fuit illos univocè deposuisse, quod post emanatas prohibitiones Baronis, nemo ampliùs ex subditis ausus fuit coquere panes, quàm in furno illorum de Perussis, qui tunc erant Barones dicti loci, & quatenus aliquis contravenisset, coactus fuerat solvere furnagium, ac si panem decoxisset in furno Baronali; immo cum quidam Sextorius Baro minor dicti loci aperuisset furnum in domo sua, Testes uniformiter deponunt, Barones tunc temporis huic aperitioni se opposuisse, & illorum contradictionem etiam effectum habuisse; quia excepto tempore pestis, nullus ex subditis decoxit panem in alio furno, quàm in illo dictorum de Perussis, ideoque cum ex hac univoca Testium depositione comprobata etiam
6 ex moderno Testimonio aliorum Testium repetitorum de Anno 1691. satis clarè demonstretur continuata prohibitio subditis, de non construendis novis furnis, neque de accedendo ad alienos cum successiva illorum acquiescentia; Hinc perenecesse sequitur, ut accessus factus ad furnum Baronis, referendus non veniat ad actum facultatis, sed potiùs ad expressam, & positivam necessitatem, quia longæva quasi possessio excludit quamcumque facultatis præsumptionem, cum toties continuata facultas non præsumatur, *Adden.ad Clar.§.Feudum qu.*30.*nu.*1. *vers. Secunda limitatio. Antunez de donat.Reg. lib.*3.*c.*5.*num.*13.*& seqq.Rosa consult.*66.*num.*7. *&* 8. *Ludovic.Bell.cons.*111.*num.*21. *Cappon.discept.*130.*num.*7.*cum seqq.Boer. decis.*125. *num.*5. *& Thesaur.decis.*16.*num.*7.*vers.Limitatur nunc & melius*; *Rot. in Farfen. Molendini* 14. *Martii* 1687. §. *Neque tamen, & per totum, coram Reverendissimo Turonen.*

Nec alicujus ponderis visi sunt Testes in contrarium adducti, & de dicto Anno 1544. etiam
7 formiter repetiti; itaut tamquam deponentes super libertate, & de factis præcisis, & affirmativis per eos visis veniant inæqualiter præferendi ad excludendum probationem aliorum deponentium super jure negativo. Nam illi fuerunt inducti occasione litis, quæ tunc per dictum Sextorium promovebatur contra Baronem majorem super retentione alterius furni ab illo tunc aperti, & quia successivo tempore apparuit, Vassallos semper accessisse ad furnum Baronis majoris, & in casu contraventionis coactos fuisse ad solutionem furnagii, hinc furnus Sextoris, nunquam ampliùs coxit panes, nec ille retinere curavit furnarium pro illis decoquendis, ut deponunt iidemmet Testes ex adverso adducti, ideoque cum ipse etiam acquieverit prohibitioni Baronis majoris, & permiserit Vassallos coactos accedere ad furnandum in furno Baronali privativè quoad omnes alios, sequitur proinde, ut sicuti illorum Testium depositio dicto tempore non prævaluit, ita nec minùs in præsenti prævalere debeat, cum illi actus per supradictos Testes recensiti habendi non sint in consideratione adversùs tot alios concludentissimè probatos, & adhuc in sua viridi observantia permanentes, *Rot. coram Baratt. decis.* 379.*nu.*4.*cum sequentib.& in recent. decis.*168. *num.*40.*& sequentib.par.*10. *& decis.*279.*num.* 36.*part.* 12.

Minùs juvat quod in dicto loco de Cavismontibus extiterint alii furni, & consimiles in locis ad-
8 jacentibus; nam ex accessu judiciali hodie per extensum dato in *Summario Baronis num.*9. apparuit, quod facta diligenti perquisitione in domibus subditorum, nullus alius furnus inventus fuit aptus ad coquendum panem, quàm ille retentus à Barone pro suo, & Familiæ usu, & quamvis ex quadam cappa magna camini reperta in domo Bartholomæi Lajol præsumi contendatur existentia alterius furni, quia tamen nullibi probatur illum decoxisse panes subditorum, potiùs ex illius ruina credendum est ad talem usum nunquam deserviisse, quia dominus ne privatus remaneret adeo pingui emolumento loco furni collapsi alium novum subrogasset, ut ponderat *Fontanell. de pact. nupt. clausul.*4. *glos.*17.*num.*40.*Thesaur.dict.decis.*16.*sub num.*4. *vers.Sed quoniam*.

Minùsque relevat præexistentia plurium furnorum in locis adjacentibus, quia hæc non excludit
9 bannalitatem furni localis, nam ne panes ex longinquo deferendi periclitarentur ita expositi temporum, & aeris inclementiæ, potuerunt subditi in remotis partibus commorantes permittente etiam domino ad alienos furnos accedere, ut propriæ idemnitati providerent, ad notata per *Hering.de molend. cap.*11.*nu.*138. *& modern.Brixien.de fruct.disp.*6.*art.*1. *num.*76.*in fin.vers.Declara tamen*, imò pluralitate furnorum in Villis, Grangiis alisque locis remotis arguitur potiùs bannalitatis furni localis, qui cum semper fuerit unicus, dicendum est, quod ex oppositione Baronis nunquam permissa fuerit aliorum furnorum constructio, ut sequuta fuit in aliis locis, in quibus Baro contraponi non poterat, ut benè considerat *Casanatt. cons.*39. *num.* 50.*cum seqq.*

Prout insubsistens quoque visa fuit ad destruendam bannalitatem furni introductio panis exte-
10 ri, nulla soluta Gabella favore Baronis; quia cum iste non prætendat furnagium, nisi pro pane cocto in loco, non potuisse illud exigere pro pane forensi alibi fabricato, nec valuisset impedire illius introductionem in præjudicium annonæ; cum transactio inita cum suis Vassallis non comprehendat panem forensem, & alibi fabricatum, ut notant *Tondut. resol.civil. par.*2.*c.*150.*num.*3.*vers.cum igitur, & sub num.*15.*post med.* & in simili casu *Rot.coram. Pamphil.decis.* 323.*num.*3.*cum seqq.* De-

Demum non afficit, quod ab Auctore moderni Baronis non minùs admissa fuit plurium furno-
11 rum existentia in dicto loco, quam contraria Testium depositio emanata super exclusione bannalitatis, ideoque ipse neutram impugnare valeat; quia cum in ipso unita fuerit tota Baronia, & per consequens successerit etiam in locum Baronis majoris, sicuti iste utramque acriter impugnavit, ut Sextorius, qui tunc erat Baro minor, coactus fuerit acquiescere illius oppositioni, ita pariformiter modernus Baro repræsentando personam Baronis majoris potest impugnare constito de errore confessionem sui Auctoris, cum id non repugnet, quando concurrit, prout hic, personarum duplicitas, *Rocc. select.disp.cap.51.num.725.cum seqq.de Luc. de plural.legal.cap.10.num.2.& cap.12.num.7.& seqq.Rot.coram Priol.decis.431.num.11.& in Romana Cambii 15. Mart.1686.§.penult. cor. Emin.Mediolanen.*

Et ita utraque, &c.

OBSERVATIO XI.

SUMMARIUM.

1 Pragm.16.de Baronib. *interpretatur.*

2 Pragm. *lata per modum declarationis trahitur ad præterita.*

3 *Clausula* cum angariis, & perangariis *cujus sit importantiæ in Regalibus concessionibus.*

4 *Angarias adesse, vel non adesse tempore concessionis constare potest ex releviis antiquis, vel libris introituum Baronum.*

5 *Vassallis denegantibus Baronibus subjectionem, seu servitiorum præstationem dicuntur Barones privati quasi possessione, ità quod erit decernendum, quod interim abstineant.*

6 *Barone ostendente investituram Regalium, nempè* cum fluminibus *erit decernendum,* capiatur informatio,& subditi se abstineant.

7 *Possessio longissima ultra triginta annos cum præstatione uniformi inducit præsumptionem bonæ fidei in Barone, & manutentionem lite pendente.*

8 *Possessio septuaginta annorum cum præstatione uniformiter facta non indiget probatione præscriptionis immemorabilis.*

9 *Praxis providendi, quod Barones abstineant in iis, quæ habent juris resistentiam comprobatur novissimis rebus judicatis.*

10 *Determinatio S.R.C. quæ prodiit referente* D. Consiliario Petro de Fusco sub die 26. Aprilis 1698. *refertur, & transcribuntur verba, num.11.12.& 13.*

14 *Baro in concursu cum exteris præfertur in emptione fericorum non impedita fericorum extractione facienda extra territorium.*

15 *Baro præfertur in venditione fructuum, quos Vassalli venales habent.*

16 *Vassalli possunt construere Tappeta, & Molendina, dummodò non construantur super aquis feudalibus, & num.20.*

17 *Baro conservatur in possessione respectu introituum descriptorum in relevio, nulla apparente collusione, vel fraude.*

18 *Baro est manutenendus in possessione juris prohibendi contra Vassallos volentes accedere ad aliena molendina, stante Vassallorum æmulatione, & refertur novissima decisio* sub die 8. Martii 1700.*num.19.*

21 *Vassalli possunt facere centimula, & molendina, ex usu aquarum privatarum absque Baronis licentia.*

22 *Vassallus potest ædificare furnum, vel tabernam in suo solo, vel ire quo vult ad coquendum panem, non obstante quacumque contraria Baronis possessione.*

23 *Baro non habens jus prohibendi an possit alterare jus molituræ in propriis molendinis.*

24 *Baro potest confirmare pro regimine Universitatis habilem nominatum servata forma soliti, sed si electio fiat de personis inhabilibus poterit mandare, ut fiat alia electio, & nominatio.*

25 *Baro tenetur confirmare electos per majora suffragia, aliàs potest S.C.mandare*, ut infra tot dies confirmet, & termino elapso electi exerceant.

26 *Et quid quando Baro habet jus eligendi.*

27 *Baro qui habet facultatem eligendi Sindicum unum ex duobus nominatis ab Universitate, non potest eligere personam non comprehensam in nominatione, & affertur novissima determinatio Coll. Conf. quæ prodiit* sub die 3. Martii 1698.*& n.28.*

29 Reg.D.Andreas Guerrero de Torres Locumtenens R.C.S. *commendatur.*

30 *Electio gubernii Universitatis transmittenda ad Baronem pro confirmatione est facienda descriptis personis nominatis in tribus columnis juxta recentissimam determinationem* Coll. Conf.de Anno 1693.

De Baronibus. Prag.XVI.

TEtigi in *Observat. ad sing. 51. mei Genitoris num.2.* litem illam agitatam in Reg.Cam.inter Principem Cursii, & illos de Borrello, in qua prætendebatur *Prag.* hanc editam *de Anno*
1 1536. non comprehendere concessiones antecedentes de Anno 1514. cum clausula *cum angariis, & perangariis*, quia alias concessiones inutiles forent; nunc reassumendo iterum articulum ibi non degustatum, dicimus opinionem hanc veram non esse, siquidem *Pragm.* hæc fuit lata per Cæsaream Majestatem, nedùm ad declarationem suæ intentionis, ut patet ex illis verbis: *Nec debet, privilegium, aut concessio nostra aliquid*

quid ultra intentionem concedentis inducere, declaramus, ut jura volunt, & mandant per talem clausulam, &c. nostræ Regiæ intentionis non esse novas inducere Angarias, nec novas defensas, aut jus prohibendi aliorum furnos, tapetos, molendina, aut alia in eadem clausula contenta, &c. & taliter privilegia, & etiam concessiones nostras, & venditiones, & donationes nostro cum Assensu factas, & faciendas declaramus.

Ex quibus patet esse comprehensas sub dicta lege præteritas concessiones; cum Imperator hanc
2 legem tulerit per modum declarationis, & proinde trahitur ad præterita, juxtà notata per *Dec. in cap. fin. de Constit. num.* 49. ubi etiam *Felin. n.* 6. latè *Reg. Marcian. disputat.* 10. *à num.* 91. *cum seqq.*

Nec aliquid prodesse poterit pro manutentione illa possessio temporis considerabilis, quæ allegabatur; Namque in eadem *Pragm.* fuit expressè statutum, clausulam prædictam *cum Anga-*
3 *riis* nihil juvaminis esse in Regalibus concessionibus, exceptis illis Angariis existentibus in Castris tempore concessionis ex justo titulo, vel legitima præscriptione, adeòquod benè dixit *Horat. Montan. de Regalib. in §. vectigalia n.* 4. quod hæ clausulæ non operantur titulum penès Baronem, *& in §. Angariæ, & Perangariæ num.* 5. *in fin.* advertit Angarias adesse, vel non
4 adesse tempore concessionis constare posse ex releviis antiquis, vel libris introituum Administratorum, ex quibus constare poterit status, & prædecessorum possessio concurrente legitimo tempore, de quo sentit *Reg. Pragm.* confirmat *Marcellus de Maur. allegat.* 99. *num.* 6. *versic. corroboratur par.* 2. ubi quod per denegationem subjectionis, seu præstationis servitiorum per
5 Vassallos dicitur Baro privatus quasi possessione, & erit providendum, *quod capiatur informatio, & interim Baro se abstineat*, juxta praxim, quam tradit *Reg. de Ponte in cons.* 97. *à nu.* 17. *ad* 26. *in fine*, ubi quod ità in dies practicatur in gravaminibus, quæ porriguntur per Vassallos adversus Barones, adversus quos quando conqueruntur Vassalli de gravaminibus habentibus juris resistentiam, & Barones allegant solam possessionem, non docto in promptu de titulo, providetur contra Barones, *quod abstineant*, aliter tamen esset servandum in concessione Regalium, nempè si Baro ostenderit concessionem *cum fluminibus*, & subditi præten-
6 dant habere piscationem, nam tunc Judex decernere poterit, *quod capiatur informatio, & subditi se abstineant*, verum non exhibita investitura cum clausula prædicta, non est interdicenda piscatio lite pendente, sed erit impartiendus terminus simpliciter, *Horat. Montan. de Regalib. verb. flumina navigabilia num.* 7. de veritate tamen hujus doctrinæ plenius dixi super *Pragm.* 1. *de Aquis observat.* 6.

Possessio tamen considerabilis, vel longissima ultra
7 triginta annos cum præstatione uniformi induceret præsumptionem bonæ fidei in Barone, adeòut lite pendente conservandus veniat in possessione, dixit post *Innocent. & D. de Franchis Fulv. Lanar. in addit. ad Patruum in repetit. §. si quis per triginta num.* 74. qui tamen cum dicat esse relinquendum in Judicis arbitrio, quantum debeat esse illa longa possessio, credendum erit sensisse de possessione immemorabili, ut se declarare videtur in *num.* 86. *in fine* sub his verbis: *Et sic ubi est præsumptio juris, quod possessor indebitè usurpavit possessionem alicujus juris, non juvatur tali possessione, nisi sit possessio temporis immemorabilis*, & ejusdem sententiæ, nempe quod non sufficiat possessio triginta, vel quadraginta annorum, sed quod re-
8 quiratur immemorabilis fuit *Lanarius Patruus in repetit. ejusdem, §. si quis per triginta*, ubi impugnat contrariam decisionem factam per S.C. in causa Principis Venusii cum Universitate Gesualdi, in qua per possessionem septuaginta annorum cum præstatione uniformiter facta, putaverunt Domini de Consilio non habuisse necesse Principem probare præscriptionem temporis immemorabilis, dum juvabatur titulo præscripto.

Praxis hæc providendi, quod *Barones se abstineant* in iis, quæ habent juris resistentiam, adeò
9 inolevit, quod quotidiè videmus illam rerum judicatarum authoritate comprobatam. Quemadmodum nuper contigit in causa D. Horatii Mottula Marchionis Amati cum Universitate, & hominibus dictæ Terræ, ut patet ex tenore decreti S.C. lati referente dignissimo ac doctis-
10 simo Regio Consiliario Dom. Petro Fusco, quod decretum fuit confirmatum etiam in gradu reclamationis, quod hic imprimendum curavimus, cum tendat ad confirmationem nonnullarum ex supra traditis conclusionibus.

Die 26. *Mensis Aprilis* 1698. *Neapoli.*

Visis actis, ac supplicatione porrecta pro parte particularium Terræ Amati, fol. 30. *Per D. Militem*
11 *V.J.D. Petrum Fuscum Regium Consiliarium, & causæ Commissarium, &c. fuit provisum, & decretum, quod viso relevio in actis præsentato, fol.* 48. *quod respectu primi capitis, ex quo non fuit descriptum jus exigendi carolenos quinque pro quolibet foculario infra quatuor dies audiantur partes, & interim Ill. Baro se abstineat; Respectu secundi capitis reditus victualium debiti per Cives dicto Baroni præstentur ad instar mensurarum; Respectu tertii capitis partes informent; Respectu quarti capitis liceat vendere serica dictis Civibus, verum in concursu cum exteris Ill. Baro præferatur, non impedita extractione dictorum sericorum pro illis vendendis extra territorium; Respectu quinti, sexti, septimi, octavi, & noni capitis partes informent. Re-*

spe-

fpectu decimi capitis, ex quo tappeta olearia prædicti Ill. Baronis enunciata in dicto decimo capite non funt defcripta in relevio, liceat Civibus habere alia tappeta, & denuò conftruere, dummodò illa non fuerint conftructa, nec ea conftrui faciant in fluminibus, & aquis feudalibus; Refpectu undecimi capitis partes informẽt. Quo verò ad reliqua petita in fupradicta fupplicatione prædictus Ill. Baro abftineat ab electione Sindici dictæ Univerfitatis, fed dumtaxat liceat, & licitum fit dicto Ill. Baroni confirmare unum ex nominandis ab Univerfitate fervata forma foliti, necnon dictus Ill. Baro folvat bonatenentiam pro bonis burgenfaticis poffeffis in territorio dictæ Univerfitatis, & ad effectum prædictum eadem Univerfitas infra menfes duos præfentet penes acta S.C. catafta ab annis decem retro, hoc fuum, & intimetur. Petrus Fufcus. Rubinus. Gaggia Scriba.

Die 19. Menfis Novembris 1698. Neapoli.

Facto verbo de prædictis in S.C. per Militem
12 *V. J. D. Petrum Fufcum Regium Confiliarium,*
& caufæ Commiffarium cum interventu fpectab. Domini Præfidis S.C.

Vifis fupplicatione, fol. 70. comparitione, fol. 62. & fupplicatione, fol. 88. per S. R. C. declaratum eft bene fuiffe provifum per D. caufæ Commiffarium fub die 26. Aprilis 1698. fol. 58. à ter. & fuper omnibus hinc inde prætenfis infra quatuor dies audiantur partes. hoc fuum. Figliola Secretarius. Rubinus. Gaggia Scriba.

Die 11. menfis Aprilis 1699. Neapoli.

Facto verbo de prædictis in S. C. per Militem
13 *V. J. D. Petrum de Fufco Reg. Confiliarium, &*
caufæ Commiffarium, cum interventu fpectab. Præfidit S.C.

Vifa fupplicatione reclamationis à decreto S.C. refpectu libertatis molendi olivas in molendinis, feu tappetis de novo conftruendis, feu fabricandis, fol. 109. & 110.

Per S.C. declaratum eft bene fuiffe provifum per idem S.C. fub die 19. Novembris 1698. fol. 105. à ter. hoc fuum. Figliola Secretarius. Rubinus. Gaggia Scriba.

Ratio decidendi refpectu quarti capitis, quo de-
cretum fuit *licere Civibus vendere ferica, ve-*
14 *rum in concurfu cum exteris præferatur Baro,*
non impedita extractione fericorum pro illis
vendendis extra territorium, videtur fundata in
Pragm. 15. fub hoc tit. & in decreto domi lato
per *Confil. Theodor.* in eifdem propriis terminis
venditionis fericorum, de quo teftatur *Reg. Ro-*
vit. in Comment. ad eandem Pragm. n. 4. & quod
Baro prçferatur in emptione fructuum, qui pro-
15 veniunt, nedum ex bonis feudalibus, fed ex qui-
bufcumque aliis Vafsallorum territoriis, & quod
hæc prælatio detur quoque Vafsallis in locatio-
ne fructuum Baronalium dixit *Reg. de Marinis*
lib. 2. fuar. refol. cap. 161. num. 9. & 10.

Ratio cur refpectu decimi capitis provifum extitit
licere Civibus habere alia tappeta, & denuò
16 conftruere, dummodò non fuerint conftructa
in fluminibus, & aquis feudalibus, afsignatur in
eodem decreto, in quo dicitur, *ex quo tappeta*
olearia prædicti Baronis enunciata in dicto de-
cimo capite non funt defcripta in relevio, quia
fi effent defcripta in relevio confervaretur Baro
in poffeffione circa jus prohibendi lite pendẽte,
juxta decifa apud *Anna fing. 557. in fine*, & jux-
ta fuperius tradita per *Horat. Montan.* quam ta-
men releviorum notam non femper haberem
pro concludenti, & indubitata præfumptione
17 juris prohibendi, fed quando nulla collufio, vel
fraudis præfumptio adefse poteft contra Baro-
nes, qui aliquando denunciare folent hos in-
troitus pro relevio, ad hoc, ut ex hac denuncia-
tione juris prohibendi beneficium acquirere
valeant, & perpendit *Capibl. de Baronib. Prag.*
14. num. 24. tom. 1. Capan. de Jure relevii par. 1.
qu. 10. num. 14. latè *Capon. difcept. 230. difcept.*
forenf. tom. 3. à num. 11. cum feqq.

Hinc eft, quod cefsante hac præfumptione collu-
fionis, fed concurrente Vafsallorum æmulatio-
ne folet S.C. decernere ad favorem Baronum,
18 quemadmodum in præfentiarum contigit in
caufa D. Magdalenç Manganaro Baronifsç Con-
troni cum fuis Vafsallis, in qua cum articulus
ifte difputandus incidifset, fuit iterum decifus
fecundùm opinionem *Annæ* prævio decreto in-
terpofito referente D. Confiliario de Rofa fub
die 7. Martii 1698. quo mediante fuit dictum,
quod Baroniffa manuteneatur in poffeffione juris
19 *prohibendi, dummodò folvatur eadem molitura,*
quæ folvitur in aliis tappetis, & quilibet Civis
poffit conftruere tappetum pro ufu proprio, quod
decretum confirmatum extitit in gradu reftitu-
tionis in integrum, & in gradu nullitatum fub
die 8. Martii 1700. ut ex actis in Banca de Nea-
poli penès Scribam Colantonio fub patrocinio
qu. doctifsimi Jurifconfulti, & eximii Advocati
Nicolai Pepi.

Altera ratio appofita in decreto, *dummodò tap-*
peta non fuerint conftructa in fluminibus, &
20 *aquis feudalibus* magis urgere videtur pro
exclufione dictæ conftructionis, fiquidem
tappeta, ferreria, & battenderia, & molen-
dina in fluminibus abfque Baronis concefsione
fieri prohibentur, ex traditis per *Capyc. & Viv.*
laudatos per *Capibl. de Baronib. in Pragm. 8. nu.*
32. par. 4. & clarius fuper *Pragm. 14. cap. 86. à n.*
10. ad 14. lib. 2. ubi modificat prohibitionem in
molendinis, quæ fiunt ufu aquarum privatarum,
21 aut cum minifterio ventorum, & fic in centi-
mulis, in quibus non requiritur Baronis licentia,
quod eft illud, quod videtur pro vero habuifse
S. C. in hoc decreto; adftipulatur *Reg. Capyc.*

Latr.

*Latr.conſult.*110.*num.*22. ubi annuit, Barones
habere tacitum jus prohibendi, ut nemo poſſit
conſtruere molendina, furnos,& Tappeta;com-
probat *Reg.Conſil.de Roſa conſult.*66. *nu.*6. ubi
dicit aliter eſſe apud nos diſpoſitum per *Pragm.*
14. *de Baronib.*& adeò eſt licitum Vaſſallo ædi-
ficare furnum, vel tabernam in ſuo ſolo, vel ire
quo vult ad coquendum panem, quod nulla
22 currit præſcriptio in iſtis actibus facultativis,
niſi à die prohibitionis,ut antè hanc prohibitio-
nem nullam poterit prætendere Baro poſſeſſio-
nem ſuper hoc jure prohibendi, etiam ſi per
cẽtum annos fuerint ſoliti Vaſſalli ire ad molen-
dinum, vel furnum Domini, *Fulv.Lanar.in ad-
dit.ad Patruum in repetit.§.ſi quis per triginta
num.*67. ſed contradicunt deciſiones relatæ per
*Reg.Rovit.ſuper hac Pragm.num.*2. quæ admit-
tunt immemorabilem etiam non probata prohi-
bitione, quemadmodum diximus ad *ſing.*56.ubi
alios pro hac ſententia laudavimus.

Ex eadem quoque ratione oritur alia concluſio ad
favorem Baronis non habentis jus prohibendi
ne cives accedant ad aliena molendina, ut ſit in
23 ejus libertate alterare jus molituræ in propriis
molendinis ſatis ultra ſolitum, quemadmodum
practicatum fuit per *D.de Franchis* domi pro-
videntem in cauſa gravaminum Univerſitatis
Bervicarii cum ejus utili Domino, ut teſtatur
*Reg.Rovit.ſuper cit. Pragm.*14. *num.*3. Decre-
tum inquam non fuit interpoſitum ſuper obſer-
vantia ſoliti, ſed quod *capiatur ſimpliciter infor-
matio*, manutenendo implicitè Baronem in poſ-
ſeſſione exigendi juxta novam taxam,cui deter-
minationi acquieſcendum non putavit idem *Ro-
vit.* ex rationibus, quas in contrarium demon-
ſtrat *num.*4.5.& 6. Sed determinatio *Dom.de
Franchis* defenditur per *Flamin. Clapr. in alle-
gat.*74.apud *Reg.de Marinis lib.* 3. qui contra-
rium decretum reportaverat apud *Conſil. Ca-
ravit*,

Quo vero ad penultimum decreti caput, quo fuit
dictum, *quod Baro ſe abſtineat ab electione Sin-
24 dici dictæ Univerſitatis, ſed dumtaxat licitum
ſit Baroni confirmare unum ex nominandis ab
Univerſitate ſervata forma ſoliti*, dicimus illud
intelligendum, quando fuit facta electio de per-
ſonis habilibus,quia facta nominatione de inha-
bilibus poterit Baro mandare, *ut fiat alia electio,
& nominatio de habilibus*, ut ſervatum refert
Reg. Tap. lib. 7. *Jur. Regni in Commentar. ſu-
per Pragm.*2.*de adminiſtrat. Univerſit.num.*26.
& 27. videndi ſunt *Rovit. Novar. Staiban. &
Thor. allegati per Dom. Lagunez de fructib.
par.*1.*cap.*18.*num.*50.

Rurſus intelligendum erit decretum, *dummodo
confirmatio ſequatur in perſonas electas, & no-
25 minatas per majora ſuffragia*, alias Barone re-
nuente confirmare taliter electos, poteſt S. C.
mandare, *ut Baro infra dies confirmet nomina-
tos,& electos per majora ſuffragia, aliàs termino
elapſo electi ſupradicti exerceant*, juxtà decre-
tum S.C. quod regiſtratum habetur apud *Thor.
in ſupplem.verb.Baro ſi confirmare non intendit
fol.*61.

Si vero Baro habeat jus eligendi,ita quod Univer-
ſitas teneatur facere duplicatam nominationem,
26 tunc Baro poteſt ad ſui libitum eligere haben-
tes minora ſuffragia, cum aliud ſit confirmare,
aliud eligere,*Capibl.de Baronib.cap.*69.*n.*10.&
11.*lib.*2. *D.Lagunez in ſuo noviſſimo tract. de
fructibus cap.*18.*num.*48.& 49.

Verum etiam data penès Baronem facultate eli-
gendi, non poterit Baro eligere perſonam non
27 comprehenſam in nominatione, & ſi elegerit,
infirmatur electio, firma remanente electione
in perſonam primi nominati, quemadmodum
nuper deciſum extitit in cauſa Marchionis Ca-
litri cum Univerſitate dictæ Terræ vertente
in Supremo Coll.Conſ.in quo referente digniſ-
ſimo, ac nunquàm pro meritis ſatis laudato *Re-
28 gente D. Andrea Guerrerio de Torres Militiæ
Alcantaræ*, qui ad præſens communi omnium
voto fuit aſſumptus ad munus Locumtenentis
R.C.S. prodiit decretum ſub die 3.Martii Anni
1699. *Stante quod prædictus Ill. Marchio Cali-
tri non uſus fuit facultate eligendi Sindicum ex
29 duobus nominatis ab Univerſitate præſens Sin-
dicus deſiſtat ab exercitio, & remaneat electus
pro dicto exercitio Sindici Joannes Baptiſta Ci-
caleo primò nominatus ab Univerſitate.* Quod de-
cretum extitit confirmatum in gradu reclama-
tionis ſub die 3. Martii ejuſdem Anni,ut ex actis
penès Portium Scribam à Mandatis.

Quomodo autem ſit facienda electio transmitten-
da ad Baronem pro confirmatione, extat noviſ-
30 ſimum decretum Coll.Conſ. interpoſitum in
cauſa Ducis Gravinæ cum Univerſitate Solo-
fræ, in qua referente Regente D. Antonio de
Gaeta ſub die 18. Septembris 1693. fuit provi-
ſum, *quod reſpectu capitis electionis gubernii di-
ctæ Univerſitatis cum effectu fiat electio novi gu-
bernii deſcribendo perſonas nominatas in tribus
columnis, in quibus,vel qualibet ipſarum valeat
dictus Ill. Dux deſignare perſonas ſervata for-
ma ſoliti.*

OBSERVATIO XII.

SUMMARIUM.

1 *Barones prohibentur ædificare, vel reædificare Caſalia, & Terras in locis dirutis, & dishabitatis abſque Proregis aſſenſu.*

2 *Et quid attento Jure communi, & Conſtitutionum Regni, & num.* 3.

4 *Et quid quando Baro vellet ædificare ad æmulationem.*

5 Abbat. *verba* in cap. Piſanis de reſtit. ſpoliat. *adducuntur pro quæſtionis reſolutione.*

Digitized by Google

6 Reg.de Ponte, & Affl. *refelluntur tanquam loquentes perfunctoriè, & non degustato articulo.*

7 *Clausula apponi solita in assensu, quam tradit* Reg.de Pont. *non vera demonstratur.*

8 *Æmulatio in dubio non præsumitur.*

9 *Jus focùlariorum solvitur à fumantibus absentibus in loco ubi habitant.*

De Baronibus. Pragm.XXIV.

Da S.E. e suo Collateral Conseglio, &c.

STante hoc Banno, quo cavetur, ut Barones non possint ædificare, nec reædificare Casalia, &
1 Terras etiam dishabitatas, & dirutas absque licentia Proregis impartienda, capta prius informatione; Cavendum erit à *Reg. de Marinis lib.2.suar.resol.cap.*214. *num.*6. qui fuit opinionis posse Barones, nedum Castra diruta reficere, sed de novo construere absque Regis licentia; & similiter ruere videntur illa, quæ satis doctè scripta, & allegata fuerunt, attento jure communi, & Constitutionum Regni in causa Principis Hieracii contra Marchionem S. Georgii sub sequenti tenore.

Quod liceat Principi Hieracii reædificare, & reficere Casalia diruta etiam in alio loco sui territorii demanialis prædictæ Civitatis Hieracii, eaque habitatoribus replere infrascriptis mediis clarissimè demonstratur.

Jure communi permictitur Baroni reædificare Casalia diruta, & inhabitata, etiam sine Regis li-
2 centia, ut notat *Abb.in cap.Pisanis, num.*15. *de restitut.spol.* quem post alios refert, & sequitur *Felin. ibidem num.*33. *Civilistæ omnes in l.per Provincias, C.de ædific. privat. & in l.1. §.reficere, alias ædificare, ff.de mort. infer. Rebuff.in l.quicumque, C.de fund.limitroph.lib.*11. Ex nostris optimè hoc fundat *Bammac.* omninò videndus in *cap. generali, qu.*16. *in tit. si de feud. defunct.* ubi testatur hanc esse communem, & conferunt cumulata per *Boer. decis.*320. *per totam.*

Jure verò nostri Regni Baronibus conceditur facultas non solùm Casalia diruta reficiendi, sed
3 etiam nova ædificandi in eorum territoriis demanialibus sine Regis licentia, ità *Isern.in Constit.Regn.contra Munitiones*, ubi dicit hæc verba; *Hodie Comites, & Barones præterquam in locis demanii Regis, in Castris, & eorum Terris sitis non propè confinia Regni possunt si volunt, de novo facere, vel reficere Castra sine licentia*, quem refert, & sequitur *Afflict.* omninò legendus *ibidem num.*3. qui ponit regulam, quod Barones possint Castra ædificare in suo Territorio sine licentia Regis, & *Bammacar. ubi sup. num.*199. ex duabus *Regni Constitutionib.* incip. *Castra, & in locis demanii* reassumit unam notabilem conclusionem, licitum esse Baronibus in Regno reficere Castra, & Casalia diruta, & nova ædificare, dummodò hoc faciant in eorum Territorio, & non in demanio Regis, & præter alios citat *Guliel. Pern.* eximium feudistam in *primis feudorum notab.num.*8. *vers.de Castro.*

Hanc conclusionem limitant omnes supradictâ *DD.* multis in casibus, & præsertim quando Ba-
4 ro vellet hoc facere ad æmulationem, & injuriam alterius, ut patet ex *Isern. & Afflict. ubi sup.* & hoc auctoritate *Innoc.in dict.cap.Pisanis de restit.spoliat.*

*Abbas verò in dict. cap. Pisanis num.*15. notabilitèr explicat hanc limitationem per infrascripta
5 verba: *Hæc dicta Innocentii ego puto procedere in possessore injusto, seu tiranno, si verò possessor esset justus tunc distinguerem, quod aut vult reficere ædificia, vel inhabitare de novo ad injuriam, & æmulationem alterius, ut scilicet alteri noceat, & sibi non prosit, & ea casu nequaquam potest, aut hoc non facit ad injuriam alterius, sed ad conservationem, & augmentum patrimonii sui; & tunc puto hoc ei licere, nec posse per alium prohiberi, etiamsi alii inferatur timor, vel damnum, ad hoc text. optimus in l.si meo, ff.de aq.pluv.arcen.* hanc notabilem declarationem refert, & sequitur *Felin. ibid. num.* 34. Hic est casus noster. D.Princeps intendit uti jure sibi competenti, reficere damnum, & simùl patrimonium augere, ac Baroniam meliorare.

Quibus positis corruunt notata per *D.de Ponte in tract.de potest.Proreg.tit.de divers. prov. fier.sol,*
6 *fol.mihi* 466. quià, ut ex lectura apparet perfunctoriè loquitur articulum non degustando, cum penitus de prædictis mentionem faciat, imò *Constitut. Regni* incip. *Castra*, quam allegat, loquitur tantummodò de ædificiis factis ante tempus ipsiusmet Constitutionis, de futuris autem verbum nullum, ut notabilitèr advertit *Isern.post glos.ibid.* cujus verba suprà retulimus, & post eum *Afflict.eod.num.*3. *& seq.* ubi articulum plenè tractat, ex quibus apparet, quod in *decis.*365. *num.*70. perfunctoriè fuit loquutus, dum nihil allegat, & contrarium alibi optimè firmaverat.

Et illud aliud, quod statuit ibidem *D.de Ponte*, de clausula ponenda in assensibus, ut scilicet *Castra*
7 *refecta inhabitentur per Extraneas, non autem per Regnicolas*, est omni ratione, & authoritate destitutum, siquidem ex eo sequeretur, quod facultas concessa Baronibus esset inanis, ad quid enim deserviret refectio, & ædificatio Casalium si ea non possit habitatoribus etiam Regnicolis impleri, lex enim tribuit facultatem Baronibus reficiendi Terras inhabitatas, dummodo hoc non faciant ad æmulationem, quod in dubio
8 non præsumitur, ut dixit *Isern. in dict. Constit. Regn.*

Digitized by Google

Regni Castra, imò præsumitur potius contrarium,ut faciant propter eorum commoda, ut *d. glos.notab.in l.flaminum, §.fin.in verb.non teneri, ff.de damn.infect.* debet attendi, quod principaliter fit,*l.rogasti, ff.si cert.petat.*plura ad propositum congerit *Boer. decis.*320. *num.*8. imò hæc doctrina est contra ea, quæ dicit *Abbas d. num.*15. ubi dicit, quod quando Baro facit illud ad conservationem, vel augumentum sui patrimonii, etiam si alii inferatur damnum, non poterit prohiberi, quià principalitèr suum intendit commodum, & quando quis redit ad jus illud, quod priùs habebat, non potest alter conqueri, etiam si jus suum lædatur, *glos. fol.in l.si unus, §.pactus ne peteret, versic. quod in specie, ff.de pact.*

Hodie vero tanto minus poterit practicari illud, quod dixit *Dom. de Ponte* ex eo, quia per no-
9 vissimam *Pragm. Anni* 1614. editam tempore Præsidatus Comitis de Lemos Junioris ad tollendum omne præjudicium Universitatum, si quod esset, statutum fuit,quod jus focularii non solvatur à fumantibus absentibus in loco in quo habitant; Cœtera vero onera,in loco numerationis, ibique redditur ratio, ut quolibet Universitas suum sentiat commodum pro parte; Si igitur nullum vertitur Universitatis præjudicium, nec aliorum, non video qua ratione in Affensibus sit ponenda clausula, quam dicit *De Ponte*.

Ex quibus omnibus manifestè, ni fallor, patet D. Principi omninò licere reficere etiam in alio loco Casalia diruta propter augumentum suæ Civitatis, dúmodò hoc faciat in suo Territorio. Videnda est decisio in Banca Gratiani, lata referente in Reg.Camera D.Præsid. Natale seniore.

OBSERVATIO XIII.

SUMMARIUM.

1 *Represaliæ sunt ad instar belli,itaut concedantur adversus illos, quibus bellum inferri potest.*
2 *Represaliæ conceduntur data hostilitate inter Principes absque distinctione fidelium,vel infidelium.*
3 *Represalias concedere potest Supremus Princeps, qui potest indicere bellum, & pacem facere.*
4 *Sequestrum per viam represaliarum factum contra subditos alterius Nationis, an comprehendat illius subditos Originarios effectos Incolas in hoc Regno.*
5 Pragm.1. sub hoc tit. *inducit confiscationem ipso jure contra manifestos proditores.*
6 *Notorius proditor num dicatur quando constat de rebellione ex propria confessione.*
7 *Notorietas quomodo practicetur contra absentem, vel negantem.*
8 *Rebelles notorii, & manifesti amittant dominium, & possessionem bonorum à die patrati criminis.*
9 *Debitores num possint solvere committentibus crimen perduellionis.*
10 *Perduellionis delicto probato conjecturis, ex quibus reus fuit damnatus pœna extraordinaria,num sit locus confiscationi.*
11 *Hæc Pragm. non procedit in crimine hæresis, in quo requiritur sententia declaratoria ferenda per Judicem Ecclesiasticum, & sollemniter exhibenda coram Judice sæculari.*
12 Breve Papæ Julii III. editum de Anno 1554. *per quod prætenditur sublata in Regno confiscatio in crimine hæresis, num fuerit usu receptum.*
13 *Confiscatio num habeat locum respectu bonorum maternorum, & aliorum consanguineorum,& extraneorum delatorum filio ante crimen à Patre commissum, num.*14.
15 *Et quid in bonis donatis ante crimen.*
16 *Bona materna in crimine læsæ Majestatis Divinæ, vel humanæ non confiscantur, attenta gratia Civibus Neapolitanis concessa.*
17 *Pœnæ contentæ in* text. l.quisquis,§.filiis verò, C.ad l.Jul.Majest. *num sint sublota ex generali Consuetudine.*
*Et quid in Regno, num.*18.
19 *Verba* Philipp. Andræe Oldemburgeri de reb. publicis turbid. membr.3. fol. 423. *referuntur.*
20 *Cautela fundandi majoratum ad Fisci exclusionem ante cogitationem delicti perduellionis ab hærede perpetrandi refertur, & comprobatur in Regno quampluribus exemplis verum judicatarum.*

De bonis Proditorum. Pragm.V.

Habbiamo ricevuta lettera di S.M.

Demandantur represaliæ contra Subditos Coronæ Angliæ.

Represaliæ sunt ad instar belli, itaut illi, quibus jure bellum inferri potest, adversus eos
1 etiam represaliæ locum habent, *Gaill. observat.* 28.*num.*9. *Sixtin.de Regalib.lib.*2.*cap.*1.*nu.*30. & sicut bellum per se, & intrinsecè justum, ac licitum esse potest,ita represaliæ ex eadem justitia metiendæ sunt, tamquam ejus species, *Peschwitz de represal.cap.*2. *de justit. represal.nu.* 53.& quod posita hostilitate inter Principes abs-
2 que ulla distinctione fidelium, vel infidelium licitum sit represaliare personas,& bona subditorum Principis inimici,scribit *Cardin.de Luca de Regalib.disc.*170.*à num.*9. & quod hanc Rega-

liam concedendi represalias potiatur Invictissimus noster Rex Catholicus tamquam Rex Neapolitanus, & uti Dux Mediolanensis, *Consil. Arias de Mesa variar. resolut. lib. 2. cap. 22.*
3 cum potestas represaliarum ad solam Majestatem Supremam pertinet, sicut & bellum facere, & pacem, *l. neminem, C. de re milit. lib. 12. l. unica, C. ut armor. usus inscio Princ.* idem *Peschuvitz de represal. cap. 5. n. 1.*

Hinc unum valde adnotatione dignum observandum duximus, quod quando Rex noster indi-
4 cit Represalias contra subditos alicujus nationis, non comprehenduntur Originarii effecti habitatores in hoc Regno, qui munera in eorum Patria non subeunt, ut fuit declaratum de Anno 1655. per Philippum IV. Regem occasione sequestri facti contra naturales subditos Reipublicæ Januensis, & Literæ Regales habentur apud *Marott. discept. for. cap. 8.* quod prius decisum extiterat apud *Dexart. decis. Sardin. 85.*

Ultra ea, quæ adduximus in primis editis observa-
5 tionibus super *Pragm. 1. hujus tit.* convenit, ut hic cætera alia practicabilia addamus circa confiscationem bonorum rebellium ipso jure, per hanc *Pragm.* inductam.

Et dum requiritur, ut sint manifestè proditores, notandum erit, quod manifestus, & notorius prodi-
6 tor dicitur rebellis, & eò ipso quod de rebellione constat ex propria confessione, *R. Reverter. decis. 72. to. 1.* sequitur *Maresca de legib. public. judicior. glos. 5. n. 12.* & quod hæc nō sit propria, sed impropria notorietas, ex *Scacc.* dixit *R. Capyc. Latr. decis. 167. à n. 42. cum seqq. to. 2.* ubi distinguit species notorii, & tradit quod quando
7 agitur contra absentem, vel negantem debet præcedere Judicis pronunciatio, delictum esse notorium prævio decreto, quod *procedatur per viam notorii*, quemadmodum, dum hæc scribo, servatum fuisse audivimus contra illos Feudatarios repertos authores in ultima rebellione, quæ contigit in hac Civitate sub die 23. Septembris Anni 1701.

Posita hac manifesta proditione rebelles amittunt dominium, & possessionem bonorum à die pa-
8 trati criminis, quod erat de jure communi respectu dominii, ut advertit *Reg. Rovit. hic nu. 3.* Sed quid respectu Nobilitatis, an dicatur adempta à die patrati criminis, vel à die sententiæ ferendæ, videndus est *Anton. Fab. in Cod. lib. 9. tit. 6. definit. 8. ad L. Jul. Majestat.* ideoque non possunt debitores post patratum hoc crimen solvere delinquenti, vel ejus cessionario in fisci præjudicium, cui ipso jure bona per rebellionem
9 fuerunt quæsita, *Reg. Revert.* qui sic decisum refert, *decis. 126. tom. 1.* ubi latissimè *Reg. de Marinis in observat.* qui tradit venditionem factam ab eo, qui incidit in crimen perduellionis Divinæ, vel humanæ esse nullam, & posse Fiscum bona distracta à manibus emptorum vindicare, nullo soluto pretio, dummodò delictum non sit probatum conjecturis, ubi allegat *decis. Reg. Moles 8. in tit. de jur. devolut.*

Dicit *D. Reg. de Marinis*, *dummodò delictum non sit probatum conjecturis*, quia tunc cum esset lo-
10 cus pœnæ extraordinariæ, non esset locus confiscationi, maximè si reus condemnetur in pœnam exilii temporalis, ad *text. in l. relegatorum, §. ad tempus, ff. de interdict. & relegat. Guazzin. de confiscat. bonor. concl. 13. limitat. 7. 8. & 9. nu. 2. & 3. Reg. Capyc. Latr. consult. 131. nu. 10. & 22. Massin. apud eundem Guazzin. de confiscat. qu. 3. num. 49. 50. & 51.* & quamvis contradicere videatur *decis. Mastrill. 271. num. 28.* tamen illam refellit *Ginrb. consf. crimin. 58. num. 18. & 19.* & stant rationes, & novissimæ decisiones, quas adduximus in *observat. ad Pragm. 4. in §. E perche de Ill. Scop.*

Hæc *Pragm.* non procedit in crimine hæresis, in quo non proceditur ad confiscationem per Prin-
11 cipem laicum, nisi facta prius declaratione hæresis per Judicem Ecclesiasticum, juxta *text. in cap. penult. de hæret. in 6. Reg. Rovit. in commentar. super dict. Pragm. num. 10. DD. apud Consiliar. de Rosa consult. 4. seu 74. num. 7. tom. 2.* imò ad hoc, ut Judex Sæcularis possit procedere ad sequestrum, & demum ad confiscationem, debet ei de hoc crimine constare per sententiam Judicis Ecclesiastici coram eo cum omni sollemnitate exhibendam, juxta ea, quæ animadvertit *Dom. Reg. de Marinis in observat. ad decis. 92. Reg. Reverter. num. 7. 8. & 9. tom. 1.*

Nec suffragatur Neapolitanis ad hanc confiscationem effugiendam *Breve Papæ Julii III. Anni* 1554. disponentis non posse in Regno in hære-
12 sis crimine procedi ad confiscationem, quia nunquam fuit de eo habita aliqua ratio, & quamvis Civitas Neapolitana misso Oratore ad *Philippum II. Hispaniarum Regem* supplicasset pro confirmatione dicti Brevis, D. Rex nullatenus adhærere voluit, ut habetur apud *Reg. de Marin. in observat. ad decis. 93. D. Reg. Reverter. num. 6. 7. & 8. tom. 1.*

Quamvis sit adeò horrendum, & detestabile hoc crimen, quod pœnæ transeunt etiam ad filios,
13 qui nedum privantur successionibus paterna, materna, avita, & aliorum conjunctorum, & extraneorum tam ex testamento, quam ab intestato, ad hoc ut in perpetua egestate permaneant, juxta *text. in l. quisquis, §. filii verò, ff. ad Jul. Majest. & in cap. vergentis, extra de hæretic.* nihilominus non desunt limitationes ad favorem filiorum introductæ, quarum

Prima est, ut hæc pœna non habeat locum in hæreditate, & bonis Aviæ, vel maternis filio dela-
14 tis ante crimen à Patre commissum, *Grammat. decis. 6.* ubi sic decisum refert *Farinac. de crimin. les. Majest. qu. 115. §. 3. nu. 110.* nec habebit locum in bonis à Matre, vel extraneo inter vivos filio donatis, idem *Farinac. cit. qu. 115. num. 112.* ubi hanc opinionem mordicus defendit contra

Gig.

Gig.de crimin. leſ.Majeſt. reſpondendo ad *text.*
in dict.l.quiſquis eandem ſententiam tuetur *Ti-*
*ber.Decian.tract.crimin.lib.7.cap.*41.*n.*21.com-
probat *Peregr.de jur.Fiſc.lib.3.tit.9.num.*11. &
15 in donationibus ante crimen delatis, in quibus
minorem agnoſco difficultatem loquitur *Brun-*
nem.in comment.ad dictam l.quiſquis.
Limitatur ſecundo, in Civitate Neapolitana, ubi
ex *Gratia* Neapolitanis conceſſa non publican-
16 tur bona materna in crimine læſæ Majeſtatis
Divinæ, vel humanæ, ut patet ex *Gratiis con-*
ceſſis per Regem Catholicum in Anno 1505.*cap.*
34.*fol.*41.*à ter.* de qua memor fuit *Reg.Revert.*
*deciſ.*233.*tom.*1.
Limitatur tertio, ex generali Conſuetudine nedum
Italiæ, ſed totius Orbis, ob quam ſunt ſublatæ
contra filios omnes pœnæ contentæ in dicta
17 *l.quiſquis*, adeoquod non confiſcatur legitima,
nec peculium, nec bona materna, *Merlin. de le-*
*gitim.lib.3.tit.*1.*qu.*30.*num.*26.*Maſſin. de confi-*
*ſcat.qu.*4.*nu.*48. de communi *Cevall.comm.con-*
*tra comm.qu.*653.*num.*38. & alii laudati à *Dom.*
*Mareſca de legib.publicor. judicior. gloſ.*6.*n.*78.
ubi teſtatur vidiſſe in Regno in facti contingen-
tiis filios à dictis pœnis exemptos; ſed contra-
18 ria obſervantia in Regno patet ex *deciſ.*25. 96.
& 333.*Reg.Revert.* in quibus filii fuerunt ha-
biti pro incapacibus bonorum maternorum ob
Patris rebellionem, & ſucceſſio fuit delata aliis
Collateralibus ab inteſtato venientibus, juxta
æquiorem, & veriorem ſententiam, quam profi-
tetur *Henric.Bocer.de crimin. Majeſt.cap.*3. *nu.*
72.*cū ſeqq.* unde ego ſemper inſequendam exi-
ſtimo hanc æquitatem, quia pœnam dictæ legis
reſpectu filiorum injuſtam exclamant *DD.apud*
19 *Philipp.Andream Oldembergerū de reb. public.*
*turbid.memb.*3.*fol.*423. his verbis: *Pœnam ſe-*
*ditioſorum in liberis, de qua l.*5.*C.Majeſt. quam*
*Wiſſenbechius (diſp.*14. *ad Pand. th.*12. *Schoc-*
*kjus (l.*2.*de ſedit.cap.*12.) *& alii injuſtam excla-*
mant; Ego cum aliis ex principiis juſti extraor-
dinariis, & regulam rationis ſtatus juſtam eſſe
cenſeo, modo innoxii liberi non in corpore, ſed
in ære, & bonis paternis puniantur, ut alibi la-
tius deducam.
Limitatur quarto, quando teſtator, vel pater uſus
fuiſſet cautela contra Fiſcum excogitata, nem-
20 pè, *ut ſi filius, vel alius inſtitutus inciderit in*
crimen læſæ Majeſtatis Divinæ, vel humanæ
adhuc in primo capite, tunc & eo caſu ante cogi-
tationem dicti delicti, & per dies quinque antea
cenſeatur exhæredatus, & alius ſubſtitutus, &
vocatus ex propria perſona ad ſuccedendum non
expectata morte naturali delinquentis, cum ex-
preſſione, quod teſtator hoc facit non animo frau-
dandi Fiſcum, ſed ut bona conſerventur in fami-
lia, & ejus hæredes ſe abſtineant à ſimilibus cri-
minibus perpetrandis, Sebaſtian.Guazzin. de
*confiſcat.bonor. concluſ.*27. *à num.*7. *ad* 13. de
cujus cautelæ validitate non eſſe dubitandum,
ſcribit *Cardin.de Luca de Regal.diſc.*160.*à nu.*
7.*cum ſeqq.* ubi teſtatur non potuiſſe invenire
DD. contrarium firmantes, ceſſante poſitiva
fraudis probatione. Quam cautelā receptam, &
probatam habemus in Regno noſtro apud *Re-*
*verter.deciſ.*336. *in princip. tom.*2. *ubi de Mari-*
*nis num.*2.*&* 3. & per deciſionem factam in
cauſa fideicommiſſi D. Alexandri de Monti-
bus Marchionis Achajæ, cujus tenor inſertus ha-
betur apud eundem *De Marinis lib.*1. *cap.*166.
num. 12. maximè ſi filii vocati ad fideicommiſ-
ſum, ſint nati ante delictum, ut fuit habitum pro
vero in cauſa perduellionis Principis Sanciæ,
*De Marinis cap.*95.*num.*7. *in fin. tom.*2. *& in*
*obſervat. ad deciſ.*25. *Reg. Reuerter.* ubi tradit
ſtantibus his determinationibus non eſſe de hoc
amplius dubitandum, reprobato *Fab. de Anna*
*conſ.*2.*in* 2.*dub. num.*41. qui ſententiam contra-
riam reportavit, ut ipſemet teſtatur in *lib.*2.*ſuor.*
conſ.in princip.verſic.contra novum conſilium, ut
verum fatear, fuit deciſum.

OBSERVATIO XIV.

SUMMARIUM.

1 *Voti propalatio non poteſt fieri, nec verbis, nec ſignis, & quare, num.*2.
3 *Voti propalatio non poteſt fieri etiam poſt cauſam deciſam, niſi propalatio fieret Proregi.*
4 *Pœna privationis officii ob voti propalationem, quando fuit practicata.*
5 *Recuſationi Judicis ob voti propalationem, quando, & in quibus caſibus aperiatur locus.*
6 *Præſes S.R.C. an poſſit excipere aliquas cauſas à commiſſionibus generalibus, quæ ſolent fieri in perſonas Regiorum Conſiliariorum tranſeuntium de una ſedia ad aliam, vel tranſeuntium ad munus Aulæ Præfecti, vulgò* Capo di Rota, *& refertur caſus deciſus.*
*Et quid in cauſis ſuſpitionum, num.*7.
8 *Recuſatio Judicis ob conſanguinitatem, vel affinitatem cum Advocato patrocinium præſtante ad quas perſonas extendatur, & uſque ad quem gradum.*
9 *Et quid quando parentela eſſet adeo Nobilis, quod de ea poſset gloriari, nedum Judex, ſed Advocatus.*
10 *Et quid in terminis noviſſimæ* Pragm. *editæ per Comitem de S.Stephano ſub die* 2.*Septembris* 1689.
11 *Recuſatio in perſonam Judicis an procedat quando conſanguineus non intervenit uti Advocatus, ſed uti Amicus protegendo cauſam.*
12 *Recuſatio Judicis conſanguinei Advocati militat etiam ob patrocinium, quod præſtatur in aliis cauſis.*
13 *Recuſatio Judicis conjuncti in gradu cum Advocato non poteſt proponi ab eo, qui talem ſum-*

fumpfit Advocatum, fed ab altero collitigante, contra quem patrocinium præftatur .

14 *Recufatio Judicis conjuncti cum Advocato eft Juris, quæ nullo coarctatur tempore.*

15 *Præeminentia Præfidis S.R.C. dirimendi vota æqualia fuit fublata per hanc* Pragm.

16 *Præf.S.C.an poffit dare Adjunctos in incidentibus, in quibus ipfe non intervenit ; Et quid facta paritate in Tribunali Regiæ Siclæ .*

17 *Votorum paritate facta in Collat.Conf.in caufis criminalibus publicatur decretum ad favorem Rei .*

18 *Proreges Regni non folent dirimere votorum fciffuram contingentem in Coll.Conf.in caufis civilibus , & refertur noviffimum exemplum de Anno* 1703. *num.* 18. & 19.

De Caufis decidendis. Pragm. I.

La più principal cofa , &c.

COncordat hæc *Pragm.* in §. incip. *Per quanto*, cum *Pragm.* 13.§.9.*in fine* , & cum *Prag.* 17.*de offic. S.R.C.* quarum obfervantiam injun-
1 git, dum mandat ; ut Confiliarii in votando non
explicent, vel propalent votum,nec verbis,nec
fignis , aut quovis modo antequam votandi locum ipfis competere cœperit fub pœna fufpenfionis per fex menfes pro prima vice , & privationis pro fecunda , & idem fuit ftatutum refpectu Regiæ Cameræ per *Prag.*28. *de Offic.Proc. Cæfar.*

Has Pragmaticas effe fummo ftudio fervandas, nè ex authoritate Præfidis , vel Seniorum aufera-
2 tur libertas votandi,monuit *Reg.Tap.lib.*2.*Jur. Regni fuper citat.Pragm.*13.*rub.*2.*ante n.*40.*fol. mihi* 155. fequitur *Cafar.in fpec.pereg.qq. lib.*1. *qu.*1.*à nu.*6.*cum feqq. Reg.Petra in commentar. fuper Rit.*205.*num.*78.*tom.*3.

Quatenus in §.2.incip. *Item* ; prohibetur propalatio voti poft caufam decifam excepta propala-
3 tione illa , quæ fieret Proregi , ibi : *Salvo la perfona noftra* , obfervandum erit , quod pœna privationis officii , quæ per hanc legem injungitur, ob voti propalationem practicabatur ante *Prag.* prout fuit practicata Anno 1560. contra *Reg. Confil.Marin.Frecc.*ut habetur ex *Arreft.Regiæ*
4 *Camer.*64. *in recollectis per Reg. de Marin. ad*
Revert. & ex Exteris dixit *Anton.Thefaur.in fua decif.*1.*num.*13. *verf.caveant* , cujus memores fuimus in *obfervat.ad fing.*28 t. *noftri Genitoris.* Obfervatio hujus *Pragm.* fuit noviffimis ordinationibus cõfirmata cum Literis Regalibus Anni 1684. quæ prodierunt poft Vifitationem Reg.Danefii Cafati Generalis Vifitatoris in hoc Regno,ut in *Pragm.*13.*de Official.& his,quæ eis probib.in* §. incip. *En primer lugar tom.*4.

Quod attinet ad Judicis recufationem orientem ex voti propalatione , conducit optima decifio *Reg.Reverterii* 219.*lib.*1.ubi habetur judicatum per Collat. Conf. effe fufpectum Præfidem R.
5 Cam.D.Didacum Efcobar , ex quo in relatione
caufæ votum propalaverat nonnulla referendo, quæ in facto deficiebant ; Verum hodie attenta noviffima *Pragm. edita fub die* 2. *Septembris* 1689. voti propalatio non eft fic indiftinctè jufta recufationis caufa in omnibus cafibus , fed adhibendæ funt diftinctiones illæ traditę per me In *obfervat. ad fing.mei Genitoris* 388. *à nu.*46. *ad* 51. & quod ante dictam *Pragm.* etiam circumfpectè agendum erat in fimilibus fufpitionibus proponendis,docuit *R.de Marinis in obfervat.ad citat.decif.nu.*2. adeoque multoties fuerunt capita fufpitionis rejecta , vel mandatum , *vifa depofitione Judicis negantis, quod interveniat*,abfque termini impertitione fuper verificatione verborum , ut conftat ex exemplis apud *Reg.Sanfelic.decif.*80.& *R.Petr.fuper Rit.*265. *num.*183.& 184.*tom.*2.

§. Tertius hujus *Pragmaticæ*,in §.incip. *Item fiamo informati* , malè fervatur , dum quamvis injun-
6 gat, ut Confiliarius fucceffor fuccedat in fedia,
& in commiffione omnium caufarum , quas tenebat Confiliarius antecedens , ac etiam in illis caufis, quæ aliis Confiliariis fuerant commiffæ; Nihilominus Præfides S.R.C. paffim confueverunt decernere particulares commiffiones caufarum ante commiffionem generalem , à qua poftmodum illas excipere folent , & dicunt in decreto, *præter commiffa* . Quæ praxis adeò recepta fe habet,quod Anno præterito 1702.probatam fuiffe audivimus per Collat. Confilium in caufa vertente in S. C. inter Principem Sancti Martini , & Comitem de Lemos , cujus erat Commiffarius Reg.Confiliarius D. Carolus Petra , tamquam Caput Aulæ , & poftmodum ob ejus infirmitatem, & mortem inde fecutam,caufa commiffa extitit D.Confiliario Loffada;Cumque facta commiffione generali in perfonam Regii Confiliarii Raetani tranfeuntis ad munus Aulæ Præfecti,caufa prædicta extitiffet excepta à commiffione,Princeps S.Martini recurfum habuit ad Collaterale Confilium adverfus decretum Spectabilis Præfidis S.C. totam vim conftituendo in difpofitione hujus *Pragm.* fed illud Suprem.Tribunal approbavit decretum Spectabilis Præfidis , ut ex actis In Banca de Auriemma, apud Scribam Dominicum Cofta .

Non fervatur fecunda difpofitio hujus *Pragmat.* in caufis recufationis Judicum , in quibus com-
7 miffa caufa alicui ex Regiis Confiliariis ob fufpi-
tionem alterius, etiam quod poftea illi Confiliario recufato, & fufpecto jam declarato,fuccedat alius Confiliarius non fufpectus,remanet nihilominus caufa fufpitionis,cui prius ob fufpitionem commiffa fuerat non confiderata amplius perfona primi Cõmiffarii recufati , quià ab eo dicitur penitùs caufa abdicata, juxta *decif.*719. *D. de Franch.num.*3. & alias confimiles quas refert *Confil.*

Digitized by Google

Consil. Staib. resol. 117. *à num.* 5. *ad* 9. sequitur *Consil. Altimar. ad decis.* 50. *Reg. Rovit. num.* 7. *R. Petr. sup. Rit.* 265. *num.* 99. Sed dubito hodie de his decisionibus attentis literis Regalibus, ex quibus suspitionum causæ sunt committendæ in sequenti Aula, & non in Aula ubi tractatur causa principalis, *Reg. Rovit. decis.* 81. *num.* 15. *Reg. Petr. sup. cit. Rit.* 265. *num.* 74. *&* 75. maximè attenta dispositione *Pragm.* 10. *in* §. 2. *de suspit. Official.* qua cavetur, ut Commissarius causæ suspitionis possit procedere in causa principali usque ad sententiam exclusivè.

Cum in §. 4. incip. *Item*, sunt cōcordantes, *Prag.* 23. *in* §. 3. incip. *Item statuimus de offic. S.R.C. Prag.* 7. *in* §. *Item statuimus il* 2. *de offic. Judic. Prag.* 5. *in* §. 4. *de muner ib.* per quas numerātur personæ,
8 quæ prohibentur patrocinium præstare coram Judicibus sibi conjunctis, nempè filius, frater ex uno, vel utroque latere, frater patruelis, Patruus, & Gener, & quod illud, quod est dispositum in gradu consanguinitatis, intelligatur de gradu affinitatis, ut puta, ut illud quod disponitur de fratre patruele, intelligatur de viro sororis patruelis, seù consobrinæ, & illud quod dicitur de nepote intelligatur in marito nepotis, & sic de cœteris. Verum *Reg. de Marin. in observat. ad decis.* 517. *Reg. Revert. num.* 7. *in fin. & observat.* 153. *num.* 3. *lib.* 1. enumeravit gradus, & dixit esse locum Judicis recusationi virtute harum *Pragmaticarum*, in causis, in quibus interveniunt uti Advocati ejus affines, vel consanguinei usque ad quartum gradum consanguinitatis de Jure civili, & quod ultra hos gradus, vel personas descriptas in Statuto non extendatur suspicio, vide *Reg. Matthæù de re crim. controv.* 65. *num.* 68.

At quando consanguinitas inter Advocatum, & Judicem est adeo Nobilis, quod de ea potest gloriari, nedum Judex, sed Advocatus, tunc
9 prætendi potest suspitionem posse extendi ultra gradus comprehensos sub Reg. *Pragmat.* & sic usque ad decimum gradum, *Reg. D. Carolus Petra super Rit.* 295. *num.* 131. *tom.* 3. *ubi sic decisum refert, & in eodem Rit.* 295. *num.* 123. *in fine. tom.* 2. Et quod recusatio in capite consanguinitatis extendi quoque possit usque ad decimum gradum ob interesse successionis, non obstante
10 dispositione novissimæ *Prag. Comitis de S. Stephano* restringentis tales suspitiones usque ad tertium gradum, dixi in *observat. ad sing.* 388. *nu.* 60. ad quam assertionem magis firmandam nunc addo *Stephan. Berrutt. in allegat. apud Baron. de effect. lib. inimicitiæ num.* 14. *& plenius idem Baron. effect.* 116. *nu.* 5. *Reg. de Marinis in observat. ad decis.* 456. *Revert. num.* 13. *tom.* 2.

Dum hæc *Pragm.* injungit pœnam, & prohibitionem contra Advocatos præstantes secretum patrocinium cum Judice sibi conjuncto, non ob-
11 stante quod compareant alii publici causarum Patroni, ampliabis illam procedere etiam cōsanguineis non intervenientibus uti Advocatis, sed tamquam amicis, & fautoribus ad protegendum causas, & ducendum Advocatos ad Judices informandos, *Reg. de Marinis*, qui sic judicatum refert *lib.* 2. *suar. resol. cap.* 9. *num.* 6.

Accedit prohibitionem hujus *Pragm.* præscribere sibi locum, nedùm in illa causa, in qua Judicum
12 conjuncti sunt Advocati; sed etiam illis intervenientibus uti Advocatis in aliis causis ejusdem litigantis, ut fuit provisum per *Gratias Civitati* concessas, de quibus in *Pragm.* 7. *de suspition. Official.* & quamvis hoc non vidisse servatum testetur *R. Tap. lib.* 3. *Jur. Reg. super Prag.* 23. *de Offic. S.R.C. num.* 42. *fol.* 189. tamen exempla pro Gratiarum observantia afferuntur per *Reg. Petra super Rit.* 265. *num.* 133. *tom.* 3. & sup. eod. *Rit.* 265. *vers. etiam si Judex in fin. tom.* 2.

Verùm advertendum erit, quod hæc recusatio non potest proponi nisi ab Adversario collitigante,
13 contra quem Advocatus Judici conjunctus patrocinatur, quia si iste suum præstaret consensum, non posset Judex à judicando se abstinere, juxtà declarationem *Prag.* 6. *sub. tit. de suspition.* quę fuit edita ad tollendam fraudem illam, quam committere possunt collitigantes sumendo in Advocatum Judicis consanguineum, ad hoc ut iste à judicando se abstineat *R. Tap. decis.* 40. *nu.* 19. *Consil. Theodor. alleg.* 3. *num.* 3. *Reg. de Marinis ad Revert. decis.* 517. *num.* 7. *in fine tom.* 2.

Hæc suspitio connumeratur inter Juris suspitiones, quæ nullo coarctantur tempore ad illas propo-
14 nendas, uti resultantes ex prohibitione harum *Pragmaticarum*, adeoquod Judex nulla proposita recusatione abstinere se debet à votando, nè acta nulla reddantur, juxta ea, quæ annotavimus in *observat. ad sing.* 388. *nostri Genitoris num.* 7.

Sublata extitit per hanc *Pragm. in* §. incip. *Item attendendo*, præeminentia illa, quę cōpetebat Præ-
15 sidi S.R.C. dirimendi vota æqualia, verum hodie illam retinent Præsides Senatus Delphinatus, & Senatus Pedemontani, ut testatur *Thesaur. decis.* 1. *n.* 5. fuit etiam ablata facultas Præsidi concedendi Adjunctos, & reservata D. Proregi in sententiis diffinitivis, sed non in incidentibus, in quibus non obstante quod Præses præ-
16 stitisset suum votum addere poterit illicò alium Consiliarium adjunctum pro dirimenda paritate, *D. de Franch. decis.* 252. *num.* 6. *Rovit. hic nu.* 2. *Tasson. de antefat. vers.* 3. *obs.* 3. *num.* 116. *in decimaquarta auctoritate*; quod tamen intelligendum erit quando incidens non esset magnæ importantiæ, & paritas non fuit publicata, quia his circumstantiis deficientibus erit recurrendum ad Proregem pro Adjunctis, ut practicatum vidisse, & audivisse testatur *Reg. Petr. in comment. sup. Rit.* 295. *num.* 77. *tom.* 4.

Præses S.R.C. dat quoque Adjunctum Tribunali Regiæ Siclæ suborta paritate inter duos Ratio-
17 nales dicti Tribunalis, ut ex *Surg. & Tasson.* adver-

vertit *Rocc.de officiis in tit. de præcedent. inter Præf.S.C. & Locumt.R.C.§.3. num.1.*

Suborta paritate in Collat. Conf. in causis crimi-
nalibus, novissima praxis recepta se habet pu-
18 blicandi decretum pro reo, juxta *text.in l.inter
pares, ff.de re jud.* & exempla habentur apud *R.
Petr.in comment.sup.Rit.274.num.153.& 154.
tom.3.* quamvis superioribus annis contrarium
servatum legamus apud *Consil.Prat. discept.for.
tom.3.cap.20. num.5. & 6.* in paritate tamen
contingente in causis civilibus de rarò, aut nun-
19 quam solent Domini Proreges dirimere voto-
rum scissuram inclinando in illam partem, quam
maluerint, quemadmodum post *D.de Franch.in
cit.decis.252.num.6.* admonuit idem *Petr.cit.loc.
& Altimar. ad cons.5. Reg. Rovit. num. 11.* &
Nos hoc Anno 1703. practicatum vidimus in
paritate orta in eodem Collaterali Consilio in
causa inter Judicem Magnæ Curiæ Vicariæ D.
Cæsarem Invitti, cum aliis Conjudicibus ejus-
20 dem M.C.V.D. Carolo Carmignano, & D. An-
drea de Afflicto, ut ex actis apud Mastellonum.

Cætera ad materiam paritatis votorum videnda sunt in *Observat.ad Prag.21.de suspit.vers.incip. circa votorum paritatem, & in obser.ad sing.300. nostri Genitoris num.1. & 2.*

OBSERVATIO XV.

SUMMARIUM.

1 *Consiliariorum numerus in una Aula non potest esse minor tribus in causis excedentibus summam ducatorum biscentum, & in causis suspitionum dependentium à causis taugentibus dictam summam requiruntur quoque tria vota conformia.*

2 *Nullitas ex defectu Jurisdictionis resultat in sententiis S.R.C. deficiente uno voto, vel Judice existente suspecto suspicione Juris in causis excedentibus summā ducatorum biscentum.*

3 *Sententia lata per duos Consiliarios in causa ultra summam ducatorum biscentum, an sustineatur pro summa infra ducatos biscentum.*

4 *Consiliariorum quatuor vota conformia requiruntur in S. C. quando agitur de reformando, vel infirmando decreto Aulæ criminalis M.C.V. in quo interfuerunt in votando duo Consiliarii Capita Aularum.*

5 *Consiliariorum numerus quantus esse debeat in causa tractanda junctis Aulis.*

6 *Consiliariis datis pro Adjunctis absentibus, vel impeditis per breve tempus sex, vel octo dierum, expectatur illorum adventus Partibus instantibus, sed si ulterius contigerit abesse non retardatur expeditio causæ.*

7 Pragm.4.in §.4.de dilat. *ampliatur.*

8 *Adjuncti dati ad supplendum legitimum numerum dicuntur Judices ordinarii, sed dati ad dirimendam paritatem, dicuntur Delegati, adeoquòd non potest procedi uno ex illis absentibus.*

De Causis decidendis. Pragm. II.

Se bene per la Prammatica, &c.

Plura statuuntur per hanc *Pragm.* in votandis, & decidendis causis, & signantèr, quod causa decidatur a Judicibus præsentibus existentibus in numero opportuno, exceptis illis causis, ubi adesset statutus numerus Judicum.

Numerus Consiliariorum statuitur, ut in una Aula
non possit esse minor tribus; in causis tamen
1 importantibus valorem ducatorum biscentum,
vel ultrà, quia infra dictam summam duo vota
conformia requiruntur *Pragm. 41. §.3. de offic.
S.R.C.* & in causis suspitionum dependentibus
à causis accedentibus ad summam ducatorum
biscentum, requiruntur quoque ad decisionem
validè proferendam tres Consiliarii conformes
in voto, *Pragm.1.de susp.* alias si unum votum
deficeret, resultaret nullitas ex defectu Jurisdi-
2 ctionis, *Reg. Rovit. decis.81.* quemadmodum
nulla quoque redderetur sententia, si unus ex
dictis tribus Consiliariis votantibus esset suspe-
ctus suspitione Juris, ut puta, quia extitisset Ad-
vocatus in illa causa, ut judicatum refert *Reg.
Matthæù de Regimin.Regn.Valent.cap.12. §.1.
num.18.& 19.*

Neque sententia lata per duos Consiliarios ultra
summam ducatorum biscentum sustineri potest
3 infra summam ducatorum biscentum, ad tradita
per *Camill.Borrell.in summ.decis.tit.30. de sen-
tentia diffinitiva, num.429. tom.2.* & quamvis
pro validitate rei judicatæ, quoad summam per-
missam stet *Consil. Altimar.de nullitatib.rubr.9.
qu.6.* nihilominus secundum opinionem *Bor-
rell.* habemus *Reg. Rovit.* scribentem in termi-
nis hujus *Pragm.h/c num.6.* ubi quod nullitas
sanari potest pronunciando unico contextu sen-
tentiam nullam, & iterum pronunciando cum
sufficienti numero votorum, prout in prima fue-
rat pronunciatum.

Requiritur numerus quatuor votorum confor-
mium in S.C. quando agitur de reformando, vel
4 infirmando decreto Aulæ criminalis M.C.V. in-
terposito cum voto duorum Consiliariorum ibi-
dem assistentium, *Prag.44.in §.4.de offic.S.R.C.*
sed interveniente uno Consiliario cum reliquis
Judicibus Aulæ criminalis, duo tantum Consi-
liarii sufficiunt in Aula S.C. ad decretum infir-
mandum, dummodò constat ex libro votorum,
*Reg.Rovit.super dict.Pragm. & Cons. Altim.de
nullit.rub.9.qu.50.num.60.tom.1.*

Sancitum quoque fuit per hanc *Pragm.* ut nume-
rus Consiliariorum in causa tractanda junctis
5 duabus Aulis non possit esse minus quorque,
exceptis causis illis, in quibus major numerus
Judi-

Digitized by Google

Judicum destinatus reperiretur; quia tunc minor numerus esse non posset, & similitèr injun-
6 gitur, quòd in casu quod aliquis ex dictis Judicibus esset impeditus, vel absens per breve tempus sex, vel octo dierum esset expectandus ejus adventus una ex Partibus instante, quod videtur fuisse in aliqua parte immutatum
7 per *Pragm.4.in §.4. de dilat.* ubi statutum fuit, ut adjuncti dandi in quocumque Tribunali censeantur Judices ordinarii, adeòquod illis deficientibus ex quocumque impedimento, non retardatur expeditio causæ in Aula, in qua adest numerus sufficiens Judicum requisitus à legibus Regni, quæ fuit ampliata habere locum etiam in adjunctis datis Judicibus Delegatis in causis criminalibus, *Reg.Merlin.controv. cap.25.num. 15.cen.1.*

Unde hac Regia Sanctione sic stante videtur sublata, quæstio nullitatis ob deficientiam Judicum
8 adjunctorum, de qua fuit actum apud *Rovit. cons.5.& 7.* & apud *Reg.Galeot.controv.58.tom. 2.* quamvis sublata non videatur respectu adjunctorum datorum ad dirimendam paritatem, qui adhuc retinent naturam Judicum Delegatorum, adeòquod non valeat processus factus illis, aut uno ex illis absentibus, ut post *Reg.Sanfel.in prax.Judiciar.in append. ad sect.3. Consil. Altom.in obser.ad cons.5. Reg.Rovit. num.3. & Nos diximus in obser. ad sing. 300. nostri Genitoris num.4.*

OBSERVATIO XVI.

SUMMARIUM.

1 *Consiliarii procedentibus in causis per tres menses inter præsentes, & sex inter absentes, num dicatur tacitè prorogata eorum jurisdictio de habitu ad actum, ità ut non possit de cætero moveri quæstio de Commissario.*

2 *Consiliarii non possunt se ingerere, nisi in causis commissis, ideò cessante commissione Præsidis in personam Consiliarii nullo potest induci prorogatio.*

3 *Prorogatio concurrens cum litis contestatione facit competens forum incompetens.*

4 *Praxis, & versutia, quam adhibere solent partes in supplicationibus,quæ porriguntur Præsidi S.R.C.ad finem obtinendi Commissarium, quem malunt, redarguitur.*

5 *Terminus trium mensium ad proponendam quæstionem de Commissario non currit à die commissionis causæ, sed à die quo Judex providere cœpit in contradictorio judicio, & n.7.*

6 *Litis contestatio fit ex narratione, seu petitione actoris, & contradictione rei.*

8 Pragm.6. de dilation. *interpretatur ad mentem* Pragm.7.sub eodem tit.

9 Pragm. *una recipit interpretationem ab alia,& caput unius Statuti ab alio capite.*

10 *Commissarii quæstio nullo coarctatur tempore, quando nullum redditur judicium: ob Judicis incompetentiam.*

Et quid perempta instantia, vel causa transacta, num.11.

12 *Jurisdictionis prorogatio non inducitur quando Judex procedit in contumaciam contra non subditum, & quid si Judex non sit penitus incompetens, sed ope exceptionis.*

13 *Commissio causæ si reperiatur facta duobus eodem die præfertur primus, qui supplicationem intimavit, & literas inhibitoriales præsentavit M.C.V. & notificatio personaliter facta præfertur citationi factæ domi, & quid quando citatus latitaret, nu.14.& 15.*

16 *Commissarii quæstiones deciduntur in prima instantia per Præsidem S.R.C. & postmodum per Coll.Cons. ubi conceditur unica reclamatio infrà mensem decidenda.*

17 *Præses S.R.C. suspectus in votando, num sit suspectus in decernendo quæstionem de Commissario.*

18 *Commissarii quæstione pendente non erit locus recusationi Judicis.*

19 *Commissarius alius destinatur pendente quæstione de Commissario.*

20 *Sententia lata per Consiliarium datum pro Commissario pendente quæstione de Commissario, num sit nulla.*

21 *Commissarii causarum suspitionum possunt procedere in causa principali usque ad sententiam exclusivè.*

22 Pragm. *extenditur ad casum similem ex identitate rationis.*

23 *Jurisdictionis prorogatio potest fieri in Consiliarium, qui in causa processit pendente quæstione de Commissario, quoties Consiliarius ille est ejusdem Aulæ,ubi residet Commissarius causæ principalis, alias resultaret nullitas ob translationem causæ de una ad aliam Aulam.*

24 *Causa committitur Consiliario sequentis Aulæ prævio rescripto S. E. quando omnes Consiliarii illius Aulæ, ubi causa pendebat non possunt intervenire.*

25 *Refertur decisio pro nullitate sententiæ latæ ad relationem Consiliarii dati pendente quæstione de Commissario.*

26 *Præses S.R.C. non potest decernere, ut Consiliarius datus pendente quæstione Commissarii, qui in causa processit, & decreta interposuit, continuet in procedendo,& causam principalem diffiniat, & affertur determinatio Coll.Cons.num.27.*

28 *Commissio causæ facta durante absentia Commissarii originarii, num expiret per reditum dicti Commissarii ordinarii, antequàm accedat ad Tribunal.*

29 *Consiliarius num possit pronunciare domi revocando gesta per M.C.V.*

30 *Consiliarii possunt decidere domi causas infra*

summam unciarum duodecim, & dicta sententia habent executionem paratam præstita cautione, quod hodie in praxi servatur.

31 *Refertur casus decisus pro nullitate sententiæ domi prolatæ per Consiliarium Delegatum.*

De Dilationibus. Pragmatica VI.

Ancorche per la Pramatica edita sotto il dì 11. di Maggio, &c.

QUando quæstio de Commissario proposita in Tribunalibus hujus Civitatis, non fuit proposita infrà mensem, postquam Commissarius cœpit procedere, non retardetur cursus causæ per decretationem fieri solitam, *quod intimetur Parti.* H.D.

Pragmatica VII.

Se bene per l'Illustri Nostri Predecessori, &c.

QUæstio de Commissario non potest ampliùs proponi, postquam coram uno Commissario Judice fuit processum in causa in contradictorio judicio per menses tres inter præsentes, & sex inter hæredes, & absentes, excluso remedio restitutionis in integrum, & qualibet alia exceptione, etiam ratione antiquæ descendentiæ, vel novi processus reperti. Hoc D.

Decisio harum *Pragm.* videtur fundata in regulis juris communis, quæ inducunt tacitam proro-
1 gationem ob tacitum litigatorum consensum datum in Judicem procedentem per spatium tanti temporis, ideòque mandatur, ut non possit objici exceptio incompetentiæ Commissarii ad finem impediendi cursum causæ, si is processit spatio unius mensis, & nulla controversia moveatur si processum fuerit per tres menses inter præsentes, & sex inter absentes, & hæredes, quemadmodum subtiliter perpendit in terminis harum *Pragm. Reg. Consil. Carlev. de Judic. tit. 1. disput. 2. à num. 1157.* comprobat *Consil. de Altomar. in observ. ad cons. 7. Reg. Rovit. num. 2. lib. 1. & de nullit. rubr. 9. quæst. 12. num. 5.*

Restringenda venit hæc prorogatio quando deficeret commissio Præsidis S.R.C. in personam
2 Consiliarii procedentis in causa per dictum tempus; quia cessante commissione nullo modo ex partium consensu potest induci prorogatio, cum adsit prohibitio *Regiarum Pragm.* 9. 10. 14. 16. & 41. *de offic. S.R.C.* per quas prohibetur Regiis Consiliariis ne possint se ingerere, nisi in causis commissis, *Marcian.* qui sic decisum refert *consf. 24. à num. 9. ad* 10. quod præscribit sibi locum, etiam quando commissio causæ inniteretur in simplici decretatione illa, quod *Idē Magnificus* absque eo quod appareret de originaria præcedenti commissione causæ, ut infrà demonstrabimus, & in hoc Anno 1703. fuit habitum pro vero in Coll. Conf. confirmando decretationem spectabilis Præsidis S.R.C. in causa Tarquini de Fusco, cum Dominico, & aliis de Alexio, penès Portium Scribam à mandatis.

Hinc fit, quod acta facta coram Consiliariis non apparente commissione, sunt nullitati obnoxia, diximus cum *D. Reg. Duce Vasti Girardi in observat. ad sing. 283. num. 5.* confirmat *Reg. Rovit. cons. 49. num. 2. lib. 3.* loquens in decreto interposito per S. C. ad relationem Consiliarii non causæ Commissarii, quamvis dissentire videatur *Horat. Montan. de Regal. in præfationib. num. 55.* ex quo decreta, & sententiæ proferuntur nomine S.R.C. & Commissarius solum subscribit sententiam nomine S.R.C.

Sed concurrente nedum subjectione litigantium in prorogando Consiliarii jurisdictionem, sed
3 quoque litis contestatione, crederem Consiliarium fieri competentem, etiam sine valida commissione, non enim subjectio litigantium jurisdictionem tribuit ei, qui non habet, sed ei, qui habet, tribuit, fortiùs quia litis contestatione forum incompetens fit competens, juxta jura, quæ ad id expendit *Antonius de Matthæis de criminib. lib. 48. tit. 13. c. 5. de judic. & for. competent. num. 16.*

Defectus commissionis sæpiùs contingere solet in praxi, & præsertim quando partes ad obtinen-
4 dum Commissarium, quem habere cupiunt, asserunt negotium trahere originem ab alio negotio, de quo est Commissarius Consiliarius, quem petunt, & Deus scit, quid commune habet unum negotium cum alio, undè meritò de hoc conqueritur *Carlev. de judic. tit. 2. disput. 2. num. 22. lib. 2.* advertendo esse providendum super similibus supplicationibus causa cognita, & citatis partibus ad finem decernendi, an *idem*, vel non *idem Magnificus* processurus sit, & an causa habeat eandem continentiam cum causa, quæ tractatur coram Judice illo, quem pars petit, an verò concernat causam alteri commissam.

Cœterum circa illud, quod in hac *Pragm.* statuitur, ut transacto spatio trium mensium nulla
5 controversia de Commissario moneatur, observandum erit tempus hoc currere à die quo Judex cœpit procedere in contradictorio judicio, ut habetur ex illis verbis: *Dal giorno che sarà commessa la causa, e si sarà proceduto avanti di lui ad alcuni atti in contradictorio judicio frà le parti,* quæ verba inferunt, ut ultra causæ commissionem copulativè lis contesteur per decreta interponenda in contradictorio judicio, actus enim litis contestationis nihil aliud est, quam narratio actoris, & contradictio rei, ex qua rei con-

6 contradictione adversus actoris intentatam actionem resultat litis contestatio, *l.ult. C. de litis contestat. Anton. de Matthæis de judic. disput.* 1. *num.*22. & *de crimin.ad tit. ff.* 48. *tit.*13. *de accusat.cap.*7.*num.*7.*fol.mihi* 631. ex Regnicolis videndus est *Reg.Rovit.super Pragm.*3.*de ordiu.judicior.num.*10. ubi quod litis contestatio requirit actoris præsentiam, & rei, per doctrinam *Bald.in l.*1. *C.de lit. contestat.* nec enim lis esse potest, ubi cessat alterius partis contradictio, *cap.forus*, §.*jurgium*, *versic. lis autem à contentione*, *de verbor.significat.*

Ex quibus nunquam acquiescere potui cum opinione illorum, qui passim credunt, tempus tam 7 unius mensis, quam trium mensium statutum ad proponendas similes exceptiones incompetentiæ Commissarii currere à die notificationis commissionis, quæ vulgò dicitur, *controsupplicata*, ex traditis per *Consil.Carlev. de Judic.tit.* 1.*disput.*2.*num.*917. *ergafinem*, siquidem non advertunt ad decisionem hujus *Prag.*per quã,ut supra tradidimus,statutum fuit, quod tempus ad proponendum quæstionem de Commissario currat à die quo fuit processum in contradictorio judicio, unde currit à die contentionis, cum lis incipere non possit, ubi non est contentio, neque contestatio ex supra traditis, quibus accedit *Fontanell.decis.*500.*num.*13.& 15.*tom.*3.

Eamdem interpretationem recipere videtur præcedens *Pragm.* ut similiter tempus mensis de-8 currat à die quo in contradictorio judicio processum fuit, quemadmodum in subsequenti sanctione extitit declaratum, quia non est novum, quod una *Pragm.* recipiat interpretationem ab alia, & caput unius Statuti ab alio capite, *l.non est novum, de legib.Fontanell. decis.*245. *num.*6. 9 *tom.*1.*Reg. Matthæi de regimin. Regni Valent. cap.*8.§.8.*à num.*98.*ad* 105.

Præterea ad hoc, ut nulla possit moveri quæstio adversus Commissarium procedentem per tres 10 menses, requiritur quoque, ut judicium feratur coram Judice competenti respectu rei conventi, cujus forum actor sequi tenetur, aliàs nullum redderetur judicium, & nullum tempus currere poterit,ad *text.in l.juris ordinem,C.de jurisdict. omn.Judic.l.fin.C.de emancipat.Scacc.de Judic. caus.cr.crimin.cap.*66.*num.*2.*tom.*1.

Idemque procedere crederem perempta instantia, 11 quia tunc Judex non est amplius Judex,nec durat prorogatio,*D.de Franch.decis.*654.*num.*3.& similiter causa transacta, quia expirat jurisdictio Judicis, qui de causa illa cognoscebat, *Valeron. de transact.tit.*5.*qu.*1.*num.*9.& 10.

Hinc fit, quod nullum tempus cucurrisse videtur, si Judex procedat in contumaciam contra non 12 Subditum, ex quo nedum non censetur prorogata jurisdictio, sed omnia gesta per eundem Judicem erunt invalida,*Consil.Carlev.de Judic. tit.*1.*disput.*2. *n.*1000. *qui num.* 1001. quamvis conclusionem intendat modificare in Judice, qui non est ipso jure incompetens, sed incompetens ope exceptionis, nempè quia ejus jurisdictio est elidibilis, & declinabilis, quemadmodum est illa M.C.V. & Regiarum Audientiarum habentium in Regno ordinariam jurisdictionem in Vassallos Baronum, donec declinetur, tamen in fine non negat difficultates, quas patitur hæc limitatio, quas etiam agnovit *Consil.Campan.de forjudicat.resol.*13.*num.*4.ubi quod in hoc judicio contumaciali nulla induci potest prorogatio contra rerum absentem, nec in præjudicium Baronis, vel alterius Judicis competentis.

Sæpè accidit altercari quis ex Commissariis procedere debet quando eadem causa reperitur com-13 missa per Præsidem duobus Consiliariis, vel duobus Judicibus M. C. V. & quod præferatur primus, qui supplicationem intimavit, & literas inhibitoriales directas M. C. V. aliisque Judicibus inferioribus obtinuit,nisi receptum est,ut ex *Capibl.de Baronib. Thor. & Angel. Scialoy.*docet *Consil. Altomar.de nullitat.rubr.*10.*qu.*15.*n.* 32. ubi *versic. si verò*, advertit, quod si eodem die sit facta commissio ejusdem causæ duobus,& ambo procedant eodem die, tunc non inducitur præventio, sed adeundus est superior ex *Scacc.de Judic.lib.*1.*cap.*12.*num.*73.

Ad inducendam hanc præventionem, & prælationem jurisdictionis coram duobus Consiliariis, 14 vel aliis Judicibus requiritur citatio verbalis legitimè executioni demandata,ad *text.in l. eum quædam* 19.*in princip.ff.de jurisdict.omn.Judic.* junctis aliis longa manu cumulatis per *Consil. Carlev.de judic.tit.*1.*disp.*2.*num.*379. quæ citatio,si extiterit personaliter executioni demandata,præfertur citationi factæ domi eodem tempore, idem *Carlev. num.*890. *qui in eod.n.*879. advertit sufficere solum decretum de citando cum adhibita diligentia in quærendo notifican-15 dum, quando citandus latitaret, se subtrahendo, ne citationis cognitio ad eum perveniat & quid servetur in praxi procuratoribus latitantibus in hac Civitate, ne citentur personaliter,dixi in *sing.*348.*num.*13.*mei Genitoris*.

Quæstiones istæ,quas vocant de Commissario determinantur in prima instantia per Præs. S.C. & 16 postmodũ per Coll.Consil in quo conceditur solũ unica reclamatio à decreto Spect.Præsid. decernenda infrà mensem à die notificationis, vel notitiæ habitæ de decreto, quo termino elapso poterit S.C.ad ulteriora procedere excluso quocumque alio remedio per viam restitutionis in integrum,ut habetur in Literis Regalibus insertis in *Pragm.*88. *alias* 84. *in* §.3.*de offic. S.R.C.* ubi latè circà earundem intellectum.

Sed existente quomodolibet suspecto Præside S.C. non poterit ipse dirimere quæstiones de Com-17 missario, *Reg.Rovit.super Pragm.*15. *de suspit. Official.à num.*2.*ad* 9. *Reg. Sanfelic.in prax. judic.sect.*40.*num.*16. & 17. ubi hoc admittit in omnibus provisionibus etiam de *verbo faciendo,*

do, quæ requirunt causæ cognitionem. *Ferdinand.Brancia* apud *Reg.de Marinis allegat* 69. *nu.*7.*allegat.diversor,tom.*3. & in istis,& cœteris casibus, in quibus Præses S. C. erit suspectus in delegando, supplices petitiones erunt decernendæ in Aula ubi resides Decanus S. R. C. *Pragm.*72.*de offic.S.R.C.Tasson.de antepb.versic.*3.*observat.* 3.*nu.*112.*in fine,& versic.*14.*observat.*2.*num.*14.15.*&* 16.*fol.*607.

Illud erit animadversione dignum, quod pendente controversia de Commissario, non erit locus
18 recusationi ejusdem Judicis,sed erit providendum, quod *viso exitu quæstionis de Commissario providebitur super suspitione*, juxta determinationem,quam refert *Reg.Dux Vasti Girardi super Rit.*265.*num.*28.*versic.hinc etiam,tom.*2.

Verùm pendente quæstione de Commissario usu forensi receptum est destinari per Præsidem
19 S.C. alium Consiliarium pro Commissario,donec quæstio de Commissario non fuerit decisa, & hoc nè retardetur cursus causæ,quamvis Advocati, & Procuratores, qui incumbunt dilationibus soleant ab hac decretatione se gravare, & recurrere ad Coll. Conf. saltèm ad finem gaudendi unius mensis dilatione.

Hinc insurgere poterit non inutilis difficultas, quam apud nullum Doctorem vidi tactam, nec
20 disputatam, num valida sit judicanda sententia lata per Consiliarium datum pro Commissario pendente quæstione decidenda de Commissario; Et cum accidisset articulus iste disputandus in S. R. C. placuit differere aliqua, quæ per me, & alios causarum Patronos fuerunt ponderata.

Fuit ponderata, & applicata pro nullitate sententiæ dispositio *Prag.*10.*in §.*2. *de suspit. Official,*
21 per quam mandatur Commissarium causæ suspitionis posse procedere in causa principali usque ad sententiam exclusivè, & omnia acta esse valida, quamvis declaratum fuerit suspitionem militare.

Et quamvis hæc *Pragm.* loquatur in causis suspitionum, tamen extendenda videtur in quæstio-
22 ne de Commissario, in qua militat eadem ratio favoris publici, & proindè datur extensio ad casum similem ex identitate rationis, *Reg. Rovit. decis.*78.*num.*6.*&* 9.*Fontanell. decis.*245. *nu.*6. *tom.*1.

In contrarium tamen dicebatur potuisse partes prorogare jurisdictionem illius Consiliarii, qui
23 in causa processit ferendo sententiam pendente controversia de Commissario, juxta ponderata per *Consil. Carlev.de Judic. tit.*1.*disput.*2. *à nu.* 1144. *ad* 1157. & per *Horat. Montan.in tract. de Regalib. in præfationib. num.* 55. *versic. & ideò*, ubi sustinet, sententiam prolatam referente alio Commissario, quam illo cui causa reperiebatur commissa,defendi posse à vitio nullitatis, quam sententiam ego libentèr sequerer quoties Consiliarius, qui pendente quæstione de Commissario sententiam protulit, esset ejusdem Aulæ,ubi resides Commissarius causæ principalis, contra quem fuit proposita quæstio incompetentiæ jurisdictionis, quià si esset alterius Aulæ Consiliarius destinatus pendente judicio illius quæstionis de Commissario,resultaret utique nullitas ob translationem causæ principalis de una ad aliam Aulam contra *Literas Regales Anni* 1629, quæ habentur in *Pragm.*84. *de offic.S.R.C.* in nova impressione, de quarum observantia testatur *D. Consil. Dux Vasti Girardi in commentar.super Rit.*265.*num.*68.*&* 69.*to.*3. Hinc passim usu receptum videmus,quod quan-
24 do omnes Consiliarii illius Aulæ, ubi lis pendet, non possunt in causa intervenire, vel unus tantum Consiliarius superest, causa non committitur in Aula sequenti, nisi prævio rescripto
25 Dom. Proregis. Hæc nullitas cum fuisset cum aliis nullitatibus proposita per Julium Vitale, adversus sententiam per S.C. latam ad favorem Dominici Falcone, & Candidæ Monaco, per idem S. C. de Anno 1691. fuit dictum, *nullitates obstare*, *ut ex Actis penès Fulvum*, *& Fuscum Scribam*.

Accedit quoque pro nullitate sententiæ, quod neque Spectabilis Præses S. R. C. valet indecisa
26 quæstione de Commissario mandare, *quod Consiliarius datus pro Commissario pendente Commissarii quæstione,procedat in causa principali*, quæ fuit ei tantummodò commissa pendente quæstione de Commissario;quia esset tradere eidem totalem commissionem causæ principalis, quemadmodum novissimè determinatum extitit per Collat.Conf. in causa Alberti Tesorato, cum Universitate Civitatis Adriæ, in qua processerat pendente judicio de Commissario D. Consil.Dux Vasti Girardi ob absentiam Consiliarii Gaeta successoris Consiliarii Planella, & quamvis pro parte Civitatis Adriæ proponentis quæstionem de Commissario fuisset propositæ quæstioni renunciatum, & instatum esse procedendum coram successore Consiliario Bravo, & decrevisset D. Præses, *quod continuaret in procedendo Dux Vasti Girardi*, nihilominus habito recursu ad Coll.Conf. pro parte ejusdē Civitatis, factaque relatione in scriptis per Dom.
27 Præsid. S.R.C. mandavit Coll. Conf. *sub die* 5. *Septembris* 1698. *quod suspenso decreto spectab. Præsidis S. R. C. idem spectabilis Præses procedat ad decisionem quæstionis Commissarii*,ut patet ex copia decreti allata in processu ejusdem causæ vertentis in eodem *S. R. C. fol.*363. 350. *&* 348. *penès Alexiū, & Scribam Attanasium.*

Huc quoque pertinet adnotare, quod commissio causæ facta alicui Judici Tribunalis Collegiati, durante absentia Commissarii originarii, non
28 expirat per reditum Commissarii in Civitate antequam accedat ad Tribunal reassumendo negotia, & causas alteri commissas, *Reg.Rovit.* qui sic practicatum testatur *decis.*61. cum non pos-

Digitized by Google

possit alio modo haberi notitia, quod illud impedimentum cessat, nisi per exhibitionem propriæ personæ Judicis ad pristina negotia, *Consil. de Altomar. de nullit. rubr. 9. qu. 33. num. 23. tom. 1.*

Illud ulterius omittendum non erit, quod Consiliarius, cui fuit commissa causa non poterit
29 domi solus pronunciare revocando gesta per totam M.C. cum jurisdictio competat pluribus, ut universis ex *Pramgm. 2. versic. igitur de offic. S. R. C.* per quam videtur concessa jurisdictio sub nomine collectivo, *Reg. Sanfelic. decis. 67. num. 10. & 11.*

Sed poterit unusquisque ex Regiis Consiliariis solus decidere domi causas ei decidendas com-
30 missas infrà summam unciarum duodecim, quæ sententiæ etiam nullo facto verbo in S.C. habebunt executionem paratam præstita cautione in casu retractionis, *Pragm. 41. in §. 11. de offic. S. R. C.* quam *Pragm.* procedere tantummodo in causis in prima instantia Consiliariis commissis, secus in causis appellationum à M.C. seu ab aliis Tribunalibus Collegiatis observatum testatur *Reg. Rovit. ibid. num. 9.* Et hoc vidi una vice servatum nostris temporibus à doctissimo Domino Consiliario D. Flavio Gurgo; ut ex Actis in Banca apud Scribam de Rinaldo.

Verùm cum annis superioribus D. Jo. de Dura tunc Consiliarius uti Delegatus per S.E. protulisset
31 domi quandam diffinitivam sententiam contra fratres de Confalonibus, cum de ea fuisset dictum de nullitate, pronunciatum extitit, *nullitatem obstare*, ut ostendit *D. de Luca in observ. ad decis. 646. de Franchis num. 6. versic. addo.*

OBSERVATIO XVII.

SUMMARIUM.

1 *Restitutio in integrum semel concessa, vel denegata potest iterum postulari in eadem causa per alium privilegiatum litis consortem.*

2 Decis. Cabed. 200. *extollitur per* Fontanell. decis. 105. num. 17. *cujus verba transcribuntur.*

3 *Sententia lata in causa appellationis, nullitatis, sivè restitutionis in integrum nocet, & prodest aliis litis consortibus, cum sit par ratio.*

4 *Restitutio in integrum num competat tertio venienti ad causam post sententiam cum interesse penitus separato.*

5 *Beneficia restitutionis in integrum ad pinguius probandum conceduntur tertiis oppositoribus in causa subintrantibus, non obstantibus aliis beneficiis principalibus collitigantibus concessis.*

6 *Quid in Authore laudato.*

7 *Beneficia ad pinguius probandum an sint concedenda personis privilegiatis in causis civilibus à criminalibus dependentibus.*

8 *Restitutio in integrum num concedatur Fisco adversus sententiam remissionis ad Judicem Ecclesiasticum.*

9 *Restitutio est proponenda tam per viam actionis, quam exceptionis infrà quatriennium à die sententiæ, & an tempus currat propositis nullitatibus, nu. 10.*

11 *Restitutio in integrum non est concedenda adversus sententiam jam executam, quando adest remedium ordinarium reclamationis, sed sunt reservanda jura in judicio reclamationis.*

12 *Restitutio in integrum denegatur ad impediendam executionem sententiæ jam captæ exequi per intimationem mandati de parendo, nisi postuletur ex capite notoriæ injustitiæ, & n. 13.*

14 *Restitutione in integrum admissa prævio decreto esse deferendum, sententia censetur rescissa, quemadmodum si fuerit dictum,* nullitates obstare.

15 *Nullitates proponens non potest nullitatibus renunciare ad finem obtinendi depositi restitutionem.*

16 *Depositum pro pœna nullitatum in S.R.C. in R. C. S. & in Coll. Conf. est ducatorum 180. adversus sententias diffinitivas continentes summam ultra ducatos mille, quod habet locum etiam quando sententia excedit summam ducatorum mille dividendam inter plures actores, & num. 17.*

18 *Depositum pro nullitatibus adversus decreta interlocutoria, aut habentia vim diffinitivorum est ducatorum 24. in causa libertatis, vel nobilitatis ducatorum 90. nisi valor mancipii esset ducatorum 130.*

19 *Nullitates respicientes sententiam S.R.C. non sunt discutiendæ facto deposito duc. 24. adversus decretum latum pro executione ejusdem sententiæ cõtinentis summam ultra duc. mille.*

20 *Depositum pro pœna nullitatum adversus decretum M. C. V. diffinitiva, vel diffinitivi vim habentia, adversus decreta interlocutoria, tam facto verbo, quam domi, quam summam continere debet.*

21 *Nullitas postquam fuit in judicio deducta habet instantiam triennalem de jure communi.*

22 Pragm. *hæc* D. Petri de Aragona *edita* sub die 26. Maii 1666. *per quam fuit abbreviata instantia causarum nullitatum ad duos menses num sit usu recepta.*

23 *Impedimentum proveniens facto Judicis non est imputandum parti, qui proposuit nullitates.*

24 *Terminus statutus ad decidendas causas suspitionum non dicitur lapsus dato impedimento à Judice.*

25 *Nullitatum discussio si impediatur fieri infra duos menses per impedimenta præstita ab ipsomet, qui proposuit nullitates potest provideri de sequestro pendente discussione nullitatum.*

26 *Decretum se fundans in lege, quæ abiit in desuetudinem redditur nullum tamquam continens expressum juris errorem.*

27 *Nul-*

27 *Nullitates per viam exceptionis adversus sententias S.R.C.vel aliorum Tribunalium,num sint proponendæ infra sex dies,quemadmodum servatur in decretis interlocutoriis,vel diffinitivi vim habentibus.*

28 Pragm.8.in §.3.& 4.de dilat.*ponderatur.*

29 *Verba nunciativa, & præsuppositiva* R.Pragm. *non operantur, nec probant præsuppositum.*

30 *Determinatio Collat.Conf.qua fuerunt rejectæ nullitates propositæ adversus decretum diffinitivũ prolatũ dato termino sũmario,explicatur.*

31 *Decretum latum pro executione primi diffinitivi non est diffinitivum, nec conforme cum primo.*

32 *Nullitatibus propositis nulla existente reservatione de addendis nullitatibus, an erit locus addendi alias nullitates.*

33 *Nullitates addendæ an possint proponi quandocumque.*

34 *Nullitas adversus decreta interlocutoria tam per viam actionis, quam exceptionis non potest proponi elapsis sex diebus.*

35 *Nullitates per modum exceptionis adversus sententias, vel decreta diffinitiva possunt perpetuò opponi etiam in causis criminalibus adversus forjudicationis sententias.*

36 *Nullitates causarum criminalium non comprehenduntur sub temporibus statutis per* Pragm. 4.de dilat.

37 *Nullitates per viam actionis non possunt proponi elapso decennio etiam per viam restitutionis in integrum.*

38 *Nullitates per viam replicationis non possunt proponi post decem annos.*

39 *Nullitates ex defectu citationis, & mandati possunt semper proponi.*

40 *Nullitates habentes admixtum spolium proponi possunt elapso decennio à* Pragm. *statuto: Et quid quando cum nullitatibus cumularentur atteutata, num.*41.

42 *Nullitates cumulatæ cum spolio sunt decernendæ absque termino, quando spolium est notorium, non obstante quod non fuerint propositæ, neque discussæ infrà legitima tempora, & refertur casus novissimè decisus per* R. Cam. de Anno 1692. *num.*43.

44 *Nullitatis remedium recessit ab Aula in Tribunalibus Ecclesiasticis Romanæ Curiæ, sed usu receptum est possessoriorum summariissimam manutentionis adversus res judicatas habentes admixtum spolium, vel Attentata; & de ratione, num.*45.

46 *Nullitas apparens ex lectura sententiæ se referentis ad libellum ineptum nunquam censetur exclusa, sed potest cognosci per viam notoriæ injustitiæ,quamvis non sit de illis duobus casibus comprehensis sub* Pragm.4. in §.20.de dilationib.

47 *Reclamationis remediũ suspensivum conceditur adversus decreta,& sententias S.R.C. quoties causa non fuit posita in lista, nec pars monita super illius expeditione.*

De Dilationibus. Pragm.VIII.

Se bene per le Prammatiche, Capitoli, e Costitutioni di questo Regno, &c.

PLura statuit, sed præcisè in §.incip.*Primo perche*, quod semel exclusa per decretum S.C. restitutione in integrum postulata ad instantiam unius non potest peti ab aliis Correis privilegiatis.

Decisio hujus *Pragm.* non est novi juris inductiva, sed declarativa juris communis, quo cavetur

1 non dari bis in integrum restitutionem in eadem causa,ad *text.in l.*1.*C.si sæpiùs in integr.restit.postul.Camill.de Medicis conf.*103.*nu.*8. ubi quod ad alium finem pluries conceditur ex *Bald.in dicta l.*1.*num.*1. quemadmodum denegandum non foret remedium restitutionis in integrum si postularetur ex aliis motivis,aliisque facti circumstantiis, de quibus cognitum non fuit in prima re judicata, ut expressè desumitur ex ratione assignata in hac *Pragm.* ibi, *fondandosi però nell'istesso fatto, e motivi, che sono stati gindicati una volta*, unde si adsit aliqua nova causa,concedenda esset restitutio in integrum, *Reg.Galeot.in respons.fiscal.*14.*num.*42.

Consimile statutum adest in Lusitania teste *Cabed. decis.*200.*& Fontanell.decis.*105. *n.*17. ubi illud

2 extollit sic ratiocinando; *Quod est adeò verum, ut procedat in terris, etiam non per statutum est specialiter provisum, ne in una, eademque causa bis restitutio concedatur, interpretantur enim hujusmodi statuta circa eundem articulum, non circà diversos, prout in terminis docet Cabed. in citat.decis.*200. *ubi refert legem Regni, qua istæ quæstiones sunt ibi sopitæ, per quam prohibetur, ne nisi semel restitutio in una causa concedatur; Felix Provincia, quæ scivit se ab his altercationibus per particularem provisionem liberare.*

Ampliatur hæc conclusio, ut procedat nedum in restitutione in integrum, sed in appellatione,

3 nullitatibus, cæterisque remediis, in quibus cum sit par ratio, & par omnium defensio, sententia lata contra unum nocet, & prodest aliis litis consortibus, ut latè deducit *D. Consiliar. de Altomar.de nullit.rub.*8.*qu.*2. *ubi n.*3. ponderat hanc *Pragm.*

Quid dicendum in tertio veniente ad causam post sententiam ad petendum in integrum restitutio-

4 nem, non ex eodem illo interesse, quod habet victus, sed ex penitus separato, videnda sunt ea, quæ diximus in *observat.ad sing.*342.*n.* 8. *ex Reg.de Marinis alleg.*142.*lib.*3.

Restitutio verò ad probandum, quæ in Regno venit sub nomine beneficiorum conceditur tertiis

5 oppositoribus in causa subintrantibus pro eorum

Digitized by Google

rum intereſſe, non obſtante quod principalibus
6 beneficia conceſſa forent, dummodo non emer-
gat præſumptio calumniæ, & tempora in Regiis
*Pragm.*ſtatuta largiantur, *Fab.de Anna conſ.97.*
& poſt eum *Rovit.ſuper Pragm.16.de ordin.Ju-
dic.n.8.Reg.de Marin.ad Revert.deciſ.323.n.1.
& 2.*aliàs intrarent deciſiones relatæ per *D.
Gizz.ad Capyc.Latr.deciſ.79.num.5.& deciſ.85.
num.8.*

Minus difficultatis adeſſe poteſt reſpectu authoris
laudati, qui à principio fuit uti reus conventus
in jus vocatus juxta *Afflict.deciſ.15.* & aliam re-
latam per *Reg.Reverter.deciſ.323.in fine.*

Aliter tamen dicendum erit in fiſco, aliiſque perſo-
7 nis privilegiatis ſubintrantibus in cauſis civili-
bus à criminalibus dependentibus, juxta termi-
nos *deciſ. D.de Franchis 439.& 421.n.4.& 9.*
ubi cum minor ad mulierem pro dotis recupe-
ratione agentem repellendam, exceperit de
adulterio per illam commiſſo, & ad crimen hoc
probandum primum petiiſſet beneficium, habe-
tur deciſum fuiſſe denegatum, comprobat in ca-
ſu conſimili contra Fiſcum petentem benefi-
cium ad excipiendum de rebellione *D.Reg. Re-
verter.& ibi de Marin.deciſ.491.*& illa potiſsima
aſſignatur ratio, quod in criminalibus, neque Fi-
ſcus reſtituitur, per *text.in l.auxilium,ff.de minor.*
quod fuit ampliatū per Coll. Conſ. etiam in re-
8 ſtitutione in integrum petita per Fiſcum adver-
ſus ſententiam remiſſionis ad Judicem Eccleſia-
cum, *Reg.Sanfelic.in addit.ad deciſ.135. repoſit.
in calce deciſ.par.2.* Fiſcus enim in tribus caſibus
tantum reſtituitur adverſus ſententiam contra
Fiſcum latam, *l.2.C.de ſentent. adverſ. Fiſc. lat.
reſcind.*

Hinc eſt & illud obſervandum, quod beneficiū re-
ſtitutionis in integrum, tam ſi proponatur per
9 viam actionis, quam ſi proponatur per modum
exceptionis, non poteſt opponi ultra quatrien-
nium, juxta *text.in l.ult. C. de tempor. in integr.
reſtitut. ubi DD.*cumulati longa manu *per Con-
ſil.Carlev.de Judic.tit.3.diſputat.16.num.9.* ubi
quod in hoc fallit generalis illa regula, *tempora-
lia ad agendum ſunt perpetua ad excipiendum,&
n.10.* aſſignat rationem, quod quatriennium
competit à die latæ ſententiæ, vel à die interpo-
ſiti decreti, etiam ſi reſtitutio poſtuletur per Cu-
ratorem patrimonii decocti, juxta *deciſ. S.R.C.*
quam oſtendit *D. Gizz.in obſerv. ad deciſ.122.
D.Reg.Capyc.lotr.n.31.*idemque procedere in
reſtitutione poſtulata ſub prætextu inſtrumen-
torum de novo repertorum, dixit *D.Reg.de Ma-
rinis reſol.202.n.3.lib.2.* ubi comprobat *D. de
Luca in ſuis meliorat.à n.3. ad 5.* ubi quod per
viam exceptionis poſſit perpetuo proponi ad
impediendam ſententiæ executionem *ex Velaſc.
conſult.56.nu.6.& Fontanell. deciſ.177.num.16.*
quod involvere videtur contradictionem ali-
quam, cum traditis per *Carlev. ubi ſuprà.*

Quod quatriennii tempus currit etiam propoſitis
nullitatibus adverſus ſententiam, quoties pro-
10 ponens nullitates, ſuccubuit in illarum diſcuſ-
ſione, *Reg.de Marinis cap.249.num.4.reſol.jur.
lib.2.*

Cæterum illud eſt advertendum, quod non ſemper
concedenda erit reſtitutio in integrum adverſus
11 ſententiam, ſed in illis caſibus dumtaxat, in qui-
bus proficua erit ad impediendam ſententiæ
executionem, vel aliud damnnm irreparabile; at
ſecus ſi fuerit poſtulata reſtitutio ad finem re-
vocandi ſententiam jam executioni demanda-
tam, quià tunc cum pinguius non provideat,
quam ordinarium remedium reclamationis, eſt
declarandum non eſſe deferendum reſervato
ordinario remedio reclamationis, ut multis re-
latis obſervat *Reg. de Marinis lib. 2. reſol. juris
cap.200.n.12.*& antè eum *Reg. Rovit.ſup. Prag.
1. de minorib. nu. 30. & 31.* ubi dat rationem
quando ſententia eſt executioni demandata, re-
ſtitutio debet proponi per viam actionis, & ſic
12 proceſſu formato, & compilato, & non aliter per
text. in cap. conſtitutus il 2. extra de appellat.
idem eſt ſi ſententia non fuerit totaliter executa,
ſed tantum cæptum exequi per intimationem
mandati de parendo juxta praxim, quam tradit
idem *Rov.in cit.loc.n.28.*quem ſequitur *D. Reg.
de Marinis, ubi ſupra n.5.Conſil. Staiban. reſol.
55.tom.1.*quamvis contradicat *Conſil.Carlev. de
Judic.lib.1.tit.3.diſput.16.à n.32.*

Fallit ſi reſtitutio peteretur ex capite notoriæ inju-
ſtitiæ, quæ æquiparatur nullitati, quià tunc im-
13 pediretur executio, etiam cæpta vigore litera-
rum executorialium, *Reg.Marcian.diſput.86.n.
25.* & alii cumulati per *Conſil.de Altomar. de
nullit.rubr.1.qu.6.n.52.* quamvis hoc quoque
obtinere ſit durum in praxi apud Præſidem
S.R.C.qui ſæpè ſæpiùs mandare ſolet, *ut idem
Magnificus*, cui fuit commiſſa cauſa reſtitutio-
nis in integrum, *verbum faciat executo decreto
jam exequi cæpto.*

Illud denique in praxi erit ſciendum circa hanc
materiam reſtitutionis in integrum, quod quo-
14 ties hoc remedium fuerit admiſſum prævio illo
decreto interponi ſolito eſſe *deferendum*, ſen-
tentia cenſetur reſciſſa, & ille qui petiit, & obti-
nuit reſtitutionem cenſetur virtualiter abſolu-
tus, quemadmodum abſolutionem importat de-
cretum illud, quo dicitur, *nullitates obſtare*,
adeoquod pro exequtione decreti poterit peti
reſtitutio bonorum, ad quorum poſſeſſionem
fuerat immiſſus actor, qui priùs obtinuerat *Reg.
Dux Vaſti Girardi ſuper Rit.297.nu. 62. tom.4.*
ubi laudat *Conſil. Prat. lib. 2. diſcept.forenſ.cap.
33.*

Cætera alia ad hanc materiam pertinentia videnda
ſunt in meis *obſervat. ad ſing. 343. mei Genito-
ris.*

In §.2. incip. *con l'occaſione*, præcipitur non poſſe
proponentem nullitates illis ante diſcuſſionem
15 renunciare ad finem obtinendi depoſiti reſtitu-
tionem,

Digitized by Google

tionem, ideòque hodie recesserunt ab Aula decisiones relatæ per *Ducem Vasti Girardi super rit. 265. n.38.versic.non sic*, & sic hodiè nedum servatur inconcussè denegatio restitutionis depositi, sed neque admittitur consensus alterius partis, quod non fiat depositum nullitatum ob paupertatem, quià pœna prædicta concernit principaliter favorem Fisci, in cujus beneficium applicatur, ut ponderat *Consil. de Altomar. de nullit.rubr.6.qu.14.n.5.* & latè *de nullit. rubr.6. qu.13.n.26.& 27.& rubr.10.qu.17.n.42.& 43. tom.2.* ubi testatur pluries servatam vidisse remissionem depositi, nedum per Coll. Conf. sed per S.R.C. & Reg.Cam.ex quo sunt Tribunalia Suprema, quæ possunt interpretari *leges*, *& Pragm.* Sed ego adhæreo huic opinioni, respectu Coll. Conf.tantum, cui spectat *Pragm.* dispensatio, & interpretatio, juxta *text.in l.1.9.& 10.C.de legib.Tasson. de Antef.vers.7. observat. 3. num. 60. & 61. P. de Affl. controv. cap. 6. num. 41.*

Depositum pro pœna nullitatum in S. C. in Regia
16 Cam. & in Coll.Conf. adversus sententias diffinitivas continentes summam, ultrà ducatos mille est ducatorum 180. ut cavetur per literas S.Cath.M. penes Secretariũ S.R.C. de qua pœna fit mentio in *Apostil.ad Prag.5.de offic.S.R.C. in novissima compilatione D. Consil.de Altomar. de anno 1682. tom. 3.* de qua memor etiam fuit *de nullitat.rubr.6.qu.13.n.6.* adducendo *Consil. Prat.ad Muscatell.par. 1.glos. nullitatis versic. debet tamen*; & ego addo *eund.Prat.pract. observat.observat.56.n.2.*

Quod depositum ducatorum centumoctoginta debet etiam fieri, quando proponerentur nulli-
17 tates adversus sententias condemnantem Titium ad solvendum bis mille in beneficium plurium actorum, qui conveniunt eundem Titium ad solvendum ducatos centum pro quolibet eorum, ex quo summa contenta in sententia excedit mille, non obstante, quod quilibet ex actoribus debet consequi centum, ut decisum testatur idem *Consil.de Altomar.ibid.n.44.*

Adversus sententiam infra summam ducatorum mille, vel adversus decreta interlocutoria, aut
18 habentia vim diffinitivorum erit ducatorum viginti quatuor, in causa verò libertatis, vel nobilitatis depositum erit unciarum quindecim, & sic ducatorum nonaginta *ex Reg. Rovit. super Pragm.5.n.33. de offic. S.R.C. & Gallupp. in prax.S.C.p.5.cap. 6.* laudatis per *Consil. de Altomar.de nullit.rubr.6.quæst.13.num.7.* ubi excipit casum libertatis alicujus mancipii, valoris ducatorum centumtriginta, quia tunc refert decisum esse faciendum depositum unciarum duarum.

Depositum ducatorum 180. erit faciendum propositis nullitatibus adversus decretum S.R.C. latum pro executione sententiæ ejusdem Sac.
19 Reg. Conf. continentis summam ultra ducatos mille, alias si fieret depositum ducatorum 24. discuterentur dumtaxat nullitates respicientes decretum, non autem respicientes sententiam, quemadmodum decisum junctis Aulis testatur *Gizz.ad Reg.Capyc.Latr.obs.36.n.13.*

Depositum pro pœna nullitatum adversus sententias diffinitivas M C. vel decreta habentia diffi-
20 nitivorum vim, erit ducatorum duodecim, si sententia contineat summam, ultra ducatos septuaginta quinque, & ducatorum sex infra hanc summam, adversus decreta interlocutoria lata facto verbo, depositum erit ducatorum trium, si verò domi erit carolenorum quindecim, *Pragm.1.de Procur.* de qua *D.meus Genitor sing. 442.*

Text.hujus *Pragm.in §.3.* incip. *Perche la dilatione nell'espeditione delle nullità*, quatenus mandat remedium nullitatis propositum adversus sententias, vel decreta esse finiendum infrà duos menses est correctorius juris communis, quo
21 attento, postquam nullitas fuit in judicio deducta habet instantiam triennalem, prout aliæ causæ, juxta *text. in l.properandum C. de Judiciis Vant.de nullit.in rubr.quoties, & infra quod sub n.8. Jo.de Amicis consf.6.art.33.latè D. Reg. Capyc.Latr.cõsult.6. à n.5.ad 10.* ubi quod si nullitas fuerit deducta principaliter cum appellatione, appellatione deserta per biennium, remanet instantia causæ nullitatis usque ad triennium, quo elapso *est pronunciandum, appellationem esse desertam, & instantiam causæ nullitatis esse peremptam.*

Hinc fit, quod nunquam vidimus in nostris Supremis Tribunalibus Pragm.hanc usu receptam,
22 sed passim processum ad nullitatum discussionem, elapsis duobus mensibus, imò nulla habita ratione de hac objectione, ut constat ex rebus judicatis per me allatis in *observat.ad sing.342. mei Genitoris n.2. & 3.* quibus adstipulatur alia ratio, quæ videtur esse mutiva hujus novi usus, nempè cum impedimentum hoc non discutiendi nullitates, ut plurimum oriatur ex solitis Supremorum Tribunalium impedimentis, maximè in
24 causis decidendis junctis Aulis, quarum unio, cum non sic de facili contingere potest, non erit partibus proponentibus nullitates culpæ tribuendum, quemadmodum in terminis lapsus fatalium considerat *Reg.Galeot.controv.9.à n.28. cum seqq.lib.1.& Rovit.decis.18.n.7.* & conducit quoque illud, quod decisum, demonstrat *D.Reg.Consil.Dux Vasti Girardi super rit.265. n. 67.* scribens in terminis consimilis instantiæ dierum triginta statutorum ad decidendas causas
25 suspitionum, per *Pragm.15. in §. 22. de suspitionib.*

Verùm si acciderit impedimentum præstari ab ipsomet proponente nullitates: nedum instarem pro rejectione nullitatum, stante lapsu termini ob impedimentum præstitum, sed etiam urge-
25 rem pro sequestro, quod solet decerni pendente discussione nullitatum propositarum adversus

Digitized by Google

sus sententias horum Tribunalium, quæ habent
executionem paratam, ex traditis per *Rovit.su-*
per Pragm.4.n.29.de Offic.S.R.C. & per Consil.
+ *Pra:.observat.76.num.7. Altomar. de nullit. ru-*
br.6. quæst.13.& quæst. 14. à num.1.ad 4. quod
tamen intelligendum est, quando nullitates non
essent notoriæ, ut loquitur *idem Rovit.*

Quibus sic stantibus si contingerit contra hanc re-
ceptissimam praxim judicari, sententia, seu de-
26 cretum mandans esse reijciendas nullitates ob
lapsum duorum mensium, de nullitate redargui
potest tamquam continens juris errorem, cum
se fundet in lege, quæ abijt in desuetudinem,
vel numquam fuit recepta, ad *text. in l.si expres-*
*sum 19. ff. de appellat.*latè *D.Cresp. de Valdaur.*
observ.63.n.9.13.14.& 28.

Ex eod.§.3. & 4.hujus *Pragm.* incip. *habbiamo in-*
teso. Insurrexit altercatio num nullitates ad-
27 versus sententias,& decreta diffinitiva sint pro-
ponendę infra sex dies stante quod Regia hæc
Sanctio statuendo, quod nullitates addendæ
virtute facultatis reservatæ debeant proponi in-
fra sex dies post primas propositas. Supposuit
pro constanti, quod primę quoque pręsentari
deberent infra dictum terminum sex dierum à
die notificationis sententię, ibi: *Frà li primi sei*
giorni stabiliti dalla Pram. à poter quelle propo-
28 *nere*, & rursus subdit in §.4. *E perciò ordiniamo,*
che quando si propongono le nullità, e le parti si
riservano d'aggiungerne altre non lo possano fa-
re se non dentro del termine d'altri giorni sei dop-
po elassi li primi stabiliti dalla Pramatica per pro-
ponere le dette nullità. Nihilominus hoc verum
esse, & in praxi receptum quoad decreta inter-
locutoria, non autem quod sententias, vel diffi-
nitiva decreta, respectu quorum hoc asserere
absurdum esse demonstravimus in *observat. ad*
sing.342.num.4. & in praxi cap.15. num.33. &
nunc addimus, quod contrarium nullo pacto
desumi potest ex *text.* hujus *Pragm.* quæ non
disponit, sed præsupponit nullitates esse propo-
nendas infra sex dies adversus sententias,& pro-
inde verba illa enunciativa, & pręsuppositiva
29 Regiæ *Pragm.* ibi: *E frà li sei giorni stabiliti*
dalla Pram. non probant præsuppositum, quan-
do Regia *Pragm.*ad quam se refert, quæ est *4.de*
dilation.in §.18. aliter statuit in sententiis, pro-
inde fit locus dispositioni *text.in cap.si Papa,in*
princip.de privil.in 6.& l. ex facto la 1. ff. de hæ-
*red.instit.*ex quibus juribus probatur, quod di-
spositio præsuppositiva, & relativa, numquam
disponit, nec operatur, nisi quando reperiretur
verum illud ad quod habetur relatio, latè *Gre-*
gor.de Gannaver.decis.56.num.16.44.45.48. &
49. ubi loquitur in dispositione relativa, per di-
ctionem illam, *come fù stabilito*, proùt est casus
hujus legis, accedit *Rovit.Pragm.1. num.83. de*
titul. abus. Revert. decis.356. ubi R.de Marin.
num.7.lib.2.

Nec meretur allegari decisio in contrarium novis-
simè facta per Collat.Cons.in causa ibi vertente
30 inter Carminum de Antonio, & D. Gasparem
Vanuvonsel, in qua propositis nullitatibus elap-
sis sex diebus adversus decretum ejusdem Coll.
Cons. quo dictus Gaspar condemnatus extite-
rat,nullitates fuerunt rejectæ mediantibus duo-
bus decretis interpositis sub die 30. Decembris
1702. & de mense Aprilis currentis anni 1703.
non obstante, quod contendebatur, quod tem-
pora adhuc largiebantur ad nullitates proponē-
das adversus decretum illud condemnationis,
quod erat diffinitivum uti interpositum dato
termino, juxtà tradita per *Consil. Staiban.resol.*
154.cent.2.& resol.113.à num.9.ad 14. & resol.
76. num. 1. cent. 1. siquidem in casu proposito,
verè non agebatur de sententia, vel decreto dif-
finitivo, sed dubitabatur, si illud erat diffini-
tivum, vel habebat vim diffinitivi uti interposi-
tum dato termino summario, & ulterius nullita-
tes, quamvis fuissent propositæ adversus primū
decretum, tamèn virtualiter fuerunt proposi-
tæ adversus secundum, per quod fuerat pri-
mum in parte moderatum, quod secundum de-
31 cretum non dubitabatur, quod erat interlocu-
torium, vel habebat vim diffinitivi, dum extitit
prolatum pro executione primi, cum quo ne-
que poterat dici conforme ad tradita per *An-*
dreol.controv.94. num.13. 14. & 19. & proinde
justissimè decrevit Supremum Coll.Cons. *esse*
rejciendas nullitates propositas elapsis sex die-
bus, acta sunt penès Anastasium Regium à man-
datis Scribam, & penès Scribam Fabotium.

Propositis nullitatibus adversùs sententias absque
clausula illa, *addendi*, quæ passim apponi solet
32 erit quoque locus addendi alias nullitates, cum
verbum illud reservationis appositum in *Prag.*
fuerit positum demonstrativè, & non taxativè,
Consil.Altimar.de nullitat.rubr.8.quæst.9. nu.4.
tom.1.

Sed an valeat ille, qui proposuit nullitates cum
dicta clausula, *salvo jure addendi*, alias nullita-
33 tes quandocumque addere,non discussis primis,
& quid hodie attenta hac *Pragm.* quæ restrin-
xit tempus ad terminum sex dierum post pri-
mas propositas, videndus est *Consil. Altimar.de*
nullitat.rubr.8.qu.12.n.7.

Quę restrictio temporis sex dierum adversus de-
creta interlocutoria, vel diffinitivi vim haben-
34 tia procedit nedum in nullitatibus per viam
actionis, sed etiam per viam exceptionis, juxta
interpretationem traditam per *Reg. Rovit. in*
commentar.ad eandem Pragm. num.12. quam
novissimis temporibus probavit *S. C. in causa*
Camilli Marini cum hæredibus Marchionis
Vandeneinden, ut ex actis penes Auriemmam
Scribam in Banca de Neapoli.

Remedium itaque nullitatum per viam, & modum
exceptionis adversus sententias, vel decreto-
35 rum diffinitivorum executionem est perpe-
tuum, & semper quod instatur pro executione
senten-

Digitized by Google

sententiæ proponi potest juxta praxim ità interpretantem *Pragm. 4. de dilat.* de qua post *Gallup.in prax.in tit.de remed.nullit. num.*28.testatur *Consil.Rocc.respons.*95. *lib.*1. *Consil.Carlev. de judic.tit.*3. *disput.*16. *num.*8. latissimè *Consil. Altomar.de nullitat. rubr.*1. *quæst.*4. *à num.*33. *cum seqq.*ubi quod nullitates per viam exceptionis possunt perpetuò proponi etiam in causis criminalibus adversus forjudicationis sententias, reprobato *Danza*, qui contrarium, & malè servatum testatur *tom.*3.*de pugn.Doctor.in tit.de sentent.forjudicat.num.*12.

Imò quod nullitates causarum criminalium non comprehendantur sub tempore definito per
36 *Pragm.*4.*de dilat.*dixit *Tasson.de antef.versic.*4. *observ.*4.*num.*56.*fol.*309.*Scial. in prax.forjudic. cap.*25.*num.*67.*Consil.Petra super rit.*269.*n.*24. *in fin.tom.*4.quia *Pragm.*loquens de causis civilibus non procedit in causis criminalibus, *DD. apud Sabell.in summ.§.lex n.*21.*tom.*3.

Restrinxit *Prag.*4. *de dilat.in §.*21.tempus dicendi de nullitate per viam actionis moderãdo ad de-
37 cem annos illud quod erat triginta annorum de jure communi, sublata quacumque prorogatione,etiam remedio restitutionis in integrum,ut in §.27.unde in terminis dictæ *Pragm.*dubitandum est de decisione relata per *Consil.Marcian.cons.*21.*lib.*2.ubi Ecclesia fuit restituta ad dicendum de nullitate post annos triginta duos, siquidem decisio processit antè dispositionem hujus *Prag.*

Neque nullitates per viam replicationis possunt proponi post decem annos, juxta decisionem
38 junctis Aulis factam, quam refert *Prat. discept. forens.cap.*30.*lib.*1.& in terminis consimilis Statuti præscribentis dictum tempus decem annorum ad dicendum de nullitate tradit quoque *Puteus decis.*293.*&* 301. quem junctis aliis non adductis per *Consil. Prat.* adducit oculatissimus *Consil.de Altomar.de nullitat. rubr.*8. *quæst.*3.*à num.*53.*ad* 55.*tom.*1.

Verum omittendum non erit, quod Statutum hoc non comprehendit nullitatem provenientem
39 ex defectu mandati, & citationis;quià hæc nullitas potest semper proponi tamquam veniens ex defectu juris naturalis *Clement. pastoralis de re judicata*, & admittitur in S.C.in quo non admittuntur aliæ nullitates ex defectu juris positivi,juxta *Afflict.decis*283.*n.*7.*& Reg. Tap.decis.* 38.*à n.*4.*ad* 6.& nõ subjicitur termino præfixo à Statuto ad dicendum de nullitate, ità in puncto *Azeved.recopilat.lib.*4.*tit.*17.*lib.*2.*à num.*37.*ad* 39.& in nullitate ex defectu mandati, nempè in sententia lata cum falso procuratore decisum refert *Consil. Altomar.de nullitat. rubr.* 8. *qu.* 3. *num.*72.

Non comprehenditur quoque sub prohibitione hujus Statuti nullitas habẽs admixtum spolium,
40 *Gratian.decis.*151. *num.*5. *Rot.decis.*215. *part.*1. *diversor. & decis.*130. *num.* 10. *part.*7. *recentior.* quos collegit *Antonell. de tempor. legal. lib.* 2. *cap.*94.*num.*24.*& Consil.de Altomar. in cit. rubr.*8.*quæst.*3., *nu.*72. *versic. nec comprehenditur,* ubi ex *Fenzon.in Statuto Urbis,*ponit rationem, & idem crederem quando cum nullitatibus cumularentur attentata, quia officium Judicis du-
41 rat perpetuo super illorum revocatione nulla admissa præscriptione, *Lancellott. de attentat.*3. *part.cap.*23.*à num.*63.*ad* 69. *quando, & intra quod tempus attentatorum revocatio petatur.*

Et quando hæ nullitates annexæ cum spolio cumulantur adversus Judicis decretum, est dandus
42 terminus super discussione nullitatum, quemadmodum servatum ostendit *Laganar. ad Rovit.in Pragm.*5.*de Offic.S.R.C. num.*11. sed nullus terminus requiritur ad privandum possessione immissum à Judice de facto, & absque citatione *Afflict.in Constit.Regn. circa violentiarum rubr.*25.*num.*10.*lib.*1. quem sequitur *Rovit. super Pragm.*1.*de conservator. num.*7. & hoc ob spolii notorietatem, quemadmodum fuit novissimè practicatum per Reg.Cam.in causa Illustris
43 Comitis Galasso cum Civitate Luceriæ, *quæ de mense Octobris* 1691. per decretum Reg. Cam. confirmatum in gradu nullitatum *sub die* 23.*Februarii* 1692.*fuit reintegrata absque termino in possessione demanii salvis juribus dicto Illustri Comiti tam respectu gratiæ, quam expensarum,* non obstante, quod pro parte Comitis contenderetur, nullitates habentes admixtum spolium non fuisse legitimè propositas, neque discussas infra decennium statutum à *Pragm.*4.*in cit. cap.*21. *de dilationib.*ut ex actis penes *Cardamonum.*

In foro tamen Ecclesiastico nempè A.C.cæterisque Romanæ Curiæ Tribunalibus ab Aula recessis-
44 se videtur remedium hoc proponendi nullitates adversus res judicatas executioni demandatas, sed viget magisque in praxi usu receptum est remedium illud summarissimi possessorii manutentionis, quod satis proficuum, & utile fuit excogitatum à peritissimis Urbis Causar. Patronis adversus factũ Judicis nullum, attentatum, vel notorie injustum, adeo quod proponere in illis Tribunalibus remedium nullitatis, vel reintegrationis esset malum, & perniciosum consilium dixit *Cardinal. de Luca de judic.discurs.*18. *num.*9.27.28. *&* 29. *& disc.*38. *num.*5. 6.*&* 7.*& disc.*44.*num.*84.in quibus locis reddit
45 rationem his verbis: *Ac propterea ità incidentèr ad effectum hujus remedii agitur de nullitate, cujus remedium principaliter intentare, malum Consilium esset quoniam super ejus canonizatione, oporteret formitèr pronunciare, atque ab ista pronunciatione daretur appellatio suspensiva, ideoque opus esset expectare tres conformes, quinimmò juxtà frequentiorem stylum, etiam quartam executorialem, dum è converso habetur dictum aliud remedium summarium, & executivum, quod regulariter non admittit appellationem suspensivam.*

Neque potest dici comprehensa sub tenore statuti nulli-

46 nullitas conſtans ex tenore ſententiæ, ſeu ine-
ptitudine libelli, quæ tamquam patens, & noto-
ria per relationem ſententiæ ad libellum nun-
quam cenſetur excluſa, *Franc. & alii apud Con-
ſil.de Altomar.de nullit.rubr.*8.*qu.*3. *num* 58. &
59.*tom.*1.*Reg.Merlin.controv.cent.*2.*cap.*96.*n.*5.
qui in terminis noſtræ *Pragm.*4. *de dilat.* prohi-
bentis in §.20.nullitates ex capite notoriæ inju-
ſtitiæ, niſi in illis duobus caſibus, tradit limita-
tionem, quando nullitas appareret ex lectura
ſententiæ, ſeu libelli per *conſ.Bald.*119. *num.*2.
*vol.*2.

Dum in finalibus verbis §.7. incip. *Habbiamo*,præ-
cipitur eſſe in die Saturni ſtatuendum inter
47 Conſiliarios de cauſis expediendis in ſequenti
hebdomada, quas mandatur eſſe adnotandas,&
ponendas in liſtis affigedis in Rotarum januis,
ad hoc ut partes vacent in informando, adver-
tendum erit, quod quamvis adverſus decreta,
& ſententias S. C. non detur remedium recla-
mationis executionis ſuſpenſivum, tamen fallit
quando cauſa non fuerit poſita in liſta, vel pars
non fuerit monita ſuper expeditione cauſæ, ut
habetur in *Pragm.*79.*in* §.9.*de offic.S. R. C. D.
Conſil.Dux Vaſti Girardi ſuper Rit.*288.*nu.*96.
*tom.*4.

OBSERVATIO XVIII.

SUMMARIUM.

1 *Extractio monetæ exteræ, vulgò* Zecchini, *eſt
nova prohibitio introducta per hanc* Pragm.
quæ prius permiſſa videbatur per Pragm.23.
ſub hoc tit. & *num.*2.

3 *Pecunia, vel alia res extrahi permiſſa num in-
cidat in commiſſum ſi reperiatur cum alia re
extrahi prohibita.*

4 *Crimen extractionis hujus pecuniæ exteræ ad
hoc, ut habeat locum, requiritur dolus in ex-
tractione.*

5 *Corpus delicti quomodo in hoc crimine conſtare
debeat.*

6 *Extractionis crimen quando conſummatum di-
catur.*

De Extractionibus. Prag.XVIII.

Dal Tribunale della Regia Camera.

HÆc *Pragm.* quæ ſtatuit pœnam mortis con-
tra extrahentes à Regno monetas exteras,
vulgò *Zecchini*, comprehendendo etiam com-
1 plices, confirmatur per aliam noviſſimè editam
per *Comitem de Sancto Stephano ſub die* 3.*Ja-
nuarii* 1689. *quæ eſt* 44. *ſub tit. de monetis in*
§. *& eſſendoſi da Noi conſiderato*, quæ tamen ad-
dit, quod reſpectu complicium requiritur ſcien-
tia plenè probanda, & quando præſumptionibus
probaretur, eſſet locus pœnæ extraordinariæ tri-
remium vita durante.

Per has *Pragm.* inducitur nova prohibitio reſpe-
ctu extractionis dictæ pecuniæ exteræ, quæ non
2 aderat antecedenter, imò expreſſis verbis per-
mittebatur per *Pragm.* 23. *ſub hoc tit.* quemad-
modum ad ornatum ejuſdem *Pragm.* conſide-
rat *Dom. de Marinis in obſervat. ad deciſ.* 222.
*Dom.Reg.Reverter.nu.*6. *tom.*1. ſed ſolum tunc
practicabatur, quod pecunia extera, quæ extra-
cta reperiebatur cum pecunia Regni extrahi
3 prohibita confiſcabatur quoque in conſequen-
tiam prohibitionis, cum illicitum trahat ad ſe
licitum, ex traditis per eundem *de Marinis cit.
loc.num.*7. & 8. quibus addendus eſt ex Regni-
colis *Conſil.Rocc.de offic.de privileg.crimin.ex-
tract.*§.1.*num.*16.*cum ſeqq.* & ex exteris, & eru-
ditis Scriptoribus *Anton. de Matthæis de cri-
min.ad lib.*48.*ff.tit.*1.*cap.*5.*num.*18. ubi quod o-
mnes merces in commiſſum cadunt non ſepara-
tis licitis ab illicitis, quoties ex Statuto Navis
quoque in commiſſum cadit.

Ad hoc ut habeat locum hoc crimen requiritur, ut
cōcurrat dolus in extractione, quēadmodum fuit
4 cōſideratū, & habitū pro vero in cauſa Marchio-
nis D. Joſeph Serra, qui annis ſuperioribus inqui-
rebatur de tranſmiſſione nummorum aureorum
conſiſtentium in *Zecchini, e Doppie* ad Civitatē
Panormi pro emptione frumenti pro uſu Civi-
tatis, qui quamvis fuiſſet carceratus, & cum
mandato detentus, tamen præſentatis ſcripturis
ſuam innocentiam juſtificantibus fuit excarce-
ratus, ut patet apud D. *Mareſcam de legib. pu-
blic.judicior.tit.de falſis*, §.7.*nu.*73.*verſic.hodiè.*

Requiritur quoque, ut conſtet de corpore delicti
extractionis ex teſtibus deponentibus de qua-
5 litate pecuniæ, & ejus impreſſione, & valore,
maximè contra apprehenſos, & repertos in fra-
granti, *Muſcatell.in prax.crim. in tit. de extract.
extra Regnum à num.*15.*ad* 19. *Mauſon.de cauſ.
execut.p.*4.*nu.*4. *Rocc.de offic.*§.1.*de privileg.cri-
min.extract. num.*9. & an circa hoc ſit aliquid
immutatum per noviſſimam *Pragm. Ducis Me-
dinæ*, diximus *in locis ſuprà citatis.*

Hoc crimen an conſumatum cenſeatur reperto ex-
6 trahente prope fines Regni, nempè in Civitate
Fundorum, vel Cajetæ, diximus in *obſervat.*397.
*num.*6. & 7. & *in obſervat. ad eandem Pragm.*
44. *de Monetis verſic. hac tamen Regia San-
ctione.*

OBSERVATIO XIX.

SUMMARIUM.

1 *Pœna mortis inflicta contra expendentes apo-
chas falſas Banco directas, ad hoc ut locum ha-
beat, requiritur ſcientia in expendente plenè*

Digitized by Google

per Fiscum probanda cum praecedenti tractatu habito inter expensorem, & principalem fabrum falsitatis, & num. 3.
2 *Statutum puniens auxilium praestantem delicto intelligendum est de auxilio cooperativo ante delictum, & non de auxilio post delictum.*
4 *Falsitatis apochae delictum quomodo probetur in terminis* Pragm.
5 *Comparatio literarum dicitur fallax argumentum.*
6 *Comparatio literarum in causis criminalibus junctis adminiculis est sufficiens ad poenam extraordinariam.*
7 *Convictio Rei resultat ex inditiis indubitatis, quae sunt argumenta rerum.*
8 *Inquisiti de falsitate non possunt admitti ad officia publica hujus Civitatis, nec ad officia Regia, vel Baronalia in Provinciis Regni.*
9 *Actuarii, & Scribae semel de falso condemnati, vel suspensi non admittuntur ad novum exercitium.*

De Falsis. Pragm. XIII.

Doppo assicurata questa Città, e Regno.

CAvetur in hac *Reg. Pragm.* edita sub gubernio Comitis de Sancto Stephano sub die 26. Martii 1694. quod eadem poena mortis naturalis, quae priùs imponebatur contra exhibentes apochas falsas Nummulariis, extendatur, nedum contra scienter exhibentes, praesentantes, & expendentes apochas falsas notatas in fidibus crediti, sed cōtra falsificantes apochas cum subscriptione, notata aut cifra facta sub nomine aliarum personarum; quae non essent de Officialibus Banci, ibi: *Con sottoscrittione notata, ò cifra in nome d'altre persone, che non fossero Officiali di Banco.* & necnō contra participantes, & auxiliū cooperativum praestantes in falsitate, & quod ad incurrendam poenam mortis naturalis sufficiat sola expensio, aut praesentatio cum scientia falsitatis, vel sola detentio sigillorum falsorum.

Ex textu hujus *Pragm.* plura deducenda veniunt. Primo, quod scientia requisita per hanc *Pragm.* est plenè, & concludenter per Fiscum probanda,
1 cum non sufficiat scientia praesumpta, quemadmodum in terminis decisum retulimus in nostris *observat. ad Pragm. 12. sub hoc tit. observat. 154. & 155. num. 4. & 5. Anton. de Ballis var. lib. 5. super Pragm. Regn. de Officialb. receptantibus bannitos nu. 16. & 17. fol. 415.* & quando scientia probanda inferatur ex praesumptionibus, & conjecturis videndus est *Caball. resolut. crimin. 199. num. 7.* & alii apud *Calderò decis. 41. à num. 91. cum seqq.* ubi enumerat conjecturas scientię.

Secundò, ultra scientiam requiritur, quod expendens fuerit particeps fabricationis falsitatis, ad
2 hoc ut dicatur praestitisse auxilium cooperativum: cum Statutum puniens auxiliantem eadem poena, qua puniendus est principalis delinquens, semper intelligitur de auxilio in ipso delicto, & quod fuit causa delicti, non autem de auxilio post delictum, *DD. apud Farinac. de Consultorib. & Mandatorib. qu. 132. n. 41. Guazzin. ad defens. Reor. defens. 33. cap. 10. num. 7. in*
3 *fin. Giurb. cons. crimin. 41. num. 5.* unde incumbit Fisco probare praecedentem tractatum habitum inter expensorem, & principalem fabrum falsitatis, ad hoc ne dicatur auxilium fuisse praestitum post delictum, *Reg. Merlin. controv. cent. 2. cap. 26. num. 18. 19. & 20. Conciol. resol. crimin. verb. moneta falsa resol. 4. num. 13. Consil. de Rosa resolut. crimin. resol. 30. num. 16. tom. 3.*

Quatenus haec *Pragm.* statuit in §. *Quinto volemo*, ut concurrentibus in probatione hujus criminis
4 inditiis à jure approbatis pro scientia praesumpta cum comparatione literarum contra illos, penès quos reperitur apocha falsa, vel vitiatae, complices, expendentes, & praesentantes habeantur pro convictis, & plectantur poena mortis naturalis, videndus est *D. Hieronym. Basilic. decis. 43. & signanter num. 10. 11. 12. & 13.* ubi ex similibus probationibus refert practicatam poenam mortis in Regno Siciliae, sed ego de hoc valdè dubito, siquidem tota probatio reci-
5 pit robur à comparatione manus, quae est periculosa, & fallax probationis species, cum scribēdi forma quotidiè mutetur, *Auth. de instrum. fid. & caut. in princip. Prat. respons. fiscal. 17. num. 67. & 20. num. 4.* adeoquod concurrentibus ur-
6 gentibus inditiis sufficit ad poenam tantum extraordinariam, *Reg. Matthaeis de re crimin. controv. 28. num. 67. & 68. Consil. de Rosa resol. crimin. resol. 13. num. 28. tom. 2.*

Pragm. utitur verbo *convictus*, ibi: *S'habbiano per cōvinti, e si possano punire colla pena di morte naturale*, unde requiritur convictio Rei per
7 inditia indubitata, quae sunt legitima argumenta, quibus Rei convincuntur, juxtà *text. in l. 2. C. quor. appellat. non recipiuntur, l. ult. C. de probat.* juxta explicationem *Anton. de Matthaeis de crimin. ad lib. 48. ff. tit. 15. de probat. cap. 6.* An ex inditiis indubitatis in crimine falsitatis possit sequi condemnatio ad triremes, vide *Mart. vot. Pisan. 249.*

In §. 13. statuitur, ut Inquisiti de crimine falsitatis, quibus fuerunt datae defensiones non admittan-
8 tur ad exercitium cujuslibet officii tam Regii, quam Baronalis hujus Regni, nec in Bancis, nec in aliis publicis officiis, observandum erit, quod per *Prag. Ducis Medinae de las Torres editam sub die 22. Octobris 1639. quae est 11. sub hac rubr. & 19. sub tit. de Actuar. in antiquis;* simi-
9 liter statutum fuit, ut Actuarii, & Scribae, aliique Conservatores publicarum scripturarum,

qui

qui semel fuerunt de falso condemnati, aut suspensi ab officiis non admittantur ad novum exercitium tam in hac Civitate, quam in Regno, ad cujus interpretationem videnda sunt, quæ diximus *in observat. ad sing. 4. nostri Genitoris recolendæ memoriæ nu. 4.*

OBSERVATIO XX.

SUMMARIUM.

1 Prag. 34. de feudis, *continet binas gratias concessas Baronibus, & feudatariis Regni de Anno* 1655. *à* Rege Philippo IV. *& ejus verba ponderantur. nu. 2.*

3 *Gratia prædicta ampliando successionem usque ad quartum gradum inclusit mutuam successionem fratrum patruelium tam descendentium per masculos, quam per fœminas, qui per Gratiam de Anno* 1536. *erant exclusi quoties erant masculi, nec descendebant à masculis, & num. 6.*

4 *Declaratio facta per Imperatorem* Carolum V. *in causa successionis Ducatus Ferrandinæ, de qua in* Pragm. 11. de feud. *recensetur cum articulis, qui fuerunt decisi ex tenore ejusdem declarationis, & nu. 5.*

7 *Decisio facta in causa successionis Ducatus Andriæ refertur.*

8 *Dom. Consil. D. Joseph Alciatus commendatur.*

9 *Gratia hæc redacta in* Pragm. 34. *ad hoc, ut habeat locum, nedum requiritur, quod feudum sit antiquum, & hæreditarium, sed quod succedens sit de comprehensis in investitura, tamquam descendens à primo stipite acquirente.*

10 *Feudum illud antiquum, quod dependit à communi stipite, nempè ab Avo habet Collaterales successores usque ad quartum gradum, qui ex hac qualitate, & non ex nominatione antiqui feudi sunt habilitati ad succedendum.*

11 *Privilegium fundandi majoratum super feudis ante Annum* 1655. *non concedebatur per Regem, nisi in certis casibus specialibus.*

12 *Feuda super quibus instituitur majoratus vigore gratiæ num efficiantur ex pacto, & providentia, vel remaneant in sua natura hæreditaria.*

13 *Feudum esse antiquum, & deferri successionem certis personis ex pacto, & providentia, possunt simul concurrere.*

14 Pragm. 4. in §. 6. de feud. *num sublata censeatur per hanc gratiam de Anno* 1655.

15 *Substitutio quare prohibita censeatur in vim* Pragm. 4. in §. 6. de feud. *etiam inter proximos, & immediatos successores.*

16 *Referuntur verba* Camill. de Curte in 2. p. diversf. feud. cap. 5. num. 170.

17 *Fideicommissum super feudis non potest extendi ultra quartum gradum successionis permissæ.*

18 *Gratia hæc permittens institutionem majoratus tendit in utilitatem Regiæ Curiæ in casu devolutionis, cujus interesse est valdè in consideratione.*

19 *Gratia redacta in* Pragm. 33. de feudis, *quæ tribuit facultatem excludendi fœminas proximiores procedit in prima, & unica dispositione, & non in pluribus gradibus substitutionum, & in hoc consideratur discrimen inter utramque Gratiam.*

20 *Feudatarius non potest vigore harum Gratiarum evertere, vel mutare naturam successionis, nempè substituendo in feudo masculum de aliena familia descendentem ex filia prætermissa, vel masculum remotiorem de familia exclusa fœmina, vel alio masculo, qui præcedebat, & num. 21.*

22 *Dom. D. Januarius de Philippo Marchio Miani Judex Aulæ criminalis M.C.V. commendatur.*

23 *Facti series, & num. 24. & 25.*
Gratia Pragm. 33. *non comprehendit casum, in quo tempore dispositionis existunt in medio filius masculus, & fœmina, sed tantum casum, in quo fœmina est immediata succedentrix, & dispositio aliter facta redditur nulla.*

26 Pragm. 33. *verba ponderantur.*

27 *Assensus gratiæ restringitur ad dispositionem faciendam in proximè successurum; non autem procedit quando masculus esset immediatus successor, & num. 28. & 29.*

30 *Gratia hæc non est lex generalis, sed privilegiũ Communitati concessum, & in omissis recipit strictissimam interpretationem, & non extenditur ad casus. & personas non expressas.*

31 *Gratia prædicta loquitur de feudis antiquis, & non porrigitur ad feuda nova.*

32 *Assensus legis strictius procedit, quam assensus hominis.*

33 *Gratia concessa fuit, ne feuda exirent extra familiam.*

34 Consil. Staiban. verba cent. 2. fuat. resol. resolut. 199. num. 25. *transcribuntur.*

35 *Gratia redacta in* Pragm. 34. *non comprehendit casum substitutionis mutantis feudi naturam.*

36 *Gratia hæc per quam alteratur feudi natura in uno casu non censetur illam alterasse in alio, ne concurrant duæ specialitates.*

37 *Rex dispensans in aliquo contra naturam feudorum, non dicitur dispensasse in alio.*

38 *Fideicommissa prohibentur fieri in feudis etiam inter descendentes vocatos ad successionem.*

39 *Utile per inutile an vitietur facta dispositione non servata forma Gratiæ, & num. 40. & 41.*

42 *Testamentum, sivè alia dispositio facta super feudis, absque Regio Assensu, num per acceptationem substineatur in vim pacti, & n. 43.*

44 *Assensus Regis requiritur super acceptatione dispositionis paternæ factæ in beneficium agnati remotioris, quando adest alius magis proximior.*

45 Ter-

45 *Terminus non requiritur quando disceptatur de juris articulo.*

46 *Gratia de qua in* Pragm.34. *de feudis num comprehendat officia, adeòut possit super eis fundari majoratus, quemadmodum fundatur super feudis.*

47 *Fideicommissum potest fieri in officiis expressè concessis in allodium, vel simpliciter pro hæredibus, & successoribus in perpetuum, vel ex corpore absque ulla expressione in feudum.*

48 *Officia Regalia num judicentur, & regulentur secundum leges feudales.*

49 *Gratiæ admittentes in Regno ad successionem feudalium fratres, & sorores uterinas num habeant locum in officiis alteratis cum clausula* ex corpore.

50 *Literæ Regales editæ sub die* 20. *Augusti* 1664. *redactæ in* Pragm. 3. sub tit.de offic.ad Reg. Collat.spectant. *declarant officia esse comprehensa sub Gratia de Anno* 1655.

51 *Gratia Anni* 1595. *redacta in* Pragm.33. de feudis *fuit declarata habere locum in officiis in causa Marchionis Achajæ, cum D.Vincentio de Montibus.*

52 *Gratia Anni* 1655. *num comprehendat subfeuda, nedum quaternata secundum quid, sed etiam plana, & de tabula.*

53 *Gratia hæc loquitur de feudis quaternatis, & mixtis, in quibus successio fuit ampliata usque ad quartum gradum.*

54 *Successio in feudis planis, & de tabula extenditur usque ad septimum gradum.*

55 *Gratia dirigitur* Viris Nobilibus, *ideò non comprehendit possidentes feuda plana, & de tabula, quæ tenentur à Baronibus, in quibus nulla consideratur nobilitas, prout in feudis à Rege concessis.*

56 *Successio in feudis quaternatis secundum quid regulatur secundum* Regni Constitutiones.

57 *Feuda quando in dubio præsumantur quaternata, quamvis non reperiantur descripta in quinternionibus Reg.Cam.*

58 *Feuda quaternata secundum quid, quæ propriè dicantur, & nu.*59.

60 *Gratia de qua in* Prag.33. *comprehendit etiam feuda plana, & de tabula.*

61 Montan.*defenditur ab impugnationibus* D.Rodoer.in noviss.comment.ad Prag.33.de feud. *cujus rationibus occurritur, & num.* 62. 63. & 64.

65 *Successio in feudis planis regulatur secundum terminos juris communis, ideò patruus excluditur à successione Nepotis.*

66 *Fœminæ succedunt in feudis planis, & de tabula tam de jure communi, quam de* jure Constitutionum, *quod reliquit incorrectum jus commune respectu successionis fœminarum, & num.*67. & 68.

69 Horat.Montan.verba in repet.l.Imperialem, §. prætereà Ducatus à num.114. ad 116. *referuntur, & num.*70.

72 *Verba gratiæ an conveniant subfeudis, in quibus non versatur interesse Regiæ Curiæ respectu devolutionis.*

De Feudis. Pragm.XXXIV.

Illustribus, Spectabilibus, & Magnificis Viris, &c.

PEr hanc Gratiam Anni 1655.redactam in hac
Pragm. 34. binas Gratias obtinuerunt Barones à Regis *Philippi IV.* munificentia; Alteram
1 qua successio in feudis antiquis prorogata fuit
usque ad quartum gradum, & ad omnes personas etiam fœminas, vel descendentes ex fœminis, quæ in dicto quarto gradu continentur, dummodo descenderent ab eo, qui feudum acquisivit; Alteram qua eisdem Baronibus liceret fundare majoratus, vocando per fideicommissum eosdem conjunctos usque ad quartum gradum successionis permissæ, ut patet ex illis verbis: *Concedimus ampliationem, & extensionem prædictam in successionibus feudorum eodemmet modo, & forma in præinserto supplici libello contentis, ità quod omne id, quod circa successionem*
2 *feudorum observabatur usque ad tertium gradum, observetur, & observari debeat in beneficium comprehensorum in quarto gradu tam virorum, quam fœminarum,* & postmodum subsequitur; *Quod quilibet eorum possit fundare majoratus in suis feudis infrà terminos tamen successionis permissæ, ità ut restitutionis, seu fideicōmissi onus ulterius in detrimentū juris devolutionis nobis, & nostræ Curiæ competentis non procedat.*
Per primam Gratiam fuit redacta, & ampliata successio usque ad quartum gradum inclusivè, in
3 quo gradu extensa erat priùs feudorum successio, sed cum enumeratione, & inclusione fratrum patruelium, seu consobrinorum tantum descendentium per lineā masculinam, sed cœteri fratres amitini, vel consobrini, qui non erant masculi, vel non descendebant à masculis erant exclusi, quamvis per Civitatem fuisset petita simpliciter ampliatio usque ad quartum gradum, ut patet ex Gratia concessa à *Carolo V.Cæsare* de Anno 1536. de qua in *Pragm.*12.*de feudis.*
Hinc in causa successionis Ducatus Ferrandinæ, in
qua ob secutam mortem D. Mariæ Castriotæ
4 Ducissæ Ferrandinæ contendente D. Antonio
Castriota fratre patruele successionem ad ipsum spectare tamquam proximiorem uti fratrem patruelem masculum descendentem per lineam masculinam à primo domino, ac stipite feudi, sed Fisco replicante D. Antonium non venire jure aperto, ex quo Gratia, per quam fuit extensa, & ampliata feudorum successio ad fratres patrueles masculos, fœminas omninò excludebat, & per consequens pari ratione fratres patrueles exclu-

Digitized by Google

exclusos quoque esse à successione sororum pa-
truelium ; Obtinuit Fiscus in possessorio seque-
strum vigore *Cap. ex præsumptuosè*, ut habetur
apud *Reverter.decis.315.& decis.351.& decis.
7.& 43.vol.4.in manuscriptis.*Sed *Andr.Alciat.
in cons.4.lib.3.* in contrarium scripsit pro D.An-
tonio, & demùm facta consultatione per Reg.
Cam. ad *Imperatorem Carolum V.* pro declara-
tione gratiæ declaravit suam mentem in benefi-
cium Fisci pro exclusione dicti D. Antonii sub
his verbis; *Declaramus in quantum opus est non
fuisse nostræ mentis, neque intentionis compre-
hendere præsentem casum in dicto Capitulo, sed
tantummodo extendere successionem in bonis feu-
dalibus in linea Collaterali usque ad quartum-
gradum ad fratres patrueles masculos provenien-
tes, & descendentes per lineam masculinam à
primo stipite*, ut habetur in *Pragm.11.* ubi legi-
tur declarationem *hanc prodiisse prævia consul-
tatione Regiæ Cameræ*, unde non benè arguit
Montan. quod declaratio hæc non erat petenda
per Civitatem, cum verba concessionis essent
clara, in *cap.Imperialem num.169.lit.P.fol.83.*
dum declaratio resultavit ex consultatione Reg.
Cam. & non ex supplicatione Civitatis.

Ex tenore cujus declarationis tres articulos fuisse
decisos asserit ex *Reg.Ursin. D.de Marinis in-
5 observat.ad dictam decis.351. D.Reg. Reverter.
num.4.* verba *D.Reg.de Marinis : Quo loci ex
tenore dictæ declarationis tres articulos fuisse-
decisos probat, quorum primus est, ut frater pa-
truelis quantumvis masculus, & per masculum
à stipite descendens, sorori patrueli similiter per
lineam masculinam ab eodem stipite descendenti
non succedat. Secundus, ut frater patruelis multo
minus succedere posit sorori patrueli per fœmi-
nam à stipite descendenti. Tertius, ut ità demum
frater patruelis, frotri patrueli succedat, si Avus
stirpis utriusque masculus sit, non etiam fœmina,
sicque per Reg.Cam.decisum ex Jo: Vincentio de
Anna in repetit.cap.1.num.94.de Vassall.decre-
pit.ætat.& in allegat.34.num.20. ubi se id à Do-
mino Regente nostro tunc Reg. Cam. Præsiden-
te accepisse testatur.*

Quæ omnia videntur sublata, & immutata per
hanc ultimam concessionem, quæ accessit de-
Anno 1655. per quam in dubium amplius revo-
cari non potest feudorum successionem fuisse-
simpliciter ampliatam usque ad quartum gra-
dum inclusivè tam virorum, quàm fœminarum,
cum derogatione cujuscumque *Pragm. Consti-
tutionis*, aut alterius *Legis Regolis*, sivè munici-
palis hujus Regni, & sic videntur comprehensi,
6 nedum fratres patrueles,& consobrini, qui sunt
in quarto gradu lineæ descendentis tam si de-
scendant per masculos, quam per fœminas,adeò
quod hodiè mutuò, & ad invicem succedunt
fratres patrueles sororibus patruelibus, & è cō-
verso, & necnon videntur inclusi omnes Colla-
terales in eodem quarto gradu existentes in-
linea Collaterali ascendenti, ut sunt patruus ma-
gnus, Amita magna, matertera magna,& Avun-
culus magnus; Et quamvis contrarium respectu
patrui magni attentare,& substinere conati fuis-
sent *doctissimi Advocati* scribentes pro D. An-
tonia, & D. Constantia Carafa sororibus Ami-
tinis in causa successionis Ducatus Andriæ,con-
tendentes patruum magnum existentem in-
quarto gradu non esse comprehensum in gratia,
quemadmodum *Constitut. ut de successionibus*
non comprehendebat patruum existentem in-
tertio, nec esse locū exclusioni D.Æmiliæ Ami-
7 tæ, & de meliori linea, tamen D. Hector Cara-
fa patruus magnus obtinuit immissionem, ut di-
ximus in *sing.162.& 163. num.14.* ut patet ex
*allegat.insertis per D.de Luca de linea legali art.
5.à num.54.fol.92.& 93.* quæ decisio prodisse-
videtur ex motivis pupillaris substitutionis,
quam fieri potuisse in feudis vigore *Pragm.33.
& 34. de feudis*, habitum fuit pro vero, & pro-
inde supervacuum erat de lineæ prerogativa-
differere, ut perpendit doctissimus, & eruditis-
8 simus quond. *Consil. Alciat.* in responso edito
pro Domino Joseph Maria ab Auria,& patet ex
*eodem respons.impress. apud de Luca in suis me-
liorat.ad Reg.de Marinis meliorat.126. à nu.16.
ad 21.* ubi fundare tentavit dari hodie in feudis
lineæ prærogativam, & repræsentationem ultra
tertium gradum in linea Collaterali,& sic totum
illud, quod observabatur in tertio gradu esse-
observandum in quarto gradu, ad quem de An-
no 1655. fuit extensa successio in feudis.

Verum adhoc, ut præscribat sibi locum hæc Gratia
nedum requiritur, quod feudum sit antiquum-,
9 & hæreditarium, sed quod ille, qui vult succe-
dere descendat à primo stipite acquirente, & sic
quod sit de cōprehensis in prima investitura,quę
dum in Regno concipitur sub illa clausula, *pro
haredibus ex corpore*, comprehendit illos tan-
tum, qui descendunt ex stipite primi acquiren-
tis, & non alios *Reg. Rovit. decis. 94. à num.29.
cum seqq.& cons. 76. num.3. tom.2.* quod clarius
habetur ex illis verbis Gratiæ : *Siendo Varones
descendientes del primiero acquirente*, nam pa-
rum refert, quod feudum sit antiquum, quoties
qui succedere vult, non descendit à primo ac-
quirente, siquidem non omne feudum antiquum
habet Collaterales successores, sed illud quod
dependet à communi stipite feudi acquisitore-,
nempè in feudo quæsito ab Avo, à quo descen-
dunt Collaterales succedere volentes,adeòquod
ex hoc,& non ex illo nomine antiqui feudi Col-
laterales sunt habilitati ad succedendum usque
ad dictum quartum gradum, juxta perpensa per
10 acutiss. *Horat.Montan.de Regalib.§.fin.num.21.
versic.hinc infertur*, ubi reassumit omnia argu-
menta excitata in controversia illa super succes-
sione feudi Massafræ,& dicit quod Fisc.Patr.Re-
gal.Patrim. qui tunc erat *Dom. Fabius Galeota-*
non advertens ad hæc sua argumenta,sed perter-

perter-

Digitized by Google

eitus ex illo falfo argumento feudi antiqui cau-
fam tranfegit cum D.Celidonia Amita,& recep-
ta pecunia admifit illam ad fucceffionem, & in
eadem caufa prodiit *decifio* 94.*D.Reg.Rovit.* in
qua latiffimè fcripfit idem *D.Reg.Galeot.refponf.*
*fifcal.*3.4.*&* 5.& poft hoc exemplum fuit intro-
ductus ftylus ità judicandi,tranfacto femper hoc
articulo cum Regio Fifco pro duabus tertiis
partibus valoris feudi,quemadmodum fervatum
fuit noviffimis temporibus in caufis devolutio-
num Baroniæ Pratæ, & feudorum Crapacoctæ,
& Triputii.

Supereft, ut aliquid dicamus circa intelligentiam
fecundæ Gratiæ in hac eadem *Pragm.* redactæ,
dum per eam feuda reddantur ex pacto, & pro-
videntia,dum munificẽtiffimus nofter *Rex Phi-*
lippus IV. conceffit facultatem feudatariis, ut
valeant fundare majoratus intra terminos ejuf-
dem gradus fucceffionis permiffæ, quod prius
prohibebatur tam per actus inter vivos, quam
per ultimam voluntatem, nifi ex fpeciali Re-
11 gis licentia, & affenfu, quæ privilegia non
concedebantur, nifi in certis cafibus fpeciali-
bus, quemadmodum conceffum extitit ab Im-
peratore *Carolo V.* Cicco de Loffredo Præf.
S.R.C. cum facultate excludendi fęminas, &
quod feuda effent inalienabilia, adeoquod cre-
ditores,qui contraxerunt cum affenfu fuper feu-
dis, fuerunt exclufi vigore dicti privilegii habi-
12 ti loco affenfus, vigore cujus etiam feuda fue-
runt habita ex pacto, & providentia, ut teftatur
D.Fulv.Lanar.in addit.ad Patr.in tit. de fuccef-
*fion.feud.num.*55.

Sed in cafu hujus Gratię de anno 1655.cenfeo feu-
da remanfiffe in fua natura hæreditaria, quia
13 Rex nihil aliud conceffit nifi ampliationem fuc-
ceffionis ufque ad quartum gradum tribuendo
facultatem inftituendi majoratum infra termi-
nos ejufdem quarti gradus, non mutando circa
reliqua naturam feudi hæreditarii, unde facta
novatione, feu alteratione feudi in uno cafu, in
alio remanet firmum jus primævum,cum poffint
ftare fimul, quod feudum fit hęreditarium, &
deferatur certis perfonis ex pacto, & providen-
tia, ut ex *Andr. Camerar. & Loffred.* optimè
confiderat *Confil.Marcian. conf.*16. *num.*19. *&*
20.*lib.*1. quibus accedunt fcripta per *Camill. de*
*Medicis conf.*2.*à num.*42.*cum feqq. Reg.Galeot.*
*controv.*48. *&* 49. *lib.* 2. & noviffimè *doctiffimus*
*Confil.de Altomare in obfervat.ad conf.*83. *Reg.*
*Rovit.à num.*29.*cum feq.lib.*2.ubi recedit à *Reg.*
Rovit. opinione,& cœtera contraria augumenta
folvit.

Illud tamen nullatenus ambigi poteft per hanc Re-
giam conceffionem videri hodiè fublatam pro-
14 hibitionem refultantem ex *Pragm.* 4. *in* §.6. *de*
feudis, quæ extiterat interpretata, ut procede-
ret etiam quando fubftitutio in teftamento, vel
contractu facta effet in beneficium proximi, &
15 immediati fucceffforis in feudis,juxtà exempla
rerum judicatarum per nos allata in *obfervat.ad*
*fingul.*162.*&* 163.*num.*3.quę conclufio fulcitur
rationibus adductis per *Camill. de Curte in* 2.*p.*
*diverf.feudor.cap.*5. *num.* 170. cujus verba infe-
runtur per *Reg. Galeot.controv.*49. *num.* 18. *&*
19. *lib.* 2. & placuit nobis illa hic quoque tran-
fcribere, cum fecunda pars hujus Authoris non
fic de facili reperiatur.

Sextum denegavit cafum, quando vel in contractu,
vel in teftamento adeft fubftitutio, fideicommif-
16 *fum in feudis probibetur omninò etiam fi fieret*
inter illos,qui effent vocati ad fucceffionem, nulla
enim vel valet, vel manet difpofitio facta in feudo
*cap.*1.*de fucceff.feud.& caufa probibitionis iftius*
capitis fuit intereffe Regiæ Curiæ, fi enim feu-
dum fubjectum effet fideicommiffo non fic de faci-
li devolueretur, & ulterius incideremus in illam
arduam, & controverfam quæftionem, fi tenens
feudum committat crimen læfæ Majeftatis con-
tra Dominum feudi, privetur,& illud amittat in
præjudicium vocatorum ex fideicommiffo.

In terminis autem Gratiæ non poteft refultare in-
tereffe Regiæ Curiæ ex fideicommiffo fuper
17 feudis injuncto, quod effet in confideratione
in cafu quod fideicommiffum extenderetur ul-
tra gradus fucceffionis permiffæ, quod fuit ex-
prefsè in eifdem literis exceptum, ibi: *Ita quod*
fubftitutio, feu fideicommiffi onus ulterius in
detrimentum juris devolutionis nobis, & noftræ
Curiæ competentis non procedat. Igitur potius
relevatur, quam gravatur Regia Curia in cafu
devolutionis horum feudorum fideicommiffo
18 fubjectorum in vim Gratię,dum non tenetur ad
onera, & proindè credendum erit, quod Regiæ
Curiæ intererat hanc fideicommifsi inftituendi
Gratiam Baronibus concedere, cum in dubio
præfumatur unumquemque voluiffe, id quod
utile eft *leg.fi abfentis*, *Cod.fi cert. petatur*, ubi
*glof.& DD.*notant *in l.fi ità ftipulatus fuero* 109.
ff. de verbor.obligat. l.fi ità relictum 44. §. *fi ità*
fcriptum, ubi *glof. not. verb.pro eo, ff.de legat.*2.
eruditè *Tiraquell.ad l.fi unquam,C.de revocand.*
*donat.num.*37.*Everard.in locis à verifimili*, hoc
enim intereffe devolutionis eft valdè in confide-
ratione apud Dominos, *Montan.in l.Imperialem*
*num.*51.*lit.G.in fin.fol.*50.

Ceffat itaque per hanc Gratiam quæftio illa, quæ
agitabatur in terminis alterius Gratię redactæ in
19 *Pragm.*33.quæ tribuendo folam poteftatem ex
cludendi fęminas proximiores, illam DD.intel-
ligebant in prima, & unica difpofitione, non
autem in pluribus difpofitionibus fucceffivis, in
quibus effet propriè fubftituere, ut habetur ex
traditis per *Horat.Montan.de Regal.* §.*fin.n.*10.
& 11.*& Confil.Rocc.de offic.*§.4.*verf.quartus ca-*
*fus eft n.*80. *& Confil.de Rofa in prælud.feudal.*
*lect.*10.*num.*22.*fol.*94.& hanc difcriminis ratio-
nem inter utramque concefsionem agnovit ocu-
latifsimus *Confil.de Altomar.in obfervat.ad conf.*
83.*D.Reg.Rovit.nu.*6. *lib.*2. ubi hæc verba pro-
tulit:

Digitized by Google

tulit: *Hodie verò ſtante Pragm.34.de feud. ceſſat difficultas, cum per illam ſit data poteſtas feudatariis faciendi fideicommiſſa in feudis inter comprehenſos tamen in inveſtitura.*

Hinc fit quod in ſubſtitutionibus fieri permiſsis in vim hujusGratię non poteſt feudatarius mutare,
20 vel evertere naturam ſucceſsionis, & ordinem inveſtituræ, inſtituendo, vel ſubſtituendo in feudo non immediatè ſucceſſurum, ut diximus cum *Horat. Montan.& Conſ.Rocc.in noſtris obſ. ad ſing.162.& 163.num.12.& 13.in fin.* quibus nunc addimus Gratiam hãc, & alteram in *Prag. 33.* non præſcribere ſibi locum, quando tempore diſpoſitionis adeſſet filius maſculus imme-
21 diatus ſucceſſor, & filia fœmina ſubſequeretur, quia tunc non eſſet locus majoratui, neque ſubſtitutioni ad favorem alterius maſculi remotioris ad excluſionem fœminę de familia, qui hunc maſculum ſubſtitutum in gradu præcedebat, imò neque poterit in vim Gratięinſtitui majoratus in beneficium Neptis ex filia prætermiſſa deficiente filio maſculo primo loco inſtituto ſine liberis, quià inverteretur ordo inveſtituræ, & alteraretur recta feudi natura in caſibus non expreſsis per Gratiam contra mentem Regis concedentis, & Baronum illam poſtulantium, quemadmodum ex his, & aliis Juris feudalis principiis demonſtravi cum Dom. D. Januario de
22 Philippo Marchione Miani Judice Aulæ criminalis M.C.V. in quodam juris Reſponſo per nos edito adversùs majoratum inſtitutum per q.Reg. D. Jo: Hieronymum de Philippo ſuum Patrem, qui ipſum hæredem univerſalem inſtituit, ipſoque ſine liberis decedente ſubjecit Terram Miani perpetuo fideicommiſſo in favorem D.Caroli Capano nepotis ex D.Gratia de Philippo teſtatoris filia non contemplata, ſed prętermiſſa, ut conſtat ex tenore ejuſdem allegationis, quam hìc imprimendam curavi, cum tendat ad veram interpretationem earundem Gratiarum.

DOminus D. Joannes Hieronymus de Philippo meus dilectiſſimus Genitor, dum exiſtebat Regens in ſupremo Italiæ Senatu in Civitate
23 Madridi ſuum ultimum cõdidit teſtamentum, in quo me inſtituto hęrede univerſali, ſubjecit Terram Miani, & Mianelli perpetuo fideicommiſſo, ſeu majoratui in beneficium meorum filiorum, & deſcendentium, quibus deficientibus, prętermiſſa D. Gratia de Philippo filia in medio exiſtente, vocavit ad majoratum D. Carolum Capano ſuum nepotem ex dicta filia prętermiſſa, ſubjectis aliis gradibus ſubſtitutionum, ſub his verbis:

Primieramente, che doppo i miei giorni ſucceda in detto majorato, ò fideicommiſſo perpetuo detto
24 D.Gennaro de Filippo mio figlio maſcolo legitimo, e della Signora D. Elionora Roccalago, y Maldonado mia prima moglie, e ſuoi figli legitimi deſcendenti; preferendo il maggiore al minore, & il maſchio alla femina nella forma regolare perpetuamente, e mancando tutta la deſcendenza de' maſchi, e femine del mio figlio, ſucceda in detto majoraſco, ò fideicommiſſo D.Carlo Capano mio nipote figlio di D.Grazia de Filippo mia figlia, e di D. Gioſeppe Capano ſuo primo marito, e ſuoi figli, e deſcendenti legitimi con l'iſteſſo ordine di primogenitura regolare, e con l'iſteſſa prelazione del maggiore al minore, e del maſchio alla femina; E mancando detto D. Carlo, e tutta la ſua deſcendenza legitima, così de' maſchi, come di femine, ſucceda al detto majorato, ò fideicommiſſo perpetuo il figlio, ò figlia maggiore della detta D. Grazia mia figlia, e di D.Franceſco Capece ſuo ſecondo marito, preferendo per l'iſteſſo ordine, e doppo dell'antedetti, & in mancanza di tutti li prenominati di ſopra, ſucceda il maſchio, ò femina, al quale ſecondo la forma antedetta, & oſſervandoſi la regolare toccarebbe la ſucceſſione di detti beni.

Quam diſpoſitionem, cum in perniciem proprię familię tendere animadverterim ob majoratum
25 inſtitutum cùm vocatione nepotum de aliena familia, excluſa propria filia, illam improbare ſum coactus, ut propriæ familię conſervationi proſpicerem, ſalva ſemper reverentia, & obſervantia debita tanto benemerito, & Juris Conſultiſſimo meo Genitori, cui plurima, imò omnia debeo.

Principale fundamentum, quo Jure contendimus corruere hanc paternam diſpoſitionem in eo reſidere videtur, ex quo teſtator tempore diſpoſitionis nedùm habebat me ſuum filium, quem hæredem inſtituit, ſed dictam D. Gratiam de Philippo ſuam filiam de propria familia, & nihilominus inſtituit hunc majoratum cum pluribus ſubſtitutionum gradibus, ipſa filia de propria
26 familia excluſa; Perindè, ac ſi caſus iſte eſſet de illis comprehenſis in *Pragm.33.& 34.de feudis,* & jure potuiſſet inſtituere majoratum cum perverſione ordinis ſucceſſionis, & excludere maſculos, & fœminas proximiores de familia, & vocare remotiores de aliena familia, quod cum ſit abſurdum, ac contra mentem Civitatis, & Baronum petentium Gratiam, & Regis concedentis, oſtendendum erit Gratiam conceſſam Anno 1595. de qua in *Pragm.33.* non comprehendiſſe hunc caſum.

Non comprehendit itaque Gratia hunc caſum, ex quo tempore diſpoſitionis exiſtebant filius ma-
27 ſculus, & fœmina in medio, ſed tantùm illum caſum includit, in quo fœmina eſſet immediatè ſucceſſura, in quo poteſt feudatarius illam excludere vocando maſculum de familia remotiorem, ſed in gradu ſucceſſibili; At in caſu noſtro, in quo exiſtebat maſculus immediatus ſucceſſor, qui fuit hæres inſtitutus, non poterat vigore hujus Gratiæ fieri ſubſtitutio in feudis, nedum in beneficium extranei de aliena familia, ſed nec etiam in beneficium alterius maſculi de familia feudatarii in gradu ſucceſſibili, ut in puncto con-

Digitized by Google

fiderat *Dominus Regens de Marinis lib.1.fuar.*
*refol. cap.*126. *num.* 76. qui fubftinet cafum no-
ftrum io præfata Gratia non comprehendi, &
fubftitutionem factam in vim Gratiæ prædictæ,
adeo nullam cenferi , quod non poffit fubftitu-
tus impedire filio alienationem feudorum à Pa-
tre obventorum; & ita decifum, & habitum pro
verò oftendit in caufa Principis Roccę Afpidis,
qui habendo filium mafculum fic attenta Gratia
de feudis difpofuerat , & comprobat *lib.* 2. *cap.*
219.*num.*4.*& cap.*189.*num.*89.& clarius *Confil.*
Rocc.de offic.§ 4.*verf.quartus cafus eft à n.*65. *ad*
71.ubi occurrit omnibus contrariis argumentis.
Sanè in uno tantùm cafu fupplicatum fuit Regi, &
in eo tãtùm Gratia loquitur concedendo feuda-
28 tariis poteftatem difponendi de feudis , nempè
quando feudatarius habet fæminam immediatè
fucceffuram , non autem quando mafculus effet
immediatus fucceffor , ut clarè patet ex verbis
dict. Pragm. 33. ibi; *In beneficio di quel mafcolo*
delle loro famiglie, il quale nel tempo delle difpo-
fitioni fuccederia, non effendoci femina in proxi-
miori gradu , alle quali donne poffa detto feuda-
tario fopra tutti fuoi ftati , e feudi ftabilire quel
tanto li parirà per fua dote ; fuit ratio ita conce-
dendi, nè feuda antiqua longo tempore in fami-
liis cõfervata exirent à propriis familiis per fuc-
ceffionem fęminarum nubentium in alienis fa-
miliis, ibi : *Li ftati , e feudi con molte fatiche , e*
fervitii acquiftati in un punto fi perdono dalle
proprie famiglie dell'acquirenti, fuccedendo in effi
le donne.
Huic malo occurrere voluit Gratia in cafu , quo
feuda à familia exirent, quia effet fucceffura fæ-
29 mina,non autẽ quando mafculus effet fucceffu-
rus , unde in hoc ultimo cafu fucceffionis ma-
fculi non conveniunt verba Gratiæ,nec ad illum
poteft extendi affenfus Gratiæ , qui reftringitur
ad difpofitionem faciendam in proximè fuccef-
furum , & non refpectu aliarum perfonarum, re-
fpectu quarum obftant leges feudales prohiben-
tes quamcumque difpofitionem abfque Domini
affenfu , excepto immediatè fucceffuro , *Horat.*
*Montan. de Regal.§.fin.nu.*25.*verf. fed num pof-*
*fit feudatarius, fol.*321.
Gratia enim hæc, quæ non confideratur uti lex ge-
neralis , fed uti privilegium communitati con-
30 ceffum nihil aliud fecit, nifi removere obftacu-
lum fęminæ intermediæ , ut rectè exiftimavit
doctifs. Conf. Jofeph de Rofa in prælud. feudalib.
*lect.*10.*num.*8.*fol.*90.*& num.*25 *fol.*95.& ideo in
omiffis ftrictiffimam recipit interpretationem ,
nec porrigi patitur ad cafus , & perfonas non
expreffas , etiamfi vigeat eadem , vel major ra-
tio , per doctrinam *Andreæ in cap.* 1. *§. donari,*
*num.*4.*qualiter olim feudum alienari poterat*,ubi
Liparulus in verbo , dic quod gratia circa finem,
*Camerar. fol.*44. *lit. N.& S.* latè *Gonzalez in*
*comment.ad cap.olim,*16.*de verb. fignific. num.*5.
& ad cap.porrò 7.*num.*2. *de privil.*
Præterea Gratia loquitur de feudis antiquis,ut ma-
nifeftè patet ex illis verbis : *Con dichiarare, che*
per tale difpofitione li feudi , e ftati predetti refti-
no come feudi, e ftati antichi , & ereditarii : un-
de non poteft porrigi ad feuda nova,prout erat
feudum Miani emptum à Teftatore , ut ipfemet
faffus fuit in dicta fua difpofitione, quia affenfus
Gratiæ extenderetur de re ad rem, cõtra doctri-
nam *Andreæ in cap.*1.*qui fucceffor.teneant.n.*11.
*& in c.*1.*§.donari,poft princip. qualiter olim feu-*
dum, ubi loquitur de affenfu legis , *Fulvius La-*
*nar.in cap.*1.*de his, qui feuda dare poffunt n.*163.
31 & hoc tranfit fine controverfia femper quod
agitur de affenfu legis , & non hominis , quia
magis comprehendit , & ad plus fe extendit
affenfus hominis, quàm legis, ut ex eodem *An-*
*drea , & Camerar.*optimè deducit *D.R.de Ma-*
*rin.in obferv.ad decif.*244.*Reg.Reverter.num.*6.
& 7.*lib.*1.
Ex quibus palam fit, Gratiam non comprehendere
cafum noftrum , in quo teftator mutando ordi-
nem fucceffionis omifit filiam de fua familia , &
fubftituit nepotem ex filia de aliena familia ;
quandoquidem hæc difpofitio facta proponitur
non fervata forma Gratiæ , fed in fraudem Gra-
tiæ ad finem fraudandi filiam legitima fuccef-
fione feudorum contra mentem petentium
33 Gratiam, & Principis concedentis , quæ fuit nè
feuda exirent extra familiam, ut fuprà diximus,
& habetur ex illis verbis: *Le quali fi cafano in*
famiglia aliena: *Capon.difcept.forenf.difcept.*368.
*à num.*8.*&* 16.*tom.*5.& rectè perpendit conclu-
dendo pro nullitate fimilis difpofitionis *Confil.*
34 *Staibanus cent.* 2. *fuar.refolut.refolut.*109.*num.*
25.in his verbis : *Sed in cafu noftro fi hæc difpo-*
fitio haberet effectum , nullo modo obtineretur
confervatio feudorum in propria familia , quæ
fuit mens petentium Gratiam, & Principis eam
concedentis , fed nec etiam evitaretur tranfitus
dictorum feudorum in alienas familias ; & de-
mùm *fub num.*92.fubdit, *fed etiam in fraudem*
dictæ ejus fororis , & immediatè in dictis feudis
fucceditricis , non autem ut mafculo remotiori,
& lineæ mafculinæ profpiceret feuda in ea con-
fervando , juxtà formam dictæ Gratiæ ex fupra
traditis , quæ eft fraus notoria ex difpofitione
feudi fine Regio affenfu per indirectum,& folùm
facta ad finem fraudandi fororem legitima fuc-
ceffione feudorum , & etiam in fraudem dictæ
Gratiæ,ut fuprà: *Undè corruit dicta difpofitio:ita*
ferè in propriis terminis fupradicta confideravit
Reg.de Ponte de poteft. Proreg. tit. 6. *de affenfu*
*Reg.fuper dotibus §.*1. *num.*25. *verf.& quid du-*
*bii num.*16.*verf.& non poteft negari.*
Admiffo igitur Gratiam, de qua in *Pragm.*33. *de*
feudis , non præfcribere fibi locum in præfenti
35 fpecie , neceffariò concludendum erit non effe
quoque applicabilem alteram Gratiam reda-
ctam in *Pragm.* 34. per quam tributa fuit facul-
tas feudatariis inftituendi majoratum, feu fidei-
commiffa

commiſſa in feudis uſque ad quartum gradum
ſucceſſionis permiſſæ, & per conſequens dicen-
dum erit nullo pacto ſubſtineri poſſe majoratū,
ſeu fideicommiſſum inſtitutum ſuper feudo Mia-
ni abſque aſſenſu ſuæ Catholicæ Majeſtatis,
quamvis proponatur factum inter deſcendentes;
ſiquidem ex dicta ſubſtitutione mutaretur feu-
di natura, & perverteretur ordo ſucceſſionis, ex
quo fuerunt excluſæ perſonę, quæ erant admi-
ctendæ ex lege feudi, & intrat prohibitio *Prag.
4.in 5.cap.de feudis*, ut perpendit *Horat. Mon-
tan.de regalib. §.fin.num.* 12.*verſ.adverte tamen*;
quam ſubſtitutionem mutantem feudi naturam
cenſeri quoque prohibitā in terminis Gratiæ, ad-
vertit *Conſil.Rocc.de offic. rubr.*13.*§.6. num.*8.*&*
*§.9.num.*60. *in fine*, quem *Nos* retulimus, & ſe-
quuti ſumus *in obſer. ad Patrem, & ad Pragm.*
34. *de feudis obſervat. ad ſingul.*162.*&* 163.*nu.*
12.*in fine*.

Fuit enim alterata feudi natura per Gratiam hanc
extendentem feudi ſucceſſionem, & conceden-
tem facultatem feudatariis inſtituendi majora-
tum ſuper feudis in beneficium comprehenſo-
rum in quarto gradu, quod prius vetitum repe-
riebatur abſque aſſenſu Suæ Catholicæ Maje-
ſtatis per *Pragm.4.in §.6.de feudis*, unde altera-
36 ta natura feudorum in hoc caſu ſubſtitutionis
faciendæ intra gradum ſucceſſionis permiſſę non
cenſeri alteratā in alio ſcilicet, ut poſſit feudata-
rius vocare ad ſucceſſionem majoratus perſonas
non immediatè vocatas per leges feudi nè duæ
ſpecialitates circa idem concurrant, contra *text.
in l.*1. *C. de dotis promiſſ.* & contra mentem Re-
gis concedentis, per quem erat exprimenda
qualitas hæc, alterans rectam naturam feudalem,
juxt. *text. in cap.* 1. *in §. profectò de leg. Corrad.*
quem expendit *Montan.de regal. §.fin.in nu.*20.
*verſ.eſt enim id verum, fol.*346. ideo feudi natu-
ra remanet tantum alterata in expreſſis ex vo-
luntate Regis aſſentientis, & in aliis non expreſ-
ſis feuda retinent propriam naturam, *cap.*1. *de
feud.non habent.propr.feud.natur. Ann.alleg.*41.
*num.*34. *Frecc.* & alii apud *Marcianum conſ.*69.
*num.*55.*lib.*2.*Reg.Galeot.controv.*23. *à num.*40.
37 *ad* 37. ubi quod quandò Rex diſpenſat in aliquo
contra naturam feudorum non dicitur diſpenſa-
to in alio niſi nominatim petatur; & expreſsè pa-
riter concedatur.

Qua concluſione ſic ſtante remanet regula prohi-
bitiva juris communis, per quam feuda quam-
vis hæreditaria gravari non poſſunt vinculo fi-
deicommiſſi, vel majoratus abſque Regis aſſen-
ſu, *cap.*1.*de ſucceſſ.feud.* ibi: *Nulla ordinatione
defuncti manente, vel valente, cap. Imperialem,
de probib.feud.alienat.per Federicum*, quæ fidei-
38 commiſſa, & ſubſtitutiones prohibentur fieri
etiam inter deſcendentes, & vocatos ad ſucceſ-
ſionem ob intereſſe Regiæ Curiæ, ut conſiderat
Reg. de Curt. apud Reg. Galeot. controv. 49.
*num.*18. *lib.*2. *Reg.Capycil. deciſ.*170. *num.*53.
lib. 2. *Conſil. Rocc. de offic. §.* 6. *num.* 8. *fol.*203.
*Conſil.de Roſa conſult.*39.*num.*8.*&* 9.

Quibus ſic ſtantibus non obſtat motivum ab uno
ex doctiſſimis Dominis Conſiliariis excitatum,
39 nempè quod in ultimis voluntatibus utile per
inutile non vitietur, ideoque quamvis ſubſtitu-
tio non valeat reſpectu nepotis ex filia, valebit
tamen reſpectu filiæ Teſtatoris.

Reſpondemus enim quod ad hoc, ut tale motivum
poſſit militare requireretur, quod in ſubſtitutio-
ne filia fuiſſet vocata in ſequenti gradu poſt vo-
cationem dicti nepotis ex filia, tunc certè intra-
ret difficultas, an vitiato gradu nepotis ex filia
remaneat validus alter gradus, quo filia fuiſſet
ſubſtituta: At in noſtra propoſita ſpecie filia in
nullo gradu fuit vocata, nec in præcedenti, nec
in ſubſequenti, unde motivum militare non po-
40 teſt, imò, & cum fuiſſet vocata filia poſt nepo-
tem videndum eſſet, an filia principalitèr, an
verò acceſſoriè fuiſſet conjuncta in ſubſtitutio-
ne cum nepote, quia ſi acceſſoriè fuiſſet voca-
ta cum nepote ex dicta filia, etiam reſpectu filiæ
eſſet nulla diſpoſitio, & utile per inutile vitiare-
tur. Quare ſi Teſtator legat ſervū cum peculio,
& legatum in ſervo eſt nullum, erit etiam nul-
lum in peculio, quia illa dictio conjungit acceſ-
ſoriè, non principaliter, & ob individuum volun-
tatis Teſtatoris, qui veriſimiliter non legaſſet
peculium abſque ſervo, in totum vitiaretur di-
ſpoſitio, ut pulchrè docet *Alciat. in leg.*1. *§.ſed
mihi, in repet.num.*15.*&* 18. *& in lect. num.*17.
*ff.de verb. obligation. Rot. Rom. deciſ.*709.*nu.*9.
*diverſ.part.*1.& in terminis aſſenſus ſuper diſpo-
ſitione feudi, idem docet *Anellus Amat.in conſ.*
9.*nu.*23.*&* 24.*verſ.nec obſtat*, *Marcian.conſ.*16.
*num.*13.*lib.*1.

At in noſtro caſu filia, nec principaliter, nec acceſ-
ſoriè in nullo gradu ſubſtitutionis vocata fuit,
atque ita non poteſt fieri extenſio de perſona
filii ad matrem, ſicuti neque de Patre ad filium,
quando non eſt hæres Patris in eodem feudo, ut
certiſſimum eſt ex *Andrea, & Camerar. in cap.
Imperialem de prohibit.feud. alienat. per Federi-
cum, fol.*46.*dt lit.O. cum ſequentibus*, *& fol.*47.
lit.B. & C. unde non poteſt applicari motivum,
quod utile per inutile non vitiatur.

Ulterius, cum fideicommiſſum hoc ſuper feudali-
bus conſideretur uti quid individuum, & con-
41 nexum individuo voluntatis Teſtatoris, per
conſequens utile per inutile vitiatur, *Schrade-
rus de feud.part.*10. *lect.*19.*num.*129. *Roſenthal.
de feud.cap.*4.*concluſ.*37.*n.*2. magiſtraliter *Mon-
tan.in repetit. c.Imperialem, §.præterea ſi quis in-
feudatus, num.*36.*verſ.ſecundum caput noſtræ di-
ſtinctionis, fol.*133.*lit. N.* & hanc concluſionem
uti indubitatam in terminis feudalibus ſequun-
tur *Reg.de Ponte de poteſt.Proreg.tit.*8.*§.*3.*à nu.*
21.*ad* 24.*& Conſil.Staiban.reſolut.*61.*nu.*47.*&*
48.*reſolut.forenſ. lib.*1. unde in terminis Gratiæ,
totam corruere feudatarii diſpoſitionem ob in-

dividuum voluntatis disponentis non servata forma Gratię, rectè advertit *D.Rodoer.in suo doctiss.coment.ad Prag.33.de feud.c.19.n.10.& 11.*

Hinc consentaneum videtur, ut resolvamus aliam objectionem, quam facere posset Adversarius
42 nempè testamentum hoc quamvis nullum, substinendum fore, saltem in vim pacti ob prætensam acceptationem vigore interpositionis decreti Præambuli.

Enim verò respondetur, quod regula *tex. in l.cum à matre, C. de rei vindicat.* non militat in acti-
43 bus prę se ferentibus nullitatem, quia hæres non tenetur habere ratum factum defuncti nullum, & invalidum, ex latè deductis per *Reg. Merlinum controvers.forens.cent.2.cap.81.num.15.& 16.* unde feudatario disponente de feudalibus non observato tenore investituræ, non tenetur hæres in feudo hæreditario habere ratum hoc factum defuncti à jure improbatum, *Consil.Rocc. de offic.§.6.num.9.fol.203.Staiban.cent.2.suarum resolutionum cap.99.num.29.*

Quibus accedit, quod prætensa approbatio dispositionis paternæ nullo pacto Parti opitulatur,
44 quia approbatio, & ratificatio quatenus prętendi posset per hæreditatis aditionem, esset similiter nulla sine assensu, quia primogenitus non potest consentire, nec acceptare dispositionem paternam factam in beneficium alterius agnati, quando adest alius proximus, qui est immediatè successurus, quemadmodum aderat in hoc casu Testatoris filia, *Camill. de Medicis consil. 104.à num.18.cum seq.*

Cęterum concludendum videtur causam hanc tanquam in claris, & apertis juris articulis reposi-
45 tam, qui nullam patiuntur controversiam, decidendam fore absque termino, juxtà *Innocentii doctrinam in cap.cum inter seniorem extr.de electioni.* & juxtà decisiones allatas per *R. Sanfelic. decis.17.D.de Franch.decis.221. num.12. & decis.262.in fin. Reg.Rovit.super Pragm.7.de ord. Jud.num.12. Reg.de Mariu. lib.1. suarum resolutionum cap.66.num.6.*

D.Januarius de Philippo Marchio Miani, & Judex M.C.V. Franciscus Maradei.

Hic postremò videndum proposuimus, nùm officia dicantur comprehensa sub Gratia, adeoquod va-
46 leat concessionarius in vim gratiæ instituere majoratum, & fideicommissum in officiis, quemadmodum Instituitur in feudis Infra quartum gradum successionis permissæ.

Ex Doctoribus, qui de hac Gratia locuti sunt nullus, quem viderim articulum hunc degustavit. Solus *Lanar.* scribendo ante hanc Gratiam, quæ prodiit de Anno 1655. affirmavit in officiis ex-
47 presè concessis in allodium, vel simpliciter absque ulla expressione in feudum, ut patet ex suis *addition.*. ad *Patr.cap.1. de success.feud. à n. 57.cum seq.* ubi scripsit pro validitate fideicommissi instituti super officio Magistri Actorum Provinciarum utriusque Calabriæ concesso *pro hæredibus, & successoribus in perpetuum* illorum de Bernaudo, & concludit quod semper, quod concessiones leguntur cum hac clausula, *pro hæredibus, & successoribus, vel pro hæredibus ex corpore* potest fieri substitutio, & fideicommissum in officiis, quæ non sunt de Regalibus; nec habent adnexam jurisdictionem, quemadmodum ipse *Lanar.* considerat officium Magistri Actorum credentiariæ, gabellæ bajulationis, & custodis carceratorum, & aliorum similium officiorum, in quibus cadit solum exactio proventuum, vel emolumentorum dependentium ex dictis officiis, quibus conclusionibus tamen contradicere videntur scripta per *Consil. Prat.discept.forens.lib.4. à num.28. & seqq.*

Ratio igitur dubitandi esse videtur in Regalibus officiis, quæ non regulantur à legibus feudali-
48 bus, & proinde non videntur comprehensa sub Gratia, quæ loquitur de feudis, adeòut jus succedendi in officiis alteratis in sui natura prævia concessione facta cum clausula *pro hæredibus simpliciter, vel pro hæredibus ex corpore* non judicatur secundum feudorum leges, à quibus neque sumendam esse interpretationem circa regalia concessa in feudum, nisi expresè dicatur, voluit *Horat.Montan.de Regalib.officiis num.7. &* clarius *nu.74. & 75.* ubi scribendo ad interpretationem Gratiarum admittentium in Regno
49 nostro ad successionem fratres, & sorores uterinas; & etiam filios utriusque, dicit illas non præscribere sibi locum in officiis alteratis cum clausula *ex corpore*, cœterisque Regalibus; assignando rationem, quod Gratiæ habent vim dispensationis, & proinde non veniunt interpretandæ, nec protrahendæ, etiam ex paritate rationis, nisi in casu expresso feudorum: idemque confirmat in *eod.tit.de Regalibus nu.14. fol.179.*

Hæ rationes itaque essent satis urgentes ad substinendam opinionem, officia regalia nõ esse comprehensa sub Gratia, nisi ad contrarium affirmandum me impellerent novissimæ *Literæ Regales*, quæ prodierunt sub die 20. Augusti 1664.& sub
50 die 24. Novembris 1675.de quibus in *Pragm. 3.de offic.ad Reg. collat.spectant.* quibus expressè cavetur, officia concessa pro hæredibus in perpetuum, vel in burgensaticum regulanda esse secundùm naturam feudalem servata forma *Prag.Constitut.& Gratiarum* huic Regno concessarum, unde non erit cur dubitandum, Gratiam de Anno 1655. non comprehendisse officia tam circa successionem ampliatam usque ad quartum gradum, quàm circa institutionem majoratus infra terminos successionis permissæ, quemadmodum ante dictas Regias Literas decisum extiterat, antecedentem Gratiam, de qua in *Pragm.33.* vindicare quoque sibi locum cir-
51 ca exclusionem fœminarum in officiis concessis

ad

Digitized by Google

ad modum feudi pro *bæredibus ex corpore* in
cauſa Marchionis Acaję, cum D. Vincentio de
Montibus, ut habetur apud *Lanar. in addit. ad
Patr. in cap. 1. de ſucceſſ. feud. nu. 3.* & apud *Reg.
de Philippis in diſſert. fiſcal. 39. n. 27. & 28.* quos
laudavimus in *obſerv. ad ſing. 165. noſtri Genit.
nu. 3.* conferunt rationes magis in terminis ad-
ductæ per *Reg. de Philippis diſſert. 32. à num. 73.
cũ ſeqq.* & *Nos* novilsimè laudat accuratiſsimus
*Conſil. de Altimar. de Nullitat. contract. rubr. 1.
par. 2. qu. 19. num. 82. in fin.* & plenius dicam
in *Obſervationib. ad Pragm. ultim. de officiis ad
Reg. collat. ſpectant.*

Poteſt etiam controverti, num hæc ultima Gratia
de Anno 1655. comprehendat etiam ſubfeuda,
52 & nedum ea, quæ tenentur in capite à Barone,
& à Rege, quæ ſunt quaternata ſecundùm quid,
ſed etiam plana, & de tabula, quæ tenentur à Ba-
rone tantùm: Et reſpectu horum feudorum pla-
norum, & de tabula, breviter, & reſolutivè pro-
cedendo, dico non eſſe comprehenſa ſub gratia,
ut expreſsè colligitur ex verbis petitionis, &
conceſsionis, quæ ſtatuit, *Ut omne id, quod cir-
ca ſucceſſionem feudorum obſervabatur uſque
ad tertium gradum, obſervetur in beneficium
comprehenſorum in quato gradu tam virorum,
quam fœminarum, derogantes Pragmaticæ, Con-
ſtitutioni, aut alteri Legi Regali*, ideòque intel-
ligi debet de feudis quaternatis, & mixtis, & de
53 illis, in quibus priùs de jure Regni ſucceſſio in
linea tranſverſali extendebatur uſque ad ter-
tium gradum per *Conſtit. Ut de ſucceſſionib.* ergo
non comprehenſa videntur ſubfeuda plana, in
quibus non reſtringitur ſucceſſio de jure com-
muni feudorum in tertio, vel quarto gradu in
linea collaterali, ſed progreditur uſque ad ſe-
ptimum gradum, *Gloſ. Andr. Aff.* & alii apud
54 *Reg. Reverter. deciſ. 399 in princip. Horat. Mon-
tan. controv. 22. num. 7.* dummodò qui ſuccedit,
deſcendat à primo acquirente, *cap. 1. §. & quia
videmus de his, qui feud. dar. poſſ.* junctis aliis
cumulatis per *Reg. de Marinis lib. 1. ſuar. reſol.
cap. 126. num. 87.*

Inſuper hoc clarius redditur ex illis verbis, quæ
ſubſequuntur, ibi: *Concedimus prædictis Viris
Nobilibus, quod quilibet eorum poſſit fundare
55 majoratus in ſuis feudis infrà terminos ſucceſ-
ſionis permiſſæ*, quæ verba directa *Viris Nobili-
bus*, non poſſunt complectere ſubfeudatarios
poſſidentes feuda ruſtica, ſeu plana, & de tabula
ex conceſſionibus Baronum, in quibus conceſ-
ſionibus nulla conſideratur nobilitas, quemad-
modum conſideratur in conceſſionibus in feu-
dum factis à Rege, ex traditis per *Reg. de Mari-
nis in obſervat. ad deciſ. 69. D. Reg. Reverter. nu.
8. in fine tom. 1.* & per *Camill. de Curt. in ſuo di-
verſ. Jur. feudal. ſub num. 4. & 5.* & per *Reg. Ro-
vit.* ad eundem *de Curt.* ſe referentem *in conſ.
23. in calce lib. 3.*

Aliter tamen aſſeverandum videtur in feudis qua-
ternatis ſecundum quid, ſeu mixtis, in quibus
56 cum non ſuccedatur ſecundum *jus commune
feudorum*, ſed ſecundum *Conſtitutionum jus*,
juxta opinionem *D. Reg. de Marinis lib. 1. ſuar.
reſol. cap. 126. num. 88. & Conſil. de Altomar. in
obſervat. ad deciſ. 42. Reg. Rovit. num. 35.* videtur
Gratiam in eis ſibi præſcribere locum, quem-
admodum locum habere libenter affirmarem in
omnibus feudis, quæ in dubio præſumuntur
57 quaternata, quamvis non reperiantur deſcripta
in Quinternionibus *Reg. Cameræ*, neque in Ce-
dulariis adhoarum adnotata, dummodò nulla
appareat Baronis conceſſio, juxta ea, quæ haben-
tur deciſa apud *Reg. Reverter. deciſ. 399.* ubi feu-
dum *delli Schiavi* ſitum in pertinentiis Capuæ
fuit habitum pro feudo quaternato, quamvis non
extitiſſet deſcriptum in Quinternionibus *Regiæ
Cameræ*, & proindè fuit declaratum devolutum,
& apertum in beneficium Regiæ Curiæ, exclu-
ſis illis, qui tertio jungebantur gradu cum feu-
datario ultimo defuncto, & ſic ex diſpoſitione
Conſtit. Ut de ſucceſſionibus ſuccedere prohibe-
bantur, comprobant *Dom. Reg. Petra ſuper Rit.
57. num. 16. & Reg. de Philippis diſſert. 32. num.
76. in fine.*

Idemque aſſeverandum eſſet ſi feudum antiquitus
extitiſſet cum Vaſſallis, & proindè præſumere-
58 tur quaternatum, & poſtmodum poſt centum
annos fuiſſet redditum inhabitatum ex Vaſſal-
lorum diſceſſu, quià tunc ceſſaret illa qualitas
feudi quaternati, & haberetur uti planum, juxta
decisionem factam per *Reg. Cam.* referentem in
Coll. Conſ. apud eundem *Reverter. dec. 60. lib. 1.*

Verùm ſemper quod loquimur de feudis quater-
natis ſecundum quid, intelligere oportet de ve-
59 ris feudis quaternatis ſecundum quid, quæ pro-
priè ſunt illa cum Vaſſallis, vel illa, quæ fuerunt
talia effecta per Regis aſſenſum habentem vim
novæ inveſtituræ, at ſecus ſi proponatur aſſen-
ſum Regis fuiſſe interpoſitum ſuper aliqua ſub-
infeudatione per Baronem facta abſque clauſu-
la, *quod ſubfeudatarius teneat feudum ab ipſo
Rege*, vel cum alia reſervatione ſuper corpore
ſubinfeudationis, quia tunc feudum remaneret
planum, & de tabula, cum talis aſſenſus non
habeat vim novæ inveſtituræ, ſed tollat tantùm
obſtaculum, juxta opinionem *Reg. Rovit. &
Conſil. de Georg. apud R. de Marinis lib. 1. ſuar.
reſol. cap. 126. num. 84.* & per conſequens Gratia
in hoc caſu locum ſibi præſcribere non poſſit.

In terminis verò præcedentis Gratiæ redactæ in
Pragm. 33. invaluit opinio, feuda etiam plana,
60 & de tabula, quæ tenentur à Barone compre-
henſa eſſe ſub Gratia, quę loquitur de feudis, tam
quaternatis, quàm non quaternatis, & hanc ſen-
tentiam veram exiſtimarunt, *Horat. Montan. de
Regalib. §. fin. num. 8. & 9. Taſſon. de anteſat. ver-
ſic. 4. obſervat. 2. in allegat. 14. num. 138. lect. 10. à
nu. 5.* quos laudavimus in *obſervat. ad ſing. 165.
mei Genitoris recolendæ memoriæ num. 9.*

Sed

Digitized by Google

Sed novissimè *D. Rodoerius in suis locupletissimis commentariis ad hanc Pragm.33.de feud. cap.2.*
61 *à num. 1. ad 13.* invehit contra *Horat. Montan.* confutando illius opinionem tamquam falsam, & à veris juris feudalium terminis alienam.

Movetur *D. Rodoer.* quia in successione feudorum planorum attenditur jus commune feudo-
62 rum, per quod arcentur fœminæ à successione, & per consequens ad fœminas jam exclusas per leges communes feudales non erat opus Gratia ad denuò illas excludendas, quæ tantùm directa videtur ad feuda quaternata subjecta *Constitutionibus, & Legibus Regni* restingentibus successionem ad tertium gradum.

Insuper addit, quod verba Gratiæ non conveniunt
63 subfeudis, in quibus nullum versatur interesse Regiæ Curiæ, sed Baronum, quibus non præsumitur Regem voluisse præjudicare per Gratiam.

Sed salva reverentia tanto viro falsa detegitur
64 ejus sententia contra *Montan.* etiam inspectis illis principiis, quibus nititur idem *D. Rodoer.*

Fundamentum enim illud, quod successio in feudis planis, & de tabula judicanda sit per terminos
65 juris communis feudorum, verum est, quemadmodùm fuit habitum pro vero *per S.R.C. apud Reg.Rovit.* in illa celebri *decis.42.* qua fuit exclusus patruus a successione feudi novi plani, & de tabula, juxta *text.* rotundum in *cap.1.§.his deficientibus, de duob.fratrib.& gradib.succed.in feud.& in cap.1.§.1.versic. cum vero Corrad de his qui feudum dare possunt.*

Non tamen vera erit sequela, quod idem jus commune feudorum fœminas in feudis planis exclu-
66 dat, & per consequens non erat opus recurrere ad Gratiam, siquidem deceptus fuit in hoc *D.Rodoer.* cum nec de jure communi feudorum, nec per jus *Constitut.* fœminæ reperiantur expressè exclusæ à successione feudi plani, & de tabula.

De Jure communi feudorum cautum non reperitur fœminam à tali specie successionis esse ar-
67 cendam, sed tantum generaliter dispositm fœminam feudi successione esse incapacem, juxta *text.in cap.1.§. hoc autem notandum, de his qui feud.dar.poss.*

De *Jure Constitut.* neque aliquid fuit immutatum respectu successionis fœminarum in feudis pla-
68 nis, nam Constitutio, *In aliquibus* fuit generalissima cira successionem fœminæ in feudis, masculis deficientibus, in omnibus feudis tam juris Francorum, quam Longobardorum; Nec *Constitutio, Ut de successionibus*, quę de feudis quaternatis tantum loquitur, & in feudis planis reliquit incorrectum jus commune feudorum, cogitavit excludere fœminas jam admissas per *Constitut.* præcedentem *In aliquibus*, sed tantùm gradum limitare voluit in feudis quaternatis, & non in feudis planis, & de tabula, *Montan.controv.23.num 7.in fine*, quod latè ostendit *Dom. Reg.de Marinis lib.1.suar.resol. cap.233. à nu. 20.ad 24.& cap.126.nu.87.* & hanc sententiam probatam habemus exemplis rerum judicatarum apud *de Franchis decis.7.* & apud *Consil.de Georg.in repetit.feudal. cap.9.* qui ambo testantur pro fœmina decisum, & alias decisiones cu-
69 mulat *Montan.in cit.controv.23. num.7.* & esse opinionem veriorē, & usu receptam in Tribunalibus profitetur in *repet. l. Imperialem, §.præterea Ducatus à num. 114. ad 116.* ubi in fine ità subdit: *Utcumque semper sit, semper fœmina succedit in his feudis planis, etiam si militare servitium præstaretur, vel constaret sub feudi natura concessa fuisse hujusmodi feuda, ità quod succes-*
76 *sio deferatur jure communi feudorum, nam tunc intelligetur quoad gradus tantùm in successione Collateralium, quod non fuit immutatum per Constit. In aliquibus, non quoad successionem, seu habilitationem fœminæ ad succedendum in illis, nam in hoc jus commune feudorum fuit correctum per dictam Constitut.In aliquibus, ut probatum fuit supra, & sic contra Bommacar.& quod fœmina succedat in feudis planis in Regno nostro, existimarunt Afflict. quem secutus est Marin.in 23. differ. feudor. planor..& quatern. Camer.cap.1.num.16.in fine supra an Agnat.& in eodem cap.1.num.1.Dom.de Franchis decis.7. & dec.171.Lipar. Nepos in addit.ad summ.Odofred.quæ incip.cum natura, tit.qui succed.in propriet.feud.Thom.de Marin.de generat.& qualit. feud.lib.1.tit.11. de feud.fœmin. sive matern. nu. 27.in fine, Intrigliol.in 1. cent.de feud. qu.45.n. 215. & esse opinionem usu receptam in Tribunalibus testatur Mormil.Præsid.R.C.S.in annotat. ad Constitut.In aliquibus.*

Corruit pariter secundum argumentum *D. Rodoer.* se fundantis, quod verba Gratiæ non con-
71 veniant subfeudis, in quibus Reg.Cur.nullum jus habet etiam respectu devolutionis, sed totum interesse est Baronum, quibus non præsumitur Regem voluisse præjudicare per Gratias eisdem Baronibus concessas, si consideremus Gratiam fuisse concessam per viam Legis generalis ad petitionem totius Regni, & præsertim Baronum, ut patet ex illis verbis: *Questa fedelissima Città, e Baronaggio*, unde Rex nullum intulit Baronibus præjudicium, dum ipsimet Barones, à quibus subfeuda tenentur, expressè petierunt, ut ipsa feuda plana includerentur sub Gratia, ut respondit *Consil.de Rosa* addendo robur ad *Montan.* argumenta *in prælud.feudal.lect. 10.num.7.& 8.fol.90.*



OB-

OBSERVATIO XXI.

SUMMARIUM.

1 *Pœna pecuniariæ ducatorum mille imposita* per Reg.Pragm. *contra emittentem ictum scopictæ non erit locus, quando reus fuit damnatus pœna extraordinaria, & refertur decisio, & num.2.*

3 Reg.Jo:Francisci Marciani senioris *votum adducitur pro quæstionis decisione.*

4 *Pœna extraordinaria imponi potest, vel ex defectu probationum, vel ex causa minorante delictum.*

5 *Pœna ducatorum mille non vindicat sibi locum in homicidio commisso in rixa, vel ad defensionem.*

6 *Statutum loquens de rixa non videtur tollere defensionem.*

7 Pragm. *quæ imponit pœnam pecuniariam ducatorum mille præsupponit pœnam ordinariam capitis, & interpretantur verba illa* Prag. Quelli che commetteranno delitti con armi di fuoco.

8 *Pœna confiscationis bonorum in crimine læsæ Majestatis cessare debet cessante pœna ordinaria ex defectu probationum.*

9 Pragm.28. de Arm. *edita* per Comitem de Monte-Regio in Anno 1637. *interpretatur.*

10 *Pœna ducatorum mille ad hoc, ut possit exigi contra reum absentem requiritur, ut efficiatur contumax* ad imformandum, & ad Capitula, *& quod contumacia non purgetur, vel reddatur nulla.*

11 *Pœna prædicta exigi non potest non constito delicto per plenissimas probationes, & non sufficiunt indicia, & num.14.& 16.*

12 *Refertur consimilis casus, qui emersit disputandus in Sac. Consil. in Anno* 1701. *ad relationem* dignissimi Regii Consiliarii Petri de Fusco, *cujus votum tamquam Magistrale refertur, & num.13.*

15 *Pœna ducatorum mille imposita* per Reg.Prag. *est in augumentum pœnæ corporalis.*

17 *Pœna confiscationis bonorum num habeat locum contra reum damnatum pœna extraordinaria ob causam minorantem.*

18 *Refertur dissidium inter* Mastrill. & Giurb. *& alios Neotericos, & num.19.*

20 *Reus contumax nunquam potest dici convictus.*

21 *Sententia condemnans reum in contumacia ad pœnam pecuniariam ex indiciis non remanet firma, nisi reo perseverante in contumacia.*

22 *Sententia lata in contumacia est mera interlocutoria, vel ad instar interlocutoriæ.*

23 *Pœna ducatorum mille restituitur reo contumaci comparenti, & suam innocentiam ostendenti per torturam toleratam.*

24 *Votum* Reg. Marciani *pro quæstionis decisione refertur.*

25 *Pœna non debet exigi contra reum comparentem, sed est expectandus exitus causæ principalis.*

26 *Citatio* ad informandum, & ad Capitula *non potest relaxari contra reum inditiatum, non apparente causa delicti.*

27 *Sententia condemnatoria lata simpliciter contra reum inquisitum de duobus delictis debet intelligi pro minori pœna.*

28 *Officialis completo anno tenetur expectare successorem.*

29 *Judex, qui potest procedere ex se, si processit ex mandato Superioris facultatem non habentis facit acta nulla.*

30 *Locumtenens creatus à Barone num habeat exercitium causarum meri Imperii, & nu.31. & 32.*

33 *Actuarius, vel tabellio condemnatus ad triremes tamquam infamis ex genere pœnæ non potest exercere officium Actuarii, vel tabellionis; & quid in deportato, num.34.*

35 *Repetitio testium habita vigore declarationis factæ per reum non tollit aliam nullitatem præter illam, quæ resultabat ex defectu repetitionis.*

36 *Nullitates actorum ordinatoriorum proponi possunt adversùs decreta lata in contumaciam.*

37 Pragm.4. de dilat.in §.17. *non habet locum in decretis interlocutoriis, nec in decretis latis per Civitates Baronales, & nu.38.*

39 *Reus, qui petit gratiam à Principe non fatetur delictum, nisi in supplicatione fuisset crimen confessus.*

40 *Judex appellationis, ad quem est devoluta causa diffinitiva, potest retractare etiam interlocutoriam, quæ fecit transitum in rem judicatam, etiam si non fuisset appellatum à gravamine illato per interlocutoriam.*

41 Decisio S. R. C. *pro quæstionis resolutione refertur.*

42 *Pœna confiscationis imposita per statutum copulativè cum pœna mortis, si ob defectum probationis reus non pœna ordinaria, sed extraordinaria venit plectendus, neque confiscationis pœna puniri potest.*

De Ictu Scopictæ. Pragm.IV.

Per l' Illustre Conte di Monte-Rey, &c.

In §.incip. *E perche conviene, &c.*

PRobavi in *observat.ad sing.*184.*mei Genitoris, nu.*21. non esse locum pœnæ pecuniariæ ducatorum mille pro ictu scopictæ, quoties non est locus pœnæ ordinariæ, nunc eandem sententiam aliis rationibus, & *DD.* authoritatibus con-

confirmando, dico, sic fuisse annis superioribus
1 decisum per S. C. referente *dignissimo Consiliario*, postmodum *Reg. D. Jo: Francisco Marciano* seniore procedente, uti Delegato per S. E. in causa U. J. D. Mutii Basvini condemnati ad exilium per triennium propter homicidium commissum noctis tempore cum ictu scopictæ, non obstante quod prius dictus Mutius fuisset citatus *ad informandum*, *& ad Capitula*, reputatus contumax, & facta executio pro pœna, nihilominus
2 S.C. decrevit, *quod restituatur executio*, ut ex actis penès Scipionem de Christoforo Actuarium assumptum: & rationes decidendi confirmantes meam opinionem colliguntur ex voto *ejusdem Regentis*, quod hic juxta ejus tenorem inferendum duxi.

Votum Regii Consiliarii, postmodum Regentis D. Jo: Francisci Marciani.

IN causa U. J. D. Mutii Basvini condemnati ad exilium per triennium propter homicidium commissum noctis tempore cum ictu scopictæ,
3 difficultas est, utrum teneatur ad pœnam ducatorum 1000. contentam in *Pragm. Ducis Medinæ de las Torres* 28. *in ordine in prætermissis*, dum fuit ad exilium condemnatus.

Et pro solutione dubii notandum est primò ex duplici capite ad pœnam extraordinariam procedi
4 posse, vel ex defectu probationum, vel ex aliqua justa causa delictum debilitante, & quia causa in homicidio, ut loquar in terminis dictæ *Pragm.* multiplex esse potest, rursùs notandum est, vel extra ordinem homicidium puniri, *quia rixosum fuit*, *vel cum provocatione*, & ad defensionem: Hoc posteriori casu (qui est propriè casus Basvini, cum homicidium nedum rixosum, sed cum provocatione, & ad defensam præsup-
5 ponitur commissum, ut alibi fusè scripsimus) cessare omnem controversiam, & pœnam ducatorum mille locum sibi non vindicare absque ullo scrupulo existimo, motus authoritate, *Caball. resol. crimin. cent.* 1. *cas.* 88. dicentis, quod si statutum disponat, ut trahens ictum scopictæ puniatur pœna mortis, etiam non secuta morte, & licet hoc fit in rixa, tamen si quis trahit ictum scopictæ ad sui defensionem, puta quia fuit provocatus ab Adversario cum ejusdem generibus armorum, in hoc casu trahens ictum scopictæ non punitur pœna mortis, quinimo hoc casu neque pœna asportationis scopictæ, etiā quod esset pœna mortis imposita per statutum, idem *Ca-*
6 *ball. cas.* 62. ratio in promptu est, quia statutum generaliter loquens, & simpliciter de rixa, non videtur tollere defensionem, sed videtur illam reservare, *Alex. cons.* 113. *num.* 8. *lib.* 5. *Dec. in l. ut vim*, *num.* 9. *vers. & talis defensio*, *ff. de Just. & Jur. Hippolytus de Marsiliis sing.* 59. *& Bald. cons.* 111. *num.* 1. *lib.* 4. Defensio enim est de jure naturæ, vulgata *l. ut vim*, unde nec statuto per Principem tolli potest, neque pacto, *Caball. cons.* 101. *num.* 24. quod si verissimum est hoc argumentum ad interpretationem rigidi statuti prohibentis ictum scopictæ, etiam quod fuerit in rixa emissum: quantò fortiùs erit ad intellectum *Pragmaticæ nostræ* pœnam pecuniariam ducatorum mille indicentis nulla facta mentione de rixa?

Hoc pro Mutio Basvino sufficeret argumentum, sed ut à fortiori videatur concludere etiam prio-
7 ri capite distinctionis, nec pœna ducatorum mille irrogari potest, & ni fallor clarus est *Prag.* intellectus, finis namque statuti fuit pœnam pecuniariam addere pœnę mortis, ità & taliter, ut pœna ducatorum mille præsupponit pœnam ordinariam capitis. Non enim simpliciter jussit, *Pragm. comandamo, che quelli commetteranno delitti con armi di fuoco incorrano in pena pecuniaria di docati mille*, hoc enim casu esset aliqua difficultas, sed dixit, *quelli che commetteranno delitti con armi di fuoco, oltre delle pene corporali nelle Regie Prammatiche stabilite incorrano nelle pene pecuniarie di docati mille*, ergo pœna pecuniaria imposita fuit in augmentum pœnæ mortis; nam pœnę corporales pro criminibus commissis cum armis igneis in *Regia Prag.* contentæ ad pœnam mortis reducuntur, nec ullam inveni *Pragmaticam* punientem ictum scopictæ cum distinctione, exempli gratia, præmeditatum pœna mortis, rixosum pœna exilii, vel relegationis, itaut possit, & valeat Regius Fiscus insurgere dicens pœnam ducatorum mille imposuisse in augmentum pœnæ, vel ordinariæ, vel extraordinariæ.

Hinc simili argumento in dies servari videmus reum criminis læsæ Majestatis ad Regias trire-
8 mes ex defectu probationum damnatum, bonorum publicationi non esse obnoxium; non alia ratione, nisi quia cessante pœna ordinaria cessare debet pœna confiscationis bonorum, quæ est illi accessoria, & in odium criminis in augmentum addita.

Rursùs *Prag.* hæc quoad pœnam cœteris antiquioribus sanctionibus non derogavit, sed ultra
9 pœnas corporales in illis expressas, pecuniariam augere voluit pœnam, ergo verba istius *Pragm. quelli che commetteranno delitti con armi di fuoco*, declaranda, & interpretanda sunt juxtà mentē priorum *Prag.* quæ semper, *quelli che commetteranno delitti con armi di fuoco*, declarantur, *se sarà appensatamente, e con animo d'uccidere*, clarissima sunt verba *Pragm. Comitis de Lemos* 2. *&* 3. *in ordine sub tit. de Ict. Scop.*

Addo *Pragm.* prædictam, exceptis aliquibus capitibus, quoad reliqua cōfirmasse *Prag. Comitis de*
10 *Mōte Regio* emanatā *in Anno* 1637. quę est 24. *in prætermissis*, qua cavetur delinquentes fabricantes,

Digitized by Google

cantes, & asportantes arma ignea contumaces forjudicari debere infra quindecim dies; ergo dum loqultur de contumacia contracta ad finē, ut pœna ducatorum mille applicata intelligatur Regio Fisco, illis verbis: *E possa esiggersi fatto, che sarà il delinquente contumace*, de contumacia ad informandum, & ad capitula intelligendum est, quæ præambula est ad forjudicationem, ut verè dici possit ex verborum contextu, contumaciæ pro ictu scoppictæ vigore *Pragm.Comitis de Monte Regio*, forjudicationis tempus ad quindecim dies coarctatum fuisse, tandem ex *Regia Sanctione Ducis Medinæ de las Torres*, pœnam ducatorum mille non expectata forjudicationis sententia ultra contumaciæ pœnam in odium criminis additam.

Neque dicas Mutium Basvinum contumacem *ad informandum*, *& ad capitula* repertum fuisse per Regiam Audientiam pro hoc crimine; Nam per spontaneam comparitionem coram Domino Delegato purgata fuit contumacia. Secundo contumacia illa est nulla, siquidem capta denuo informatione per Dominum Delegatum constitit homicidium fuisse rixosum, & cum provocatione, ideoque ad forjudicationem contra homicidam procedi non debuisse.

Hæc currenti calamo meo tantùm ingenio, nam quæstionem hanc nec tactam apud recentiorem
11 aliquem J. C. inveni duarum horarum spatio ad Lucernæ lumen, ut potui, exaravi. Nolo tamen omittere ad intellectum hujus *Pragm.Reg.Sanfelic.in addit.ad suam decis.*277. consuluisse pœnam ducatorum mille Fisco Regio applicari non posse, nisi constito per evidentissimas probationes de delicto; cum hoc sibi importent illa verba *Pragm.statim commesso il delitto*, qua opinione attenta primum caput distinctionis meæ, in initio quæstionis propter rationes à me adductas probatum extat.

Cum idem articulus iterum in S.C. disputandus incidisset in causa Principis Foreni cum Joanne
12 Baptista Pecora condemnato per M. C. ad pœnam præsidii clausi per quinquennium, non ob qualitatem pœnam delicti minuentem, sed ob defectum plenæ probationis, fuit similiter habita pro vera mea sententia, quemadmodum colligitur ex voto satis doctè, & magistraliter elaborato per meritissimum, & nunquam satis laudatum *D. Consiliarium Petrum de Fusco* ejusdem causæ relatorem.

Votum Regii Consiliarii D. Petri de Fusco.

Quæritur, an inquisitus de vulneribus læthalibus cum armis igneis, si fuerit contumax reputatus, & condemnatus ad pœnam
13 ducatorum mille, eaque exacta, cum carceratus postea fuisset condemnatus ad pœnam extraordinariam propter defectum plenæ probationis debeat ei restitui pœna?

Verba *Pragm.*28.*cap.*2.*de armis*: *E perche conviene procurare con ogni mezzo evitare quanto si può, & estinguere detti delitti, ordiniamo, e comandiamo, che quelli che commetteranno delitti con armi di fuoco, oltre delle pene corporali nelle Regie Prammatiche stabilite incorrano in pena pecuniaria di docati mille, la quale s'intenda applicata al Fisco statim, che sarà commesso il delitto, e possa esiggersi statim commesso il delitto, e fatto che sarà il delinquente contumace.*

Ex illis verbis geminatis, *che sarà commesso il delitto*, ac etiam ex illis verbis, *oltre delle pene cor-*
14 *porali*, patet manifestè requiri plenam probationem.

Tum quia pœna ducatorum mille venit in augmentum pœnæ corporalis ordinariæ præfixæ ab aliis
15 *Pragmaticis*, & sic cum non est locus pœnæ ordinariæ, neque fit locus pœnę pecuniariæ ducatorum mille, ut considerat *Reg. Sanfelic. in addit.ad decis.*277.

Tum quia si esset æquè principaliter apposita dicta pœna ducatorū mille in odium armorum: certè, ut pœnæ pecuniariæ sit locus, debet cōstare de delicto plenè, nec sufficiunt indicia, *Mar-*
16 *filiis consil.*103.*nu.*47. *Capyc.in decis.*126.*n.*17. *Afflict.in cap.unico, verb.condemnationem, nu.*4. *quæ sint regalia*, *Matthæū de re crimin. controv.*52.*à num.*14.

Unde si propter defectum plenę probationis reus fuisset condemnatus ad pœnam extraordinariam
17 pro delicto principali, pro quo imposita est pœna mortis naturalis, & confiscationis bonorum, non posset reus condemnari ad pœnam confiscationis bonorum, cum ad illam requiratur plena probatio delicti, nec sufficiunt indicia urgentia, *Giurb.consi.crimin.*58.*num.*19.

Et solùm de eo quęstio fuit quando ob causam minorantem fuit reus condemnatus ad pœnam ex-
18 traordinariam, sed delictum plenè constabat, an tunc locus esset pœnę confiscationis.

Et affirmativam opinionem tenuit *Mastrill. decis. Sicil.* 171. *num.* 28. & in terminis nostris *Scial. de forjudicat.cap.*3.*post num.*95 *in fin.*

Sed *Mastrilium* reprobat *Giurb. d. cons.* 58. *n.*18. ex doctrina *Campagn.super cap. Regni frequens*
19 *n.*68.*vers.sed pone aliquis*, *& Scialoyam* reprobat *D.Maradei in suis observat.super Reg.Prag. ad sing.*184.*sui Genit. num.*21.

Vel si constaret de delicto, sententia tamen non condemnasset reum ad pœnam ordinariam, tunc incideret quęstio, an attendatur factum plenè probatum, an verò sententia; de qua quęstione agunt *Reg. de Ponte consil.*90. *vol.* 1. *& decis.*24. *num.*27.*Marcell.Marcian.consil.*3.*num.*36.*tom.*1.

Non obstat quod in contumacia nunquam potest
20 quis dici convictus de crimine.

Etenim respondetur cum *R.Sanfel.in dec.*71.*nu.*5.

 his

his verbis: *Et judex in contumaciam constito de delicto, statuere potest pœnas pecuniarias, text. est in l.absentem, versic.adversus contumaces verò, ff.de pœnis.*

Unde sententia condemnans contumacem ad pœ-
21 nam pecuniariam ex indiciis non est firma, &
irrevocabilis, nisi reo perseverante in contumacia sequatur sententia forjudicationis, per quam habetur pro confesso, & convicto *Campan. resolut.24.n.5.Joseph Dondei in consuls.84.nu.14. & 15.* aliàs contumacia sola, vel ex se facit tantum indicium, vel aggravat indicia antecedentia, *Scial.Farinac.*& alii.

Est enim mera interlocutoria, *Bald. in l. si plures num.28.C.de condit.insert.* his verbis: *Quia pœ-
22 na criminalis est interlocutoria, vel lata in verbali executione interlocutoriæ, idest banni, quia diffinitiva succedens in locum banni, sed igitur ad instar interlocutoriæ, quæ non transit in hæredem, nisi sit executa per confiscationem, vel executionem, & sic banna bannitorum in pecunia præstanda non possunt exigi ab hæredibus.*

Atque ità si reus comparet, & ostendat innocentiam, vel tortus perseverasset in tortura, ità quod
23 fuit absolutus, restituitur ei pœna ducatorum mille, *Sanfelic.in addit.ad decis. 277.*

Idem si fuisset condemnatus ad pœnam extraordinariam, ut in terminis de citato *ad informan-
24 dum, & ad capitula* pro homicidio commisso cum armis igneis, de quo plenè constabat ex informatione, unde carceratus fuit condemnatus ad pœnam ducatorum mille, ac contra ipsum executa postea comparuit, & demonstravit homicidium fuisse commissum in rixa, & cum provocatione, ac ad defensam, unde fuit condemtus ad exilium per quinquennium, quòd debeat ei restitui pœna executa; adest votum *Regentis Marciani* senioris in causa Mutii Basvini, quamvis *Scial.de forjudicat.cap.3.post num.95. in fin.* contrarium senserit.

In causa nostra non est necessarium decidere hunc articulum.

Primò, quia Joannes Baptista Pecora jam reperiebatur carceratus tempore quo fuerunt vendita
25 ejus bona pro executione pœnæ, & sic debebat expectari exitus decisionis, an esset absolvendus, vel condemnandus pro delicto, *Grammat.in decis.95.* quem in terminis nostris adducit *Scial. de forjudicat.cap.5. n. 35.* ad comprobandam doctrinam, *Sanfelic. in addit. ad decis. 277.*

Secundò, quia probatio indiciaria requirit causam delicti proportionatam, unde M.C.V. contra
26 inditiatum non procedit ad citationem *ad informandum, & ad capitula*, si causa proportionata non apparet, *Consil.de Rosa resolut. 19. n.9. & 10.part.2.*

Et decretum M.C.V. quod confusim pro blasphemia, ac vulneribus læthalibus condemnavit
27 reum ad præsidium clausum per annos quinque, debet intelligi pro minori pœna, & delicto, *l.si Præses 32.ff.de pœnis, Alciat. lib.3.præsumpt.6.*

Tertiò, quia citatio *ad informandum, & ad capitula* fuit expedita ab Anello Antonio Vitelli Locumtenente Curiæ dictæ Terræ, *fol.40.*

Hic verè erat Gubernator quia finito anno tenebatur expectare adventum successoris, & con-
28 tinuare officium, unde non poterat constitui Locumtenens sui ipsius. Nam Judex, qui poterat ex se procedere, si processit ex mandato Superioris, qui tale mandatum non poterat face-
29 re, omnia acta sunt nulla etiam si processisset via, & jure, quo is melius posset, *Bald. cons. 198. vol.4.*

In Locumtenentem non possunt transferri causæ meri imperii, *§. ad hæc prohibemus, de collatori-
30 bus, Facchin. controv. jur. lib. 12. cap.98.Sanfelic.in decis.362.à num.11.*

Et licèt *Rovit.ad Pragm.5. num. 5. de syndicat.official.* faciat differentiam inter Locumtenentem
31 creatum à Barone, & substitutum à Capitaneo, ex *Boer. decis.* 152. Nihilominus *Boer.* nihil dicit de hoc, & insuper loquitur *Rovit.* de Locumtenente constituto ad modicum tem-
32 pus, non autem indefinitivè, quia est prohibitum Baronibus, *Sanfelic. dicta decis. 362. in fin.* & dummodo in commissione sit concessum merum imperium, *Campag.in cap.Regn. quia de Vicariis num. 11. Scial. in prax. forjudicat.cap.2. num.39.*

Quartò, quia Actuarius assumptus erat infamis damnatus ad ultimum supplicium, & postea ex
33 gratia transmissus ad remigandum perpetuò, & sic infamis ex genere pœnæ, *l.ad tempus 6. C.ex quibus causis infamia irrogetur*, infamis enim non potest exercere officium tabellionatus ad bancum juris, cum tale officium injungatur ex publico, *Riminald.jun.consl.185.à num.2.*

Et in deportato, quòd omnia acta per illum confecta sint nulla, docet *Angel.in §.1.in Auth.de
34 Tabellion.n.14.* ubi limitat solùm quando communiter ignoratur talis deportatio, tunc propter communem errorem, & publicam utilitatem valere acta facta per eum, ex *l.Barbarius, ff. de offic.Præsid.*

Qui error communis, & publica utilitas nō concurrunt cum actuario assumpto in particulari causa.

Nec obstat, quod testes fuerunt habiti pro repetitis, quia in comparitione fuit dictum, salvis ju-
35 ribus, *fol.71.*

Et ea repetitio sanat solum defectum, qui resultaret ex eo, quod testes non sunt recepti parte citata ad videndum juramenta testium, *Prat. respons.crimin.18.*

Non obstat, quod sit nullitas ordinis, & post sententiam, sive decretum diffinitivum, non po-
36 test dici de nullitate actorum, ex *Pragm.4.c.17. de ordin.Judicior.*

Respondetur eam *Pragm.* non habere locum quan-

quando decretum, vel sententia fuisset lata in
contumaciam, quia in contumace non potest
præsumi consensus patientis fieri acta nulla, &
non conquerentis ante sententiam, *Rovit. ad di-
ctam Pragm. 4. num. 7.*
Item, quia sententia condemnatoria ad pœnam
non est diffinitiva, sed interlocutoria, *Bald. in*
37 *dicta l. si plures num. 28. C. de condit. insert. &*
Pragm. non habet locum in mero interlocuto-
rio, *Consil. Joseph de Rosa in voto elaborato in
causa Pompilii Gagliano impressa per Consil. de
Rosa Junior. in prax. cap. 8. num. 78. in fin. par. 1.*
Præterea dicta *Pragm.* non procedit in decretis,
38 vel sententiis Curiarum Baronalium, *Thor. in
compend. par. 3. verb. nullitas proponi non potest.*
Similiter non obstat, quod ex Gratia facta à Prin-
cipe de pœna criminis videatur reus confessus
crimen.
Respondetur, id habere locum, quando reus in
supplicatione fuisset confessus crimen; aliàs ex
39 sola Gratia, & venia, qua reus fuit usus, non
resultat confessio, *Farinac. cons. 127. num. 8. &
38. tom. 2.* quem allegat *Vermigliol. cons. 3. num.
37.* latè *Mastrill. decis. 250. à num. 36. Cravetta
cons. 976. num. 5. & cons. 688. nu. 4. & cons. 596.
à num. 8.*
Judex ad quem à diffinitiva sententia appellatum
fuit, potest retractare etiam interlocutoriam,
quatenus illa ad causam principalem actinet,
40 *Hartm. Pistor. qu. 23. num. 49. in fine lib. 4.* ubi
idem etiam si interlocutoria transiisset in rem
judicatam.
*Additio ad Hartm. Pistor. Ibid. lin. 5. post Balb. in
decis. 133.* notat, per appellationem à diffiniti-
va rescindi etiam gravamen illatum per inter-
locutoriam, à qua non est appellatum.
Ex quibus prodiit decretum S. C. sequentis te-
noris.

Die 7. Maii 1701.

*Visis comparitione, fol. 173. & supplicatione, f. 144.
Sacr. Cons. declarat contumacias contra Joannem
Baptistam Pecora, & executionem pœnæ duca-*
41 *torum mille contra eundem per Curiam Terræ
Foreni indè factam, fuisse, & esse nullas, & pro-
inde bona vendita pro executione dictæ pœnæ per
dictam Curiam restituantur dicto Joanni Ba-
ptistæ.*
Acta sunt penès Figliolam, & Scribam Thomam.
Pro decisione articuli generalis, qui expresse non
fuit in hac causa decisus; sed tantū implicitè ha-
42 bitus pro vero; Accedit quod quoties statutum
statuit pœnam ultimi supplicii, & confiscationis
copulativè, si ob defectum probationum non
potest Judex devenire ad pœnam capitalem
ordinariam; neque pœnæ confiscationis erit lo-
cus, ut ex *Bald. Bojard. ad Clar. Caball. Anton.
de Nigris, Mastrill. & Guazzin.* pluries pro-
nunciatum per suum Senatum testatur *Lauren-
tius Matthæù de Regimine Regni Valentiæ c.
8. §. 8. à num. 176. ad 178.*

OBSERVATIO XXII.

SUMMARIUM.

1 *Assensus absque sigillo, an sit nullus, & an
tempus currat facta empara Regii sigilli, n. 2.*
3 *Privilegia Regii assensus, vel alia quæcumque
sigillata, vel registrata, cum dispensatione
lapsu temporis non obstante, num operentur
in præjudicium tertii; Et quid facta revoca-
tione virtute Constitutionis* Constitutionem
Divæ memoriæ, *& n. 4.*
5 *Sigilli fides sufficit ad probandum assensu
combusto, vel deperdito; Et an sufficiat pro-
batio per testes, nu. 6.*

De Fide, & Authoritate Memorialium. Pragm. I. & II.

La Cattolica Maestà, &c.

Emanaverunt, &c.

Statuitur quod memorialia pro obtinendo Re-
gio assensu absque privilegio in forma Regiæ
Cancellariæ, vel privilegia absque sigillo, &
manu Taxatoris, sint nullius roboris: Quæ pri-
vilegia expediantur infra quatuor menses super
memorialibus obtentis, aliàs sint nulla.
De antiquitate, origine, usu, fine, effectibus, vi, &
potestate sigillorū, videndus est *Theodorus Ho-
pingk in suo tract. de sigillor. prisco, & novo Jure
cap. 2. & 10. Matthæù de re crimin. controv. 45. à
n. 22.* & In terminis hujus *Prag. 1. Ann. in reper.
Const. Constitutionem Divæ memoriæ nu. 68. &*
1 69. ubi quamvis dixerit, quod sit habenda ratio
de assensu absque sigillo, ex quo *Pragm.* annul-
lat scripturam, non autem contentum; tamen
non videtur ejus doctrina tuta, dum privilegia,
tam à Rege, quàm à Prorege impetrata, nulla,
& invalida reputantur, si deprehendantur abs-
que sigillo, *Reg. de Philipp. differt. fiscal. 27. nu.
35.* & ante eum *Reg. Capyc. Latr. consult. 8. à n.
38. cum seqq. tom. 2.* ubi quod talis sollemnitas
requiritur pro forma, & non potest adimpleri
2 per æquipollens. Quinimmò dictum tempus
currit, etiam facta empara Regii sigilli ob non
solutionem diriectuum ligii homagii, *Reg. de
Marin. alleg. 131. num. 6. allegat. divers. tom. 3.*
Hinc si privilegia registrentur, vel sigillentur vi-
gore licentiæ registrandi *lapsu temporis non ob-*
3 *stante;* si isto medio tempore debitor contraxe-
rit cum alio, qui obtinuit privilegia Regii assen-
sus in forma Reg. Cancellariæ, nō retrotrahitur
primum privilegium in præjudicium istius ter-
tii, *Reg. Galeot. controv. 17. num. 40. & 41. tom.
1. Reg. Capyc. Latr. consult. 79. 80.* & latè *consult.
52. cum seqq. tom. 2.* & *Nos* diximus in *observat.
ad sing. 340. num. 7.*

Nec opitulabitur talis dispensatio sigillandi, & registrandi expedita post revocationem virtute
4 *Constitutionis* factam, & notificatam, quia dum assensus erat jam expiratus, & nullus redactus non poterat convalidari per dictam dispensationem continentem clausulam, *citrà præjudicium Jurium Fisci, & Partium, Rocc. respons. 97. n. 5. & 6. lib.* 1. & hoc fuit expressè decisum per *Pragm. 23. de feud.* quæ fuit edita ad tollendam hanc controversiam. *Reg. Rovit. hic num. 6.*

Illud tamen adnotare non erit omittendum, quod tanta est vis sigilli, quod si assensus asseratur de-
5 perditus, vel combustus, quemadmodum contigit in hac Civitate tempore revolutionum Anno 1647. sufficit sola fides sigilli ad præsumendū assensum, juxta decisiones, quas cumulat *Episcop. de Afflicto controv. 21.* & in *append. ad eandem controv. num. 10. & Gizz. in observat. ad decis. 170. Reg. Capycilatr. nu. 24. tom. 2. Consil. de Rosa consult. 51. num. 12. &* 13. Et quod amissio
6 assensus combusti de Anno 1647. possit per testes probari, vide *Reg. de Marin. ad Reverter. obs. 166. nu. 3. & 4. tom. 1.*

OBSERVATIO XXIII.

SUMMARIUM.

1 *Pœna ordinaria ad hoc, ut possit practicari contrà auxilium, & opem præstantem, constare debet delictum patratum fuisse accedente scientia, tractatu, vel consensu ipsius auxiliatoris.*

2 *Delicti scientia præsumitur ex assistentia, & associatione.*

3 *Auxiliator an teneatur pœna ordinaria, quando principalis delinquens erat aliàs facturus.*

4 *Statutum puniens opem, vel auxilium præstantem non comprehendit consulentem, instigantem, vel inflammantem, maximè quando delinquens erat aliàs facturus.*

5 *Et quid in mandato dato ad occidendum, ei qui erat aliàs facturus.*

6 *Et quid in persuadentibus homicidia fieri cum scopictis parvis.*

7 *Pœna capitali num teneantur plures accedentes ad violentiam inferendam, si homicidium fuerit subsecutum.*

8 *Applicatur ad interpretationem* Pragm. 5. sub hoc tit. de ictu scop. *dispositio* text. in l. quoniam multa facinora, C. ad l. Jul. de vi public.

9 *Referuntur decisiones S.C. quæ prodierant sub die 23. Februarii 1668.*

10 *Pœna ducatorum mille exigitur insolidum à pluribus assistentibus, auxiliatoribus, vel mandantibus, intervenientibus in delicto cum armis igneis.*

11 *Pœnæ plures non debentur, sed unica à pluribus correis, contra quos fuit liquidatum instrumentum.*

12 *Delegatio in delictis cum armis igneis non comprehendat cætera crimina spectantia ad potestatem ordinariam, ita quod M.C. possit in omnibus procedere cum potestate Delegata.*

13 *Refertur decisio novissimè facta in Coll. Consil. cum ratione decidendi.*

14 Pragm. 5. de ict. scop. & 32. in §. 14. & 15. de Arm. *exornantur, & declarantur.*

15 *M.C.V. habet jurisdictionem ordinariam in toto Regno, cui jurisdictioni subsunt Comites, Marchiones, & alii quocumque titulo insigniti.*

16 Constitutio *incip.* Regni statuimus, ut M. C. nostræ, *declaratur.*

17 *M.C.V. appellatur luminare majus omnium Curiarum.*

18 Rex Carolus I. & Regina Joanna I. Andegavenses *separarunt à jurisdictione M.C.V. jurisdictionem Magni Admirati.*

19 Philippus II. Hispaniarum Rex *separavit à jurisdictione* Magni Admirati Tribunal Classis triremium, *declarando casus distinguentes jurisdictionem inter Præfectos Provinciarum, & Classium.*

20 Comes de Villamediana hujus Regni Prorex *substulit jurisdictionem in delictis commissis, cum armis igneis patratis intus hanc Civitatem à Tribunalibus Magni Admirati, Auditoris Exercitus, & à cæteris Judicibus militaribus, & Delegatis per* Pragm. 32. in §. 14. de Armis, *cujus verba referuntur, & nu. 21.*

22 *Casus proponitur.*

23 *Jurisdictio Magni Admirati translata est in magna parte in Præfectos Classium.*

24 *Dux Classium comprehenditur sub Judicibus Militaribus, quia Classes constituuntur ex Remigis, Nautis, & Militibus.*

25 *Prorex habet potestatem legem condendi, quia Regis personam repræsentat.*

26 *Prorex habet potestatem distinguendi, moderandi, & declarandi legem Regiam, ideò nedum potest banna, &* Pragmaticas *emanare, sed antiquas tollere, & derogare, & super eis dispensare, & num. 27.*

28 *Prorex potest restringere, & revocare privilegia concessa Baronibus ex causa onerosa, & referuntur exempla.*

29 *Privilegia concessa in officium, prout est jurisdictio Præfecti Classium, & Magni Admirati multò facilius tollere, & revocare potest.*

30 *Judici Magni Admirati per particulares ordinationes Anni 1540. fuit prohibita compositio in crimine raptus, & osculi violenti.*

31 *Delicta commissa cum armis igneis dicuntur commissa contra Principem statuentem, & contra publicam quietem Civitatis.*

32 *Lex semper præsumitur usu recepta, & contrarium asserenti incumbit onus probandi.*

33 *Referuntur exempla, quæ prodierunt super observantia* Reg. Pragm. Comitis de Villamedia-

Digitized by Google

diana, & num.35. 36. 37. 38. 39. & 40.

41 *Instructiones Regales* Regis Philippi II. *interpretantur ex supratradita consuetudine judicandi.*

42 *Delicta commissa per classicos delinquentes in terra in contemptum justitiæ sunt punienda per Proregem, & ejus Tribunalia, ut declaratum fuit per Literas Regales expeditas* Matriti 25. Martii 1681. *cujus verba inseruntur; & commendatur* D. Michael de Calderò decis. Cathol. 73. num. 26. & 35.

43 *Classici debent cognosci à M. C. in delictis gravibus, & in militaribus, & levioribus à Duce Classium.*

44 *Delictum raptus, stupri, & furti commissi intus hanc Civitatem per Capitaneum unius ex Regiis triremibus fuit habitum pro gravi delicto cognoscendum à M.C. apud* D. de Franch. decis. 88.

45 *Verba* Dom. Tappia *ad confirmationem dictæ decisionis, & aliæ ad relationem* Reg. Consiliarii Marci Antonii de Morra sub die 18. Decembris 1614. *adducuntur.*

46 *Verba* Reg. Sanfelic. decis. 290. *referuntur ad dirimendam propositam quæstionem.*

47 Pragm. 32. in §. 14. de Armis, *num comprehendat ex identitate rationis Vassallos Baronum delinquentes in locis, ubi degunt Regiæ Audientiæ.*

48 *Refertur casus decisus per Regiam Audientiam Cathacensem de Anno* 1701.

De Ictu Scopictæ. Pragm. V. & Pragm. XXXII. in §. 14. & 15. de Armis.

Per ordine dell' Illustre Conte di Monte Rey, &c.

Conoscendo l'Illustri Vice-Rè, &c. in §. 14. incip. *Item volemo, &* in §. 15. incip. *E perche se bene, &c.*

Concordare videtur dispositio hujus *Pragm. sub hoc tit.* cum dispositione Juris communis, dum requirit, ut delictum sit appensatum, sicque ut possit practicari pœna ordinaria contra auxi-
1 lium, & opem præstantem, necesse est, ut constet delictum fuisse commissum, accedente tractatu, scientia, vel consensu ipsius auxiliatoris, *DD.* cumulati *per Carpzov. in prax. crimin. par. 1. quæst. 22. nu. 31.* qui tractatus quamvis sit dif-
2 ficilis probationis præcessisse præsumitur ex assistentia, associatione, & recessu à loco delicti, *Mar. Giurba cons. 2. à num. 46. ad 49. & cons. 63. num. 22. Mastrill. decis. 297. Castill. decis. 173.* & aliæ conjecturæ referuntur à *Spada cons. 101.*

3 Requiritur quoque, ut auxiliator sit causa, ut delictum commodius, & audacius executioni demandetur, quia si principalis delinquens esset aliàs facturus *Pragm.* non comprehenderent hunc casum juxta benignam interpretationem, quam amplectitur *Consil. de Rosa resol. crimin. resol. 40. num. 58. in fine, & 59. tom. 3.* Restringitur dispositio *Prag.* ut non comprehendat con-
4 sulentem, quia statutum puniens opem, vel auxilium præstantem non includit consulentem, instigantem, vel inflammantem, qui dicuntur impropriè auxilium præstare, *Boss. in tit. de mandat. in homicid. num. 65. & 66. Anton. de Ball. var. lib. 4. de quæstion. particular. quæst. 7. num. 2.* quam modificationem Ego libenter insequendam putarem, quando consilium ad delinquendum fuit datum delinquenti, qui sua voluntate, & causa erat aliàs facturus, quia tunc cum tale consilium non sit sufficiens ad pœnam mortis, non poterit præscribere sibi locum pœna *Reg. Pragm.* ad tradita per *Vermigliol. cons. 23. n. 20.*
5 *& 21.* ubi quod in mandato contraria opinio est verior, quæ opinio verior intelligenda, dummodò verba mandati non sint restricta ad arbitrium, & voluntatem mandatarii, nempè si mandans dixerit, vel simplicitèr assentiat, his verbis, *se lo vuoi ammazzare, ammazzalo, ò che fa esse quello, che li parerà*, nam ex dictis verbis non oritur mandatum, neque consilium ad occidendum, juxtà *Riminal. cons. 310. nu. 216. lib. 3.* quem insequitur *Farinac. quæst. 134. num. 34. & in cons. 185. num. 49. & Cyriac. controv. 105. à num. 6. ad 29.* quamvis in committentibus ho-
6 micidia cum scopictis parvis esse extendendam *Pragm. Comitis de Lemos*, etiam contra persuadentes illa fieri, dixit *Tasson. de anteph. versic. 9. observ. 1. num. 18. fol. mihi 422.*

Ampliatur dispositio *Pragm.* in homicidio subsecuto per homines convocatos, & assistentes ad violentiam inferendam, vel furtum committen-
7 dum, qui omnes tenentur pœna capitali tamquam dantes operam rei illicitæ, quamvis tractatum non fuerit à principio de homicidio perpetrando, juxta text. satis vulgatū *in l. quoniam multa facinora 6. C. ad l. Jul. de vi publ. & priv.* & ità in terminis ratiocinatur, & resolutum refert *D. Reg. D. Laurent. Matthæu controv. 34. per tot.* & signantèr à *num. 26. 33. ad 47.* ubi tamèn constabat, quod omnes tormenta manualia deferebant, & quod omnes audita voce justitiæ in ministros exploserant, & apparitorem vulneraverant, licet incertum fuerit quis vulneraverat. Sed istis circumstantiis non concurrentibus contrarium servandum in Regno arbitror, quemadmodum servatum fuisse comperio in causa forjudicationis Jo: Antonii Pugliese Gubernatoris Terræ Braciliani, Angeli Mazzone, Leonardi Gian-

Giannelli, & aliorum inquisitorum de homicidio subsecuto cum ictibus scopictarum in personam Josephi della Magna de mandato dicti Pugliese, in qua facti specie, quamvis per Fiscum
8 prætenderetur subintrare regulam *text. in d. l. quoniam multa facinora*, ex quo cædes, & vulnera subsecuta fuerunt coadunatis hominibus armatis, cum quibus dictus Gubernator author rixæ accessit ad inferendam vim Paulo Passaro Scribæ S. R. C. destinato ad assistendũ in parlamẽto faciendo in dicta Terra pro electione novi regiminis, nihilominus propositis nullitatibus, inter quas prima erat, qua dicebatur homicidium fuisse in rixa patratum: *Sac. Conf. sub die* 23. *Fe-*
9 *bruarii* 1668. ad relationem D. Marchionis Crispani decernere non dubitavit *primam nullitatem obstare, & proindè esse supersedendum in sententia for judicationis*, ut ex actis penès Leonardum de Vivo Actor. Magistr. S. R. C. conferunt tradita per *Consil. de Rosa resol.* 16. *lib.* 2. *resol. criminal.*

Respectu verò pœnæ ducatorum mille, quæ per *Pragm. Comitis de Villamediana in cit.* §. 15. exigi mandatur etiam contra auxiliatores, & assistentes in his delictis patratis cum armis igneis
10 advertendum erit, quod omnes tenentur insolidum ad pœnam prædictam, adeòut uno solvente, cœteri non liberantur, quia principaliter unusquisque delinquit ad *text. in Litem Mela*, §. *sed si plures*, *ff. ad l. Aquil.* cum concordantibus in terminis allegatis per *D. Reg. Matthæũ de regim. Regn. Valent. cap.* 8. §. 8. *num.* 153. *&* 154. quod in terminis hujus *Pragm.* advertit ex Regnicolis *Scial. in prax. forjud. cap.* 10. *num.* 10. quamvis alitèr procedere dicat in terminis Juris communis, quemadmodum procedit in li-
11 quidatione instrumenti facta contra plures correos debendi, à quibus unica pœna debetur, ut declaratum vidisse per M. C. testatur *Anicb. de prævent. cap.* 4. *dub.* 6. *nu.* 77. & ego meis temporibus etiam judicatum vidi per S.C. in causa liquidationis instrumenti ad instantiam U.J.D. Pauli Æmilii Magnati, & Joseph Cannichi, contra Petrum Ciaburro, & U.J.D. Dominicum de Lecce ejus fidejussorem, ut ex actis penès Garrupam, nunc de Amato Actorum Magistrum.

Hæc *Pragm.* quæ expressè requirere videtur circumstantiam appœsamenti etiam ad effectum procedendi, cum delegatione ansam tribuit di-
12 sputandi in Coll. Conf. numquid quando inquisitus de delicto cum armis igneis gravatur de aliis criminibus spectantibus ad potestatem ordinariam, num M.C.V. possit procedere cum potestate delegata, quoad omnia crimina, deduximus hanc quæstionem in *Observat. ad sing.* 116. *num.* 5. ubi adduximus novissimam determinationem Reg. Collat. Conf. factam de Anno 1697. referente meritissimo Reg. Consil. de Fusco tunc Decano Aulæ criminalis M. C. V. per
13 quam pronunciatum extitit *esse procedendum citrà Delegationem*, ex rationibus ibi allatis, quibus nunc addimus veram decidendi rationem, quam postmodum nobis innotuit habuisse Supremum illud Collat. Conf. nimirum ex quo fuit habitus valdè rationabilis stylus M.C.V. cumulandi delicta ad finem imponendi unicam pœnam, juxta *decis. Gizzarell.* 90. ideòque ad finem procedendi cum Delegatione in omnibus requiri, ut delictum habens delegationem sit gravius cœteris, vel quod saltim pro eo possit imponi pœna corporalis, quod non poterat considerari in casu, de quo disputabatur, siquidem delictum illud ictus scopictæ habens delegationem non erat majus cœteris aliis, nec fuit præmeditatum, ex quo ictus erat emissus absque offensione, & necnon prætendebatur emissus ratione officii.

Pragm. Comitis de Villamediana, quæ supervenit *sub die* 15. *Novembris* 1650. nedum confirma-
14 vit *Pragm. hanc Ducis de Arcos* respectu delegationis, & abbreviationis termini, & pœnæ ducatorum mille, de qua dubitabatur contra auxiliatores, & assistentes in delictis commissis cum armis igneis, sed substulit quoque cognitionem horum criminum patratorum intus hanc Civitatem à jurisdictione Magni Admirati, Auditoris Generalis Exercitus, & à cœteris Tribunalibus, & Judicibus Delegatis tribuendo M.C.V. privativam, & abdicativam jurisdictionem; Cumque novissimè in terminis hujus *Prag.* fuisset hæsitatum, num sub illius dispositione comprehendatur Tribunal Præfecti Classium, de quo expressè non fuit locuta, requisitus ab Amico de gremio Tribunalis M. C. V. ut scriberem pro tuitione jurisdictionis sui Tribunalis sequentem edidi *Consultationem*, quam hìc imprimendam duximus.

Tribunal M.C.V. potitur ordinaria, & universali jurisdictione in toto Regno absq; ullius
15 personæ exceptione, adeòquod ejus jurisdictioni subsint Barones, Comites, Marchiones, Duces, & Principes, & alii quocumque titulo insigniti, & cæteri Officiales, tam perpetuam, quàm temporalem habentes jurisdictionem, *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit.* 7. §. 7. *per tot. R. Tap. decis. Suprem. Ital. Senat.* 3. *num.* 37. prout in specie de Magno Admirato loquitur *Reg. Rovit. super Pragm.* 1. *de titul. absf. à num.* 5. *cum seq.*

Hinc *Imperator Federicus in Constitut. Regn. statuimus, ut M.C. nostræ* ampliavit jurisdictionem
16 ejusdem M.C.V. statuendo Magistrum Justitiarium commorari debere cum Rege in Curia cum quatuor Judicibus assidentibus, quibus omnimodam, & plenissimam tribuit jurisdictionem in omnibus criminibus etiamsi forent læsæ Majestatis, & quoque cognoscendi de feudis, & de quibuscumque appellationibus, & causis miserabilium personarum; Ideòque idem *Federicus in Constit.* incip. *Magnæ Curiæ nostræ* no-

no-

Digitized by Google

minat illam juſtitiæ ſpeculum, & normam aliarum Curiarum, & poſtmodum meritò fuit ap-
17 pellata luminare majus omnium Curiarum, quià Tribunal hoc repræſentando locum tenentem Magiſtri Juſtitiarii, & Vicarii Regis, ideſt Proregis, Regis vice adminiſtrat, ut deſumitur ex *Conſtit. Magiſter Juſtitiarius, Taſſon. de antefat. verſic. 3. obſervat. 3. à num. 202. & 203. & 295.* & antè eum *Frecc. de ſubſeud. lib. 1. de offic. Magiſtr. Juſtitiar. num. 34. & 35.* ubi demonſtrat qualis, & quanta ſit Magiſtri Juſtitiarii Juriſdictio, & poteſtas.

Subſequentes verò Reges, nempè *Carolus I. Robertus, & Regina Joanna I. Andegavenſes* ſe-
18 pararunt à juriſdictione M.C.V. juriſdictionem Magni Admirati conſtituendo Tribunal Magnæ Curiæ Admiratiæ cum æquali juriſdictione, mixtoque Imperio ad certum genus cauſarum, ut advertit *Taſſon. de anteph. verſic. 3. obſervat. 3. num. 220. fol. 151.* ubi quod officium Magni Regni Admirati à *Rege Carolo, & Roberto* fuit collatum Rogerio de Loria, quamvis poſtmodum appareat conceſſio Reginæ Joannæ facta in perſonam D. Berardini de Villamari, cujus Tribunalis juriſdictio fuit declarata à *Carolo V. Cæſare*, juxtà inſtructiones, quas tradit *Reg. Tap. de Jur. Regn. in tit. de offic. Magn. Admirat. tom. 2.*

Ab hac Magni Admirati juriſdictione fuit à Philippo Secundo ſapientiſſimo Rege ſeparata claſ-
19 ſicorum juriſdictio, & erectum Tribunal Claſſis triremium, ideſt Capitanei Generalis, cum ſuo Auditore, cui nedum fuit conceſſa juriſdictio contra omnes ſubditos illius exercitii, juxtà *text. in l. magiſteria, C. de juriſdict. omn. Judic.* ſed poſtmodum ad controverſias juriſdictionales ſedandas fuerunt declarati caſus diſtinguentes juriſdictionem inter prefatos Provinciarum, & Claſſium Duces, & inter caſus tribuentes juriſdictionem Duci Claſſium fuit comprehenſum delictum, quod acciderit committi in Terra à Claſſico in perſonam alterius Claſſici, auferendo cognitionem à Judice ordinario etiam in captura præveniente, ut habetur ex inſtructionibus apud *Reg. Conſtant. in tit. de Claſſic. à num. 77. ad 78. & Reg. de Marin. in obſervat. ad deciſ. 81. Reg. Revert. à num. 3. ad 7. tom. 1.*

Anno demùm 1650. *Comes de Villamediana* vigilantiſſimus hujus Regni moderator ſedatis Po-
20 pularibus ſeditionibus hujus Civitatis, & Regni, illiſque ad tranquillum ſtatum quietis deductis, ad compeſcendam malefactorum audaciam, ut plurimum delinquentium ſub clypeo privilegiorum, ſubſtulit à juriſdictione Magni Admirati, Auditoris Generalis Exercitus, & à cæteris Tribunalibus, & Judicibus etiam Delegatis, & Militaribus in hac Civitate exiſtentibus cognitionem delictorum patratorum cum armis igneis, & illorum aſportatione intus hanc Civitatem, tribuendo privativè ad M.C.V. dictorum criminum notionem, ut expreſsè cavetur in *Pragm. 32. in §. 14. de Armis*, cujus verba ſunt.

Item volemo, & eſpreſſamente ordinamo, che tutti li delitti, che ſuccederanno con armi di fuoco,
21 *e per l'aſportatione di dette armi dentro queſta Fedeliſſima Città, e ſuoi Borghi, e Caſali ſi debbiano conoſcere dalla G.C. della Vicaria, come da Noi delegata privativè à tutti, e qualſivogliano altri Tribunali, Delegati, e Miniſtri, & in particolare all'Auditor Generale dell'Eſercito, & altri Miniſtri, & Officiali di Guerra, e Giodice del Gran Admirante, non oſtante qualſivoglia eſentione, che il delinquente pretendeſſe tenere, probibendo alli detti Tribunali, Delegati, e Miniſtri, che non poſſano fare inbibitoria, nè hortatoria à detta G.C. e facendoli contra la forma di queſta, non ſia obligata detta G.C. obbedire.*

Qua Regia ſanctione ſic ſtante ſatis manifeſtè conſtat, quantum vana, & omni ratione deſtituta
22 videatur prætenſio, quæ nupèr fuit deducta in M. C. V. pro parte Auditoris Curiæ Præfecti Claſſis, hujus Regni contendentis eſſe dicto Tribunali remittendam cauſam inquiſitionis formatæ in eadem M.C.V. contra D. Joannem de Sylva Claſſicum inquiſitum de ictu ſclopi reprobatæ menſuræ exploſi intus hanc Civitatem ſub die 19. menſis Auguſti Anni 1699. in perſonam Comitis Petri Baner ſimiliter Claſſici.

Et ut magis palam fiat, quàm jure decertet Fiſci Patronus M.C.V. poſtulatam remiſſionem in caſu propoſito fore denegandam, ſat erit, ut duobus fundamentalibus capitibus ſatisfaciamus pro ſolutione omnium, quæ ex adverſo obiiciuntur.

Primum quod obiicitur eſt *Pragm. Comitis de Villamediana* non comprehendiſſe Judicem Regiarum Triremium, nec legem illam à Prorege latam potuiſſe derogare legibus latis per *Regem Philippum Secundum*, mediantibus illis Regiis mandatis, ſeu inſtructionibus.

Secundum caput, quod proponitur, in eo verſatur *Pragm.* illam nunquam fuiſſe receptam, imò ſemper contrarium determinatum in caſibus, qui poſtmodum contigerunt cum Subditis Magni Admirati.

Ad primum enim reſpondetur nullo pacto poſſe in controverſiam deduci *Pragm.* non compre-
23 hendiſſe Ducem Claſſium, quandoquidem expreſsè comprehendit, & includit Magnum Admiratum à cujus juriſdictione fuit ſumptum, & ſeparatum hoc Tribunal Generalis Triremium, adeòquod poteſtas Admirati magna ex parte tranſlata eſt in Præfectos Claſſium, *Reg. Conſtant. in l. unic. C. de Claſſic. num. 75.*

Ulterius quomodo dubitari poteſt de comprehenſione hujus Tribunalis, quando in *Pragm.* ex-
24 preſsè comprehenduntur omnes Judices militares, inter quos numeratur Dux Claſſium, ſi-

qui-

quidem Classes constituuntur ex Remigibus',
Nautis, Militibus,& Ducibus ipsarum Classium,
ut monet *Ulpian.in l. unic. in fin. de bonor.pos-
sess. ex testament. milit. ibi , in Classibus omnes
Remiger; & Nautæ milites sunt .*

Quod verò attinet ad secundam hujus primi capi-
tis inspectionem multominus in dubium revo-
cari potest potestas condendi legem illam in
25 *Comite de Villamediana hujus Regni Prorege,*
qui Regis personam repræsentando poterat o-
mnia facere,quæ ipsemet *Rex,ad tex.in l.1.& 2.
C.de offic. ejus*; quemadmodum ex *Paul. Alex.
Frecc.& Andr.*advertit *Reg.de Ponte de potest.
Proreg.in tit.de provision.fieri solit.tit.1. num.1.*
& in *tit.de assens.Reg.tit.7.§.6.nu.3.*ex quo Pro-
regi tribuitur per Regem sua suprema , & ple-
naria potestas, & *Alter Ego* constituitur, ex cu-
mulatis per *Rocc. de offic.in tit. de offic. Proreg.
rubr.*8.*à num.6.cum seq. & signantèr à nu.*178.
179. & 180.*Reg.Sanfelic.decis.*221. *nu.*8.& 9.
maximè accedente voto Coll.Cons.cujus pote-
stas ideò lata est,quòd æqualis videtur cum ipso
Rege,*Reg.Tap.de præstant.Regal.Cancell.fol.*44.
*num.*3. *Reg.Capyc.Latr.decis.*200.*nu* 9.*tom.*2.

Insuper quando de potestate Principis esset dispu-
tandum, quod ad instar sacrilegii reputatur, per
26 *text.in l.2. C. de crimin. sacrileg.* non posset di-
sputari in Prorege potestas distinguendi,mode-
randi , vel declarandi legem Regiam , quemad-
modum satis benè ratiocinatur *Reg. Merlin.
controv.cent.2.cap.70. num.* 22. his verbis: *Sed
tamen non prohibetur inferior , qui potestatem
legis condendæ habet suo statuto jus commune,
vel legem superioris distinguere, ut tradunt DD.
in cap. relatum il primo de testament. & in cap.
quæ in Ecclesiarum, de constution. nam regula
in contrarium procedit., ubi directè in totum lex
superioris abrogeretur inferioris statuto.*

Quinimò Prorex,in quem transit jus condendi, &
promulgandi leges, nedum potest banna , &
27 Pragmaticas emanare, sed antiquas tollere, de-
rogare , & super eis dispensare, *Giurb. cons.* 12.
*num.*21.*Novar.in collect.super Pragm.propos.*2.
num. 2. & infiniti *DD.* cumulati per *Cons.Rocc.
de offic.rubr.*8.*n.*175.*in tit.de offic.Proreg.Regn.
Neap.*

Hęc multò fortius procedunt in Principe statuente
per viam legis generalis , quià tunc ex rationa-
28 bili causa publicæ utilitatis potest restringere,
derogare , & revocare privilegia etiam Baroni-
bus concessa ex causa onerosa per *Bart.* doctri-
nam communitèr allegatam in *l.Antiochensium,
ff.de privileg. creditor.* & ex aliis *DD.*cumulatis
per *Horat.Montan.de Regalib. §.potestas consti-
tuendorum magistratuum num.* 33. & non defi-
ciunt exempla in hoc Regno præsertim ad favo-
rem Judicum prævenientium in captura publi-
corum latronum vigore *Pragm.5.ubi de delicto,
Capiblanc.de Baronib.part.*1. *num.*165. & 175.
*Reg.Merlin.controv.cent.*1.*cap.*17.*nu.*28.& ma-
gis in puncto *D.de Franch. decis.*142. qui refert
decisum non esse remittendos ad Curiam Ad-
miratiam delinquentes illos , qui capti fuerant
furando per mare non obstante quod erant sub-
diti dicti Tribunalis , tamquam viventes ex ar-
te maris: comprobat *Reg. Tap.de offic. Magistr.
Admirat.rubr.*31.*num.*3.*tom.*2.*Jur.Regn.*

Si igitur hæc ità se habent in jurisdictione conces-
sa in feudum ,& ex causa onerosa ; multo magis
29 locum obtinere debent,quando jurisdictio fuit
concessa in officium , prout fuit concessa Præfe-
cto Classium , quæ multo facilius tolli, & re-
vocari potest per Principem concedentem,juxta
*text.in l.judicium solvitur.ff.de Judic.*in terminis
perpendit *Reg.de Ponte de potest. Proreg. in tit.
de elect.official.tit.*6.§.1.*nu.*18. facit quoque *text.
in cap. suggestum, extr.de decim. Georg. Obrecht
de jurisdict.lib.*3.*cap.*1. *num.*14.& 16.

Et in terminis jurisdictionis Magni Admirati,à qua
dependet illa Generalis triremium , quod possit
30 per Regem restringi, & modificari dixit *Tassur.
de antef.versic.*3.*observ.*3. *n.*229. *versic. & ideò,
fol.*157.prout per particulares ordinationes An-
ni 1540. prohibita fuit Judici Curiæ Admiratiæ
compositio in crimine raptus, & osculi violen-
ti, ut testatur *Reg.Rovit.super rubr. de composit.
num.*7.& *super Pragm.*1.*n.*2. *eod.tit.*

Expediebat sanè publicæ incolumitati , ut talia de-
licta delationis armorum igneorum , & crimina
31 cum illis patrata contra formam Regiarum
Pragmaticarum coercerentur per M.C. D.Prin-
cipem repræsentantem , siquidem talia delicta
dicuntur propriè commissa contra Principem
statuentem , & contra quietem Civitatis , ex *tit.
C.ut armor.usus jus insci.Princip.interdict.sit*,&
ità per doctrinam *Lucæ,& Reg.de Ponte* adver-
tit *Consil. Rocc. de Offic. Præfect. Class.rubr.*16.
num. 33. & 49. quod etiam affirmare videtur
*Reg.Reverter.decis.*81. *in fin.* nec privilegia re-
sultantia ex instructionibus concessis Duci Clas-
sium possunt extendi ad ea , per quæ publica
læderetur utilitas, *l.fin. C.de offic.Magistr.Milit.
Reg.Merlin.controv.cap.*10.*n.*10.*cent.*1.& *cent.*
2.*cap.*71.*n.*29.

Ex quibus juribus tam claris primum dubium sa-
tis resolutum remanet ; superest itaque , ut se-
cundum difficultatis caput resolvamus , quod
facili negotio resolvendum putamus.

Enimverò nescimus quomodo in dubium revocari
possit *Pragm.* illam non fuisse usu receptam , &
32 executioni demandatam ; siquidem lex semper
habet pro se observantiæ præsumptionem, ità ut
contrarium asserenti incumbat onus probandi,
Decius cons. 649. *col.penult. Menoch. cons.*461.
*num.*4.& *cons.*718.*num.*1 .*Consil.Ariat var.re-
solut.lib.*2.*cap.*18.*num.*9. latè *Reg. Merlin. con-
trov.cent.*2.*cap.*70. *num.*21.16.17. in quibus lo-
cis habetur legem non tolli per non usum , sed
per contrarium usum quatuor concurrentibus,
& ultimum requisitum erit, ut in contradicto-

rio

rio judicio contra legem judicatum appareat.
De rebus judicatis pro non usu legis in contradi-
ctorio cum Fisco , & Duce Classium, nedum
33 non constat, sed contrarium ostenditur ex quã-
plurimis exemplis, quæ prodierunt super obser-
vantia *Regiæ Pragm.* quæ nunc ad illam com-
probandam adducuntur, siquidem .
In causa Nicolai de Maria Nautæ subditi Magni
Admirati inquisiti de homicidio cum ictu sco-
34 pictę intus hanc Civitatem processit *M.C.D.* ad
mortis sententiam, etiàm vigore Rescripti S. E.
de mense Julii 1688. non obstante prætensa re-
missione ad Tribunal Magni Admirati , ut ex
actis penes Taurum Scribam.
In anno 1693. processit similiter *M.C.D.* in causa
Camilli Arcella Examinatoris S. R. C. inquisiti
35 de homicidio commisso cum armis igneis intus
hanc Civitatem , & non obstante quod Spect.
Præsid. S.R.C. prętenderet cognitionem dictæ
causæ fuit mandatum per Coll. Cons. *quod pro-
cederetur in M.C. pro executione Reg. Pragm.*
prævio rescripto expedito sub die 30. Septem-
bris ejusdem anni 1693. ut ex actis penes Scri-
bam de Antonio.
In causa Joannis Baptistę de Ligorio Scribæ Au-
dientię Tribunalis Tertii Hispani vulgò *del Ter-
36 zo* , inquisiti de insultu cum armis igneis intus
hanc Civitatem processit quoque M. C. V. non
obstante petita remissione ad dictum Tribunal,
qui demùm anno præterito 1698. obtinuit gra-
tiam à D. Prorege , ut ex actis penès Scribam
Persico.
In causa Francisci Antonii Massaro subditi Audito-
ris Generalis Exercitus inquisiti de insulto cum
37 impugnatione pistolæ intus hanc Civitatem
fuit petita remissio ad dictum Tribunal , & per
M. C. mediante decreto interposito sub die 14.
Octobris 1681. fuit provisum , *quod petita re-
missione non obstante procedatur in M.C.* ut ex
actis penès Scribam Bianco .
Nec desunt quamplurima alia exempla , in quibus
fuit denegata remissio per M. C. in casibus sim-
38 plicis asportationis armorum intus Civitatem,
quemadmodum servatum comperimus in anno
1655. in causa Antonii Vitalis inquisiti , & car-
cerati de asportatione pugionis in Banca Sara-
ceni, *fol.* 13. 14. & 15. & decretum denegatæ re-
missionis fuit confirmatum per S. C. sub die 20.
Maii 1655.
In causa Joannis Baptistæ Barsilaro inquisiti, & car-
cerati de asportatione ensis cum vagina aperta
39 in eodem anno 1655. penès Pettinatum ,
fol. 16.
In causa Petri Basci Nautę Regiarum Triremium
inquisiti, & carcerati in M.C.V. pro asportatione
40 pugionis denudati absq; ense intus Civitatẽ no-
ctis tẽpore anno 1657. fuit provisum, *quod causa
remaneat in M.C. non obstante remissione petita
ad Curiam Regiarum Triremium*, & cum fuisset
mandatum per D. Proregem, ut *M.C.V. relatio-
nem faceret In Coll. Cons.* satisdoctè scripsit pro
tuitione jurisdictionis M.C.V. *Consil. Rocc.* qui
tunc licèt Consiliarius Fisci Patroni munere in
eodem Tribunali fungebatur , ut constat ex *al-
legationibus*, quas inserendas curavit *in tract. de
offic. in tit. de Offic. Præfect. Class. rubr.* 16. à *n.* 26.
ubi præcipuè probare nixus fuit asportatio-
nem pugionis absque ense prohiberi in specie
militibus intus hanc Civitatem per *Pragm.* 13.
in §. 1. *de Armis* , nec eis prodesse ullam licentiã
deferendi arma, si de nocte deferantur intus Ci-
vitatem ex dispositione *Pragm.* 1. *sub eod. tit. de
Armis* , per quam tribuitur cognitio Regenti
M. C. V. contrà asportantes arma intus Civita-
tem, etsi milites sint , tàm maritimi , quàm ter-
restres.
Patet ex hac recepta consuetudine judicandi vera
responsio , & vera interpretatio ad *Instructiones*
41 Invictissimi *Regis nostri Philippi Secun-
di* , quibus cavetur spectare ad Ducem Clas-
sium cognitionem delicti commissi à Classico
in terra in personam alterius Classici , non
obstante præventione Judicis loci delicti, quod
deducitur ex illis verbis , ibi : *Y assi mismo
que el delicto que el de la Armada comite en
Tierra fuera contra la gente de la Armada aun-
que se prenda una vez per la justicia de la Tier-
ra sea remetido , y entregado tambien à la justi-
cia de Mar* , siquidem hæc dubia Regis mandata
receperunt semper illam interpretationem , ut
non comprehendant delicta commissa in spre-
tum Majestatis Principis, & contrà formam Re-
giarum *Prag.* quemadmodum superiùs demon-
stravimus , quæ interpretatio , quam consuetu-
do judicandi admisit , est de mente ipsiusmet
Regis Statuentis , prout declaratum extitit per
ipsummet Regem Nostrum mediante suo Regio
rescripto expedito Matriti 25. Martii 1681. quo
mediante extiterunt determinatæ similes diffe-
rentiæ ortę in Civitate Barcinonę inter Præfe-
ctum Classium , & Ducem de Bournoville Lo-
cumtenentem Generalem dicti Principatus , in
fine cujus Regii Diplomatis declaratum fuit sem-
per ad Proregem , & Regiam Audientiam perti-
nere punitionem Classicorum delinquentium
42 in Terra in contemptum justitiæ , ut satis benè
observat *D. Michael de Calderò decis.* 73. *Regii
crimin. Cons. Cath. nu.* 26. *in fine*, & 35. ubi cu-
ravit inserere verba Rescripti , & sunt ; *Y que
al Virrey con la Real Audiencia tocarà el cono-
cimiento de los que delinquieren en Tierra en
desecato de la justicia , ò por injuria , ò cosas se-
mejantes* : Quod magis clarè fuit quoque decla-
ratum in hoc Regno pręviis *Regalibus Litteris*,
quę prodierunt *sub die* 11. *Septembris* 1680. & *die*
14. *Novembris* 1685.
Prætereà dictæ *Instructiones Regales* recipiendæ
sunt in cœteris criminibus non comprehensis
43 neque exceptis à *Reg. Pragmaticis* , recipiendo
interpretationem à casibus aliàs in hoc Regno

decifis , & ab illa diftinctione paffim à Doctori-
bus tradita , nempè an crimina fint militaria , vel
communia, gravia,an levia, juxtà *text.in l.magi-
fteria, C.de jurifdict.omn.Judic.Montan. de Re-
galib. verfic. poteftas conftituendorum Magiftra-
tuum,nu.*35. inter quæ delicta gravia connume-
rantur delicta commiffa intus Civitatem Neapo-
44 litanam , *Præf. de Franch. decif.* 88. ubi caufa
raptus, ftupri, & furti commiffi per Capitaneum
unius ex Regiis Triremibus fuit remiffa ad M.C.
habendo Sac.Conf.pro vero ejufdem M.C.V.or-
dinariam jurifdictionem non cenferi derogatam,
nifi per expreffum , & abdicativum privilegium,
quod latè comprobat *Caball. refolut.crimin. caf.*
294.*num.*277.278.*&* 279.*cent.*3. & cum hac di-
ftinctione pertranfit quoque *Reg.Conftant.* per-
peram ab Adverfariis allegatus in *l. unic. C.de
Claffic.lib.*11. *nu.*84. ubi quòd quandò delictum
fit extrà exercitium,adhibenda erit fuperiùs tra-
dita diftinctio , quando verò delictum fit in ip-
fa Claffe puniendum venit à Præfecto ipfius
Claffis nulla adhibita diftinctione , poft *Accurf.
Boff. & Jo: Anton. de Nigris* , ab eo laudatos,
quod fatis clariùs declaravit *Reg.Tap.decif.S.C.*
13.*num.*10.*in fin.* fub his verbis :

*Et quià nunc Magnus Admiratus non habet omnis
jurifdictionis exercitium , quià adeft etiam Ge-*
45 *neralis Claffis,qui habet jurifdictionem in omnes
ftipendiarios , intellige , ut illam exercere poffit,
quando delinquunt in Regiis Triremibus,fecus fi
in terra,ut decifū teftatur D.Præf.de Franch.dec.
88.quod etiam fuit decifum in Aula, in qua præ-
fidebat D.Marcus Antonius de Ponte vir erudi-
tiffimus Regens Regiam Cancellariam ad rela-
tionem Regii Confiliarii Marci Antonii Morræ
tunc Judicis caufarum criminalium M.C.V.die.
18.Decembris 1614.*

Quam diftinctionem agnovit quoque *Jul.Maftril.
dum Fifc.Patroni* munere fungebatur, ut conftat
46 ex *allegat.infert.per R.de Marin.allegat Diverf.*
94.*nu.*36.*&* 37.*Reg.Sanfelic.decif.*290.*à nu.*35.
*cum feqq.*ubi latè materiam examinat , & quia
ejus verba quæftionem dirimunt ad favorem
M.C.V. placuit hìc illa tranfcribere , nè *Author*
debito honore defraudetur, ibi : *Quià fi ifti Ju-
dices particulares etiam de delictis gravibus , &
communibus extra exercitium belli , vel alterius
artis, & minifterii poffent cognofcere , Refpubli-
ca in maximo læderetur , quo cafu ex difpofitione
text.in l.2.C.de privileg.Scholar.lib.*12. *ibi: In
text.ne flagitiorum crefcat authoritas , vel publi-
ca vacillet utilitas , & ex §. quod autem in
Auth. ut Judic. fine quoquo fuffrag.ubi glof.in
verb. privilegia , omnia privilegia eis conceffa
effent nulla , quià intantum intelliguntur con-
ceffa , & valere , in quantum non lædatur utili-
tas publica , ut pro indubitato ex ordinatione
fupradictorum jurium concludunt Odofredus
Jo. de Platea , Rebuff. & alii in d. l. 2. Non
alia namque ratione effugiunt patratores ta-
lium delictorum judicium fuorum ordinariorum,
& per confequens M.C.V. quià ab aliis relevan-
tur , & debitis pœnis non caftigantur , quod in
dies videmus pernicioffimum effe Reipublicæ,cu-
jus intereft delicta nō impunita remanere, leg.ità
vulneratus,ff.ad leg.Aquil.& qui peccavit,ex pu-
nitione corrigatur , & ejus exemplo à fimilibus
delictis metu pœnæ fe abftineant cæteri, l.1.C.ad
leg.Jul.repetund. cum aliis elegantiffimè cumu-
latis per Ann. Robert. rer. judicat. lib. 1. cap.4.
propè finem,fol.mihi* 50. *& cum de publico dam-
no tractetur , omni fori privilegio, & quovis alio
militari milites licèt actu inferviāt effe privatos,
& ad ordinarios cognitionē fpectare dicit text. in
l.1.C.in quib.cauf.milit.& in l.fin. C.de jurifdict.
omn.Judic.ubi Bart.Bald.Salyc.Caftrenf.Fulgof.
& alii, Ayala de jure belli cap.8.n.6.Decian.lib.
7.cap.*15. *num.*2.*Petr. Caball.caf.*294. *num.*72.
& 74.

Francifcus Maradei.

Poft hæc fcripta fui interrogatus,num hæc *Pragm.*
Comitis de Villamediana , quæ tribuit privati-
47 vam cognitionem M.C.V.de delictis cum armis
igneis , & illorum afportatione intus hanc Ci-
tatem vindicet fibi locum contra Vaffallos Ba-
ronum delinquentes cum dictis armis , in lo-
cis , ubi degunt Tribunalia Regiarum Audien-
tiarum , non obftantibus Baronum privilegiis
cū claufulis abdicativis, & privativis; & affirma-
tivè refponfum dedi , ea motus ratione , quià in
Statutis etiam pœnalibus venit facienda exten-
fio ex identitate rationis , & ob bonum publicū,
*Reg. Rovit.decif.*78.*num.*5.6. *&* 9. Identitas ra-
tionis , quæ concurrit in delictis commiffis in
hac Civitate , ubi refidet Majeftas Principis
concurrit quoque in locis, ubi refident Præfides
Provinciarum, quibus Princeps fuas Provincias
adminiftrandas committit , ut perpendit *Anton.
Merend. controverf. lib.* 24. *cap.* 19. *num.* 62.
tom. 4. Hinc cum in anno 1701. accidiffet in
Civitate Cathacenfi Provinciæ Calabriȩ Ultra
deprehendi armatum cum armis igneis prohibi-
tis Circitorem, vulgo *Barricello* , una cum aliis
militibus Ducis Balneariæ Baronis dictæ Pro-
vinciȩ habentis privilegium in perfonas , non
dubitavit Regia Audientia exiftente tunc ibi
Prȩfide digniffimo Confiliario D. Julio Galeota
procedere ex delegatione contra dictos Vaffal-
los captos , quos quoque condemnavit ad Re-
gias Triremes , excluso Barone à petita remif-
fione .

OBSERVATIO XXIV.

SUMMARIUM.

1 *Adohæ taxa non poteft fufpendi , neque minui
in hoc Regno,nifi Rege jubente cum claufula,*
non obftante, *& num.*2.

3 *Cre-*

Digitized by Google

3 *Creditor ex causa adohæ præfertur cæteris aliis Jus super feudo habentibus.*
4 *Et quid in possidentibus fiscalia in feudum.*
5 *Fiscalia feudalia non subjacent suspensioni, neque diminutioni.*
6 *Suspensio quantitatum decursarum per totum annum* 1668. *emanata ad beneficium Universitatum, an comprehendat causam habentes ab Universitatibus, vel debitores obligatos contemplatione Universitatis,* & *num.*7.
8 *Obligatio Civium inita virtute clausulæ,* quod ditiores se obligent de redimendo debitum Universitatis, *quomodo intelligitur.*
9 *Moratoria concessa per Principem principali debitori, an porrigatur ad fidejussorem, vel in solidum obligatum.*
10 *Reg.D. Seraphinus Biscardus commemoratur.*
11 *Actio quanti minoris an competat contra venditorem feudi cum onere adohæ,* & *feudalis servitii, quæ post emptionem aucta fuerit ex causa de præterito.*
12 *Facti species proponitur.*
13 *Actio de Ædilitio Edicto competit adversus venditorem, qui non expressit morbos,* & *vitia animalium venditorum,* & *illud quod est in his dispositum non procedit in servitutibus,* & *tributis,* & *quid si venditor servitutem deberi ignoraverit.*
14 *Actio de Ædilitio Edicto an procedat vendito feudo, vel in venditione rerum ad instar feudi,* & *num.*15.
16 *Venditor an teneatur denunciare onera rei venditæ emptori.*
17 *Venditor an teneatur actione quanti minoris quandò non denunciavit prædium venditum esse decimale.*
18 *Feudo vendito sine expressione servitii adohæ, censetur venditum sub consueto servitio,* & *adoha cum sufficiat emptori scivisse rem emptam fuisse feudalem.*
19 *Venditor nunquam tenetur si emptor certus fuerit de onere,* & *sufficit generalis expressio, nisi in exprimendo fuerit adhibitus dolus,* & *num.*20.& 21.
22 *Actio quanti minoris non datur vendito feudo simpliciter sub feudali servitio, vel adoha, sed onus erit emptoris, nisi feudum fuerit venditum cum expressa quantitate adohæ, nempe ducatorum tot, vel cum adoha descripta in libro Cedularii,* & *num.*25.
23 *Cedularii liber an præjudicet Fisco, vel Baroni.*
24 *Clausula* sub debito,& contingenti feudali servitio *quid importet.*
26 *Feudo vendito sub feudali servitio an sit præstandum servitium, quod præstabatur à prædecessore.*
27 *Adoha est solvenda à venditore pro tempore, quo possedit feudum;* & *ab emptore pro tempore quo cœpit possidere.*
28 *Adoha seu servitium feudale inest feudo.*
29 *Pactum in instrumento adjectum ponderatur.*
30 *Afferuntur exempla rerum judicatarum pro quæstionis resolutione,* & *num.*31.32.& 33.

De Juribus, & Exactionibus. Pragm. VII.

Regii Percettori, e Tesorieri Provinciali, &c.

SUspenditur executio functionum fiscalium debitarum Regiæ Curiæ, ejusque Consignatariis, & quantitatum tertiarum debitarum creditoribus instrumentariis per totum annum 1668. exceptis Creditoribus ex causa adoharum situatarum, tam in beneficium Regię Curiæ, quàm aliorum.

Ratio cur non fuit ordinata suspensio adoharum decursarum fuit, quia in hoc Regno taxa adohę
1 neque alterari, neque minui potest, *Reg. Revert. decis.*300. *vers. cæterum erga finem, Reg. de Philipp.alleg.*116.*num.*8.& 10. apud *Reg. de Marin.lib.*3.*alleg. divers. Andr. Capan. de jur. adohæ qu.*31.*qui num.*6. declarat adoham non posse minui, quando semel taxata est per Curiam, nisi diminutio expressè mandaretur per
2 Regem ex certa scientia, cum clausula, *non obstante*, ex *Jacob.de Ayell.Marin.Frecc.And.de Isern.Cum.*& *Petr.de Gregor.*

Et quod Creditor ex causa dicti servitii præferatur omnibus aliis jus habentibus super feudo, vi-
3 dendus est *Rovit.super Pragm.*18.*de offic. Proc. Cæsar.num.*5.

Et quid in habentibus functiones fiscales cum qualitate feudali, an præferantur cœteris Creditoribus consignatariis, videnda sunt affirmativa
4 exempla allata per *Dom. Agetam in annotat. ad Reg.Moles,* §.3.*de exact.funct.fiscal. ad qu.*1.*nu.*66.67.& 68.*tom.*1.*fol.*301.

Quæ functiones fiscales in feudum non subjacent ordinatæ suspensioni, dum semper excipi solent
5 à quacumque diminutione, resultante etiam ex deficientia focularioram; siquidem habent intrinsecum onus adohæ, relevii, & devolutionis, quod nullo pacto diminui potest, ut expressè statuitur *in libro novæ situationis focularioram anni* 1669.*fol.*7. *vers.in medio,*& *fol.*8. *vers.quoad primum,* & *fol.*10.*vers. di modo che.*

Alter articulus disputari potest in terminis hujus *Pragm.* quemadmodum disputatum vidi, an
6 hęc suspensio ordinata in beneficium Universitatum comprehendat quantitates decursas ante annum 1669. non solvendas ab ipsis Universitatibus, sed ab aliis causam habentibus ab Universitatibus, vel à Civibus obligatis contemplatione Universitatis, & respectu solutionis facto à tertio de ordine, vel mandato Uni-

Digitized by Google

verfitatis, habemus decifionem contra Univer-
fitatem relatam per *Rever. de Luca in meliorat. ad refol.* 146.*R.de Marin.num.*10.*verf.denique.*

Refpectu verò obligationum particularium obliga-
torum ad favorem Univerfitatis, vel fpontè, vel
7 virtute decretationis Collat.Confil. mandantis,
quod ditiores fe obligent de redimendo debitum,
puto effe locum ordinatæ fufpenfioni, quia cum
dicta obligatio Civium confideretur, uti accef-
foria, connexa, & correfpectiva cum obligatio-
ne Univerfitatis,non poteft diverfo jure cenfe-
ri, *Hodiern. controverf.*43. *num.*64. & per con-
fequens beneficium hujus fufpenfionis compre-
hendit etiam dictos Creditores maximè, quia
8 dicta claufula *redimendi, & folvendi dictum de-
bitum*, intelligitur de bonis Univerfitatis,& Ci-
ves non tenentur,nifi quatenus Univerfitas non
reperiatur folvendo, ut habetur ex *allegat. Fa-
bii de Falco infertis per Scaglion.fup.Reg.Prag.
alleg.*9.*num.*1.*fol.*393.

Sed an moratoria conceffa per Principem princi-
pali debitori porrigatur ad fidejufforem, vel in
9 folidum obligatum,videnda funt,quę latè profe-
cutus fuit,*Guilielm.Anton.Freundebergh.de re-
fcript.morator.feu induciis quinquēnalibus tit.*9.
cōcl. 66.*à n.*1.*ad* 10.*& à n.*222.*ad* 226.ubi quod
refcriptum moratoriæ conceffæ debitoribus ad-
verfus quofcumque creditores non prodeft fi-
dejufforibus, fed potius contra ipfos ufurpatur,
& fubintelligitur ad effectum,ut fidejuffores ne-
queant moratoria pendente moleftias inferre
principalibus debitoribus. Vide *Maufon. de
cauf.execut.limit.*6.*à nu.*23. *ad* 38. *Confil.Stai-
ban.refol.forenf.refol.*46. *lib.*1. ubi refolutum re-
fert ad favorem fidejufforis.

Circà adoharum materiam, quam in principio hu-
jus Obfervationis tetigimus, poft hæc fcripta
pervenit ad manus meas celebre, ac bene dige-
10 ftum *Refponfum* editum per digniffimum Re-
gentem D.Seraphinum Bifcardum,qui tempore,
quo Advocati munere fungebatur fcribendo in
caufa pro Monte feptem operum Mifericor-
diæ hujus Civitatis cum Illuft. Duce Salfæ, per-
currit articulum, an vendito feudo cum onere
adohæ, quæ poft emptionem aucta fuerit, ex
caufa tamen de præterito, experiri poffit em-
ptor actione quanti minoris contra venditorem;
& quia articulum magiftralitèr comprobat ra-
tionibus, Doctorum placitis, ac quampluribus
rebus judicatis, ideo illud libentèr hùc collo-
candum duximus.

Refponfum Regentis D. Sera-phini Bifcardi.

PRæfentis controverfiæ fumma hæc eft; num
vendito feudo cum onere adohæ, & feudalis
11 fervitii, quæ poft emptionem aucta fuerit, ex
caufa tamen de præterito competat emptori
actio *quanti minoris* contrà venditorem.

Facti fpecies hæc eft. Anno 1627. Dom.Joannes
Vincentius Strambonus emit Terram Salzæ
12 cum omnibus ejus juribus, & pertinentiis pro
pretio ducatorum decem mille octingentum
quinquaginta à Gubernatoribus Montis Mife-
ricordiæ. Venditionis autem formula hæc fuit:
*Francam, & liberam dictam Terram Salzæ, &
bona prædicta cum Caftro, fortelitio, domibus,
palatio; bonis, membris, juribus, jurifdictioni-
bus prædictis, & integro ftatu, & pro franchis
liberis ab omni alienatione, donatione, contra-
ctu, debito, legato, cenfu, onere, conceffione, fi-
deicommiffo, obligatione, & hypotheca exceptam
dictam Terram ab onere feudalis fervitii, feu
adohæ, & aliorum refpectu feudalium, à præfen-
ti die in antea debendorum Regiæ Curiæ fupre-
mi dominii ratione: pro præterito autem tenea-
tur dictus Mons, &c.* Cumque à tempore dictæ
emptionis fuerit foluta adoha annuorum duca-
torum undecim fpatio plurium annorum; Anno
1668. ad inftantiam Regii Fifci fuit expeditum
mandatum contrà poffefforem dictæ Terræ pro
augumento dictæ adohæ, & pro quibufdam re-
leviis non folutis, quod mandatum fuit notifica-
tum dicto poffeffori, qui laudavit authorem
Montem Mifericordiæ.

Demùm cum diù multumque fuerit in Regia Ca-
mera difputatum, tranfactum eft inter Fi-
fcum, & Partes pro fumma ducatorum 2000.
quorum Gubernatores dicti Montis folverunt
ducatos 1410.1.14. videlicèt ducatos centum
pro releviis, & ducatos mille tercentum, & de-
cem pro rata temporis fpectātis ad dictum Mon-
tem ab Anno fcilicèt 1507. ufque annum 1627.
quo fuit inita emptio, & cùm nata effet quæftio
inter dictum Montem, & Ill. Ducem Salzæ: à
quo nàm folvendi effent reliqui ducati quingen-
tum, quod à Regia Camera definiendum erat,
in qua dictus Illuft. Dux conventus fuerat à Re-
gio Fifco, & cœptum iudicium erat à dicto Illu.
Duce contrà dictum Montem; cùm benè noffet
peritiffimus Advocatus dicti Ducis dictum
Montem à Regia Camera fine controverfia ab-
folutum iri, folvit dictam fummam Regio Fifco
fub fpe illam repetendi in S.C.à dicto Monte;
convenit propterea poft factam Regio Fifco fo-
lutionem, Gubernatores dicti Montis in S.C. ut
illi folverent fummam ducatorum quingentum
folutam pro præterito, & capitale annuorum
ducatorum novem, quos folvere tenetur in fu-
turum, quia fcilicèt putat competere illi hoc ca-
fu actionem *quanti minoris*.

Nos autem, qui bonam Montis caufam fufcepi-
mus, facillimè demonftrabimus nullam hoc cafu
emptori competere actionem, idque triplici ex
capite, primò ratione rei venditæ, fecundò ra-
tione pacti appofiti in inftrumento,tertiò exem-
plo rerum judicatarum.

Non

Non teneri Montem ratione rei venditæ.

PRimum caput est, quo absolvendus est Mons, quia scilicèt vendidit feudum, hoc est, vendidit rem, quæ onus feudalis servitii, seù adohæ habebat intrinsecum, ac proindè, etsi in venditione nihil de adoha dictum fuerit, utcumque illa fuerit postmodùm aucta à Regio Fisco, ad nihilum teneretur venditor.

Et licèt non ignoraverim ædilitium edictum ad
morbos, & vitia, quæ à venditore expressa non
sunt pertinere; id tamen ad præsentem nostram
13 quæstionem nihil attinet. Certum enim est ven-
ditorem rem venditam emptori ità præstare
oportere, non solùm ut res ità tradatur, quo eam
habere liceat,, sed etiam, quo eam rectè habere
liceat, id est, ut tradatur incorrupta sine vitiis,
& morbis, & libera, ab omni onere, quod jus rei
venditæ minuet. Hoc nomine tenetur emptor
actione ex empto, sed condemnabitur in id,
quod interest, si vitium sciverit, quanto minoris
si ignoraverit, *l. Julianus, ff. de actionibus empti.*
Hæc summa est ædilitii edicti, his juris princi-
piis nititur doctissimus Adversarius; sed perpe-
ram pace sua.

Primò, quia id, quod traditum est in vitiis, & morbis, non idem traditum in servitutibus, & tributis, adeòut, quamvis res servitutem debeat, aut tributo, vel pensitatione onerata sit, nec quicquam de his commemoratum sit in venditione, nunquam earum nomine tenebitur venditor, si servitutem, aut tributum deberi ignorarit, *l. si sterilis 21. §. 1. ff. de actionib. empti*, ubi hæc habet *Jurisconsultus: si prædii venditor non dicat de tributo, sciens tenetur ex empto. Quod si ignorans non prædixerit, quod fortè hereditarium prædium erat, non tenetur*; quam legem optimè expendit eruditissimus *Donellus commentariorum lib. 13. cap. 3. num. 40.* atque hujus sententiæ illam reddit rationem his verbis elegantissimè; *Differentiæ ratio est ea, quæ redditur inter servum fugitivum venditum, & servum furem in l. Julianus 13. §. 1. ff. de actionib. empti, quod scilicèt morbosam, aut vitiosam rem, quodammodò habere non licet, eam autem, quę servitutem, aut tributum debet, non minùs habere possumus. Quippè morbis, & vitiis usus rei venditæ impeditur, l. 1. §. sciendum, ff. de ædilitio edicto, servitutibus, & tributis non item.* Idem sensit *Costa de facti scien. & ignor. cap. 90. num. 10.*

Quæ sententia licèt in jure vera sit, eam tamen se-
qui in præsenti quæstione non cogimur, cum ex
alio capite actiones ædilitii edicti ad rem no-
stram non pertineant, quia nimirùm venditum
est feudum, oportet igitur inspicere, quid cau-
tum fuerit legibus nostris in venditione rerum,
14 quæ instar feudi sunt, in venditione scilicèt fun-
di provincialis, qui omnes erant tributarii; sci-
tū enim est fundos Italicos immunes fuisse, pro-
vinciales autem tributarios, *§. per traditionem, institution. de rerum divisione*. Quoties autem fundus tributarius venditus est, & si nihil dixerit venditor de tributo, non tenebitur, nisi uno tantum casu, quando à venditore minor tributi quantitas expressa sit, quæ posteà major inventa fuerit, *l. si minor, C. de contrahenda emptione*. Ea autem hujus rei ratio est, quia fundus venditus erat tributarius, ut monuit *Glos.* ibi: *Vendidisti mihi fundum tributarium*.

Quod adeò verum est, ut *Accurs. in l. si Julianus,*
verbo quanto minoris, cùm numeraret casus, qui-
15 bus venditor emptori non tenetur venditionem
fundi tributarii excepit secundo loco, *Secundus
est*, inquit ille, *in prædio tributario, ut infrà eo-
dem, l. si sterilis, §. 1. hoc ideò quia, & ibi ex quo
prædium erat provinciale, per consequens emptor
debuit scire prædium tributarium*. Habet enim
hoc casu emptor pręsumptionem contrà se, ideò
lex illi non succurrit, ut post *Castrensem*, & alios
nutat *Laderchius consf. 130. num. 7.* quod autem
dicitur de tributo, habet locum in servitio feu-
dali, ut scribit *Amaya l. 1. C. de Annonis, & tri-
butis num. 85.*

Ex his juris principiis oritur venditorem non o-
mnia onera denunciare debere emptori, sed illa
16 tantùm, quæ verisimilitèr ille ignoravit, putà si
onera talia essent, quæ ex consuetudine patriæ,
ut plurimùm rebus inessent; tunc emptor scire
debet rem emptam tali onere fuisse obnoxiā, nec
venditor tenebitur actione ex empto, vel quan-
to minoris, ut docet *Monterus decis. 13. nu. 39.*

Idem in decimis tradit *Fontanella de pactis clausu-
la 5. glos. 8. par. 14.* ut scilicèt si non esset denun-
17 ciatum prædium esse decimale, quod posteà de-
cimis obnoxium reperiatur, non tenebitur ven-
ditor quanto minoris, quod ità decisum refert,
quia scilicèt onus decimarum (ut idem Author
loquitur) regularitèr, & ordinariè inest omni-
bus prædiis, & propterea necessarium non est,
ut exprimatur. Eandem sententiam sequutus
est *Pereyra de empt. & vendit. cap. 22. num. 10. &
11. Hermosilla glos. 1. l. 63. tit. 5. num. 11.* qui ad
omnia onera intrinseca, & tributa ordinaria il-
lud extendunt, ibi: *Vel si aliud esset tributum
generale omnibus notum*. Emptores autem feu-
dorum ignorare minimè debent servitium esse
onus feudi intrinsecum, & notum omnibus.

Hinc etiam est, ut vendito feudo sine expressione
servitii, & adohæ illud venditum censebitur sub
consueto servitio, & adoha, ut docet *Rosenthal.*
18 *de feudis cap. 2. concl. 55.* qui refert innumeros
docentes deberi semper consueta servitia feudi,
vendito, vel concesso simplicitèr feudo, nisi ser-
vitia expreisè fuerint remissa, putà quia feudum
francum à servitio venditum, vel concessum
fuerat. Quod in Regno est indubitatum, ut te-
statur *Galeota in decisionib. ad controversiam
53. num. 52. & 54. Tap. decis. S. C. 14. num. 6. cum
sequentib.* sufficit enim emptorem scivisse rem
venditam fuisse feudalem, ut ad illum spectet

onus

Digitized by Google

onus adohæ, ut notat in terminis *Alexander*
*lib.5.conf.*14. Erat in specie illius consilii vendi-
ta res feudalis, quæ debebat Principi capisol-
dum, quia ad tertiam partem pretii adscendebat,
emptor egit contrà venditorem actione *quanto*
minoris emisset, si onus capisoldi scivisset, re-
spondit *Alexander* pro emptore ea ratione du-
ctus, quia scilicèt emptor nesciverat rem emptã
esse feudalem; cœterum si qualitatem rei feuda-
19 lis non ignorasset, respondit nullam actionem
emptori competere, verba *Alexandri* hæc sunt
num. . *Ex istis omnibus stat firma conclusio,*
quod non est probatum, quod Baptista habuerit
scientiam, quod dicta res esset feudalis, et per con-
sequens, quod pro venditione talis rei esset Came-
ræ Principis solvendus capisoldus magnus ad-
scendens ad tertiam partem pretii. Cum ergò
in casu nostro dubitari non poterit emptorem
scivisse qualitatem rei emptæ, venditor non te-
nebitur, & sibi imputandum erit, quod benè non
20 noverat quantum pro adoha deberetur, ut do-
cet *Peregrin.conf.*101.*lib.*3.*num.* ubi hæc ha-
bet: *Undè sentit Alexander, quod si venditor*
expressisset rem esse feudalem, emptor absq; dubio
fuisset obligatus ad capisoldum Domino debitum,
et sibi imputandum, cur non investigasset quan-
tum Domino rei feudalis deberetur pro re feuda-
li vendita; igitur Gubernatores Montis Miseri-
cordiæ absolvendi essent, & si nihil de adoha
dixerint in instrumento venditionis, ex qualita-
te scilicèt rei venditæ, ut etiam in casu longè
fortiori scripsit *Cyriac. lib.4. controv.* 697. Sed
alterum caput aggrediamur.

Non teneri dictum Montem ex pacto apposito in instrumento.

INitio hujus allegationis transcripsimus verba
in instrumento: *Exceptam dictam Terram ab*
onere feudalis servitii, seu adohæ, & aliorum
respectu feudalium à præsenti die in antea de-
bendorum Regiæ Curiæ supremi dominii ratio-
ne. Pro præterito autem teneatur dictus Mons.
Igitur certiorem fecit emptorem deberi ado-
ham, & servitium; proindè non tenebitur, *l.quæ-*
ro 41. ff. de actionib. empti, ubi vendita re cum
hac clausula, *servitutes, quæ debentur, debebun-*
tur; respondit *Jurisconsultus*, venditorem em-
ptori teneri, si certus fuerit certas servitutes
quibusdam personis deberi, si autem ignorave-
rit, venditorem non teneri: *Quando hæc*, in-
quit *Jurisconsultus*, *generalis exceptio non ad*
ea pertinere debet, quæ venditor novit, quæque
specialitèr excipere potuit, & debuit, sed ad ea,
quæ ignoravit, de quibus emptorem certiorare
nequivit; Cùm igitùr Gubernatores dicti Mõtis
certiorare nequiverint Illustrem Ducem quan-
tum, quidvè pro adoha quotannis deberetur, &
in venditione generalitèr expresserint onus
adohæ, emptori eo nomine actione quanto mi-
noris non tenebuntur, sufficit enim venditorem
21 exprimere onus emptori specialitèr, sed non
singularitèr, & in individuo, scilicèt deberi ta-
le onus, sed non est necessarium, ut exprimatur
quantum oneris illud sit, atque illud est, quod
DD. dicunt exprimi, onus singularitèr, & in in-
dividuo, & ut docuit *Surdus decis.*265.*num.*44.
semper enim quod onus exprimitur emptori,
non succurritur, nisi quando in onere exprimen-
do dolum admiserit venditor, cœterùm quan-
do dolus abest, & scientia, si venditor vendide-
rit rem cum onere, nulla competit contrà ven-
ditorem actio quanto minoris, ut *doctissimus vir*
*Anton.Faber definit.*1.*C.de actionib. empti.*
Quæ cum ità sint inspecto jure civili, locum etiam
habebunt in venditione feudi, quotiès vendi-
22 tum est feudum sub feudali servitio, vel adoha,
tùnc quantumque fuerit servitium illud, solvet
emptor, nec ullam habebit contrà venditorem
actionem, nisi quando feudum fuerit venditum
cum expressa quantitate adohę, putà cum ado-
ha ducatorum tot, vel cum adoha descripta in
libro Cedularii Regiæ Cameræ, tunc enim si
adoha augebitur, datur actio quanto minoris, si
verò fuerit venditum cum onere adohæ, sim-
pliciter non censebitur venditum cum adoha
descripta in libris Regiæ Camerę, sed cum ado-
ha, quæ debetur de jure, ut monet *Andreas in*
*cap.*1. *§.similiter de Capitan. qui Curiam vendi-*
*dit num.*15. ibi: *Tunc datum ad servitium feu-*
dum præsumitur datum secundùm formam, quæ
est in Regno. Quod apertiùs docuit *Afflict. ibid.*
num. 90. in hanc sententiam: *Concludunt ergò*
præfati magnæ authoritatis DD. quod illa secun-
dum solitum, & consuetum servitium intelligan-
tur secundùm consuetudinem generalem Regni.
Igitur quotiès venditum est feudum sub feudali
servitio intelligendum est de servitio, & ado-
ha, quæ ex lege debetur, non autem quæ scrip-
ta est in libro Cedularii, liber enim hic neque
23 Fisco præjudicat, neque Baroni, & quotidiè
emendatur, scriptus enim est à Rationalibus fi-
scalibus sine ulla causæ cognitione, ut advertit
*Camill.de Medicis conf.*6.*num.*36. Duo autem
in venditione feudi certa sunt, primum feudum
debere servitium sive adoham, secundum id ser-
vitium, & adoha non est illa, quæ scripta est in
libris Regiæ Cameræ, sed quæ de jure debita
est, licèt pro minori quantitate in dictis libris
descripta fuerit, quod paucis absolvit *Lucas de*
Penna ad l. 1. *C.de venditione rerum fiscalium*
*lib.*10. ubi quærens, quid significent illa verba
in venditionibus, & concessionibus *sub debito,*
24 *& consueto servitio*, respondit, *debitum, & con-*
suetum esse, quod pro singulis viginti unciis an-
nuatim debeatur integrum servitium; quotiès
ergò venditur feudum sub feudali servitio expli-
canda illa verba sunt, quemadmodum explicant
Lucas de Penna, ut si feudum erit valoris vigin-
ti unciarum, debeat servitium integrum, non
verò

Digitized by Google

verò explicanda sunt, ut illud servitium debea-
25 tur, quod in Cedulari scriptum est, quod etiam explicuit *Andreas supra citato num.* 14. his verbis: *In Regno Siciliæ dantur feuda valoris viginti unciarum pro uno servitio militari, ut serviat, quando est guerra in Regno Domino Regi de persona sua, tribus equis, tribus mensibus in anno, pro quo servitio plerumque solvitur adohamentum in pecunia.* Hoc est integrum servitium, quod dixit *Lucas de Penna.*

Quæ adeò vera sunt, ut si fuerit venditum feudum sub feudali servitio, non præstabitur servitium,
26 quod præstabatur à prædecessore, sed præstabitur, quod ex lege Regni de jure debitum est, ut notat *Cumia in repet. capitis si aliquem, verbo servitii consueti num.* 83. in hæc verba: *Tertius casus est, si feudum concedatur sub solito servitio, vel sub consueto servitio, vel ità quod servias, tunc servitium debetur secundum morem, & consuetudinem generalem Regni, & non ut solutum à prædedecessoribus, si fortè diversum solutum fuerit,* quam sententiam sequutus est *Capanus de jure adohæ q.* 35. *n.* 15. *Larathæ in theatro feudali part.* 12. *dilucidatione* 17. *num.* 6. ibi: *Consuetum servitium non accipitur; prout fuit solutum à prædecessore, sed secundùm generalem consuetudinem Regni.* Neque obstat, quod doctissimus Adversarius objicit hujus adoham deberi ex causa de præterito, ac proindè illius solutionē spectare ad venditorem ex pacto, siquidem aliud est teneri *ex causa de præterito*, aliud teneri pro præterito, possumus enim quid deberi in futurum, sed ex causa, vel de præterito, vel de præsenti, vel de futuro.

Prætereà si hoc pactum hanc interpretationem recipere posset, sequeretur Illustrem Ducem Salsæ emptorem, neque solvere adoham ducatorum 11. quæ descripta erat tempore venditionis in Cedulari; nam illa etiam debetur ex causa de præterito, atque hanc interpretationem semper recipiunt hujusmodi pacta in Aula Cedularii, hæc enim interpretatio est juxtà regulas juris, ut venditor pro tempore, quo possedit feu-
27 dum, solvat adoham, emptor verò solvat pro tempore, quo ipse possedit; hæc enim est natura feudalis servitii, ut sequatur possessorem feudatarium, ut benè monet *Montanus ad legem Imperialem num.* 222. explicans sententiam *Camill. de Curtis* docentis servitium inesse feudo
28 in vim conditionis resolutivæ, hæc habet *Montanus*: *Benè dicit respectu onerum maturatorum penès possessorem, quia dum Dominus assensit venditioni feudi tibi factæ per Cajum, ipse dicitur tibi dedisse feudum, ut servias, cæteraque onera præstes.* Et paulò post subdit; *Si deindè non præstat, condicit, quia non servavit promissa, & sic de futuris oneribus post assensum intelligi debeat, ut stent in vim conditionis resolutivæ, de qua in l. 2. ff. de in diem adject. onera antem debita per venditorem stabant similiter in vim conditionis penès venditorem*; Quod etiam innuit *Capanus de jure adohæ quæst.* 23. *num.* 6. licèt admodum confusè more suo; *Nam emptor,* inquit ille, *feudi tenetur solvere adoham à die, quo cœpit possessionem feudi empti, quia ex illo die percepit fructus, & ideò ab illo die tenetur solvere adoham.* Quod juri consentaneum est; nam si adoha solvitur ratione feudi, solvi debet à die, quo cœpit esse feudatarius, ac proindè à die emptionis, si solvitur ratione fructuum, debet solvi à die, quo cœpit fructus percipere, & possidere.

Demum, & si nos interpretari vellemus pactum juxtà Adversarii explicationem, non video, quid pro solutione adohæ colligere indè possit; nàm si benè pacti verba spectabimus servitium feudale, & adoha expressa sunt indefinitè; dictum enim est: *Exceptam dictam Terram ab onere*
29 *feudalis servitii, seu adohæ*; igitur adohæ onus denunciatum est indefinitè, deindè quia erant alia onera adjuncta feudo, quæ poterant in futurum deberi, cautum est; *Et aliorum respectu feudalium à præsenti die in antea debendorum Regiæ Curiæ supremi dominii ratione, pro præterito autem teneatur dictus Mons*; putà pro releviis, & pro aliis superindictis, igitur clausula, *debendorum à præsenti die, &c.* si verum amamus, non refertur ad adoham, & servitium, sed alia debenda, ut patet ex verbis contractus.

Adducuntur exempla rerum judicatarum.

Longum esset, & nimis morosum, si singula hujus rei exempla vellem ipse adducere, pauca quædam adducam in re tàm perspicua, talis
30 enim tantusque rerum judicatarum numerus occurrit, ut nusquam in alio juris articulo frequentior appareat. Ità decisum in causa Illustris Ducis Gravinæ referente Dom. Regio Consiliario D. Stephano Padilla, in casu fortiori, erat enim ibi venditum feudum juxtà appretium, adeout dici potuisset emptorem ad certam adohæ quantitatem in appretio descriptam se potuisse referri, & tamen decretum fuit, quod emptor solutionem adohæ continuaret.

Eandem sententiam sequutus est *doctissimus Ju-*
31 *risconsultus Dom. Regius Consf. Vincentius Ractanus* in causa inter Dominum Regium Consil. D. Alvarum de Quadra, & Ill. Ducissam Pescularum, in qua uti arbiter ità judicavit, cum enim venditum fuisset feudum Carpinonis cum onere adohæ, & fuerit expeditum mandatum à Regio Fisco, à quo fuerunt taxata nonnulla corpora feudalia, ac proindè aucta fuit adoha, quæsitum fuit, an liceret emptori retinere pretium pro augmento dictæ adohæ, scilicet quia tanti minoris emisset feudum, si scivisset tale onus adfuturum, decretum fuit non licere retinere pretium pro adoha decursa à die emptionis.

Idem decisum est in causa inter Ill. Principem Roccellæ,

cellæ, & Ill.Principem Cassani . Vendiderat Il-
32 lustr. Princeps Cassani Terram Grotteriæ cum onere adohæ, institit Fiscus augendam adoham prædictam; quæstio fuit inter venditorem, & emptorem, *Pratus disceptationum forensium cap.45.tom.4.* ausus non est emptorem defendere, nisi ex quadam facti circumstantia, quia scilicet secundæ causæ, quas taxare Fiscus contendebat, adeòque adoham augere, venditæ fuerant contractu quodam separato, cœterùm sensit difficultatem, nec dubitare potuit, quod vendito feudo cum onere adohæ nulla cõpetit emptori actio quanto minoris, ob servitium auctii, verba *Prati*, hæc sunt: *Nec obstat, si dicatur, quod ex scientia oneris adohæ genericè afferti, certus erat emptor de onere ipso, adeò quod alio certioratio necessaria non erat; nam cum emptio secundarum causarum fuerit in diverso, & separato contractu, qui scit partem, non præsumitur scire totum, uti in terminis probot Surdus consil.150. num.133. vers.similiter, qui ad id probandum adducit text.in l.non est ferendus, ff.de transact. in casu ferè simili, quod ferendus non est, qui allegat scientiam portis testamenti, & reliquorum ignorantiam, sed excusari, qui dicit codicillos ignorasse. Ecce thesis proposita; vendita Terra Gruttariæ cum onere adohæ, de hoc scientiam hobuit Princeps Roccellæ; eò magis quia feuda regularitèr sunt obnoxia solutioni adohæ; sed ex alio contractu, quo mediante fuit empta jurisdictio secundarum causarum, non fuit certioratus, & adoha fuit aucta, & superindicta causa hujus secundi contractus, de quo tenebatur Princeps venditor emptorem certiorare*; Ex quibus verbis constat *Pratum* concessisse vendito feudo cum onere adohæ genericè expressæ venditorem non teneri; in casu suo contendebat teneri actione quanto minoris, quia aderat hæc facti circumstantia, & tamen succubuit.

Idem nuper decisum est in causa inter Ill.Marchionem Camerotæ, & Ill.Prificipem Sancti Viti, &
33 quod magis est idem decisum consensu partium in causa Ill. Principis Melfiæ, in quibus ab Advocatis petita est refectio à venditoribus usque ad tempus emptionis, & ità semper in Regia Camera definitur, ut stylus ità judicandi invaluerit.

Denique illud non omiserim feudum Salzæ emptum fuisse pro pretio duc. 10850. quando fuerat emptum à Federico Tomacello pro ducatis duodecim mille sexcentum, ut constat ex instrumento venditionis initæ inter dictum Montem, & Ill.Ducem Salzæ, quo pretium præcedentis venditionis enunciatur, & quando relevium proximum productum à Regio Fisco in actis præsentatis causæ fuerat liquidatum pro reditu feudali in ducatis 570. adeòque solum feudale æstimari poterat valoris ducatorum circiter quatuordecim mille, igitur sive relevium spectemus, sive emptionem præcedentem, liquidò patet Ill.Ducem Salzæ emisse feudum prædictum multo minoris; quàm emi debuisset, ut propterea mirum sit actionem quanto minoris instituisse contrà venditorem pro onere annuorum ducatorum novem; Atque hæc sunt, quæ in præsenti causa scriberem, quæ si pro emptore definietur, innumeras erit in S. C. lites excitatura, jamdiù enim Partes huic articulo acquievere, & incommodum aucti servitii hoc justo, & æquo temperamento inter emptorem, & venditorem divisum est. Cœtera suppleant, &c.

Seraphinus Biscardus.

OBSERVATIO XXV.

SUMMARIUM.

1 Prag.2. de Jurisdict.non turband. *an sit localis, vel per viam legis generalis.*

2 *Lex lata per viam legis generalis comprehendit præterita negotia.*

3 *Jurisdictio civilis comprehendit omnes casus pręter illos tres à* Prag.exceptos.

4 *Commemoratur decisio facta de anno 1581. in causa Archiepiscopi Tarentini cum Serenifs. Regina Poloniæ.*

5 *Tenor dictæ determinationis transcribitur per ejus integra verba, & num.6.*

7 *Refertur contraria determinatio, quæ prodiit de anno 1602. inter Ecclesiam, & Capitulum de Barulo.*

8 *Lauda lata inter Episcopum, & Comitem Policastri super controversiis jurisdictionalibus super Terra Turris-Ursajæ enunciantur.*

9 *Illustrifs. & Reverendifs. D. Hiacynthus Maradei Policastrensis Episcopus Auctoris germanus frater commemoratur.*

10 *Facti species proponitur, & num.11.*

12 *Serenissima Regina Joanna mediantibus suis Regalibus literis de Anno 1422. declaravit Terram Turris-Ursajæ spectare ad majorem Ecclesiam Policastri.*

13 *Verba enunciativa à Principe prolata plenè probant, & in antiquis inducunt dispositionem, & concessionem.*

14 *Jurisdictio criminalis Turris-Ursajæ in Anno 1484. residebat penès illos de Petruccio.*

15 *Verba assertiva probant inter contrahentes.*

16 *Assensus directi Domini habet vim investituræ in contractibus importantibus dominii translationem.*

17 *Jurisdictio criminalis Turris-Ursajæ ob felloniam Antonelli, & Jo: Antonii de Petruccio fuit devoluta ad Reg.Cur. & in Anno 1496. fuit concessa Joanni Carafa cum statu Policastri, & cum clausulis*, quemadmodum tenebant, & possidebant dicti Antonellus, & Jo: Antonius ejus tempore confiscationis,

quæ

Digitized by Google

quæ clausulæ restringant concessionem secundùm concessionem, & possessionem, quæ existebat penès primum concessionarium, & n.18.

19 *Clausula,* si quæ, vel si qua *sunt, etiam si non apponatur intelligitur apposita, quoad omnia corpora in investituris contenta.*

20 *Episcopus Policastrensis de Anno* 1524. *institit in S. C. manuteneri, & non turbari in exercitio jurisdictionis civilis.*

21 *Sententia lata per Reg. Cam. in Anno* 1555. *ad favorem Episcopi refertur.*

22 *Episcopus Policastrensis èn Anno* 1558. *conquerebatur in Reg. Cam. de turbationibus, & de inobservantia provisionum expeditarum pro executione sententiæ, instando pro captura informationis super contraventione, qua capta fuit processum contra Ministros Comitis pro inobservantia provisionum Reg. Cameræ, & num.23.*

24 *Sententia, sivè res judicata sufficit pro manutentione lite pendente etiam in jurisdictionalibus.*

25 *Adjutorii seu subventionis præstatio denotat jurisdictionis dominium.*

26 *Verba* Ughell. in Ital. Sac. tom. 7. num. 758. *referuntur.*

27 *Tenor Regii assensus interpositi pro Ecclesia Policastrensi sub die* 1. *Septembris* 1558. *transcribitur.*

De Jurisdictionib. non turband. Pragmatica II.

Gravitèr coram Majestate nostra, &c.

Diximus in *observ. ad singul.* 207. *nostri Genit. Pragmaticæ* declarationem factam à Rege Catholico occasione controversiæ ortæ inter
1 Hospitale S. Catherinæ Novellæ, & Ducẽ S. Petri in Galatina prodiisse per viam legis generalis, & nunc addendum putavimus, hoc non obscurè, sed satis clarè colligi ex illis verbis *Prag.* ibi: *Declaramus omnes casus, culpas, & crimina pro quibus pœna mortis naturalis, seù civilis, vel membri mutilatio principaliter insligenda non venit, pertinere ad jurisdictionem Civilem.* Concordat *Reg. Constant. sup. trib. lib. Cod. tit. 7. lib. 10. C. pœn. fiscal. Credit. præferr.* quamvis dicat illam sententiam in causa dictæ declarationis latam non invenisse, nec alium vidisse, qui de ea mentionem faceret.

Ex decisione cujus *Pragm.* fuit postmodum habitum pro absoluto illam tamquam latam per viam legis declarativæ, & generalis, omnia
2 præterita, & futura negotia comprehendisse, juxta decisionem junctis Consiliariis duarum Aularum, quam refert *Dom. Reg. Tap. in decis. S. C.* 10. *à nu.* 29. *& num.* 31. *versic. bis tamen,* & ex *allegat.* 25. *post decis. Reg. Salernit. à num.* 14.
3 ubi advertit jurisdictionem civilem comprehendere casus præter dictos tres, & istam interpretationem fuisse semper in Regno receptam, quod etiam plenissimè deducitur ex allegationibus insertis apud *Rovit super hac Prag. à num.* 10.

Et quamvis de Anno 1581. in causa Archiepiscopi Tarentini cum Serenissima Regina Poloniæ,
4 & successivè cum hærede Jo: Jacobi Cossi, & Regio Fisco alitèr decisum extitisset prævio hoc sequenti decreto lato per Reg. Cam. cum Dominis Regentibus adjunctis in Coll. Cons.

Die 2. Martii 1581.

In causa admodum Rev. Archiepiscopi Tarentini, cum Serenissima qu. Bona Sfortia de Aragona Regina Poloniæ, & successivè cum hæredibus
5 *quond.* Jo: Jacobi *Cossi, & Regio Fisco, petentis nomine suæ Ecclesiæ Tarentinæ declarari deberi dictæ Reginæ, & successivè dictis hæredibus, & Regio Fisco in Terra Griptaliarum nullum jus competere, nisi tantum jurisdictionem criminalem, meram restrictam ad tres casus tantum, scilicet, ubi veniret imponenda pœna mortis naturalis, civilis, aut abscissionis membri, & proìnde eosdem condemnari ad desistendum à turbationibus, & inbiberi, quod ipsi, vel eorum Officiales se non intromittant, nisi in cognitione dictæ criminalis jurisdictionis restrictæ ad dictos tres casus tantùm; A cæteris autem omnibus abstineant; Serenissima Regina, & Fisco in contrarium prætendentibus ad eos spectare omnimodam jurisdictionem criminalem, & mixtam, & ejus cognitionem, & exercitium, nedum in dictis tribus casibus, sed etiam in omnibus, & quibuscumque criminibus, & delictis etiam minimis, & de quibus contenditur, an comprehendantur sub civili, vel mixta jurisdictione, dummodò criminaliter procedatur, & aliis, &c.*

Viso processu in Reg. Cam. formato ad instantiam dicti admodum Rev. Archiepiscopi super prædi-
6 *ctis sub Anno* 1549. *ac alio processu nomine ejusdem Ecclesiæ olim sub Anno* 1507. *in similibus agitato cum Illustris. olim Ducissa Mediolani tunc possidente jura ad Fiscum spectantia in dicta Terra Griptaliarum, & aliis per ambas Partes productis, &c. facta de prædictis omnibus in processibus deductis relatione per Reg. Cam. coram Illustris. & Excellentiss. Prorege in Reg. Coll. Cons. referente Dom. de David, & auditis etiam per ambas Partes oppositis, & allegatis, fuit per Reg. Cam. ipsam accedente voto Excellentium Dominorum Regentium Reg. Cancellariam provisum, & decretum est, prout præsenti decreto decernitur, & providetur prædictum hæredem quond.* Jo: Jacobi *Cossæ, & nunc possessorem dictæ jurisdictionis in dicta Terra Griptaliarum, ac Regium Fiscum ejusdem jurisdictionis directum Dominum, à quo causam habet, absolvendos esse, & absolvi debere, prout*

N *præ-*

præsenti decreto absolvuntur ab impetitione dicti admodum Rev. Archiepiscopi in prædictis, & proindè licere possessoribus dictæ jurisdictionis, & eorum Officialibus cognoscere de quibuscumque causis criminalibus, & mixtis, & quibuscumque criminibus, & delictis etiam minimis, & de quibus contenditur, an comprehendantur sub civili, aut mixta jurisdictione, dum tamen criminaliter agitentur, salva provisione facienda Partibus auditis circa alia capita in processu deducta extra casus dictæ omnimodæ jurisdictionis criminalis, hoc suum, &c.

Extracta est præsens copia à libro notamentorum Reg. Cam. Sum. Anni 1581. prævia licentia Domini Locumtenentis dictæ Reg. Cam. cum quo facta collatione concordat, meliori semper salva, & in fidem subscriptus Magn. Secretarius ejusdem Reg. Cam. Sum. hic se subscripsit. Datum Neapoli die 26. mensis Septembris 1661.

Hieronymus Bolinus.

At in casu, qui postmodum incidit decidendus de Anno 1602. inter Ecclesiam, & Capitulum
7 S. Nicolai Civitatis Barii junctis Aulis contrarium fuit judicatum, & sic omnem jurisdictionem criminalem spectavisse, & spectare ad Ecclesiam privativè, exceptis illis casibus, pro quibus venit imponenda pœna corporalis mortis, abscissionis membri, vel exilii, quod exilium fuit quoque declaratum comprehendere tantum casus, pro quibus venit imponenda pœna deportationis, cœteros verò casus, pro quibus venit imponenda pœna relegationis, vel exilii simplicis spectavisse, & spectare ad Ecclesiam, & Capitulum prædictum, ut habetur ex integra copia apud *Reg. Rovit. in loco superius citato num. 61.*

Idemque priùs determinatum extiterat mediantibus illis laudis latis per Matthæum de Afflicto
8 super jurisdictione Terræ Carboni, & per Thomam Salernitanum, & Jo: Felicem Scalaleonem Arbitros electos ad decidendas controversias inter Episcopum, & Comitem Policastri circa concernentia jurisdictionis Turris Ursajæ, quæ lauda fuerunt allata, nedum per *Reg. Rovit.* sed etiam per me in cit. *observat.* 207. ubi fuerunt additæ aliæ amicabiles determinationes, quæ contingerunt de Anno 1685. & nunc additur in calce tenor Regii assensus interpositi sub die 1. Septembris 1558. juxtà declarationem Partium factam ad mentem Coll. Conf. ut insinuat idemmet *Rovit.* qui notitiam postmodum non habuit de dicto assensu, qui pervenit ad manus meas post editionem mei operis.

Hinc cum Anno 1698. Illustriss. D. Hiacynthus Maradei Episcopus Polycastrensis meus ger-
9 manus frater Fisco instante fuisset citatus ad ostendendum titulum suæ jurisdictionis civilis in dicta Terra Turris-Ursajæ, cuncta quæ per me currenti calamo fuerunt replicata, & adducta pro justificatione tituli, & ad elidendam Fisci prætensionem placuit hic subnectere.

Allegationes editę per Authorem.

Essendosi spedito mandato ad istanza del Regio Fisco à Monsignor Vescovo di Policastro, che fosse comparso frà otto giorni nella
10 Regia Camera à mostrare il giusto titolo, e li legitimi documenti della giurisdittione civile della Terra di Torre-Ursaja.

Notificato Monsignòr Vescovo, comparve per mezzo del suo Procuratore: facendo istanza es-
11 ser manutenuto, e non turbato nella possessione, nella quale si ritrova *ab immemorabili tempore* della detta giurisdittione civile in virtù di giusto titolo convalidato con giudicatura, e sentenza della Regia Camera delli 4. Luglio 1555.

Per giustificatione della cosa giudicata si porta, come nell'Anno 1422. la Regina Giovanna di-
12 chiarò, medianti sue lettere Regali, che il Casale della Torre Orsaja della Diocesi di Policastro *spectat ad majorem Ecclesiam Policastrensis Diocæsis*, & ordina al Giustinziero della Provincia di Principato Citra, & altri, *ad quos spectat*, che mantenghino il Vescovo di quel tempo nel detto possesso, e lo reintegrino nel pristino possesso, del quale era stato spogliato dal Conte di Lauria Tomaso Santo-Severino, *ex quibus verbis à Regina prolatis satis dicitur constare de titulo,*
13 *quia verba etiam ennunciativè à Principe prolata, & propter aliud emissa plenè probant Reg. Reverter. qui sic conclusum refert decis.* 480. *lib.* 2. *Camill. de Medicis cons.* 60. *num.* 6. *& cons.* 104. *num.* 9. *& latè Consil. de Georg. allegat.* 6. *num.* 11. *versic. ultimo, ubi quòd Principis verba in antiquis ennunciativa, & assertiva inducunt dispositionem, & concessionem.*

Nell'Anno 1484. Antonio de Petruccio fè donatione à Gio: Antonio suo figlio terzogenito del-
14 la Città di Policastro, di Torre-Orsaja, & altri Casali con la giurisdittione criminale tantùm.

A' dì 15. Luglio dell'istesso Anno 1484. s'interpose l'assenso sopra la detta donatione, *quantum attinet, & spectat ad jurisdictionem criminalem, & ad alias præeminentias, & prærogativas, si quæ de jure, vel consuetudine subsistunt.*

Verba enim hæc etsi assertiva probant inter Partes contrahentes, & contra successores, Consil. de Ge-
15 *org. allegat.* 5. *num.* 25. *allegat.* 6. *num.* 15. *allegat.* 8. *num.* 19. *& cum in assensu interposito super hac donatione Rex fuerit assentitus, quatenus attinet, & spectat ad jurisdictionem criminalem, de hac sola jurisdictione criminali Jo: Antonius fuit investitus, quià in contractibus dominii trans-*
16 *lativis assensus directi domini æquipollet novæ investituræ in personam emptoris, vel donatarii, nam Rex confirmando contractum, ipse dare dicitur, ut ex doctrina Andreæ advertit insignis*

Feu-

Digitized by Google

*Feudiſta Horat. Montan. in repetit. l. Imperialem
in §. præterea ſi quis infeudatus ſub n. 34. lit. F. &
de Regal. n. 18. verſ. nec facienda eſt differentia,
fol. 186. in fine, ſequitur Conſil. de Roſa conſult.
14. num. 46. & 47.*

Nè oſta, che la conceſſione fatta nell'Anno 1496.
da Ferdinando II. à Gio: Caraſa del Stato di Po-
17 licaſtro devoluto alla Corte per la rebellione
di Antonello, & Gio: Antonio di Petruccio Pa-
dre, e figlio non ſi faccia diſtintione della giuriſ-
dittione criminale dalla civile, poiche la detta
conceſſione ſi legge fatta con le clauſole, *prout,
& quemadmodum nos habemus, tenuerunt, &
poſſiderunt, ac tenebant, & poſſidebant dicti An-
tonellus, & Joannes Antonius ejus filius tem-
pore confiſcationis dictorum eorum bonorum*, con-
forme ſi nota nella *deciſ. 344. del Reg. Reverter.
lib. 2.* che ſcrive nelli termini della detta conceſ-
ſione, *& proindè conceſſio reſtringitur, & limi-
18 tatur ſecundùm conceſſionem, & poſſeſſionem, quæ
exiſtebat penès Petruccium, ad quam hæc ultima
conceſſio ſe refert, Grammat. deciſ. 49. num. 7. 8.
& 24. Reg. Reverter. deciſ. 5. verſic. tertius caſus
eſt, ubi Reg. de Marinis num. 5. 6. & 8. quemad-
modum etiam ſi conceſſio facta non foret cum di-
ctis clauſulis, ſi quæ, vel ſi qua ad Reg. Cur. ſpe-
19 ctant, de jure ſubintelligerentur quoad omnia
corpora in inveſtituris contenta, ut extitit in
Regno proviſum per Pragm. 18. de Baronib. et
ſatis in puncto advertit Reg. Galeot. in deciſ. ad
controv. 53. art. 3. num. 31. et 32. in calce controv.
tom. 1.*

Nel 1524. dal Veſcovo di quel tempo ſi diede ſup-
plica in Conſ. facendo inſtanza manutenerſi, e
20 non turbarſi nell'eſercitio della giuriſdittione
civile, nell'eſercitio della quale ſe l'inferivano
moleſtie per parte del Conte di Policaſtro, e
ſuoi Miniſtri, e dichiararſi le cauſe ſpettanti alla
giuriſdittione civile.

Nel 1555. paſſata la cauſa in Camera s'interpoſe
quella ſentenza diffinitiva, che và frà li decreti
21 generali della Regia Camera *Arreſt. 165. in re-
collectis per Reg. de Marinis*, con la quale fù or-
dinata la manutentione nella giuriſdittione ci-
vile à favore del Veſcovo, e che il Conte deſi-
ſteſſe dalle turbationi, e toglieſſe il tappeto edi-
ficato *pro macinandis olivis*, con la refettione
di tutti li danni, & intereſſi, e fù riſervata al Si-
gnor Vicerè, e ſuo Collateral Conſeglio la di-
chiaratione delli caſi ſpettanti all'una, & all'altra
giuriſdittione.

Nell'Anno 1558. hebbe nuovo ricorſo nella Regia
Camera il Veſcovo di Policaſtro, dicendo, che
22 eſſendoſi ſpedite proviſioni per eſecutione del-
la ſentenza proferita da quel Tribunale, quelle
non oſtanti ſi continuavano le turbationi per li
Miniſtri del Conte circa l'eſercitio della giuriſ-
dittione civile del Caſale della Torre-Orſaja, e
ſi fè iſtanza prenderſi informatione della contra-
ventione.

Capta informatione, e quella traſmeſſa alla Regia
Camera ſi ſpedì citatione *ad informandum*
23 contro il Viceconte, & altri Miniſtri del Conte
ſopra la contraventione delle proviſioni della
Regia Camera, quali furono carcerati, e poi ha-
bilitati ſotto pleggiaria di preſentarſi ad ogni or-
dine di detta Regia Camera.

La qual ſentenza, anco quando non coſtaſſe tito-
lo alcuno, baſtarebbe per la manutentione *etiam
24 in juriſdictionalibus, R. Reverter. qui ſic deciſam
refert deciſ. 449.* poiche ſi porta l'oſſervanza ſuſ-
ſeguita con l'atti ſucceſſivi fatti per eſecutione
della detta ſentenza col caſtigo de' traſgreſſori, e
coll'altre giudicature, e dichiarationi delli caſi
ſpettanti alla giuriſdittione civile, che ſi fecero
mediante quel ſollenniſſimo laudo riferito dal
*Reg. Rovit. nella Pragm. 2. de juriſdict. invic. non
turband.* e coll'altro ultimamente proferito dal
Sig. Conſigliero, e Preſidente della R. Camera
Vidman nell'Anno 1685. e da Noi riportato nel-
l'*oſſervationi alli ſingol. di noſtro Padre ſopra le
Reg. Pram. al ſing. 207. al nu. 12. et 13.*

E' tanto fuori di controverſia, che il Veſcovo poſ-
ſeda la detta giuriſdittione, che nell'Anno 1601.
25 l'Univerſità della Torre ſupplicò S. E. acciò li
concedeſſe licenza di poterſi congregare per la
donatione dell'adjutorio, colla quale per la
ſumma di docati 300. havevan deliberato di ſoc-
correre Monſignor Spinelli Veſcovo in quel
tempo, che ſi ritrovava Nuntio Apoſtolico ap-
preſſo la Maeſtà Ceſarea, e da S. E. ſotto il dì 11.
di Giugno del detto Anno ſi concedè la licenza
di poterſi congregare. e doppo il Regio aſſenſo,
*quæ præſtatio ſubventionis, ſeu adjutorii infert
per neceſſariam conſequentiam Epiſcopum eſſe
Baronem, et habere juriſdictionem in dictis Ter-
ris, Franchis deciſ. 131. num. 3. et 13. Capan. de
Jur. Adohæ, ubi quod Baroni civili, non autem
criminali ſpectat adjutorii præſtatio, Capiblanc.
de Authorit. Baron. Pragm. 1. num. 64. et Pragm.
12. num. 39.*

In oltre per giuſtificare la conceſſione immemora-
bile della Chieſa ſi porta l'autorità d'*Ughellio
26 nell'Italia Sacra al tom. 7. al num. 758.* dove di-
ce le ſeguenti parole: *Epiſcopus hujus Civi-
tatis à primæva ſua inſtitutione Salernitano Ar-
chiepiſcopo immediatè ſubjectus, Baroque eſt Op-
pidorum Turris Urſajæ, et Turris Petrafiæ, in
quibus utramque habet juriſdictionem, tempora-
lem ſcilicet, et Eccleſiaſticam*, al quale ſi deve
preſtare piena fede, *quia Hiſtoricis, et Chroni-
cis fides eſt adhibenda, ut probat text. in cap. de
quibus 20. diſt.* ibi: *Ad Catholicæ Eccleſiæ Hiſto-
rias à Doctoribus Catholicis ſcriptas manum mit-
tite, l. 2. §. eodem tempore de origin. jur. Gratian.
diſcept. forenſ. cap. 893. à num. 6. junctis aliis DD.
cumulatis per Oleam de ceſſion. jur. et action. tit.
8. qu. 3. à num. 22.*

Franciſcus Maradei Adv. cauſæ.

Google

Tenor Regii Affenfus interpofiti fub die 1. Septembris 1558. pro Ecclefia Policaftrenfi.

Philippus Dei gratia Rex Caftellæ, Aragonum, Angliæ, Franciæ, Utriufque Siciliæ, Hierufalem, Ungariæ, & Hiberniæ, &c.

DOn Joannes Manriquius de Lara Confiliarius Status, Præfectusque Prætorius præfatæ Regiæ Majeftatis, & Claviger Ordinis, & Militiæ
27 *Calatravæ, & in præfenti Regno Viceres, Locumtenens, & Capitaneus Generalis, &c. Univerfis, & fingulis præfentium feriem infpecturis, tam præfentibus, quàm futuris fubjectorum Regiorum compendiis, ex affectu benignæ charitatis accedimus, quo fit, ut ipforum petitionibus gratiofis affenfum regium facilem benigniùs præbeamus. Sanè pro parte Spectabilium Joannis Baptiftæ Carrafæ Comitis Policaftri, Juliæ Carrafæ Comitiffæ Policaftri, & Pirrhi Antonii Carrafæ eorũ filii, ac Reverendi Nicolai Francifci Miffanelli Epifcopi Policaftri Regiorum fidelium dilectorum, fuit nobis præfentatum fubfcriptum memoriale Regii affenfus, una cum quadam confultatione per Regiam Cameram Summariæ ad eorum inftantiam expedita fub tali ferie videlicet. Illuftrifs. & Eccellentifs. Sign. Gio: Battifta Carrafa Conte di Policaftro, Giulia Carrafa Conteffa di Policaftro, e Pirro Antonio Carrafa lor figlio primogenito, e lo Rev. Cola Antonio Miffanello Vefcovo di Policaftro, fanno intendere à V. E. come tra detto Conte, e detto Rev. Vefcovo verteva lite, e differenza in la Regia Camera della Summaria, in la quale pretendeva detto Conte, che detto Vefcovo non havea in la Terra de Urfaja, la quale è del detto Vefcovato, altra giurifdittione, che la mera giurifdittione civile, e per contrario lo Rev. Vefcovo pretendeva, che lo detto Conte non haveffe in la fudetta Terra di Urfaja la giurifdittione criminale affolutamente, mà che tanto la giurifdittione civile, quanto criminale era, e fpettava ad effo Vefcovo, e che detto Conte non havea altro, che la giurifdittione criminale in trè cafi, cioè dove s'imponeva pena di morte naturale, ò civile, ò afcifione di membro, e defiderando l'una parte, e l'altra quietarfi, e ceffare di litigare, havendo litigato per fpatio di circa anni trenta, & anco per evitare molti fcandali, & inconvenienti, che ogni dì fuccedevano, fi contentorono, che li Magnif. Tomafo Salernitano, e Gio: Felice Scalaleone, haveffero come amicabili compofitori pigliato alcuno temperamento, e fecondo lo loro parere per quietare la differenza predetta ftabilire quelli cafi, dove haveva da procedere l'Officiale di detto Conte, e dove da procedere l'Officiale di effo Rev. Vefcovo, e quefto non perche fi doveffe dichiarare, quali fono li cafi comprefi in la mera giurifdittione civile, e quali in la mera giurifdittione criminale, mà ftante che effo Rev. Vefcovo pretendeva, non folo la giurifdittione civile, mà ançola criminale, fi pigliaffe alcun raffetto, & accommodo trà effi; quali Magnifici Tomafo, e Gio: Felice, non volendo entrare in la dichiaratione predetta, mà eleggendo via d'amicabili compofitori pronuntiorono un laudo fopra detto accomodo, e differenza, lo quale per effe parti fù accettato, mediante publico Iftrumento, e promeffo in neffun futuro tempo à quello contravenire, fotto pena contenta in detta ratificatione, fatta in Curia di Not. Santillo Pagano, e dato per effi memoriale, fupplicando per il Regio affenfo, quatenus opus effet, al detto laudo per detti Magnif. Arbitri, ut fupra promulgato alle ratificationi predette, per effi fupplicanti ut fupra fatte di quello, & all'obligatione per effi Conte, e Conteffa, e Pirro Antonio, fatta di loro beni, e ragioni feudali prefenti, e futuri, per offervanza delle cofe predette, jufta la forma delle dette cautele fopra di cio fatte, & alli precarii, conftituti in quelle appofte, fù provifto, e decretato, che la Regia Camera della Summaria, intefo il Fifco s'informaffe delle cofe fupplicate, & efpofte, e riferiffe cum voto, an effet præftandus affenfus, fattafi per quella relatione, feu confulta, e per quanto s'intende riferito effer de voto, che fi può, e deve preftare l'affenfo predetto, adeffo fi fupplica, perche l'intentione di detti Magnif. Arbitri non fù di determinare cafi fpettanti à giurifdittione civile, ò criminale, nè che per detto laudo s'intendeffe deciderfi li detti cafi, e perciò fi portaffe detto laudo ad alcun' efempio di decifione di detti cafi, il che non è caduto in loro penfiero, mà folamente de bono, & æquo eligendo la via di Arbitratori, & amicabili compofitori, non volendo, come fi dice, decidere detti cafi, mà quietare folo effi fupplicanti, e perciò togliere all'uno, e dare all'altro, & è contra, tutto con intento di levar via li fcandali, quali frà effe parti haveffero potuto fuccedere; fi degni V. E. in nome di Sua Maeftà preftare l'affenfo al predetto laudo, e l'obligazione de' beni feudali, ut fupra, & il tutto fi reputerà à gratia da V. E. tenor verò prædictæ Confultationis talis eft videlicet. Illuftriffimo poft debitam commendationem in quefta Regia Camera è ftato prefentato memoriale, prius porretto à V. E. e per quella rimeffo à detta Reg. Camera, con fua decretatione in piè d'effo annotata del tenor feguente videlicet. Illuftriffimo Signore Gio: Battifta Carrafa Conte di Policaftro, Giulia Carrafa Conteffa di Policaftro, e Pirr' Antonio Carrafa lor figlio primogenito, e lo Rev. Cola Francefco Meffanello Vefcovo di Policaftro, fanno intendere à V. S. Illuftrifs. come li di proffimi paffati per*

ti per li Magnifici Tomaſo Salernitano, e Gio: Felice Scalaleone V.J. D. come loro arbitri, è ſtata promulgato laudo, dichiarando per quello li caſi occorrenti, per li quali detti Conte, e Pirr'Antonio, come utili Padroni della giuriſdittione criminale della Torre Orſaja, doveſſero riconoſcere, e ſimilmente li caſi occorrenti, delli quali detto Veſcovo, come utile Padrone della giuriſdittione civile di detta Torre, doveſſe riconoſcere, pretendendo ancora dover riconoſcere eſſo Veſcovo delle cauſe criminali, come appare particolarmente per Iſtrumento di detto laudo fatto in Curia di Notar Santillo Pagano, qual' Iſtrumento di laudo preſentato per detti ſupplicanti è ſtato ratificato, approvato, laudato, & accettato, e promeſſo in neſſun futuro tempo, à quello contravenire, ſotto pena contenuta in dette ratificationi fatte in detta Curia; Per tanto detti ſupplicanti ſupplicano V.S. Illuſtriſſima ſi degni in nome della Regia Maeſtà, preſtare il Regio aſſenſo, quatenus opus ſit, al detto laudo per detti Magnifici Arbitri, promulgato ſopra detti caſi alle ratificazioni predecte, per eſſi ſupplicanti ut ſupra fatte di quello, & all' obligazione per eſſi Conte, Conteſſa, e Pirro Antonio fatte de' loro beni, e ragioni feudali, etiam titolati preſenti, e futuri per l'oſſervanza delle predette, juſta la forma delle dette cautele, ſopra di ciò fatte, & alli precarii conſtituti in quelle appoſti, havendo il ſuo tenore per eſpreſſo, e manda ſe ne ſpediſca il Regio privilegio, in forma Cancellariæ, ut Deus, &c. Regia Camera Summariæ auditis Partibus, & Regio Fiſco de ſupplicatis ſe informet, & referat, cum voto, an ſit dictus aſſenſus præſtandus. Reverterius Regens. Proviſum per Regium Collaterale Conſilium, de mandato Illuſtriſs. Proregis in Regio Palatio. Neapolis 10. Novembris 1597. Jordanus. Havendo viſto anco il predetto laudo promulgato per detti Magnifici Tomaſo Salernitano, e Gio: Felice Scalaleone, qual'è del tenor ſeguente videlicet. In primis fuit declaratum, quod omnes caſus, in quibus venit imponenda pœna mortis naturalis, civilis, vel abſciſſionis membri ſpectent ad Curiam D. Comitis, & inſuper ad majorem declarationem, fuerunt declarati particularitèr, & expreſſi ſequentes caſus videlicet. Homicidium, aſſaſſinium, adulterium, inceſtus, folſum, niſi in Curia Epiſcopali fuiſſet falſitas commiſſa, quo caſu ad Epiſcopalem Curiam cognitio pertineat, item ſacrilegium, in quo veniret imponenda altera ex dictis tribus pœnis, item ſeditio, inciſio arborum fructiferarum, furta à decem carolenis excluſivè ſupra, infrà verò dictam ſummam ad Curiam Epiſcopalem pertineat, ut infrà, incendia appenſata, & non caſualia, reſiſtentia, & alia offenſa illata Officiolibus dicti Comitis, fractura Carceris ipſius Comitis, raptus Virginis, vel Uxoris alterius, luxuria contra naturam, cognitio contra Tutorem corrumpentem ejus Pupillam, cognitio de privato carcere, ultra viginti quatuor horas, & pariter cognitio contra furantes alienos pueros; Item quod in cauſis ad Comitalem Curiam ſpectantibus dictus Comes, & ejus Officiales habeant poteſtatem exigendi pœnam ratione ſpreti mandoti, in cauſis prædictis expediti, & facti. Item quod proviſio ſuper ſalario Advocatorum, & Procuratorum, qui intervenerunt in cauſis ſpectantibus ad dictum Comitem, ſpectat ad Curiam eandem; Item quod Officiales Comitis poſſint emanare banna, contra inferentes damnum in bonis Curiæ Comitalis, & à tranſgreſſoribus pœnam exigere, & ſimilitèr emanare banna in caſibus prædictis ad eam ſpectantibus; Ad Reverendum Epiſcopum verò, & ejus Curiam declaratum fuit, ſpectare, & pertinere omnes cauſas merè concernentes proſequutionem rerum, bonorum, ſive pecuniarum inter partes, & eodem modo, cauſas damni infecti, proviſionis Tutoris, Curatoris, & ſimiles, & paritèr cauſas omnium deictorum, in quibus veniret imponenda, pœna pecuniaria, applicanda Fiſco, & inſuper fuit declaratum, ad majorem declarationem ſubſcriptos caſus ſpectare, & pertinere ad eandem Curiam, videlicet, Blaſphemiam, furta à decem carolenis incluſivè infrà, perjurium, verbera, pugillos, vulnuſcula, uſuram, fracturam limitis, inſultus, niſi fieret cum comitiva hominum armatorum introeundo per vim alienam domum alium verberando pulſandovè, qui caſus exceptuati ad Curiam dicti D. Comitis pertineant; Item inciſionem arborum infructiferarum, injuriam, minas, de termino moto, rixam, ubi non ſequitur mors, vel vulnus grave, ſcilicet, quod ex eo remanſerit aliqua læſio membri, vel cicatrix in facie, vel quod vulnus fuerit lethale, qui caſus exceptuati ad dicti Comitis Curiam pertineant. Item ad Curiam dicti Rever. Epiſcopi ſpectent tumultus, jactus lapidis ſuper domibus, & feneſtris, reſiſtentia, vel quælibet alia offenſa facta Officiali ipſius, ſeu ejus Vicario, dummodò Canones nõ rexiſtant; Item emanatio bannorum ſuper dictis caſibus ad Epiſcopum ſpectantibus; Item punitio affectus, ſi non ſequitur effectus, dummodò non in aſſaſinio; Quo verò ad prohibitionẽ armorum, quoad Laicos fuit proviſum, quod ambo illa prohibeant, & Excellens Comes ſolus ad ejus Officiales licentiam impertiatur, & impertiri poſſit ſervitoribus Curiæ ſuæ, ac familiaribus, & ſervitoribus domus ipſius, inter quos ſit Ærarius, & pariter Reverendiſs. Epiſcopus, ac Vicarius, & Officiales ipſius illam poſſint impartiri ſervitoribus Curiæ ſuæ, ac familiaribus, & ſervitoribus domus ſuæ, inter quos ſit ille, qui curam habet colligendorum, & conſervandorum fructuum Epiſcopatus prædicti pœna aſportationis armorum ſine licentia, tam Comitis, quàm Epiſcopi ejus commodis applicetur, qui prævenit in capiendo, quo verò ad omnes alios Laicos dicti Caſalis, ambo licentiam prædictam importiantur, & unus, ſine alio, non poſſit; Itaque

que si unus impartitus fuerit sinè alio, liceat non impartienti integrè exigere pœnam, non obstante altero impartiente, & Banna emanando sub dicta formo emanori debeant, tam de exportantibus arma, tam die, quam de nocte; Item quod Bannum pulsata secunda bora, vel alia bora noctis nemo incedat, sinè armis, & lumine, prout solitum est similia Banna emanari, emanetur per Episcopum, vel ejus Curiam. Thomas Salernitanus. Joannes Felix Scalalea. Et intimato tanto il predetto memoriale, come il detto Lando al Regio Fisco, hà fatto risposta del tenor seguente videlicet: Procurator Regii Fisci, dicit, quod excellentes DD. Regentes Regiam Concellariam recordentur, quanti sit ponderis præstatio hujusmodi assensus, ex quo declaratio alia facta per Serenissimum, & Catholicum Regem in causa Rutilioni fuit revocata in dubium, in causa vertente inter Reverendum Priorem Hierosolymitanum S. Joannis utilem Dominum Castri, seu Casalis Cicciani, & utilem Dominum Jurisdictionis criminalis ejusdem, aliter in causa vertente inter quondam Serenissimã Reginam Poloniæ Ducissam Bari, & Reverendissimum Episcopum Tarentinum de Terro Grutiliarum, & fuit injunctum ob causæ importantiam, ut plura unirentur Tribunalia pro decisione causarum, stante difficultote, quarum causarum, spectat cognitio habenti criminalem jurisdictionem; & mixtam, & habenti civilem; Undè donec non fuerint prelibate cause determinate, videtur subsistendum, circa præstationem dicti assensus. Et essendo per questa Regia Camera visto, e considerato, tutto quello si deve, tanto per l'indennità della Regia Corte, come anco per la cautela delle parti, siamo di parere, che lo detto Regio assenso, si può prestare sopra il detto Laudo, il quale assenso sio valido, e duraturo, per fin'à tanto, che la detta Torre Orsaya sia in lo utile dominio del detto Conte, e de' suoi eredi, e successori, ò vero da altri, che haveranno causa da essi. Verum quando detta Torre Orsaya per qualsivoglia causa devolvesse alla Regia Corte, che all'hora detto Regio assenso s'habbia per non prestato, quotenus venisse à nuocere alla giurisdictione, e dominio di detta Torre, e questo è quanto hà parso à questa Regia Camera, del che ne diamo nottia à V.S. Illustrissima, la quale informata potrà provedere, come meglio gli piacerà, in grazia della quale di continuo ne raccomandiamo. Ex Regia Camera Summariæ die 9. mensis Februarii 1558. E.V. Illustrissimæ Dominationis Servitores Locumtenens, & Præsidentes Regiæ Cameræ Summariæ Franciscus Reverterius M.C. Locumtenens, Paulus de Magnanis Cõmissarius-Joannes Baptista Hogeda, Antonius de Castillo, Thomas Salernitanus, Joannes Paulus Crispus Magister Actorum, notavit Coscolari pro notatore in consultat. 36. fol. 116. super qua præinserta Consultatione, fuit per nos provisum in modum qui sequitur, fiat in forma cum inserta forma hujus consultæ, exceptis feudis titulatis, & magni momenti. Albertinus. Reg. Villanus Reg. Provisum per Illustrissimum D. Viceregem Neap. in Regio Palatio primo Septembris 1558. Jacobus Antonius Gattula. Nos verò subditorum Regiorum acta compendia gratis affectibus prosequentes pro consideratione quoque sinceræ devotionis, & fidei partium prædictarum, quæ meritò in his, & longè majoribus exauditionis gratiam rationabilitèr promerentur, tenore præsentium, de certa nostra scientia deliberatè, & consultò, ac ex grotia speciali predictæ majestatis, nomine prædicto Laudo per dictos Magnificos Arbitros promulgato, super dictis casibus illius ratificationibus prædictis per exponentes ipsos factis, ac obligatione per ipsos Spectabiles Comitem, Comitissam, & Pirrhum Antonium factæ eorum bonorum, & juriũ feudalium præsentium, & futurorum observationique prædictorum, juxtà formam cautelarum supèr prædictis factarum à præcariis, & constitutis illis appositis; quorum tenores præsentibus præinsertis, & specificè declarotis haberi volumus, quoad expressa tantum, quatenus tamen ritè, recteque processerint, partesque tanguntur, veris quidem existentibus prænarratis, naturaque feudi, in aliquo non mutata; Ità tamen quod non inducatur diviso Vassallorum, seu Jurisdictionis bonorum feudalium obligatorum, seu obligandorum, non obstante quod super bonis feudalibus processisse noscatur prædictæ Majestotis, nomine assentimus, & consentimus ex gratia, regiumque super his præstamus assensum, & consensum; Volentes, & decernentes expresiè de eodem certa scientia, quod præsens Regius assensus, & consensus, quatenus respicit Laudum prædictum, sit, & esse debeat partibus prædictis, videlicet Spectabili Comiti pro se, suisque hæredibus, & successoribus, ex suo corporè legitimè descendentibus, dictoque verò Episcopo pro se, cæterisque successoribus Episcopis, in Episcopatu prędicto, duraturus siquidem, quousque dicta Turris-Ursaya fuerit in utili dominio ipsius Spectabilis Comitis, ejusque hæredum, & successorum, seu aliorum ab ejus causam hobentium; Ità quod si dicta Turris-Ursaya ex causa quacumque Regiæ Curiæ aperiretur, præsens asiensus, quatenus veniret nociturus Jurisdictioni dominioque Turris prædictæ, habeatur pro non præstito, quatenus verò respicit dictum obligationem bonorum feudalium factum per dictos Spectabiles Comitem, Comitisam, & Pirrhum Antonium, sit, & esse debeat eidem Reverendo Episcopo, dictisque aliis Episcopis successoribus in Episcopatu prædicto in perpetuum, exceptis feudis titulatis, & magni momenti, dum steterit dominium dictæ Turris-Ursayæ in posse dicti Spectabilis Comitis, ut supra semper stat ilis, realis, validus, fructuosus, & firmus, nullumque in Judiciis, nec extrà sentiat quovis modo diminutionis

Digitized by Google

untionis incommodum, dubietatis objectum, vel noxæ alterius detrimentum pertimescat, sed in suo semper robore, & firmitate persistat, fidelitatē tamen Regiam feudali quoque servitio, & adoha, regiisque aliis, & alterius cujuslibet juribus semper salvis, & reservatis; Verum quando fieret casus, quod habeatur recursus super dictis bonis feudalibus, ut supra obligatis, vendantur ipsa bona personis habilibus. In quorum fidem præsentes fieri fecimus magno prædictæ Majestatis sigillo pendenti munitas. Datum Neapoli in Regio Palatio die prædicto primo mensis Septembris 1558.*D.Juan Manrique,Vidit Albertinus Reg.Vidit Villanus Reg.Vidit Reverterius Regens, & M.C. Locumtenens, Vidit A Sanchez Generalis Thesaurarius.L.Severinus Viceproth. Dominus Vicerex Locumtenens, & Capitaneus mādavit mihi Joanni de Soto. Solvit tar.*12.*Fi-nanus pro taxatore in privileg.* 11. *fol.* 189. *concordat cum consultatione Reg.Cam.Sūmariæ.Assenso allo Laudo promulgato per li Magnifici Tomaso Salernitano, e Gio:Felice Scalaleone Arbitri posti per li Spettabili Conte,Contessa di Policastro, e Pirro Antonio Carrafa loro figlio, e Reverendo Vescovo di Policastro sopra la recognizione della giurisdizione civile, e criminale alla Torre Orsaya delli casi in quella occorrenti alle ratificazioni fatte, & obligatione delli feudali, con insertione della consulta della Regia Camera, e con le clausule sopra apposte, in forma, &c.*

OBSERVATIO XXVI.

SUMMARIUM.

1 *Lenocinii pœna num vindicet sibi locum contrà maritum ocidentem adulterum, & retinentem uxorem deprehensam in adulterio.*

2 *Adulterium commissum per uxorem viro consentiente, quomodo puniatur in Regno.*

3 *Facti species.*

4 *Ponderatur* text. in l. si adulterium, §.Imperatores,ad l.Jul.de adult. & in l.Graccus,C.eod. titul.

5 Const.Regn. incip. Si maritus *permittit marito occidere adulterum, & uxorem adulteram, si illos in actu adulterii deprehendat.*

6 *Determinatio M. C.Vicariæ, qua fuit damnatus maritus ad remigandum per decennium, ex quo occiderat uxorem adulteram cum adultero, non tamen in ipso actu adulterii, in dubium revocatur.*

7 Const.Regn.incip.Si maritus *interpretatur, & nu.*8.

9 *Adulterium ex quibus conjecturis præsumatur.*

10 *Testibus pro reo examinatis magis creditur, quando concordant cum testibus Fisci.*

11 Text.in l.Si maritus *num sit correctus per* text in l.Graccus, C.ad leg.Jul.de adult.

12 *Testes domestici sunt idonei testes, quando veritas aliter haberi non potest.*

13 *Adulterium num probetur conjecturis, & testibus singularibus.*

14 *Pœna extraordinaria damnatus, an sit quoque damnandus ad interesse Partis, & num.*15. 16. & 17.

18 *Interesse Partis non debetur ab occidente furem nocturnum, bannitum, vel à marito adulterum occidente,nec ab homicida ad sui defensionem, & num.*19.

*Et quid in proiiciente lapidem ad sui defensionem, qui occidit prætereuntem, num.*20.

21 *Auctor criminis tenetur de omni eo, quod sequitur, & liberat Adversarium ab interesse.*

De Lenon. Pragmat. I.

Desiderandosi, &c.

Tetigimus aliqua ad ornatum hujus *Pragm.in nostris observat.ad sing.*211.*nostri Genitoris,* nunc addere opportunū existimamus lenocinii pœnam sibi vindicare contra maritum retinentē uxorem deprehensam in adulterio, & occiden-
1 tem adulterum ex *Constit. Regn. incip.si Maritus*,cum qua concordat dispositio *text.in l.marito, ff. ad leg.Jul. de adult.* accedit ex Regnicolis *Reg.Sanfelic.decis.*266.*n.*6. ubi refert fuisse per M.C. uxorem, & maritum expulsos à Regno,ex quo confessi fuerunt fuisse per uxorem commissum adulterium, marito consentiente, quamvis fuisset prius practicata pœna ultimi supplicii,
2 juxta exempla adducta per *Ricc.collectan.*1795. quem sequitus distinguendo *Angel. Scial. in prax.forjud.cap.*3.*num.*109. ubi quod aliter servatus de consuetudine, accedit *Reg. Matthæi de Regim.Regn.Valent.cap.*8. §.8. *num.* 194. & 195. qui ex *Berlich.* tradit pœna capitali adulterii coerceri virum propriam uxorem prostituentem.

Hinc fit, quod Nos hic investigandum consentaneum existimavimus de pœna qua veniat coercendus vir confessus occidisse adulterum, &
3 uxorem adulteram non deprehensos in ipso actu adulterii, sed propè ejus domum, & dum articulum examinare cœpissem, fuit ablatus mihi labor, per non minus doctum,quam elaboratum responsum editum per eruditissimum Advocatum illum Fulvium Danesium, quod nuper incidit ad manus meas, ideò illud his typis mandandum curavimus, consulendo posteritati.

SI vetustarum legum asperitatem nobis liceat intueri *Constit.Divi Pii à Papiniano* relatam, satis duram existimabimus, etenim ipse in *l. si*
4 *adulterium, § Imperat.ad l. Juliā de adult.* maritum qui uxorem,adulterumq;necaverit in adulterio

terio deprehensos in opus perpetuum tradit,
quod idem est, ac si statuisset eum, qui adulte-
rum cum uxore invenerit alterum de duobus se
necessariò incursurum, ut scilicet vel uxorem
comprimi, à mœcho permittat, vel se ipsum ad
metallum effodiendum per reliquum suæ vitæ
spatium constituat. Dira profectò, atque inhu-
mana Constitutio, quæ fortissimis etiam viris
in re tam gravi, prohibet se ulcisci. Hinc *Li-
banius orator* in ejus severitatem invehens *de-
clam.33. Et quid*(inquit) *judicio opus est, cum
in cubili meo adulteram deprehendi? non jugule-
tur statim in lecto, in quo ita proterve salax la-
scivit, sed in jus vocetur, ut leges meditatus cau-
sam dicat?*

Qua de re *Alex. Imper. in l.Graccus, C. eodem tit.
Const.illius rigorem*, paulò corrigens, viro adul-
rum, atque uxorem occidenti non aliter pœ-
nam auferri statuit, nisi noctis tempus interve-
niat, & distinctio personarum; Minus dura, sed
tamen severa lex; quasi viro justè sævienti inter
acerbissimi doloris impetus investiganda sit fa-
milia, & exploranda conditio adulterantis.

Denique *Rogerius Rex* longè rectiùs hac in re
statuens *in Constit.Regni si maritus*, nulla adhi-
5 bita personarum distinctione, nulla temporis ra-
tione habita licitum fore marito decernit, &
adulterum, & uxorem occidere, si tamen illos
in ipso actu adulterii deprehendat, Memor for-
tassè eorum, quæ *Chrisost.* inquit *in homil. 5. ad
Thessalon. Sivè Reginam corrumperis, sivè An-
cillam tuam, quæ viro nupsit, par est crimen.*

Repertis igitur occisis Erasmo Rubeo propè do-
mum Antonii de Vita, & Tolla de Urso uxore
ejusdem Antonii, intra domum, cum confessus
sit ipse Antonius se utrumque occidisse ex causa
adulterii, fuit per M. C. V. condemnatus *ad re-
6 migandum per decennium, & ad interesse par-
tium*, quæritur de jure, numquid decretum M.C.
tam pro pœna, quàm pro interesse subsistat, an
potius revocandum sit?

Et quidem pars adversa pro suæ intentionis funda-
mento insistit, primò, dicens casum nostrum non
posse decidi per terminos *Const.Regni præd.Si
7 maritus*, ex quo non in fraganti, prout ipsa *Con-
stitut.* requirit, neque in actu adulterii, sed ex-
tra domum Erasmus, & ab actu adulterii pœni-
tus remoti ambo occisi sunt. Ideoque cum
Constit. locus non sit, recurrendum esse ad jus
commune, & sic ad ea, quæ disponit *text.in præ-
dict.l.si adulterium, §.Imperatores, text.in l.nihil
interest, ff.ad l.Juliam de adult. & in l.Graccus,
C.eod.*

Verum nè in controversiis circa factum morari vi-
dear, concedo, pro nunc (licet à veritate aber-
ret) homicidium Erasmi extra domus limina
fuisse commissum; sequitur nè *Constitut.* locum
non esse, ideoque Antonium occisorem debere
8 puniri, quasi quod in ipso actu adulterii non oc-
cidit? Utique si *Affl.* sententia consideretur *in
dict.Const.Regni si maritus num.5.* expendentis
verba illa (*nulla mora protracta*) satis clarè con-
cludit incontinenti factum esse, etiam si per ho-
ras perduret rixa, *ex Bart. in l.quod ait, §.quod
ait, ff.de adult. & Bald.in l.1.C.unde vi.*

Cùm igitur Antonius in penetralibus suarum
ædium absconditus Erasmum ad adulterium pro-
perantem fuisset aggressus, & percusserit, cum-
que ille se in fugam dederit extra lares, vel præ-
sumendum est ipsum ex recepto vulnere occu-
buisse, vel licuit ipsi Antonio occidere inse-
quendo, juxta ea, quæ DD. congerunt *in §.illud
quæsitum, instit.de rer.divis.& per Affl.in Const.
Reg.legum asperitatem.*

Nec propterea dici poterit *Constitutionis* forma
alterata (ut Adversarius putat) quasi extra
actum adulterii factum sit, nam, & *Decian.* quem
ipse allegat in *tract.crim.lib.7. cap.15. num.15.*
cujus sententiam non probat, imo contrarium
prorsus existimat per *text.in l.desertorem, §.de-
sertor, ff.de re milit.& l.qui cum uno, §.editum,
ff.eod.* prolixum enim tempus requiri ait ad
hoc, ut non incontinenti dicatur, quod in casu
nostro non dubito non interfuisse cum brevissi-
mo temporis spatio uterque occisus sit, ut te-
stes Fisci deponunt.

Et quoad locum, ridiculum profectò foret, si ad
impunitatem consequendam virtute *Constitu-
tionis* prædictæ necessariò requiratur depre-
hensio in ipsius turpitudinibus, quemadmodum
9 Adversarius notat. Nam, ut utar *Afflitti ver-
bis in cit.const.sub num.3.* non est restringendus
text. illic, quod habeat maritus invenire uxo-
rem, & adulterum tenentem virgam in vulva,
sed sufficit in rebus venereis reperire, idest quo-
ad præcedentia, vel subsequentia, quod satis
compertum esse arbitror, si consideretur acces-
sus juvenis noctu adventantis ad domum pul-
chræ mulieris absente viro, nam tunc adulte-
rium absque dubio præsumitur, prout in specie
dixit *Bald.cons.427. Alex. cons.24. vol.2. Feder.
de Sen.cons.19. & Joan.Bonifac.in tract. de fur.
§.invito num.23.*

Accedat, quod non solùm accessus ipsius Erasmi,
sed ingressus ad domum Antonii per nonnullos
testes probatur, quorum aliqui sunt Regii Fi-
sci, alii verò examinati pro reo ad sui defensio-
nem, qui cum sint concordes cum testibus Re-
10 gii Fisci, tanto magis illis credendum erit *glos.
in cap.Clerici 21. dist. Abb. in cap. ex literis col.
2.de probat. Ruin.cons.152. num.12. lib.5.* & ab
illis uti complatearii in contestes vocantur, quo
casu illis credi omnino oportet, & ita per Ma-
gnam Curiam quotidie observatur.

Præterea quis nam sanæ mentis credet Antonium
de Vita virum alioquin prudentem dum convo-
catis sociis, & consanguineis ad facinus hoc ex-
plicandum se disponit, iter diuturnum simulat,
domum eligit, in qua latitaret, & alia omnia exa-
ctè agit, quæ prudentissimus quisque in hujus-
mo-

Digitized by Google

modi rei faceret,adulterum postea advenientem expectare non potuisse, sed illum in itinere voluisse prævenire, & occidere ? quasi quod necessarium esse duceret illum prope domum suam non alia de causa necare, nisi ut scirent cuncti ab ipso Antonio fuisse occisum; si extra domum erat occidendus, cur non alibi magis tutè, magis occultè, & minori cum dedecore, si intra domum cur momentum temporis non expectat, donec ingrediatur?inverisimile profectò est,& ab homine mediocris ingenii penitus alienum, ideoque nullo pacto credendum per ea, quæ *Everardus* notat in loco ab inverisimili.

Hæc igitur cum ita sint, nescio, quo pacto recurri debeat ad terminos *dict. l.si maritus,§.Imper.* quæ correcta est, ut diximus ab Imperatore
11 Alexandro, neque ad dispositionem *text. in prædict.a l. nihil interest*, etenim illa ad casum nostrum nihil agit, sed tantùm impunitatem patri permittit, sive filiam prius, deinde adulterum, sive è converso adulterum prius, deinde filiam occidat, vel si etiam alterum vulneraverit tantùm, alterum vero occiderit. Hi sunt termini prædictarum legum.

In casu autem nostro non pater,sed maritus, non diversis temporibus, sed eodem momento,non alterum tantùm, sed utrumque adulterum occidit. Neque denique *text.in l.Gracc.* casum nostrum decidere poterit, nam *text.* ille eatenus *Constitutioni* Regni adversatur,quatenus statuit adulterum vilem tantùm, non autem nobilē occidi posse,quę differentia nobilitatis cū per *Constitutionem* sublata sit, non poterit hodie locus esse dictæ legi, quoad pœnam (scilicet exilii imponendam) verba enim illa (*sed si legis authoritate cessante*, &c.) eò spectant, ut si quis nobilem adulterum occidat, puniri debeat. In *Constitutione* vero nunquam cessat legis authoritas, quia personarum distinctio per eam sublata est, ideoque pœna exilii non debetur.

Dicit secundo Pars adversa non constitisse prius marito adulterium præcessisse, ideoque non habuisse justum dolorem, & consequenter non posse à pœna legitimè excusari.

Cui quidem prætensioni respondetur ex testibus Fisci, & ex probationibus per reum factis contrarium clarissimè fuisse probatū,adulterium scilicet,& nonnullos actus venereos,& lascivos inter eos præcessisse diversis in locis, & temporibus, & de eis habuisse Antonium notitiam paulò ante homicidia prædicta, ut ex processu apparet, & licèt contra testes Regii Fisci opponi possit eos esse domesticos: cum Laura Caputo sit nutrix, & Laura Pavone sit pedissequa, tamen quando aliter veritas haberi non potest,
12 admittuntur, & sunt idonei testes, ut tenet *Alberic.in l.consensu,C.de repud. Arch. in cap. plerique de offic.ordinar. in 6. Bart.in l. si quando, C.unde vi,& Specul.in tit.de test. §.1.ver.item, quia domesticus*, quos refert, & sequitur in eadem facti specie *Henriquez cons.1.num. 19. & seq.*

Presertim,quià adulterii de jure probatur per conjecturas,& testes singulares; cū sit crimen diffi-
13 cilis probationis, ut per *gl.in l.ob carmen, §.fin. de testib. cap.nihilominus 3.quæst.8.Menoch. de præsumpt.lib.5.præsumpt.41. par.2. Mascard. de probat.concl.56.& seq.Zosius cons.11.vol.2.Soccin.jun.cons.99.vol.2.Gabriel de test. conclus.2. num.50.* & hoc procedit etiam, quod unus testis deponat de una re inhonesta, & alius vero de alia diversa, diverso loco, & tempore, *Natta cons.478.num.22.Bal.cons.287.Rimin.junior cons.7.num.59.& cons.260.num.41.& cons.274. per totum, Bart. cons.218. Cravett. cons.78.nu. 36. Menoch.cons.31.Paris.cons.54.nu.6.& cons. 57.num.34.* & ita decisum referunt *Gram.decis. 107.Boer.decis.aurea 23.nu.46.& Franc.Marc. decis.614.num.14.& 15.par.1.*

Quanto fortius in casu nostro, in quo nedum per conjecturas, & testes singulares, verùm etiam per concludentissimas probationes probatum est, etiam testium Regii Fisci ut supra, non solùm deponentes de osculis aliisque tactis, & actibus impudicis, prout de communi affirmat esse probatum adulterium, *Covar. de effect.contract.conjugalis cap.7.nu.6. & 7.* qui alios DD. cumulat, sed per coitum subsequutum? ut probatum est in facto.

Remanet igitur casus noster, & ratione adulterii præcedentis, & ratione ingressus ad domum mariti, & ratione temporis sub mera dispositione *Constitutionis* prædictæ impunitatem largientis, ideoque condemnatio ad remigandum nullo jure fulciri, ac sustineri potest.

Itaque ad interesse transeundo,scio Adversarium meum jecisse fundamenta in eo videlicet, quod cum pœna, vel saltim extraordinaria debeatur
14 pari etiam ratione veniat interesse, ex *text. in d.l.qui nomine, ff.de falsis, cap.si quis de Clericis 12.quæst.2.Anton.Gomez var.resol.tom.3.cap.3. num.37. de Franch. decis. allegata 460. & Marant.in suo Specul.par.4.num.3.*

Ego autem hac in re varias reperio DD. opiniones quas omnes recensere prolixum esset, & inane; referam tamen breviter ea, quæ dixit *Ripa in l. admonendi, ff.de jure jurando*, quem non allegans sequitur inter neotericos *Petrus Caball. resolut.crimin.casu* 82. *num.*15. qui indistinctè tenet neminem ad interesse partis condemnari
15 posse, nisi fuerit legitimè convictus, vel confessus delictum,alioquin absolvi debeat per vulgatam illam regulam (actore non probante) at ubi ad pœnam extraordinariam condemnabitur, interesse nullo pacto deberi, ea scilicet ratione, quia tunc non dicitur imputatus condemnari tanquam reus, & delinquens, sed potius velut de crimine suspectus, quod procederet in casu nostro, in qua pœna extraordinaria condemnatus fuit. Hæc autem opinio licet vera sit, habet

Digitized by Google

tamen aliquos contradictores, inter quos est Jo:
Baptist.Costa, qui *in tract.de remed.subsidiar.re-
med.51.num.3.& seq.* distinguit inter actionem
in factum civilem, quam habet pars pro suo in-
teresse, & officium Judicis mercenarium, ut
primo casu etiamsi extraordinariè condemne-
tur, teneatur ad interesse, stante statuto, quod
obligat condemnatum simpliciter ad damna, &
interesse. Secundo verò casu non posse per
Judicem, ad interesse cogi, nisi confessus, aut
legitimè convictus fuerit, per ea, quæ dicit
Franc.Marc.decis.776.par.1.

Verùm hæc impugnatio non refragatur, tùm quia
loquitur *Costa* de statuto illud disponente, tùm
etiam, quia distinctio illa actionis in factum, &
officii Judicis non repugnat dictis per *Ripam*,
& Caballum circa effectum, sed tantum circa
modum experiendi.

Huic etiā opinioni gratis cōtradicit *Sebast.Guaz-
zin.in tract.de pace,& tregua par.1.q.42.* quem
16 sequitur *Paschal.de virib.patriæ potest.par.4.c.
3.sub num.38.* asserentes ex violentis inditiis,&
probationibus condemnationem civilem sequi
posse, *ex text. in cap. afferte*, cum ibi notatis, *de
præsumpt.& ex Farinac. in tract. de reo confesso
qu.86.num.78. & add.ad eum in cons.78. lit.A.*
Sed neque *text.in alleg.cap.* hoc decernit, neque
Farin.doctrina ad casum nostrum attinet, quæ-
ritur enim ibi, numquid ex inditiis, & præsum-
ptionibus possit quis condemnari? & dicit *Fa-
rinac.* posse non tamen corporali, sed pecunia-
ria pœna. Casus noster caret hac controversia,
nam Antonius confitetur crimen, & qualitatem
allegat, scilicet adulterii, qualitas illa per Fi-
scum non omninò refellitur, per Antonium sa-
tis, superque probatur, plures enim testes tam
rei, quàm Fisci deponunt, non solum ea nocte,
qua compleri non potuit, sed alias in diversis lo-
cis adulterium fuisse commissum, ut ex processu
plenè constat. Probata igitur qualitate, non
remanet locus pœnæ, ut est communis DD. opi-
nio per doctrinam *Bart.in l.Aurelius, §.idem
quæsivit, ff.de lib.leg.*

Verum tamen, ut rē hanc dilucidè perpēdamus, di-
co ex quolibet delicto, ex quo possit formari in-
quisitio, oriri primo actionē civilem parti, dein-
17 de criminalē Reipublicæ, alioquin si parti civilis
actio non oriatur ad interesse, neq; Reipublicæ
oriri poterit criminalis ad punitionem, ita dixit
Hipp. de Marsil.in §.constante n.34. in praxi alle-
gans *Salyc.in l.eos, C. de furtis, & Bart.in cons.
100.col.1.* & ipsum sequitur *Petrus Caball.resol.
crim.casu 1. nu.14.* quotiescunque autem civilis
actio oriri non poterit, cessat interesse, quemad-
modum per plura exempla probat idem *Hipp.in
dict.§.num.35.cum seq.*

Sic furem nocturnum occidens, nullatenus Reipu-
blicæ tenetur, quia parti civilis actio non nasci-
18 tur ad interesse, *l.furem nocturnum ad l. Corn.
de sicar.* Pari ratione, si quis bannitum occidat,
ad interesse non tenetur, *Bart. in l.ubi pactum,
C.de transact.& Ang.in l.quis probibet, ff.de
postulando.* Sic in adulterio dicimus, licere
marito uxorem, & adulterum occidere, & ne-
que parti oritur civilis actio ad interesse, neque
criminalis Reipublicæ ad punitionem. Habe-
tur in *l.Gracchus*, & in nostra *Cōst.si maritus*, quo-
tiescumque ergo maritus adulterum occidit,
non tenetur ad interesse, quia lex permittit.

Idemque etiam erit dicendum de eo, qui homici-
dium committit ad sui defensionem, nam non
19 tenetur ad interesse, etiamsi defensionis mo-
dum excedat; ita dixit eleganter *Ant.Gomez in
tract.var.in tit.de homic.sub num.38.* & sumitur
hæc regula *ex l. scientiam, §. sed si defendendi,
ff.ad leg.Aquiliam*, in illis verbis: *Qui vim in-
fert, ferire conceditur, & hoc si tuendi causa
factum sit*, quem *text.* pars adversa in sui favo-
rem ponderat, & nescio qua ratione; Sed parcat
mihi Adversarius meus alioquin doctissimus,
nam *text.* ille, qui pro se nun facit ad casum
nostrum optimè adaptari potest, cum ipse
Antonius proprium honorem tuendo occiderit,
& certum est, honorem vitæ præferri, DD. *in l.
ut vim, de just. & jur.*

Nec refragantur ea, quæ *Buccaron.* notat ex eo
text. in differ.42. ab Adversario etiam allegata,
20 nam loquitur de eo, qui volens se defendere,
proiiciendo lapidem, non inimicum, sed præte-
reuntem offendit, eo enim casu adest culpa
adest excessus in personam alterius non inimi-
ci, & sic *l. Aquilia* tenetur. Secus autem erit
in eo, qui defendendi modum cum inimico ex-
cedit, ut inquit *text.in d.§.si defendendi*, nàm
tunc vera erit *Antonii Gomes* sententia, ut ad
nihil teneatur, per ea, quæ habentur in *Summa
Angelica in verbo Restit.1.& 2.col. ver.homici-
dii*, & licèt eadem *Summa* concludere videatur
ad aliquid arbitrio Judicis teneri, prout idem
Gomes advertit, hoc tamen locum habet in foro
conscientiæ, non in foro contentioso, quēadmo-
dum plures Theologi, & Canonistæ fatentur.

Quotiescumque igitur in hujusmodi casibus reus
confitetur crimen, non venit interesse, quia
nec civilis actio parti, nec criminalis Reipubli-
cæ oritur; Verum si aliqua de causa veniret pœ-
na extraordinaria coercendus, tunc ex eo fie-
ret, quia alteratur forma illius delicti, ita ut in
aliam transeat, quemadmodum dicimus in eo,
qui volens occidere furem nocturnum, alium
astantem occidit, non dicitur respectu illius oc-
cisor nocturni furis, nec is, qui volens se defen-
dere prætereuntem offendat, respectu illius di-
ci poterit defensor. In casu igitur nostro non
adest culpa ex parte occisoris, qui adversus in-
sultantem proprium honorem se ipsum strenuè
defendit, non adest excessus, quia ambo adul-
teri, qui lege permittente occidendi erant, oc-
cisi sunt, nec alteratur forma delicti, nam &
Erasmus, & uxor uti adulteri occiduntur, quæ
cum

Digitized by Google

cum ita ſint, neſcio qua pœna plectendus ſit, vel ad quod intereſſe condemnandus.

Præterea nulli dubium eſt, ipſum Eraſmum cauſam dediſſe delicto, nam ſi ad adulterium non properaſſet, utique non fuiſſet occiſus. At ubi quis
21 eſt auctor criminis, tenetur de omni eo, quod ſequitur, & liberat adverſarium ab intereſse, per ea quæ tradunt *DD. in l. quoniam multa facinora, C. ad l. Juliam de vi publica, & in l. qui occidit, §. in hoc actione ad l. Aquiliam, Crav. conſ. 119. num. 11. Bertazz. conſ. 18. in addit. Claudii Bertazz. lit. B. & Farinac. qu. 119. num. 122.* qui plene ſuo more omnia congerit; Igitur ipſe Antonius occiſor, ad intereſse ex ſupradictis, nullo modo tenetur.

Rogo denique advertatis, Judices, ipſius Antonii miſerrimam, acerbiſſimamque fortunam, ejuſque caſum clementi animo conſideretis; audit ipſe adulterum juxta parietes propriæ domus ſibilantem, ut optatum uxori adventum nunciet, videt illum ſuos lares ingredientem ad furtiva libidinis explenda vota; conſiderat uxorem ad alienos congreſsus laſcivientem uti ſacrilegam conjugalis thori. Quid faciet? expectabit piger, donec compleatur ſcelus, pectus anhelum conquatitur, præcordia & ſi marmorea colliqueſcunt, eſt itaque vi victa vis, imò oppreſsa virtute, audacia eſt, honoris inſidiator armorum inſidiis ſuperatur. Si id jure fieri non potuit, non habeo quid defendam.

Fulvius Daneſius.

OBSERVATIO XXVII.

SUMMARIUM.

1 *Teſtibus peritis magis credendum, quàm cæteris teſtibus non peritis etiam numero majoribus.*

De Magiſtris Artium. Pragm. II. & IV.

Per Noi ſono ſtate ſpedite proviſioni, &c.

Illuſtris, & Magnifici Viri, &c.

PRæſcribitur forma faciendi extimationes, ſeu appretia quorumcumque bonorum per Tabularios Neapolitanos, & quòd in caſu reviſionis cognoſcat Primarius, & tertia reviſio fiat à Judice ordinario.

Accedunt ea, quæ ſcripſimus ad ornatum harum *Pragm.* in noſtra *praxi præſentat. Inſtrument. cap. 22. num. 10. 11. & 12.* & cætera, quæ adnotabimus in *Obſervat. ad Pragm. 63. de offic. Proc. Cæſar. verſic. hinc etiam fit*, quibus adſtipulatur *Daxart. deciſ. Sardiniæ 75. à num. 6.* ubi firmat, quod non eſt curandum de teſtibus adverſantibus judicio peritorum, quamvis peritus eſſet unus, & teſtes numero majores, ex *Dec. Hond. Rot. Rom.* coram *Seraph. & coram Ludoviſio, & Steph. Gratian.* & deciſum refert *Novar. deciſ. 32.*

OBSERVATIO XXVIII.

SUMMARIUM.

1 *Milites noſtri temporis, qui ſunt parati pugnare pro defenſione Regni cum equis, & armis gaudent privilegiis Romanorum militum.*
2 *Milites novæ militiæ ad hoc, ut gaudeant immunitatibus debent ſtare parati cum equo, & armis aptis ad militiam, & ità expediuntur proviſiones per Reg. Cam. Sum.*
3 *Milites non poſſunt pro debito carcerari, niſi debitum ſit contractum cum Regia Curia, vel ante militiam, vel ex cauſa mercimonii, nec exequi in armis, veſtibus, & equis.*
4 *Milites negotiatores non gaudent fori privilegio.*
5 *Militare privilegium an ſuffragetur in debito transfuſo ex alia cauſa non privilegiata in cauſam exceptam à privilegio militari.*
6 *Milites novæ militiæ an poſſint incedere per loca habitata cum armis.*
7 *Cauſæ civiles, & delicta excepta à Judicibus militaribus enumerantur.*
8 *Furta commiſſa in via publica, vel in mari, vel de nocte intus Civitatem, quando excipienda veniant à foro militari. Et nu. 9.*
10 *Delicta commiſſa per Milites in perſonas Officialium activè, & paſſivè cognoſcuntur per M.C.V.*
11 *Milites Officiales tenentur parere ſyndicatui coram ſyndicatoribus.*
12 *Milites non gaudent privilegio militari in delictis commiſſis cum armis igneis, vel cum illorum aſportatione intus Civitatem.*
13 *Milites offendendo aures M.C.V. amittunt privilegium militare, & referuntur deciſiones.*
14 *Miles petendo remiſſionem poſt ſententiam, vel in actu publicationis, vel executionis ſententiæ non auditur.*
15 *Miles num gaudet privilegio militari in cauſis liquidationis inſtrumentorum.*
16 *Miles non gaudet privilegio in criminibus patratis ante deſcriptionem in militia.*
17 *Item quando aſſumpſit militiam in fraudem Creditorum.*
18 *Miles non poteſt conſentire, ut procedatur coram Judice ordinario.*
19 *Militares Judices procedunt cum clauſula* privativè, & irritativè quoad Judices ordina-

narios, *ex qua cenfetur prohibita prorogatio.*
20 *Cautio præstita per militem in Curia Baronali num poßit exigi per eandem Curiam, in qua non fuit oppofita exceptio fori militaris.*
21 *Remißio militis eft facienda fine termino, & caufæ cognitione mediante Chirographo Auditoris Generalis.*
22 *Militum filii, Vxores, & Servi num gaudeant privilegio militari.*
23 *Et quid in illis pueris*, vulgò Doblatores, & ragazzi, vel huomini d'armi.
24 *Refertur refcriptum Ducis Medinæ Cæli editum fub die 6. Septembris Anni 1697.*

De Militibus. Pragm. XX.

Conveniendo al fervicio de Su Mageſtad, que en efte Reyno haya la Milicia de à piè, y de à cavallo neceſſaria para fu defenfa, &c.

PRæcipitur quomodo fit facienda electio militum pedeftrium, & equeftrium per Syndicos, & Electos Univerfitatis, confirmatis, &
1 ampliatis militum privilegiis, & immunitatibus. Ex decifione hujus *Pragm.* ceffant quæftiones, an milites noftri temporis gaudeant privilegiis militibus concellis, de quibus apud *Reg. Capyc. Latr. decif.* 102. & apud alios paffim, fiquidem milites, five fint pedeftres, five fint equeftres femper quod vacant pro defenfione Regni, funt parati cum equis, & armis pro Rege pugnare, & mortem pugnando fubire, gaudent privilegiis Romanorum, quemadmodum de militibus Regni Neapolis, Mediolani, Siciliæ, Granatæ, & Navarræ locutus fuit *Caftagn. de benef. deducto ne egeat qu.* 8. *num.* 17. ubi adducit *Vldaric. Zaf.* ponentem exemplum de militibus Apuleæ.

In §. incip. *Primieramente ordinamos.*

QUatenus in hoc §. cavetur, ut militibus pedeftribus folvantur per Univerfitatem Anno quolibet caroleni vigintiquinque, &
2 equeftribus ducati quindecim, & fint immunes à cæteris fervitiis, oneribus, & impofitionibus univerfalibus, advertendum erit, quod ad hoc, ut milites pedeftres gaudeant his immunitatibus, requiritur, ut fint parati cum archibufio, & enfe, & equeftres cum equo, & armis; adeoquod in provifionibus expediendis per Reg. Cam. ad inftantiam dictorum militum eft apponenda claufula, *dummodò retineant milites equeftres equum, & arma ad militiam aptum, & apta, & milites pedeftres retineant archibufium, & morrionem*, in quibus provifionibus eft mandandum, hos milites ad fervitia perfonalia non teneri, ut habetur in *decreto generali Reg. Cam. lato fub die* 22. *Augufti* 1586. quod eft 455. *in recollectis per D. Reg. de Marinis*, de quo apud *Rocc. de offic. rubr.* 10. *num.* 77. & ultra fupratradita requifita conftare debet antè omnia ex fide Scribæ portionis quolibet anno prefentanda ipfos milites effe claros in matricula, vulgò *chiari in affiento*, aliàs provifionibus non obftantibus coguntur ad folutionem, prout alii Cives, *Pragm.* 21. *hoc tit.*

In §. incip. *Secundo, que no puedan dichos Soldados eftar prefos.*

STante difpofitione hujus *Pragm.* qua cavetur, ut milites novæ militiæ non poffint pro debito carcerari, nec exequi in armis, veftibus, &
3 equis, nifi debitum fit contractum cum Regia Curia, aut ante militiam, vel ex caufa mercimonii, cavendum erit à *Reg. de Ponte de poteft. Proreg. tit.* 7. *de Affenf. Regiis*, §. 7. *nu.* 43. qui teftatur de praxi provifionum Collat. Conf. mandantium, quod milites poffint exequi de perfona, fiquidem dicta praxis, neque erat recepta ante hanc *Pragm.* & contrarium fuiffe refponfum per Ducem de Alcalà prævio ejus referipto teftatur *Confil. Patignus in fuis commentar. fuper Pragm.* 11. *de Militibus*, apud *Rovit. n.* 42. Non eft mirum, quod excipiatur debitum ex caufa mercimonii, quia milites negotiatores non
4 gaudent fori privilegio, *Carlev. de Judic. tit.* 1. *difput.* 2. *num.* 471. verum fi debitum ex alia caufa non privilegiata fuerit converfum in caufam mercimonii, vel aliam exceptam à privile-
5 gio militum, tunc difficultas eft, an privilegium militare fuffragetur, cum hoc videatur actum in fraudem legis, *Altogr. conf.* 17. ubi in fine refert decifum ad favorem militis, qui fuit à carceribus relaxatus.

In §. incip. *Terzero, que puedan ir armados.*

REformatur hæc *Prag.* per *Prag.* 22. *fub hoc tit.* qua ftatuitur, ut milites novæ militiæ non
6 poffint per loca habitata incedere cum armis in fraudem, & malitiosè, & in cafu contraventionis tribuitur facultas Officialibus locorum procedendi contra eos, prout diximus in *Obfervat. ad fing.* 39. *num.* 16.

In

In §. incip. *Que en las causas criminales*.

EXcipiuntur à cognitione Judicis militaris, &
datur cognitio Officialibus locorum, causæ
furti in via publica, armationis per campaneam,
7 delictorum in personas Officialium, & in civi-
libus causæ feudales, fideicommissorum,
cessionis bonorum, ac assistentiæ; in cœteris ve-
rò causis rejecta distinctione, an delicta sint mi-
litaria, vel communia mandatur, ut procedat
Auditor Exercitus privativè quoad alios Judi-
ces in Provincia Terræ laboris, in cœteris verò
Provinciis datur cognitio Præsidibus Provin-
ciarum in prima instantia, & in secunda datur
appellatio ad eundem Generalem Auditorem.

Insuper statuitur, ut remissio militis carcerati exi-
stentis in M. C. V. vel in aliis Tribunalibus sta-
tim decernatur sine termino, & absque causæ
cognitione, & cum solis literis Auditoris Gene-
ralis, & fide Scribæ portionis.

Furtum commissum in itinere publico, tunc exci-
piendum puto à foro militari, si à Judicibus or-
8 dinariis præventum fuerit in captura, juxtà ter-
minos *Pragm.5. & 7. ubi de delict. quis conve-
nir.deb.* sub cujus dispositione comprehendun-
tur, nedum furta commissa in terra, sed etiam in
mari, ubi furantes dicuntur quoque publici la-
trones stratarum disrobatores, *de Franchis de-
cis.142. Capyc.Latr.decis.156. num.18. & 19.to.
2. Merlin.controv.17.cent.1.* & dummodo furtum
sit commissum in via publica cum armis, etiam-
si ageretur de nocturnis furtis, quæ patrātur in-
9 tus hanc Civitatem, juxtà declarationem Coll.
Conf. quæ prodiit sub die 27. Februarii 1679.
in causa Francisci de Bucceriis, in qua quamvis
per M.C.D. fuisset reus exclusus à remissione
ad Judicem militarem, tamen decrevit Collat.
Conf. quod Regius Generalis Exercitus Audi-
tor in causa procedat, *Reg.Petra super Rit.270.
num.80. versic.re discussa tom.3.* quia commit-
tentes furta in plateis Civitatis æquiparantur
publicis latronibus, si armata manu secuta fue-
rit viatorum aggressio, *Decian.tit.de latronibus,
& piratis cap.39. num.4.* quem laudat *Consil.de
Rosa resol.15.num.5. tom.3. resol.criminal.* & in
istis terminis locutus fuit *R. Merlinus controv.
17.num.6.& 23.cent.1.*

Officialium delicta sunt intelligenda excepta ne-
dum illa, quæ per milites fuerunt commissa in
10 personas Officialium, juxtà determinationem
Coll. Conf. factam sub die 1. Decembris 1677.
de qua apud *Reg.Ducem Vasti Girardi sup.Rit.
266.à num.26.ad 28. tom.3.* Sed etiam quando
miles delinquit in officio, quod exercet, quo ca-
11 su tenetur stare syndicatui coram syndicatori-
bus, nec erit locus remissioni ad Officialem mi-
litarem, *Scial. in tract.de for.compet.cap.19. nu.
34.* ubi allegat *text. in l.fin. C.de jurisdict. omn.
Judic.*

Ultra hos casus videntur etiam alii excepti, quo-
rum primus est delictum commissum intus Ci-
12 vitatem cum armis igneis, & illorum asportatio-
ne, in quibus criminibus M.C.V. procedit pri-
vativè quoad Officiales militares, *Pragm.32.in
§.14.de armis*, quæ præeminentia M.C.V. vin-
dicat sibi locum etiam in casibus simplicis aspor-
tationis aliorum armorum intus Civitatem,
nempe pugionis denudati absq; ense, vel aspor-
tationis ensis cum vagina incisa, juxtà exempla
apud *Consil.Rocc.in tract. de offic. in tit. de offic.
Prefect.class.rubr.16.à num.26.* & alia quæ fue-
runt per me allata supra in *Comment.ad Pragm.
32.in §.14.de armis*.

Secundus, si fuerint offensæ aures M.C.V. nempè si
miles offenderit Alguzerios M. C. V. in actu
13 executionis, quià tunc causa non remittitur ad
Judicem militarem, ut decisum habetur apud
*Thor.in compend.decis.tom.2.verb.remissio peti-
ta, fol.573.* & practicatum fuit annis superiori-
bus cum U.J.D. Joanne Baptista Cimino inquisi-
to de resientia contra Alguzerios M. C. V. qui
fuit transactus in ducatis centumquinquaginta,
non obstante remissione petita ad Audientiam
Generalem Exercitus, ut ex actis penès de Bel-
lis, & Scribam Donnarumma, & in his termi-
nis recipienda est decisio relata per *Reg.Ducem
Vasti Girardi super Rit. 267. à num.25. ad 28.
tom.3.*

Tertius casus erit, si remissio petatur post senten-
tiam, vel existente proxima publicatione, vel
14 executione sententiæ, quià tunc non erit inter-
loquendum super remissione, quemadmodum
fuisse servatum per Coll.Conf. testatur *Reg.Ca-
pyc.Latr.decis. 155. in fine tom.2.*

Quartus casus est in judicio liquidationis instru-
menti, quæ spectat privativè ad M.C.V. uti Ju-
15 dicem ordinarium, non obstante privilegio fo-
ri militaris, quemadmodum decisum habetur ex
Thor.in supplem.verb.remissio, fol.547. & satis
clarius ex geminatis determinationibus Collat.
Conf. quas nos reportavimus in *prox.præsentat.
instrument.cap.4.à num.222.usque ad nu.226.*

Quintus casus est in criminibus patratis ante de-
16 scriptionem in militia, ut cavetur in hac *Prag.*
& in *Pragm.11.§.14.sub hoc tit.* concordat quo-
que dispositio juris communis per *text.in l.1.ff.
de pœnis.*

Sextus casus est, quando miles assumpsit militiam
in fraudem Creditorum, nempè post decoctio-
17 nem, vel ad evitandam carcerationem, ad *text.
in l.qui cum uno, §.non omnes, ff.de re milit.* quia
tunc auferuntur privilegia militaria, & cogno-
scuntur ab ordinariis, *Prag.11. in §.14.de milit.*
latè *Cæsar.q.35.§.2. ubi n.25.* advertit, non adeo
rigorosè procedendum esse circa hanc fraudem,
quando ageretur de carceratione personæ no-
bilis pro debito civili, juxtà decis. quam refert
Thor.in supplem.verb.miles, fol.405.

Ultra hos casus exceptos non poterit miles novæ

mi-

18 militiæ consentire, ut procedatur coram Judice
ordinario Baronis prorogando tacitè, vel ex-
pressè illius jurisdictionem, quia per *Pragm.* 11.
in §.11. *de milit.* prohibetur cognitio causarum
militum Judicibus Baronalibus sub clausula
irritativa, & annullativa, & per hanc *Pragm.*
tribuitur cognitio Præsidibus Provinciarum
privativè quoad Barones, nam quando Princeps
19 expressè reservat sibi jurisdictionem sub clausu-
la privativè, & irritativè, tunc nedum censetur
prohibita prorogatio, sed irritantur acta facta
coram Judice prorogato, *Capiblanc. de Baron. Pragm.* 8. *par.* 1. *num.* 106. & 107. & *cap.* 37. *nu.* 25. *tom.* 2.

Quibus rationibus motus dicebam in una facti
contingentia, quod cautio præstita coram Of-
20 ficiali Baronis per quendam militem hujus no-
væ militiæ, vulgò *del Battaglione* de non offendendo suum inimicum non possit exigi per eandem Curiam Baronalem, non obstante quod exceptio fori militaris non fuisset opposita antè pœnæ exactionem, sed uti accessoriam ad causam principalem, spectare ad Tribunal Regiæ Aud. cui spectat cognitio causæ militaris, ex traditis per *Reg. Sanfelic. decis.* 29. *num.* 3. & per *Danz. de pugn. DD. tit. de receptat. tom.* 1. *cap.* 1. *num.* 20. & in terminis fortioribus *Capibl. de Baronib. super Pragm.* 8. *cap.* 40. *à num.* 8. *tom.* 2.

Quatenus hæc *Pragm.* mandat, ut remissio fiat si-
ne termino mediante Chirographo Auditoris
21 Generalis, & fide Scribæ portionis fidem facientis militem esse in albo descriptum, & delictum esse commissum post descriptionem in militia, concordat cum *Pragm.* 17. §. 14. & cum antiqua praxi, de qua testantur *Consiliar. Patignus* apud *Reg. Rovit. super Pragm.* 11. *de militib. num.* 46. *Jul. Mastrill. in allegat.* 94. *allegat. divers. apud Reg. de Marinis à num.* 27. *tom.* 3. & de viridi observantia hujus praxis testatur *Crisp. in prax. crimin. tit. de Militibus cap.* 6. *num.* 49.

Tandem observandum erit respectu uxorum, filio-
rum, & servorum militum, ut non gaudeant fo-
22 ro, & privilegio militari, sed remanent subjecti
Judicibus ordinariis, tam in causis civilibus, quam criminalibus, *Pragm.* 11. *in* §. 8. *hoc tit.* per quàm remanent sub foro militari tantum *doblatores*, vulgò pueri, qui equitant equos equestrium militum, vulgò *ragazzi delli huomini d'*
23 *armi, che cavalcano li Cavalli*, quod etiam est
immutatum per rescriptum Ducis Medinæ Cœli sub die 6. Septembris Anni 1697. Dum prohibuit militibus novæ militiæ, ut non detineant,
24 nec describant in militia tales personas minores
pro prætenso eorum militari servitio, nisi quando urget necessitas accedendi ad actualiter serviendum, ut diximus in *Observat. ad sing.* 228. *num.* 9.

OBSERVATIO XXIX.

SUMMARIUM.

1 *Adducuntur decisiones latæ ad interpretationem hujus decreti generalis remissivè.*

2 *Decretum hoc generale declaratum extitit per S.C. junctis Aulis de Anno* 1625.

3 *Deductio quintæ partis capitalis in venditionibus annuorum introituum, ad hoc, ut habeat locum, requiritur, ut debitor passus sit damnum; & refertur decisio S.R.C. Anno* 1658.

4 *Decisio de Anno* 1658. *revocatur in dubium ex aliis decisionibus traditis per Michaelem Angelum Gizz. sed comprobatur per Authorem, num.* 5.

De Monetis. Pragmat. XVIII.

Super differentia inter Partes suborta, &c.

Quamplurimæ prodierunt decisiones ad in-
terpretationem hujus decreti Generalis apud
Reg. Rovit. decis. 33. & 35. *ubi D. Consil.*
1 *Altom. in noviss. observat.* refert casum decisum
de Anno 1686. referente dignissimo tunc Consiliario de Andrea, nunc emerito Regente Regiam Cancellariam; Accedunt aliæ relatæ per *Reg. Capyc. Latr. decis.* 17. & 48. & *consult.* 139. & per *Capon. discept. forens. discept.* 409. *vers. nova conclusio.*

Hoc decretum generale Regiæ Junctæ fuit decla-
ratum per S. C. de Anno 1625. respectu dedu-
2 ctionis quintæ partis capitalis in extinctionibus
contractuum venditionis annuorum introituum faciendis de nova moneta, etiam quoad contractus initos ante diem 2. Martii 1622. ut legitur apud *Rovit. decis.* 33. sub tenore horum verborum: *Quo verò ad contractus initos ante diem 2. Martii 1622. Regia Juncta nullam fecerat declarationem, & reservaverat meliorem deliberationem, & ideò unanimitèr fuit dictum, quod nunc erat tempus opportunum occasione hujus causæ facere hanc declarationem per S. C. junctis Consiliariis duarum Aularum, cujus auctoritate poterit Regia Juncta capere deliberationem in similibus casibus in ea contingentibus. Propterea unanimi consensu fuit conclusum, quod omni jure debebat illud idem practicari in contractibus initis ante Pragm. quod fuit practicatum post Pragm. quià notorium est non minorem diminutionem contulisse contrahentibus illam pecuniam corrosam duorum tertiorum in Bancis existentem post diminutas solutiones per hebdomadas exigendam; & propterea die 18. Junii 1625. junctis Consiliariis duarum Aularum, suspenso decreto lato per S.C. declaratum*

est:

est: Pecunias perventas ad Duraſtantem ex venditione annuorum introituum facta in beneficium Julii Sardi ceſſiſſe, & cedere in damnum ipſius Duraſtantis, & proinde tertias dictorum introituum pro integra ſumma annuorum ducatorum 581. *cucurriſſe, & currere in beneficium dicti Julii Sardi, verum tempore reemptionis fortè facienda per dictum Duraſtantem deducantur ducati* 1500. *pro quinta parte capitalis ducatorum* 7500. *& de pecuniis prædictis poſſit Duraſtantes liberè diſponere ad ſui libitum, non obſtante vinculo illas convertendi in ſatisfactione ſuorum Creditorum. Actuar. Turino.*

Verum hæc deductio quintæ partis capitalis fit in illis caſibus, in quibus debitor, ſeu venditor an-
3 nuorum introituum, damnum, aut intereſſe paſſus fuiſſet in recipiendo dictam monetam, ut deſumitur ex ſupradictis verbis ejuſdem *Reg. Rovit.* & deciſum fuit per S. C. de Anno 1658. ad relationem Regii Conſiliarii Aſcanii Raetani inter Illuſtrem Principem S. Manghi, cum Marchione Taviani, ut ex actis penès Lombardum, & de Ronzo Scribam.

Sed quod in reemptione annuorum introituum fit facienda reſtitutio monetæ novæ ad æſtima-
4 tionem antiquæ habita ratione valoris tempore contractus non habita conſideratione ſi debitor ſenſerit damnum, vel illam expenderit pro bona, dixit *Dom. Gizz. in obſer. ad dec.* 48. *Reg. Capyc. Latr. num.* 9. & 10. ubi multas cumulat deciſiones, etiam ad relationem ejuſdem *Reg. Rovit.* Unde ſalvandam puto deciſionem factam ad relationem Conſiliarii Raetano in Anno
5 1658. ex quo in illa propoſita facti ſpecie Marchioniſſa Taviani, quæ erat debitrix S. Mariæ de Populo in annuis ducatis 560. pro capitali ducatorum 8000. ad rationem ſeptem pro centenario, pro illis reemendis fecit aliam venditionem in beneficium D. Hieronymi, & D. Vincentii Strambone in annuis ducatis 540. pro capitali ducatorum 8000. ſolvendo in beneficium ejuſdem Banci, & ſic Marchioniſſa, nedum nullum ſenſiit damnum, ſed potiùs fuit in lucro, dum correſpondebat Banco ann. ducatos 560. & poſtmodum cum fuiſſet dictus cenſus diminutus, & redactus in ann. ducatis 140. cum illa emptione facta cum fratribus de Strambone, Marchioniſſa lucrata fuit annuos ducatos 20. & quod in his terminis ſecuta reductione annualitatis cenſus ad minorem ſummam cum primo creditore, non teneatur ſecundus creditor bonificare quintam partem capitalis, judicatum refert *Thor. in compend. deciſ. tom.* 3. *V. depoſitum capitalis, fol.* 297.

OBSERVATIO XXX.

SUMMARIUM.

1 Pragm. 44. de Monet. *quæ mandat in* §. incip. Con avertenza, *quod diligentiæ faciendæ contrà imputatos de crimine falſæ monetæ fiant cum interventu Curiæ, concordat cum* Pragm. 12. in §. 13. ſub eod. tit. *cujus verba inferuntur num.* 2.

3 *Commendatur proviſio dictæ* Pragm.

4 *Judicis acceſſus non tollit omnem præſumptionem falſitatis, ſeu impoſturæ.*

5 *Nulla nū reddatur informatio capta in crimine falſæ monetæ ſi fuerit proceſſum ſuper diligentiis non prævio Judicis acceſſu.*

6 *Formæ à ſtatuto requiſitæ omiſſio inducit nullitatem.*

7 Conſil. de Roſa *opinia* reſol. 12. nu. 2. ſuar. reſol. crimin. lib. 2. *non recipienda videtur, & num.* 8.

9 *Judicis interventus requiritur etiam in diligentiis faciendis contra ſundentes monetas.*

10 *Et quid ſi inventio ſequatur facta diligentia ad alium finem ordinata?*

11 Pragm. 44. de Monet. *in* §. *incip.* Che la medeſima pena *recedit à pœnis impoſitis contra expendentes ſcientèr monetam falſam per* Pragm. 2. in §. 1. ſub hoc tit. & *redit ad pœnam mortis, juxtà* Conſtit. Regni, Adulterinam, & Cap. Regni, ut quæ ab Excellentia, & *quare pœna fuerit exaſperata, num.* 17.

12 *Scientia requiſita in expendente eſt plenè, & concludentèr probanda per Piſcum, & quomodo hæc ſcientia probanda veniat, nu.* 13.

14 *Expendens monetam falſam, vel ille penès quem fuit reperta moneta adulterina, ſi docuerit de certo Authore non tenetur pœna hujus* Prag. *Et quid concurrente mala qualitate inquiſiti, nu.* 15.

16 *Indicium ad torturam reſultans ex ſola inventione monetæ falſæ in quantitate hujus* Prag.

18 *Expenſio monetarum ſcientèr eſt auxilium poſt delictum.*

19 Pragm. 44. in cit. §. *eſt declaratoria* Pragm. 2. in §. 11. & *nu.* 20.

20 *Verba* quomodocumque, & qualitercumque *ſunt generaliſsima, & nu.* 21. & 22.

23 *Ementes ſegmenta monetarum, vulgò* retagli *eadem pœna afficiuntur.*

24 *Monetarum inciſuras conſervans poſt delictum tonſionis, qua pœna veniat afficiendus.*

25 *Delictum in genere contra expendentes, vel auxilium præſtantes in tonſione monetæ erit probandum, non obſtante probatione corporis delicti contra principales fabros, ad hoc ut ſit locus pœnæ ordinariæ.*

26 *Et an corpus delicti tonſionis monetæ probetur præſumptionibus.*

27 *Delicti corpus probatur conjecturis contra immi-*

mittentes in Regno monetas adulterinas, vel fundentes monetas argenteas, vel aureas.
28 Monetarii aliàs condemnati, vel torti, & liberati in forma, vel expulsi à Regno pro eodem crimine possunt ad mortem damnari si fuerint reperti cum instrumentis aptis ad falsificandas monetas.
29 Et quid in reis transactis, vel concordatis in exilium pro crimine falsæ monetæ.
30 Diffamatio quæ requiritur in hoc crimine, quomodo exigatur hac novissima Pragm.
31 Perpenduntur verba Pragm. in §. incip. Et essendosi; Et interpretatur per Auctorem, quod sit Juris Communis, & Regni correctoria, & num. 32.
33 Diffamatus quis de crimine non dicitur Jure communi attento, nisi sententia mediante.
34 Diffamatio an inducatur per transactionem, seu compositionem delicti; Et quid ex Gratia, num. 35.
36 Diffamatio an oriatur quando reus fuit condemnatus ob delictum culposum.
37 Indicia valdè urgentia, quæ exiguntur in hoc crimine, quæ sint.
38 Testis unius de visu depositio num faciat semiplenam probationem, vel indicium ad torturam.
39 Principis constitutio num possit statuere, ut credatur uni testi nullis concurrentibus argumentis, & quid concurrente legitima causa.
40 Judex non potest devenire ad pœnam ordinariam stante incertitudine inditiorum indubitatorum, vel satis urgẽtium per ipsummet Judicem declarandorum, sed debet eligere pœnam extraordinariam.
41 Refertur casus discussus in Coll. Conf. ubi vota fuerunt æqualia circa declarationem indiciorum satis urgentium.
42 Testes deponentes super inditiis num debeant esse omni exceptione majores.
43 Testis qui accedit ad deponendum in crimine falsæ monetæ habetur pro integro teste non obstante criminis scientia, quoties non accedit uti denuncians, non est socius criminis, nec patitur aliam exceptionem.
44 Sed quid si habuit scientiam, & tacuit non manifestando immediatè crimen.
45 Testis primus qui reperitur examinatus habetur pro denunciatore.
46 Monetarii quacumque pœna damnati tenentur exfractare, & discedere à Regno.
47 Extractio quarumcumque monetarum auri, & argenti prohibetur sub pena mortis naturalis, quæ extenditur etiam ad complices probata plena scientia, & indicia sufficiunt ad pœnam extraordinariam, & amissionis bonorum.
48 Extractionis pecuniæ delictum extrà Regnum quando consummatum dicatur per mare, & quando per terram.
49 Navi reperta cum mercibus extrahi prohibitis, quomodo in prati expediatur citatio contra Dominum Navis, & nu. 50.
51 Pragm. edita per D. Ducem Medinæ Cœli hujus Regni Proregem sub die 13. Augusti 1696. contra extrahentes res vetitas declaratur.
52 Delicti corpus debet semper constare in criminibus extractionis, in quibus requiritur fragrantia.
53 Corpus delicti in extractione monetarum quomodo probetur, & num. 54.
55 Testis unius integri depositio cum denunciante num sat sit ad condemnandum in crimine extractionis, & quid in duobus testibus singularibus, & num. 56.
57 Pœna mortis imposita per Regias Pragm. in criminibus extractionis num servetur.

De Monetis Prag. XXXXIV.

Essendo publicata, &c.

Hæc Pragm. in §. incip. con avertenza, quatenus mandat, quod in diligentiis faciendis contrà imputatos de hoc crimine, ut accedat in
1 hac Civitate unus ex Judicibus M.C.V. vel Advocatus, vel Procurator Fisci, & in Regiis Audientiis unus ex Auditoribus, & in cœteris Curiis Regni Gubernator loci, concordat cum Pragm. 12. in §. 13. hoc tit. ubi idem provisum extiterat sub his verbis, ibi: *Et acciocbe non possa darsi occasione d'impostura, e per evitare*
2 *qualsivoglia frande, volemo, & ordinamo, che à tempo si dovranno fare le diligenze necessarie per iscoprire, e porre in vero i delitti de'delinquenti, e fraganze de'monetarj, ò de'cooperanti como di sopra debbia intervenire uno de' Magnifici Giudici, Avvocato, ò Procurator Fiscale della G.C. della Vicaria di questa Città, e suo territorio, e per lo Regno uno de'Magnifici Regii Auditori, ò Fiscale, ò altro Regio Governadore nelle Terre di Demanio, ò Capitanio nelle Terre Baronali.*

Hæc fuit, sanè laudabilis provisio maturoque consilio condita, ne fieret locus imposturis, & falsita-
3 tibus, juxta exempla tradita per *R. Capyc. Latr. decis.* 179. & *signanter n.* 46. *lib.* 2. & per *D. Maresca de legib. public. judicior. in tit. de leg. Cornel. de falsis* §. 7. *n.* 78.

Illud tamen advertere oportet, quod per hunc Judicis accessum non tollitur omnis suspitio, &
4 omnis præsumptio exclusiva falsitatis, & imposturæ, ideòque reijciatur extranea probatio. Siquidem ob adimpletam formam à Regia *Pragm.* præscriptam inducitur juris præsumptio exclusiva fraudis, quæ præsumptio non est juris, & de jure, ut rectè considerat, & decisum refert in casu non dissimili *D. Reg. Sanfelic. decis.* 329. *lib.* 2.

E contrario si fuerit processum ad diligentias, & ac

ad capturam informationis absque Judicis in-
5 terventu omnia acta erunt nulla tamquam facta
contra præceptum legis, ad *text.in l.non dubium*
C.de legib. & irritatur processus ipso jure quo-
ties ordo, & modus à statuto prescriptus non
fuit servatus, *Cyriac. contr.497.n.2. vers. ficuti*
tom.3. & sufficit prohibitio legis, licet non adsit
clausula irritans, vel annullativa, quià censetur
tacitè inclusa clausula nullitatis, *Bart.in l. non*
dubium, junctis aliis cumulatis per *Reg. Sanfe-*
lic.decis.295.num.12.& decis.390. part.3. adsti-
6 pulantur *Reg. Merlin.controv.for.cap.70.nu.37.*
cent.2.Rovit.super Pragm.1.de perseq.malefact.
num.19.20.& 21.Novar.super Pragm.1. de ju-
risdict. magistr. jurati temp. nundinar.collect.2.
Quibus juris principiis insistens dicebam in una
facti contingentia non esse recipiendam opinio-
7 nem *Consil.de Rosa resolut.12.n.2.suar.resol.cri-*
minal. lib.2. ubi sustinere tentavit, Judicis in-
terventum super delicto in genere inventionis
falsæ monetæ esse necessarium de jure Regni ad
evitandam fraudem, quoties diligentiæ fiunt ad
instantiam denunciatoris indultum petentis, in
cœteris verò casibus, in quibus imposturæ su-
spitio non consideratur, cessare rationem, &
dispositionem legis, & per consequens sat esse
executionem diligentiæ fuisse factam coram
Scriba, & idoneis testibus, prout erat casus, in
quo scripsit.
Augetur difficultas contra *Consil.de Rosa*, causam
motivam statuendi Judicis interventum in dili-
8 gentiis faciendis super hoc crimine, non fuisse
suspitionē resultantem ex interventu denuncian-
tis, sed illā generalem suspitionē imposturæ, quæ
oritur in similibus criminibus, quod adeò verum
est, quod per hanc novissimam *Prag.* fuit reno-
vata, & demandata observantia *§.12.in dict.§.3.*
9 etiam in diligentiis faciendis contra fundentes
monetas nulla facta mentione de interventu
denunciantis petentis indultum.
Verùm legitima diceretur inventio monetarum
falsarum, & instrumentorum ad monetam cu-
10 dendam, quotiès contingerit accedente Scriba
ad faciendas diligentias ad alium finem ordina-
tas, & de inventione deponerent testes extra
guardiam, maximè si diligentia secuta fuerit ex-
tra Civitatem, & instrumenta fuerint reperta
in aliquo loco clauso, ut advertit idem *Consil.*
de Rosa in praxi decretor. M.C.V. part.1.cap.1.
num.14.

In §.incip. *Che la medesima.*

Receditur à pœnis impositis contra immitten-
tes, & ex pendentes monetam falsam, sivè in-
cisam, vel diminutam per *Pragm.2.in §.1.sub tit.*
11 *de Monet.* imposita pœna mortis naturalis, &
publicationis bonorum juxta *Constitut. Regn.*
Adulterinam, & Cap.Regn.ut quæ ab Excellen-
tia, quibus legibus fuit per hanc posteriorem
additum sufficere monetam falsam fuisse scientèr
receptam, & expensam post fabricationem,
quamvis non præcesserit tractatus.
Requiritur itaque, ut scientia hæc requisita per
hanc *Pragm.* plenè, & concludenter per Fiscum
12 probetur, prout regulariter in quolibet Statuto
scientiam requirente voluerunt *DD. apud Fa-*
rinac.de crimin.læsæ Majestat.quæst.115.n.155.
& alii apud *Conciol.in suis resolut. crimin. verb.*
expendens monetam resolut.4.num.7. & facit de-
cisio facta in casu non dissimili, quam adduxi-
mus in *Observat.154.num.4.& 5.* & ad proban-
dam hanc scientiam à Statuto requisitam proba-
re necesse est expendentem monetam falsam,
illam habuisse, & recepisse à principali Fabro, ut
considerat doctissimus *Consiliarius de Rosa re-*
solut.30.n.16.part.3. ponderando verba *Constit.*
Regni, quæ incipit Adulterinam, & hujus
Pragm. quæ se refert ad dictam *Constitut.* nam
alias non constito de hac scientia, & cum istis
qualitatibus semper præsumeretur ignorantia
excusans à dolo, & à pœna ordinaria, quamvis
per Fiscum proponatur ignorantiam esse supi-
nam, & affectatam, & per consequens scientiæ
comparari, *Benedict. Carpzov. in prax. crimin.*
part.1.qu.42.num.110.& 111. ubi quod justa
ignorantia præsumitur, quando intrinsecus non
13 cuilibet apparet monetam esse falsam. Et ex qui-
bus circumstantiis arguatur, vel excludatur, vel
dubia reddatur scientia monetæ falsæ, vide *Cal-*
derò decis.41.à num.50. ad n.104.tom.1.
Requiritur quoque, ut expendens scientèr, vel il-
le penès quem fuit reperta moneta adulterina
14 non docuerit de certo authore per nomen, &
cognomen, & quod adsit prava qualitas homi-
nis, quià in hoc casu puniendus veniret tam-
quam fabricator, & per consequens afficiendus
pœna ordinaria juxta doctrinam *Salyc.* quām
insecutum fuit *S. R.C. apud D. de Franchis de-*
cis.401. ubi vera scientia fabricationis resulta-
bat ex depositione duorum sociorum criminis,
quoniam ex sola inventione monetæ falsę pe-
nès aliquem non potest insurgere nisi indicium
ad torturam etiam non docto de authore, *Mu-*
scatell.in locis allegat.per Reg.Capyc.Latr.decis.
179.num.35.
At docto de certo authore etiam ignoto; & non
concurrente mala qualitate inquisiti in eodem
15 genere mali erit locus pœnæ extraordinariæ,
juxt. *decis.Calderò 41.à n. 84. & decis.10.n.24.*
sed in Regno nostro resultat solum indicium ad
torturam ex sola inventione monetæ falsæ in
magna quātitate excedente numerum 50. num-
morum non dato certo authore, prout ex inven-
tione ultra numerum quinque nummorum
penes hominem malæ qualitatis cum aliis admi-
16 niculis, ut cavetur in hac *Pragm.in §.incip.Or-*
nando di più, &c. Consil.de Rosa resol.30. n.17.
& 18.tom.3.
Ratio cur per hanc *Pragm.* fuit exasperata pœna

impoſita per *Pragm.* 2. deſumitur ex illis verbis:
17 *Tutti quelli, che ſcientemente riceveſſero, portaſſero, introduceſſero, ò ſpendeſſero dentro queſta Città la moneta falſa*, quæ verba intelligi debent de expendente, & introducente monetam falſam receptam ab ipſo falſario, quem expendens ſcit illam adulteraſſe, & cui ut conſcius, & particeps totius maleficii præſtat auxiliũ, *D.R.Matthęù de re crimin.controv.46. n.6. Calderò deciſ.* 10. *nu.23. tom.1.* diximus ſupra cum *Conſil. de Roſa reſolut.* 10. *num.4.* unde videtur Statutum voluiſſe reddere punibile eadem pœna, nedum auxilium pręſtitum ante delictum, ſed auxilium præſtitum poſt delictum cum illa ſimplici expẽ-
18 ſione monetarum ſcientèr receptarum poſt earum fabricationem, nulla exiſtente neceſſitate probandi tractatum, & conventionem inter fabricatorem, & expenſorem, videlicet quod unus fabricet, & alter expendat, quod eſſet auxilium cooperativum in ipſo delicto.

Ex quibus fit *Pragm.* hanc fuiſſe declaratoriam *Pragm.2. in* §.11. non obſcurè declarando caſum
19 expenſionis, & immiſſionis eſſe comprehenſum ſub illis verbis, ibi: *Principalmente volemo, che nelle pene ſtabilite contro i falſatori, inciſori, e*
20 *diminutori di monete incorrano ancora tutti quell' huomini, ò donne, che coopereranno, ò ajuteranno detti inciſori, e diminutori etiàm tenendoli lo lume, accendendoli il fuoco, & in qualſivoglia modo ajutandoli*, ſiquidem ſub iſtis ulti-
21 mis verbis, *in qualſivoglia modo aggiutandoli*, videntur virtualiter comprehenſi expendentes, quià verba *quomodocumque, & qualitercumque*, ſunt generaliſſima, & apta ad comprehenden-
22 dum omnia ultra expreſſa, quomodo in propriis terminis interpretationis ejuſdem *Prag.* 2. conſiderabat *R.Merlin.controv.forenſ. cap.26.n.23. cent.2.*

Exaſperatur quoque per hanc noviſſimam *Pragm.* pęna contra ẽmntes ſegmenta monetarum vul-
23 gò *retagli*, & tribuitur privilegium probationibus contrà reos emptionis prædictæ, & cæteros alios quomodolibet auxilium præſtantes in hoc crimine, ut ſtatuitur in §.incip. *Eſſendoſi*, & in §.incip. *Reſtando ſtabilita.*

Habebit tamen locum pœna extraordinaria contra conſervantes inciſuras monetarum, quæ
24 practicata fuit in detruſionem per quinquennium in monaſterium, contra uxorem, habitantem cum marito inciſore falſæ monetæ, mortis pęna damnato, ut habetur apud *Sanfelic. deciſ.276. tom.2.*

Verum enim vero ad hoc, ut ſit locus pœnæ ordinariæ contra expendentes, auxilium, vel opem
25 præſtantes, etiam accomodando, vel tradendo principali fabro monetam probam recipiendo ſcienter inciſam, cum lucro, requiritur probatio corporis delicti, quod conſtituitur in crimine tonſionis monetæ per inciſuras monetarum forfices, vel monetas de recenti inciſas, & de quantitate, qualitate, & identitate monetarum reſpectu auxilii præſtiti, ut perpendit *Conſil. de Roſa lib.2. reſolut. crimin. reſolut.* 10. ubi ob hanc difficultatem corporis delicti non fuit practicata pœna ordinaria, quamvis extitiſſet plenè probatũ delicti corpus contra principalem fabrum tonſionis monetæ, & proindè morti traditum.

Et quod corpus delicti criminis tonſionis monetæ verificetur præſumptionibus, videndus eſt
26 *Vermigl. conſ.220. num.3.* & cum hac ſententia pertranſit *Conſil. de Roſa* non tamen quoad pęnam ordinariam in *cit. reſolut.* 10. *à num.8. uſque ad* 14.

Delicti corpus probari conjecturis, & præſumptionibus contra immittentes in Regno monetas
27 adulterinas, vel reciſas, & necnon contra fundentes monetas argenteas hujus Regni, & exteras aureas, ſtatuitur per hanc *Pragm. in* §. *ſeit verſ. incip. Conſiderandoſi*, & incip. *ancorche non ſi trovaſſe*, & incip. *avendo riguardo*, tamen hoc exorbitans probationis privilegium ſemper intelligendum puto quoad pœnam extraordinariam, & concurrente qualitate fragantiæ, ut dicam infra.

In §.incip. *nel* §.12. *di detta Pram.* nedum renovatur, & confirmatur diſpoſitio *Pragm.* 2. *ſub hoc*
28 *tit.* circa privilegium probationis, & convictionis ſtatutæ contra monetarios alias condemnatos, vel tortos, quoties contra illos fuerint reperta inſtrumenta ad cudendum, vel diminuendum monetas, nempè cunei, forfices, vaſa auri liquantia cum reſegminibus monetarum, ſed additur practicandam eſſe pęnam mortis ibi ſtatutam, etiam contra imputatos de hoc crimine, non alias condemnatos, vel tortos, ſed tantum lite conteſtata liberatos in forma, & poſtmodum expulſos à Regno, in executionem *Pragm.* 19. *ſub hoc tit.* ut patet ex verbis illis: *Volemo, ordinamo, e comandamo, che ſempre che contro queſti inquiſiti ſi ſia proceduto à conteſtatione di lite, ò date le difeſe, ancorche ex eiſdem actis fuſſero ſtati liberati in forma, e per eſſecutione di detta Prammatica* 19. *fuſſero ſtati sfrattati dal Regno: in tal caſo ritrovandoſi di nuovo appreſſo queſti inquiſiti, benche non ſi ritrovaſſero infraganti, l'iſtrumenti da fabricare la falſa moneta, e quelli ennunciati per ritagliare la buona, in tal caſo debba pratticarſi il diſpoſto di detto* §.12.

Hæſitatum fuit num diſpoſitio harum *Pragmaticarum* præſcribat ſibi locum quoties talia inſtru-
29 ta apta ad fabricandum, vel cudendum monetam fuerint reperta non penes, ut ſupra notatos condemnatos, tortos, liberatos in forma, vel alias à Regno expulſos; ob idem ſcelus, ſed penès concordatos, vel tranſactos, negativè ſtare videtur *Calà ſuper Pragm.* 11. *de empt. & vendit. part.1. cap.15. à n.72. cum ſeq.* qui loquitur in crimine furti, & in terminis hujus criminis hanc eandem ſequitur ſententiam *D. Anton. Police*

de

Digitized by Google

*de praemin.Regiar.Audient.tit.*10. *cap.*45.*n.*19.
*tom.*2.ubi tradit *Pragm.*12.*in* §.12. & hanc ſuiſ-
ſe loquutas de cōdemnatis,& proindè tamquam
leges pœnales non comprehendiſſe hunc caſum,
ſed dubitare cogor de hàc ſententia ſtante deci-
ſione relata per *Conſil.de Roſa reſol. crimin.p.*2.
*reſol.*11.in qua Roſa Capaſſo alias in exiliū con-
cordata ex crimine falſæ monetæ repertis poſt-
modum penes eandem inſtrumentis ad inciden-
dum monetas cū magna quantitate monetarum
inciſarum fuit morti tradita.

Subſtulit hæc noviſſima *Sanctio* requiſitum illud
diffamationis; quod prius exigebatur, ſtatuen-
30 do ſufficere quamlibet diffamationem, ac vitæ
levitatem reſultantem, ex aliis criminibus inſa-
miam irrogantibus, & pro cœteris criminibus,
pro quibus infamia non irrogatur fore neceſſa-
riam ſententiam declaratoriam ſaltem in contu-
maciam, quod non obſcurè declarant illa ver-
ba in §. incip. *Et eſſendoſi*, ibi: *Ordinamo, e co-*
31 *mandamo, che ſempre; che contro detti inquiſiti
concorre la mala vita, fama, e qualità, ò ſia diſ-
famato d'altro, che portaſſe nota d'infamia, an-
corche non ne fuſſe ſeguita condannatione, ò pu-
re vi concorreſſe la leggerezza della vita per al-
tri delitti antecedenti per li quali fuſſe ſtato con-
dannato anco in contumacia, in tal caſo, s'abbia
queſta per quella mala vita, fama, e qualità ri-
cercata da detta Pram.nel detto* §.13. Itaque tol-
lendo diffamationem in eodem genere criminis
nedum corrigit diſpoſitionem *cap. jam ſæpè*, ſed
32 quoque diſpoſitionem juris communis, quate-
nus mandat non eſſe neceſſariam ſententiam de-
claratoriam in delictis infamiam irrogantibus,
quo jure attento quis non dicitur de crimine
diffamatus, niſi fuerit mediante ſententia dam-
natus, ad *text.in l.capitalium,§.ſolent, ff. de pœn.
l.athletas,§.fin. ff.de ijs qui not.infam. gl.in l.ſed,
& ſi poſſeſſori,§.fin. verb.verum probatur de jur.*
33 *jurand.Grammat.conſil.*34. *num.*6.& *conſil.*45.
*num.*32.& *vot.*30.*nu.*25.latè *Farinac.conſ.*127.
*num.*8.*tom.*2: *Reg.Merlin. controv.*98. *num.*13.
*cent.*1.*Reg.Rovit.deciſ.*64. *num.*18.19.& 20.

Hac Regia *Sanctione* ſic ſtante puto dici hos reos
infamia notatos per ſolam tranſactionem, ſeu
34 compoſitionem delicti factam cum Fiſco me-
diante pecunia in criminibus famoſis, ex tradi-
tis per *Capiblanc.de Baron.ſup.Pragm.*5.*n.*171.
& ſatis confirmatum videtur ex dictis per me
ſupra in concluſione verſ. hæſitatum fuit, & per
*Conſil.de Roſa reſolut.*11.*n.*9.*lib.*2.*reſol.crimin.*

Aliter tamen dicendum putarē, quando reus obti-
nuiſſet Gratiam à Principe, quia tunc nulla con-
35 trahitur infamia, nec confeſſio delicti, niſi illud
reus in ſupplicatione fateatur, *Boſſ. de remed.ex
ſcl.Princip.clem.num.*29.*Farinac.conſ.*127.*n.*8.
& in hanc ſententiam deſcendit idem *Capibl.
loc.cit.in fine*.

Itemque non laborare reum infamia, ſi culpa etiam
lata, & non dolo, alicujus præcedentis delicti
36 fuerit damnatus, *l.final. C.de ſuſpect.tutor.Car-
pzou.in prax.crim.part.*3.*qu.*135.*n.*55.

Dum ſtatuit quod declaratio indiciorum valdè ur-
gentium remaneat decernenda arbitrio Regio-
37 rum Tribunalium, facta relatione in Collatera-
li Conſilio, ut dixi in *Obſervat.ad hanc Prag.&
ad ſing.*334.*mei Genitoris à n.*3.*ad* 7.ubi ſuſtinui
diſpoſitionem *Prag.*2.*in* §.13.non poſſe ſibi præ-
ſcribere locum, niſi in indiciis indubitatis ha-
bentibus admixtam aliquam hæſitationem vir-
tualem juxta doctrinā *Barboſ.*de qua apud *Reg.
Rovit. deciſ.*63. *num.*10. quia ſi alias diceretur,
reſultaret illud maximum abſurdum, quod de-
poſitio unius teſtis de viſu, in cujus locum ſunt
ſubrogata indicia hæc ſatis urgentia, ſufficeret
ad damnandum reum pœna ordinaria contra no-
tiſſima juris principia, & contra traditionem
eruditorum Interpretum, & præſertim *Cujac.
in l.Theopompus* 14.*in fin. ff.de dote prælegat.&
Donell.in lib.*27. *commentar. ad l.Jurisjurandi,
C.de teſtib.* qui tradunt probationem neque ſe-
miplenam, neque indicium ad torturam induci
38 ex depoſitione unius teſtis de viſu, quorum
theorica intelligenda eſt non exiſtentibus aliis
conjecturis *Ant.Fab.in Cod.de teſtib.definit.*20.
*Anton. de Matthæis de crimin. lib.*48. *tit.*16.*de
quæſtionib.cap.*3.*num.*8.& *in tit.de læſa Majeſt.
cap.*4. *num.*6. ubi quod nec diverſum conſtitu-
tum eſt in *lege Julia Majeſtatis*, quod tamen
valdè dubium redditur ex deciſis penes *Fabr.
in eod.C.ad leg.Juliam Majeſt.definit.*4.*Revert.
deciſ.*42.quibus addimus quod neque per Prin-
39 cipis Conſtitutionem ſtatui poteſt, ut uni teſti
credatur ſi cum illo uno teſte nulla concurrunt
argumenta,quia eſſet ſtatuere contra æquitatem
naturalem, & actutoritatem ſacrarum legum, ut
doctè, & magiſtralitèr more ſuo advertit *Ant.
de Matthæis de crimin. lib.*48. *tit.* 15. *de probat.
cap.*3.*num.*1.& 4. videndus eſt *Reg. Revert.de-
ciſ.*188. ubi quod ſubſiſtente legitima cauſa po-
teſt Princeps ſtatuere, quod credatur teſtibus
ſingularibus; concordat *Raynald. obſervat. cri-
min.cap.*1.§.1.*ad* 7.*nu.*43.*lib.*1.

Prætereà accedit, quod cum inditiorum declara-
tio reponatur in arbitrio Regiorum Tribuna-
40 lium, adhuc remanet incertitudo, & dubietas
ſuper qualitate indiciorum declarandorum,quo-
rum declaratio eſt faciēda, & regulanda ex juris
diſpoſitione, vel ab approbatis *DD.*placitis, ut
ratiocinatur *Carpzou.in prax.crimin.p.*3.*q.*123.
*num.*31.*verſic.dixi.* Ideòque ob hanc incertitu-
dinem indiciorum ſatis urgentium requirentium
altiorem indaginem non poterit Judex decer-
nere pœnam ordinariam, quemadmodum ob
difficultatem cognoſcendi vera inditia indubi-
tata eligebatur pœna extraordinaria antè *Prag.*
12.*de offic.Judic.*ut conſtat ex traditis per *Reg.
Rovit.deciſ.*63. *num.*7. quod etiam procedere
hodiè in terminis dictæ *Pragm.* ſingulariter di-
xit *Baſilico deciſ.crimin.* 1. *num.* 2. quem refert

Raynald.obfervat.crimin.cap.21.§.4. & 5.n.46. tom.2.

Quæ adeò juri confona vifa fuerunt annis fuperioribus Reg. Coll. Conf. in caufa Jofephi Sanfone
41 inquifiti de tõfione monetę,quod noluit probare fententiam mortis contra eundem latam per M.C.nõ habendo pro inditiis fatis urgentibus à *Pragm.* requifitis depofitionem unius teftis de vifu, licèt non omni exceptione majoris, nec inftrumenta ad cudendum monetas, nempè forfex reperta cum fignaturis, vulgò *rebave; argenti incifi in forfice*, junctis aliis teftibus de fama, & rumore deponentibus, ut habetur apud *Confil.de Rofa in prax. decretor.part.1.c.8.n.15.* & apud *Reg. Ducem Vafti-Girardi in comment. fuper rit.274.à n.144.ad 153.*

Infuper teftes deponentes fuper dictis inditiis debent effe omni exceptione majores,quià indicia
42 fatis urgentia funt fubrogata in locum unius teftis de vifu fide digni, ut perpendit idem *Confil. de Rofa ibid. verf. alii verò*, videndus eft *Raynald.in obfervat.crimin.cap.21.§.4.& 5.nu.54. tom.2.*

Statuitur prætereà in hac *Pragm.* in §. incip. *A rifpetto*, ut teftis qui venit ad deponendum in hoc
43 crimine, quoties non accedit fpontè uti denuncians, nec patitur aliam exceptionem, nec eft particeps criminis, vel auxilium præftitit, tam antè,quam poft delictum, dicatur teftis integer, non obftante quod opponatur criminis fcientia per quam eft reus pœnæ Triremium ob revelationem non factam juxtà *Pragm. 2. in §.18. hoc titul.*

Unde hodiè ceffant contrariæ determinationes, & Doctorum authoritates, de quibus teftatur *D. Marefca de legib.publicor judicior. de leg. Cornel.glof.1.§.7.n.77. verfic.fi autem, fol.534.*

Sed nihilominus femper haberem pro fufpecto teftem examinatum fuper hoc crimine poft lon-
44 gum tempus à die commiffi criminis, quando erat confcius fabricationis monetæ, nempè quia fabricabatur propè ejus domum, nec ftatim denunciavit juxta exempla allata per *D.Calderò decif.Cathol.10.à n.45.ad* 48. ubi expendit *text. in l. 1. C. de falf.monet.* ubi excufatur Dominus domus, ubi fabricatur falfa moneta, fi cum primum fciverit, manifeftaverit, ibi: *Nifi Dominus antè ignorans, ut primum repererit, fcelus prodiderit perpetratum.*

Non exiftente tamen denunciante, teftis primus, qui reperitur examinatus habetur pro denun-
45 ciatore, & nullam fidem meretur, *Reg. Capyc. Latr.decif.179.à num.36.Andreol.controv.345. Reg. Dux Vafti-Girardi fuper rit.274.à n.101. tom.3.*

Prætereà dum in §. *ultimo* incip. *Et ultimamente* ftatuitur, ut omnes rei de hoc crimine damnati
46 ad pœnam aliquam extraordinariam Triremium, relegationis, vel carcerationis,finita condemnatione teneantur exfractare, & difcedere à Regno, obfervandum erit, quod hodiè ceffant contraria exempla allata per *D. Marefca in tractat. de legib.public.judicior.in tit. de pœnis non capital.glof.3.à num. 41. cum fegq.* ubi fcribendo ad interpretationem *Pragm.19. in §.1.* illam non procedere exiftimavit contrà illos, qui tormenta paffi, deindè ad triremes damnati extiterant, quià delicto punito ceffat ratio *Pragm.*

Infuper per hanc *Pragm.in §.incip.Et effendofi danoi*, prohibetur extractio quarumcumque mo-
47 netarum, auri, & argenti hujus Regni, & necnon dublarum Hifpanarum,& zecchinorum Venetorum fub pœna mortis naturalis, & amiffionis monetarum, quæ extenditur ad complices, & fautores, & ad Dominos Navis, qui incidunt etiam in pœnam amiffionis Navium, vulgò *Vafcelli*, dummodo fcientia plenè probetur quoad infligendam pœnam ordinariam, & indicia fufficiant ad pœnam remigii vita durante, & amiffionis bonorum.

Hęc *Pagm.* eft confirmativa aliarum *Pragm.* quatenus prohibet extractionem monetarum de
48 Regno, & Hifpanarum, ut habetur in *Pragm. 10. 14. 16. 19. & 23. fub tit. de Extraction.* ubi declaratur delictum extractionis confumatum eo ipfo quod interceptæ fuerunt monetæ fuper Navigiis, & per terram delictum declaratum commiffum quando extrahens fuerit repertus propè fines Regni.

Quatenus mandatur intercipiendam effe etiam Navem repertam oneratam cum mercibus, feu
49 rebus extrahi prohibitis obfervandum, quod ad hoc, ut dicatur confumatum delictum quoad Dominum Navis requiritur, ut Navis exierit à Portu abfque debitis expeditionibus, ut advertit *Dom.Reg. de Marin. in obfervat. ad decif.552.Reg.Revert. à num.4. ad 7.* ubi aliter judicatum refert, quando adfit dolus Domini Navis, qui cępit iter agere,& tùnc exiftentibus extrahentibus in confeffo pro declaratione in-
50 tercepti fufficit citatio Domini Navis ad dicendum caufam quare Navis, & bona ibi onerata non debeant declarari in commiffum incidiffe.

Dum hæc *Pragm.* mandat fcientiam effe plenè probandam quoad infligendam pœnam ordinariam, & indicia, & præfumptiones fufficere ad damnandum pœna extraordinaria triremium, & amiffionis mercium advertendum erit, quod
51 per aliam noviffimam *Pragm.* quæ fupervenit de Anno 1696. impartitur majus privilegium probationibus criminis extractionis, ad quod probandum ftatuitur fufficere folam depofitionem denunciantis juncta depofitione unius integri teftis, & non exiftente denunciante fufficere duos teftes fingulares in tempore, & in circumftantiis ejufdem facti,& in defectum hujus probationis effe admittendas præfumptiones, & indicia à jure approbata in fimilibus delictis difficilis probationis, & non obftante quod deficiat corpus delicti poffint rei damnari

in

Digitized by Google

in pœnis in dicta *Pragm.* statutis, excepta pœna mortis, ad quam deveniendum esse decernitur ex plenis probationibus, & facta relatione in Coll.Conf.

Hac tamen Regia Sanctione non obstante adhuc debere constare de corpore delicti contra ex-
52 trahentes pecuniam, & in cœteris criminibus extractionis, in quibus requiritur fragantia, *diximus in Observat.* 396. *à num.* 2. scribendo ad intelligentiam ejusdem *Pragm.* ad quorum confirmationem nunc addimus, crimen extractionis dici consumatum per terram, eo ipso, quod fuit inventus pecuniam extrahens in confinibus Regni, & per mare reperta pecunia super Na-
53 vi, ut disponit *Prag.* 23. *sub tit. de extractione.* ibi: *che si debbia intendere consummato il delitto dell'estrattione di dette monete per mare, eo ipso che sarà ritrovata la moneta sopra li Vascelli, ò sopra le persone imbarcate in esse, e per terra s'intenda consummato il delitto dell'estrattione, quando sarà ritrovato l'estrahente della moneta in luogo vicino alli confini.* Verum non sufficere interceptum repertùm esse in Civitate Fundorum, vel Gaetæ, ex quo extrahens poterat se pœnitere, cum adhuc non pervenerat ad confinia Regni, determinavit Reg.Cam. de Anno 1656. per decretum generale 692. apud *de Marinis, & diximus in observat. ad sing.* 397. *nu.* 6. *Consil. Rocc. de offic. de privileg. crimin. extract.* §. 1. *nu.* 32. *cum seqq.*

Igitur antè omnia constare debet de corpore delicti consumati per depositionem testium, &
54 peritorum deponentium de qualitate monetarum extrahendarum, & de earum impressione, & valore, juxtà tradita per *Mauson. de contraband. quæst.* 4. *num.* 4. maximè concurrente apprehensione, & fragantia, à qua est inseparabilis cognitio corporis delicti, maximè quando dicta qualitas expressè à statuto non fuit exclusa, ut consideravimus in *locis cit. nu.* 5.

Circa probationem in specie adhuc in facti contingentia in dubium verti poterit, si sat sit ad
55 condemnandum, depositio unius integri testis. cum denunciante, qui habetur loco accusatoris ex his, quæ *diximus vers. sabstulit cum Anton. de Matthæis de crimin. lib.* 48. *tit.* 15 *de probat. cap.* 3. *nu.* 1. *&* 4. Idemque dicendum putavimus respectu duorum testium singularium, quià minus probant mille testes fragantes, quam unus ex latè traditis per *Farinac. de testib. quæst.* 66. *à num.* 39. *cum seqq.* & in quibus casibus, & cum quibus circumstantiis testibus singularibus cre-
56 dendum sit, *diximus in Observat. ad sing.* 301. *nu.* 3. quamvis hoc crimen extractionis posse concludentèr probari ex testibus singularibus conetur fundare, tùm ex DD. authoritate, quam ex dispositione nonnullarum *Reg. Prag. Consil. Rocc. de offic. de privileg. crim. extract.* §. 1. *n.* 27.

Respectu pœnæ ordinariæ summa est prudentia, & ratione fuit statutū nō esse ad illam deveniendū
57 nisi ex plenis probationibus, & facta relatione in Coll. Conf. ad finem decernendi, si ex circumstantiis, vel qualitate inquisitorum pœna mortis exequenda, vel commutanda foret in pœnam relegationis per decennium, & ducatorum sexmille cum suspensione jurisdictionis respectu Nobilium, & triremium per tantundem respectu ignobilium, quià pœna mortis non servabatur, & potius quoad terrorem, quàm quoad executionem imposita videbatur, ut *dixerat Dom. Reg. Tap. in Pragm.* 12. *de extract. lib.* 7. *jur. Regn. & Dom. Consil. Rocc. de offic.* §. 14. *in tit. de modo procedend. à num.* 82. *cum seqq.* ubi ex exemplis cumulatis videtur inducta consuetudo judicandi in Regia Juncta pro pœna extraordinaria relegationis, vel triremium per decennium, unde secundum dictam Consuetudinem judicandi videtur profluisse hujus legis determinationem Et cum eadem judicādi consuetudine debent quoque Judices hodiè se conformes reddere, nè adversentur Capitulis, & Privilegiis huic Civitati, & Regno concessis à *S.C. Majest. Carol. V. Anni* 1554. quibus cavetur, ut pœnæ impositæ per antiquas *leges* communes, *Constitutiones*, & *Pragmaticas* Regni, non possint alterari, & immutari sublato quovis abusu, ut habetur in *cap.* 5. *fol.* 153. & in *Pragm.* 1. *de pœnis*.

OBSERVATIO XXXI.

SUMMARIUM.

1 *Pœna mortis statuitur per hanc* Pragm. *contra auxilium præstantes Servis, seu Mauris aufugientibus per Mare ab hac Civitate*.

2 *Pœna celantis servum de jure communi est*, de Servo corrupto, vel de furto, vel Legis Fabiæ de Plagiariis.

De Nautis. Pragm. I. & II.

Essendosi per esperienza, &c. Ritrovandosi tanto in questa Città, &c.

STatuitur pœna mortis naturalis contra præstantes auxilium Servis, seu Mauris fugientibus ab hac Civitate, & injungitur pœna triremiū per triennium contra Nautas relinquētes Cymbas, seu Navigia nocturno tempore absque custodia.

Exorbitat pœna hujus *Pragmaticæ Primæ* ab illa imposita à Jure communi, & à *Constitutioni-*
1 *bus Regni*, ut advertit *Rovit. in Commentar. ad eandem Pragmaticam num.* 2. nam per *text. in l. unic. C. de Coron. Illyrian.* tenetur ad quadruplum recipiens scientèr servum, & adversus sollicitantem, vel occultantem servum alienum datur actio de servo corrupto, & etiam de furto,

to, ex *text.in l.4. C.de furtis*, *& servo corrupto*, & per *tex.in l.4. & 7.C.de servis fugitivis*, damnantur pœna tantum pecuniaria suscipientes servos fugitivos, & his, qui fugitivo iter monstravit, vel fugitivum servum cęlavit ne appre-
2 hendere eum Dominus posset, tenetur *Lege Fabia de Plagiariis*, ut statuit *text. in l. non statum 6. §. ult. ff. ad leg.Fab.de plagiar.* de hoc latè, & eruditè pertractat *Dom. Raphael Vilosa de servis fugitivis cap.15.à num.1. cum seqq.to. 1. & Bruneman.in comment. ad Cod. lib. 9. tit. 20.* & propriè ad *text.in l. si quis servum 12. ad leg.Fab.de Plagiariis*, ubi quod scientèr cælans servum fugitivum cum rebus furatis tenetur civilitèr ratione rerum furto subtractarum, & criminaliter propter ipsum servum cælatum.

De his Regiis Sanctionibus memor fuit *Angel. Scial.in prax. forjudic. cap.3. num.122.* & super *Constitutionib.Regn.incip.Servos,& Mancipia*, aliqua adnotavit *Reg.Tap.lib.6. Jur.Regn.tit.5. de Servis fugitivis*.

OBSERVATIO XXXII.

SUMMARIUM.

1 *Portus definitio affertur.*
2 *Jus portus est de Regalibus, quoad jurisdictionem, & protectionem.*
3 *Vectigalia ex portu provenientia sunt in duplici specie.*
4 *Anchoragii jus an debeatur si Navis vi ventorum, vel timore hostium appulerit ad Portũ.*

De Nautis. Pragm. IV.

Facta relatione in Coll. Conf. &c.

Portus omnes existentes in locis dishabitatis hic expressis tolluntur, & clauduntur.

Portus est locus conclusus, sive statio naturalis, ubi Naves tutò stare, mercesque importari, & ex-
1 portari solent, *l.1.§.13.ff.de flumin. l.59.ff. de verb.signif.* & ibi *DD*,

Observandum igitur erit, quod jus Portus est de Regalibus, quoad jurisdictionem, & protectio-
2 nem, *Capyc.in invest.feudal.in v. Portus, vers. & vide gl.* ubi dixit, quod apertura, & clausura Portus inhæret Regiæ dignitati, comprobat *Horat.Montan.de Regal.verb.Portus nu.3.in fine*, qui advertit, quod nullus Baro, vel Civitas Regni potest construere novum Portum, cum ad Regem spectet *Borrell.de præstant.Reg. Cath. cap. 9. num. 61.* Vide ad materiam *Solorzan.de Indiar. Jure lib.3.cap.4.nu.50. tom.1.* accedit *Card.de Luca de Regal.disc.130. num.10. & 11.*

Vectigalia ex Portu provenientia duplicia esse solent. Unum quod appellatur jus anchoragii;
3 alterum jus exituræ, ut post *Montan.& Capon. discept.forens.313. cap.2. num.25.* latè habetur apud *Dom.Aget.in annot.ad decis.Reg.Moles, §. 6.de jur.Dobanar.ad memb.3.nu.11. tom.1.*

Jus anchoragii an debeatur si navis coacta ex vi ventorum, vel timore hostium veniat in Por-
4 tu, vide negativè apud eundem *Montan. nu.2. vers.si autem*, & adest *Ritus Reg. Cam.* quem confirmatum pluribus decisionibus refert *Cons. Rocc.respons.37.tom.1.& de offic.in §.6. de Navi onerat.frument.num.4.5.& 6.*

OBSERVATIO XXXIII.

SUMMARIUM.

1 *Verba* Michael.Baudrand in sua Geograph. *afferuntur circa commercium cum subditis Provinciæ unitæ, seu Hollandiæ.*
2 *Hollandiæ Provinciæ sunt formidabiles, quia totum Terrarum Orbem percurrunt.*
3 *Afferuntur verba* Famian.Strad.d.c.t.lib.1.

De Nautis Pragm. VI.

Philippus Dei Gratia Rex, &c.

In hac *Pragm.* traduntur ordinationes circa navigationem, & commercium cum subditis Hollandiæ, quæ fuerunt factæ ad explicationem
1 Capitulorum pacis initæ in Anno 1648. in Villa Monasterii, quæ vulgò dicitur *de Munster*.

De hac confęderatione verba facit *Michael Baudrand in sua Geograph. verb. Provinciæ unitæ Belgii, seu Belgium unitum, & federa-*
2 *tum* sub his verbis: *Sunt Provinciæ Septemptrionales Belgii, quæ alias suberant Dominio Regis Hispaniæ, eique obvenerant partim ex hereditate Caroli ultimi Ducis Burgundiæ. Sed dum severius animadvertit Philippus Secũdus, eas ad defectionem impulit, qua instituto Dordraci ordinum Conventu, Regem Hispaniæ Principem suum ejuravere die 26. Julii A.1581. & se in libertatem vindicarunt auxilio Francorum, unde enata bella, quæ tandem sopita sunt pace Monasteri Westalarum Anno 1648. qua Hispaniæ Rex Provincias istas planè liberas pronunciavit, in qua nihil juris ipse haberet.*

Provinciæ istæ unitæ Belgii habent loca, nedum in Aphrica, sed Insulam in America, & Moludas in Mari Indico, & alias in ora occidentali Indiæ intra Gangem, adeoquod dum hodie totum terrarum Orbem percurrunt, sunt satis for-
3 midabiles, ut sine ratione dixerat *Famian.Strad. decad.1.lib.1. Quæ verò ignota Marium littora, quasve definentis Mundi oras scrutata non est Belgarum Nautica. Nimirum quanto illas natura intra fines Terrę contractiores inclusio, tanta ampliores ipsi sibi aperuere Oceani campos,*

quos

quos subigerent incolerentque Belgii velut pomeria prolatantes.

Cœtera de Belgarum gestis in Mari sub Carolo V. & ejus filio Philippo II. usque ad fatale bellum Belgi motus, & de Indiæ Orientalis societate in Belgio fœderato illiusque potentia videnda sunt apud *Jul.Pac.Hugon Grotium, & alios in dissertationibus de dominio, & imperio Maris cap.19. & cap.21.*

OBSERVATIO XXXIV.

SUMMARIUM.

1 *Protocolla quomodo sint conficienda, & registranda.*
2 *Protocolla Notariorum mortuorum, & absentium sunt asservanda penès Notarios viventes.*
3 *Notarii tenentur ex officio conficere protocolla.*
4 *Instrumenta non redacta in Protocollis, sed in Schedulis, Cartulis, Fasciculis, & Filsis reassumi non possunt, & quid si continerent signa publici Instrumenti, cum clausula actum, num.5.*
6 *Statutum potest esse receptum, quoad unum caput, & quoad aliud non usu receptum.*
7 Pragm.13. in §.15. de Notar. *est derogatoria Juris communis. Reipublicæ interest, ut Protocolla conserventur penès personas publicas, & num.*8.
9 *Protocolla quomodo conserventur in Gallia per legem latam à Carolo IX.*
10 *Notariis attestantibus extraxisse scripturas à Protocollis existentibus penès ipsos Notarios, an sit credendum, quando scripturæ extant penès hæredes Notariorum defunctorum.*
11 Pragm.11. sub hoc tit. *ponderatur.*
12 *Notarius cogitur ad exhibitionem Protocollorum, quæ proponuntur existere penès hæredes Notariorum mortuorum.*
13 *Exhibitio Protocolli potest decerni per Judicem ex officio ob falsitatis suspicionem.*
14 *Notarii asserentes jure jurando amisisse Protocolla, an excusentur non probato casu amissionis, & qua pœna plectantur.*
15 *Protocolla reperta penès partem, vel penès tertium nullam probationem inducunt.*
16 *Et an instrumenta à dictis Protocollis extracta dicantur authentica, & an possint in Regno reassumi ad formam* Const.Regni.
17 *Instrumenta ad hoc, ut legitimè extrahantur à Protocollis Notariorum mortuorum, vel absentium, requiritur partis citatio, & de ratione.*
18 *Praxis quomodo recepta se habeat in Civitate Neapolis, refertur.*
19 *Instrumenta, & scripturæ, quæ Neapoli producuntur cum attestatione Notariorum Regni, asserentium illas extraxisse à Schedis Notariorum mortuorum nullam faciunt probationem, originalibus non exhibitis, vel non exemplatis copiis, parte citata.*
20 *Instrumenta confecta extra Regnum ad hoc, ut probent in Regno, quomodo sunt producenda.*

De Notar. Prag.III. & Prag.XIII.

Constitutiones Div. Friderici, &c. Habbiamo inteso, &c.

In §. incip. *Quinto siamo informati, &c.*

P*Ragm.*3. renovando *Constitutionem Bajulos* præcipit Notariis, ut infra dies octo à die
1 rogationis describant contractus in Protocollis, ordinatè, & clarè, & quod singulis semestribus debeant præsentari in Archiviis.

*Pragm.*13. renovandas jussit hanc *Prag.*3. & cœteras præcedentes, & respectu contractuum
2 celebratorum per totum Annum 1648. jussit fieri registrationem in Protocollis, ad effectum, ut præsentarentur in hac Civitate coram spectabili Præside Sac. Conf. & in Civitatibus Regni coram Visitatoribus deputandis ab eodem Præside S.R.C. Nec non eadem *Pragm.* mandavit in §. 5. ut scripturæ, & Protocolla Notariorum mortuorum, & absentium consignentur Notariis viventibus, qui nullo modo valeant ab illis extrahere copias, dum existunt penès hæredes Notariorum mortuorum, maximè si dicti hæredes sint personæ Ecclesiasticæ sub pœna nullitatis actus.

Non sine ratione fuerunt promulgatæ dictæ leges, quia non existentibus Protocollis innumeræ suboriri possent falsitates in periculum Reipublicæ, & ideò Notarij tenentur ex officio conficere Protocollum, quemadmodum jurant in principio officii, ut ex *Joann. And. Hostiens. Felin.* & *Franc. Marc.* docet *Mascard. de probat. conclus.* 1099. *num.* 25. & 31. ubi advertit puniri Judicis arbitrio Notarium, non servantem penès se Protocollum.

Aliud absurdum, quod oriri potest ex non extensione scripturarii in Protocollis versatur cir-
3 ca fidem scripturarum, quæ semper, quod non reperiuntur in Protocollis, sed Schedulis, Cartulis, Fasciculis, Filsis, seu foliis volantibus Notarii mortui, non erit locus reassumptioni In-
4 strumentorum ad formam *Const. Regn.* juxtà exempla apud *Consil. Rocc. in respons.* 12. & 13. & praxim per *Nos* traditam *in prax. præsentat. Instrumentor. cap.*14. à *num.*565. *ad* 568. quæ praxis fallit quando instrumenta non redacta in Pro-

Protocollis continerent signa publici Instru-
5 menti cum clausula, *actum*, quia tunc non ob-
stantibus his nostris legibus mandantibus In-
strumenta inprotocollari, Instrumenta possunt
redigi in forma probante, ut ex *Rot.Roman.* &
Dom. de Luca tradidimus in *citat. nostra prax.
num.*562.

Et quamvis hæc *Prag.*3.statuat, quod instrumenta
registrentur in Archivio publico, & in hoc non
sit usu recepta, nihilominus manet in viridi ob-
6 servantia, quoad caput redactionis rogationum
in Protocollis, nam unica lex, sivè Statutum,
potest bene esse receptum quoad unum caput,
& quoad alia capita abolitum, & non receptum
Navarr. in cons. 1. *num.* 1. & 2. *de Consue-
tud. lib.*1. conferunt tradita per *Campan. resol.
5.nu.*3.

Pergimus ad *Prag.*13.*in*§.5. & observamus, quod
salutaris Reipublicæ fuit illius decisio, cum qua
7 fuit derogatum Juri communi, quo cavebatur,
ut Protocolla Notariorum remanere deberent
penès hæredes per *tex.in Authent. de desec.Ci-
vit.*§.*quæ verò aguntur Guid.Pap. decis.*19.*n.*6.
8 quem refert *Camill. Borrell.* infra citandus, si-
quidem intererat Reipublicæ, quod Protocolla
conservarentur penès personas publicas, & non
penès hæredes, penès quos fideliter asservari
non poterant.

Consimile Statutum extat in Gallia, ubi per legem
latam per Carolum IX.Regem in Comitiis Au-
9 relianensibus fuit provisum, quod mortuis No-
tariis, Protocolla, & scripturæ in illorum hæ-
reditate reperta prævio Inventario consignen-
tur Actuariis, & Graffariis Judicum ordinario-
rum loci, & quod pars dimidia emolumento-
rum spectat ad Notariorum hæredes, & alia
medietas, ad Actuarium, quemadmodum fuit
provisum in hoc Regno per *Pragm.*11. *sub hoc
tit.* ex *Guidon Pap. dec.Delphinal.*2. docet *Ca-
mill. Borrell. in summ. decis. tit.* 18. *de fide In-
strum.num.* 276. *qui num.* 277. advertit, quod
Protocolla asservari admodum Reipublicæ in-
terest.

Amplia dispositionem hujus *Pragm.* ut procedat
etiam si Notarii viventes testentur extraxisse
10 scripturas à Protocollis penès ipsos existentes,
quando revera Protocolla existunt penès hæ-
redes Notariorum mortuorum, cum quibus pas-
sim in Regno Notarii colludere solent, & non
constat de consignatione scripturarum facta
prævio Inventario, & servata forma hujus *Reg.*
11 *Pragm.* & *Pragm.*11. *sub hoc tit.* quæ hoc ex-
pressè voluisse videtur sub illis verbis: *Ordinan-
do ancora à tutti, e qualsivogliano Notari del
presente Regno, che non debbiano in modo alcu-
no estrarre fede, nè autenticare niuna scrittura
da' Protocolli, nè da altre qualsivogliano scrittu-
re d'altri Notari morti, ò assenti, l'originali de'
quali stanno in potere d'altre persone, mà debba-
no solamente estrarne fede, & autenticare quel-
le scritture, che si troveranno in potere d'essi No-
12 tari, sotto pena di falso à chi contraverrà.* Un-
de semper, quod contingeret mihi casus produ-
ctionis talium scripturarum suspectarum de
existentia penès hæredes Notariorum mortuo-
rum, vel penès tertium non Notarium, consule-
rem Parti, contra quam fuit productum Instru-
mentum, ut instaret esse compellendum Nota-
rium ad exhibitionem Protocolli, quo non
exhibito nequaquam probaret, *Sanfel.dec.*182.
13 *tom.*2. quod Jure fieri potest, tam Parte peten-
te, quàm ex officio Judicis existente suspitione
falsitatis, juxtà praxim receptam in S. C. apud
*Franc.decis.*194.*Reg.de Marin. lib.*1.*suar.resol.
cap.*184. *num.*4. & 5. & *ad Reverter. observat.*
320.*num.*.. & *alleg.*37.*n.*7.*lib.*3. *alleg.divers.*
latè *Parex.de univers.Instrum.edit.tit.*7.*resol.*8.
*nu.*16. & 18. ubi quod Notarii tenentur ex ne-
cessitate officii ad editionem Protocolli penès
illos existentis, adeòut, nec Jurejurando se
14 excusare possunt amisisse, nisi plenè casum amis-
sionis docuerint, quo casu non probato erit lo-
cus torturæ, vel pœnæ extraordinariæ contra
Notarium, *Gait.de Credit.cap.*3.*tit.*1. *à nu.*764.
ad 770.

Ampliatur secundò, ut dispositio *Pragm.* præ-
scribat sibi locum, etiam in casu quo Protocol-
15 la, & Instrumenta Notarii mortui reperiantur
penes Partē, aut ab ipsa producantur, vel penès
aliquem tertium, quia nullam probationem in-
ducerent, nec instrumenta à dictis Protocollis
extracta dicerentur authentica, ut contra *Aze-
ved.* resolvit *Parex.de Instrum. edit. tit.*1. *resol.*
3.§.1.*num.*64. & *tit.*7.*resol.*8.*num.*16. & 17. & in
16 Regno quoties Protocolla reperiuntur penès
aliquem, non potest peti Instrumentorum reas-
sumptio, quamvis constet, quod sint manu No-
tarii confecta, per doctrinam *Lucæ de Penn. in
l.si rura. C.de omn. agr.desert.* notavit *Ant. Ca-
pyc.in invest.feud.vers Actor.Magistros.fol.*120.
*col.*1.*vers.* & *licet in fine*, & ratio, quæ assignari
potest, illa est, quod Protocolla semper, & ubi-
que stare debent penès Notarios, etiam Jure
communi attento, per *text.in cap. quoniam con-
tra de probat.* & *cap. fin.eod.tit.* longa manu cu-
mulati per *Parex.de Inst.edit.cit.tit.*1.*resol.*3.§.1.
*num.*42.

Postremò adnotandum erit, quod ad hoc, ut in-
strumēta dicantur legitimè extractaà Protocol-
collis Notariorum mortuorum, vel absentium,
17 requiritur, ut adhibeatur citatio Partis, *Bor-
rell.in summ.decis.tit.*44.*de citat.nu.*176.*tom.*1.
& *tit.*18.*de fide Instrum.nu.*179. *tom.*3. & hoc
nedum propter timorem falsitatis ex *Galupp.in
prax.par.*2.*cap.*7. *num.*13. & 14. sed etiam, quia
non creditur Notario conservatori extrahenti
copiam de Instrumentis ab aliis Notariis roga-
tis, *Reg.Sanfel.decis* 182.*nu:*1.*tom.*2. Et quam-
vis cōtrarium videamus in praxi servari, tamen
hanc praxim admittendam tantummodò puta-
rem

Digitized by Google

18 rem cum Notariis Civitatis Neapolis, quorum
Protocolla, quamvis non ab ipsis confecta possunt libentèr à Partibus recognosci per propriã ocularem inspectionem, quod cum non contingere possit in scripturis à Regno venientibus, ipsis censeo nullam esse præstandam fidem, nisi originalibus exhibitis, vel Partibus in exemplificatione citatis de mandato Judicis, juxtà monitum *Anton.Fab.in C.lib.4.tit.16. def.12. de fide Instrum.* Scire enim non possumus si instrumẽta in Partibus existentia reperiantur extensa in Protocollis Notariorum mortuorum, & si ibi-
19 dem reperiantur descripti testes, vel scripturæ
reperiantur in fasciculis, filsis, cartulis seu foliis volantibus, & si testes in Instrumento notati sint mortui, quo casu scriptura nullam haberet firmitatem, & esset recurrendum ad Coll.Cons. ut remitteret negotium decidendum à Spectabili Præside S.C. Vice-Prothonotario, vel ad S.C. instructo processu; juxtà ea, quæ diximus *in nostra prax.cap.4.num.568.& 569.*

Et quid in scripturis venientibus in hoc Regno ab alio Regno, videndus est post *Affl. & Caravit. rit.280.Consil.de Georg.alleg.33. nu.1.* & quod
20 debeant adduci literæ testimoniales, seu lega-
litatis, quod ille, qui confecit Instrumentum extra Regnum erat Notarius, & quod per ipsum fuit scriptum, *Borrell.in summ.decis.tit.18. de fid.Instrum.num.106.& tit.59.de Instrum. execut.à nu.125.ad 127.* & requiri subscriptionem testium, innuit *Horat. Mont.de Regal. v. Potestas constituend.Magist.nu.11.in fin.*

OBSERVATIO XXXV.

SUMMARIUM.

1 *Banci publici aperiri non possunt in hac Civitate, nisi ex Regia facultate, & præstita cautione ducatorum centummille, & quæ continere debeat ista fidejussio, n.2. Et an possit probari sine scriptura actus fidejussionis, num.3.*

4 *Creditores Banci ex causa depositi non præferuntur Creditoribus hypothecariis, & nu.6.*

5 *Creditores societatis in actione personali præferuntur Creditoribus sociorum etiam hypothecariis anterioribus.*

7 *Deposita penès Ædes Sacras an sint deposita regularia.*

8 *Creditores ex causa depositorum extantium, num præferantur creditoribus anterioribus.*

9 *Resolutio capta per Gubernatores Sacræ Domus A.G.P. confirmata per Collat.Consil. refertur.*

De Nummulariis. Pragm. II.

Per parte delli Magnifici Eletti, &c.

PRovisio hujus *Pragm.* mandantis, ut non aperiatur Bancus publicus in hac Civitate, nisi præstita idonea cautione ducatorum cen-
1 tummille laudatur per *Card.de Luc.de credit.& debit.disc.25.num.13.& 25.* ubi miratur cur in Urbe non fuerit id animadversum.

Ista fidejussio pro observantia istius Reg. *Pragm.* præstabatur ab illis personis, quæ ante, & post Annum 1553. volebant assumere onus Bancherii publici in hac Civitate, quemadmodum fe-
2 cerunt illi de Mari, & Citarella, & Franciscus
Biffoli, de quibus loquitur Regia *Prag.& Reg. Rovit.decis.28.num.1.* & de Ravascheriis scripsit *Reg.de Ponte cons.56.lib.1. ubi num.14.* advertit, quod dicta fidejussio præstabatur quoad deposita regularia, & irregularia, & necnon promittebatur redditio computorum, cum reliquorum restitutione, nedum in beneficium Regiæ Curiæ, sed omnium, & quorumcumque negotiatorum, & deponentium pecuniam in dicto Banco, adeòut postmodum non vidimus, nec legimus dictas fidejussiones fuisse præstitas per illas Sacras Ædes, in quibus exercetur munus Banci publici in hac Civitate, siquidem in stipulatione
3 forma fidejussionis consistit, & sine scriptura,
fidejussio non probatur, *Brunneman. in comment.ad text.blanditus 22.Codic.lib.8.tit.41. de fidejuss.Loffred.cons.32.num.28.Ann.sing.212. Manent.decis.60.num.12. Anton. de Ball.tract. var.lib.4.de quæst.partic. qu.4.à num.33.ad 37.* ubi quod requiritur, quod fidejussio sit extensa, & non sufficit, quod legatur; *notatur quod talis fidejussit.*

Hinc fit, quod ex hac Regia provisione maximè nulla apparẽte stipulatione Notarii ulla videtur
4 tributa hypotheca Creditoribus depositariis Bã-
ci, seu Domus, adversus Creditores hypothecarios ejusdẽ Bãci, ut cernitur ex latè discussis per *Horat.Mont.de Regalib. §.Argentariæ n.25.& 26.vers.nec dicant Creditores,& vers. demũ depositarii, & vers.reassumendo*, ubi respondet ad decisionem S. R. C. factam de Anno 1589. in causa Creditorum Vollari, Solarii, & Compostę, cujus decisionis vera ratio decidendi illam fuisse fatendum erit; Ex quo Sac. Cons. in illa facti specie habuit Creditores depositarios Banci, uti Creditores societatis; & Creditores hypothecarios, uti Creditores sociorum, nempe illorum Mercatorum, qui vocabantur Vollari, Solari, & Cõposta penès quos exercebatur Domus Bancaria, unde nil mirum si S.C. dedit prælationẽ Creditoribus societatis, etiam in actione personali contra Creditores sociorũ cum hypotheca; quia vera est DD. conclusio, quod Cre-

ditores societatis in actione personali præferuntur Creditoribus hypothecariis sociorum in bonis societatis, etiam ex contractu ante societatem confecto, juxtà tradita per *Merlin. de pignoribus lib.4.tit.1. qu.41.num.20. cum seqq. Rocc.de societat. notab.83. n.169.* & alios longa manu cumulat *Consil. de Altimar. de nullitat. contract.rubr.1.par.2.qu-25.à nu.168.cum seqq.*

Sed quando in Regno nostro prætenderetur inducta aliqua hypotheca legalis in beneficium
5 Creditorum Bancheriorum, prout viget in Hispania ex particularibus illius Regni Constitutionibus, de quibus apud *Peguer. decis.38. & Fontanell.de pact.claus.15.gl.16.par.7. n.12.* esset regulanda cum distinctione depositi regularis, & irregularis, & inter Creditores æque Chirographarios, non autem hypothecarios, juxtà intelligentiam *Cuman.in l.si ventri,& Castr.in l.si hominem*, & aliorum apud *Card. de Luca cit.disc.25.num.18.& 19.* & hanc eandem distinctionem ex Regnicolis agnoverunt idem *Pont.cons.56. & Reg. de Marin. in observat. ad Reg.Revert.observat.ad decis.367. num.3.4. & 5.lib.2.* & quamvis in terminis accedat ad favorem Creditorum ex causa depositi *Card. de Luca in disc.68. in eod.tract. de debit. & cred.* fir-
6 mans deposita facta penès Bancos erectos apud Ædes Sacras à publica authoritate præseferre speciem depositorum regularium,& sacculorum obsignatorum continentium pecunias omnium deponentium, quamvis invicem commisceantur cum aliis Banci, & ipsorum deponentium, ejus doctrina intelligenda venit pecuniis depo-
7 sitatis extantibus, quia illis consumptis,vel confusis,deponens prior in tempore præfertur aliis privilegiatis Creditoribus in tempore posterioribus non tamen illis Creditoribus habentibus hypothecas anteriores,ut ex *Amat.Rodriq.* probat *Gait.de Credit.in append. ad cap.4. nu.124. vers. & si pecunia*, & ex eruditis scriptoribus idem sentire videtur *Duaren.in tit.de priv.Credit.& tit depos.vel cont.cap.4.vers.aliud singulare est*, ubi quod debent habere parem causam Creditores ex causa depositi,cum Creditoribus fœneratoribus, seu privilegiariis.

Hæc omnia fuerunt in controversiam deducta, & plenissimè discussa in Collaterali Consilio inter
8 Creditores hypothecarios, & chirographarios Banci Sanctissimæ Annunciationis hujus Civitatis,occasione decoctionis illius secutæ Anno præterito 1702., sed articulus ob illius gravitatem non fuit adhuc decisus; Uerum prævio Edicto publicato per Gubernatores Sacræ Domus A.G.P.& confirmato per Collaterale Consilium,fuit injunctum,ut æqualiter concurrerẽt, nulla habita consideratione prioritatis, sed major pars Creditorum Chyrographariorum hujusmodi determinationi non adhuc acquiescendum putavit, sed obtinuit à Collaterali Consilio sub die 3. Julii Anni 1703. *Quod si infra mensem tam Creditores Apodixarii, quam alii creditores S.Domus non se concordaverint procedatur ad decisionem causæ principalis, & interim nemini fiat liberatio*, unde pẽdet decisio ferẽda per idẽ Coll. Cons. Patrocinium præstantibus præstantissimis Causarum Patronis, nempe pro creditoribus cum hypotheca D. Francisco Nicodemo, & Andrea de Marinis,& pro Creditoribus Chirographariis D.Dominico Caravita.

OBSERVATIO XXXVI.

SUMMARIUM.

1 *Observantia* Pragmaticæ 7. de Nummul. *fuit novis prohibitionibus demandata per novissimam* Pragm. *editam* sub die 12. Decembris 1701. *cujus verba inseruntur, & nu.2.& 3.*

4 *Pœna mortis statuitur contra facientes introitus vacuos absque numeratione pecuniæ in Banco.*

5 *Furtum facit, qui simulat esse Creditorem.*

6 *Capserii convertentes in usum proprium pecuniam Bancorum plectuntur pœna mortis, & quid Jure communi attento, num.7.*

8 *Remissione, pace, seu transactione inita inter accusatorem, & reum, an sit locus pœnæ ordinariæ ad Fisci instantiam, & quid in praxi servetur, num.9.*

Et quid inita concordia cum protestatione redeundi ad accusationem non satisfacto interesse passo, num.10.

11 *Nummularii, & complices in delictis per eos commissis num gaudeant indultu.*

De Nummul.Pragm.VII. & VIII.

Al tempo della riforma de' Banchi, &c.

PRohibetur Bancheriis, & Officialibus Bancorum scribere,& introitare in libris Banci quãcumque summam realitèr non numeratam de contanti, non obstante assignatione, seu cessione Cedularum aliorum Nummulariorum, vulgò *Polisa di riscontro*, sub pœna remigationis per triennium, & alia reservata ad arbitrium Proregis.

Hæc *Pragmatica* cum abiisset in desuetudinem, supervenit sub die 12. Decembris 1701. novissima edita per Ducem Medinæ Cœli hujus
1 Regni Gubernium sustinentem, per quam novis prohibitionibus additis fuit renovata illius observantia, & aucta pœna triremium usque ad ultimum supplicium, ut patet ex illis verbis; *E quel Creditore, che tenendo danaro in un Ban-*
2 *co, ò in suo nome, ò giratolo da altri, vorrà introdurlo in altro Banco, debba prenderselo de contan-*

tanti, e doppo farne introito dove li piace, altri-
mente tali Creditori contravenendo in traspor-
tare il loro danaro per mezzo di polise, ò fedi di
credito dall' uno all'altro Banco, ò di prender de-
3 *naro da un Banco dandoli la polisa, ò fede per l'al-*
tro cadano nello pena della perdita delli denari
con altre pene à nostro arbitrio, secondo le perso-
ne, e li casi, che occaderanno.
Di vantaggio per evitare il gravissimo disordine,
che è socceduto alle volte di farsi introiti vacui
ne' Banchi con darsi credito di denaro à chi non
4 *lo tiene, ò prima, che l'introiti in essi (delitto, che*
tiene notera di furto con falsità) si proibisce, sic-
come con la presente proibiamo sotta pena della
morte naturale, così à detti Cassieri, e sotto Cas-
sieri, come à qualunque altro Officiale di scrittu-
ra, che con scienza commettessero in qualunque
modo il detto delitto, ò lasciassero fraudolentemen-
te di notare secondo le lora istruttioni tutti l' in-
troiti nel tempo, che si fanno; proibendosi sotto la
medesima pena alli Cassieri, e sotto Cassieri su-
detti d'avvalersi per praprio uso delli denari del-
le Casse, nè pure con licenzo de' Governatori.
Quatenus in hac novissima *Pragm.* statuitur pro-
hibitio sub pœna mortis, ne fiant introitus va-
cui in Banco in beneficium personarum non nu-
merantium pecuniam effectivè in eisdem Bãcis,
declarata specie bujus delicti pro crimine furti
cum falsitate, *delitto, che tiene natura di furto*
con falsità, videtur inniti in dispositione *tex. in*
5 *l falsus in princ. ff. de furt.* ubi cavetur, quod ipse,
qui se creditorem simulat, cum non sit, acci-
piendo pecuniam, furtum facit, accedit *Bertazz.*
consf. crim. 224. num. 15. tom. 1. unde meritò ob
hoc, & ob frequentiam hujus criminis fuit exas-
perata pœna triremium, quæ abjerat in desuetu-
dinem usque ad pœnam mortis, ut colligitur ex
proemio hujus legis, quia multis grassantibus
opus est exemplo, *l. aut facta, §. fin. ff. de pœn.*
Quatenus mandat sub eadem mortis pœna, ne Ca-
pserii publicorum Bancorum subtrahant, vel
6 convertant in usum proprium pecuniam in Arca
existentem, etiam cum licentia Gubernatorum,
reddit punibile pœna mortis crimen peculatus,
quod Jure communi erat punibile pœna depor-
tationis, juxtà *text. in l. un. C. de crimin. pecul. &*
l. 1. & 2. C. de his, qui ex public. ratioc. & latè
tradita per *Bened. Carpzov. in prax. crimin. qu.*
85. *à num. 4. cum seqq. par. 2.*
Unde videtur cessare quæstionem illã, an Capserii
cõvertentes in proprios usus pecuniam publico-
rum Bancorum teneantur pœna furti, vel pecu-
7 latus, & an possit practicari *Capit. Regni ad hoc,*
in quo *Dom. de Franch. decis. 314. & Reg. Sanf.*
decis. 166. à num. 9. tom. 2. non fuerunt concor-
des, & necnon recesserunt ab Aula benigniores
illæ decisiones, quæ prodierunt in Regno Sici-
liæ apud *Mastrill. decis. 238.* & in hoc Regno de
Anno 1653. de quibus testatur *Reg. de Marin.*
in observat. ad decis. 112. Reg. Revert. nu. 8. & 9.

Sed an transactione inita cum Gubernatoribus
Banci promissaque satisfactione pro damnis il-
8 latis, sit locus pœnæ ordinariæ ad instantiam
Fisci ex officio accusationem prosequentis, af-
firmat in terminis *Cæsar. in specul. pereg. qq. lib.*
1. qu. 4. num. 7. Sed vigent in contrarium scripta
per *Carpzov. in prax. crim. qu. 80. à n. 80. ad 87.*
ubi testatur de communi, & de rebus judicatis,
concordat *Ayllon. ad Gomes. de homicid. cap. 3.* &
quamvis dissentire videantur DD. allati per *R.*
Matthæù de re crim. controv. 27. à num. 1. od 6.
tamen fatetur hanc mitiorem sententiam in
praxi uti legem receptam esse in Hispania, adeò-
quod temerarium esset ab ea recedere in judicã-
do, quam judicandi consuetudinem receptam
quoque videmus in Regno nostro, dum vidimus
Fulvium de Falco Capserium Banci A.G.P. se
9 transigentem cum Gubernatoribus fuisse dam-
natum pœna extraordinaria triremium Anno
1652. ut patet apud *Cæsar. in specul. pereg. qq.*
lib. 1. qu. 4. num. 5. & 6. & qu. 5. num. 34. & no-
vissimè etiam practicatum vidimus cum Num-
mulariis Banci Salvatoris, & ideo ex dictis dua-
bus decisionibus videtur inducta observantia,
& consuetudo judicandi in Regno *de Franchis*
decis. 91. num. 16. Mastrill. decis. 67. num. 16. latè
Reg. Matthæù de regimine Regn. Valent. cap. 12.
§. 1. num. 91. 92. 93. & 94. ubi quod laborat vitio
nullitatis sententia recedens à tali consuetudine
judicandi.
Amplia hanc conclusionem, etiam si Gubernatores
Banci instituissent accusationem, & posteà de-
stitissent, vel recessissent ab accusatione prævia
10 transactione cum pacto promissæ satisfactionis,
& protestatione præmissa de redeundo ad ac-
cusationem promissione non adimpleta, quia
non possent redire ad accusationem, & si redi-
rent, repellerentur ad *text.* clarum in *l. quamvis*
la 3. C. ad Turpill. quem post *Bart.* expendit
Tiber. Decian. tract. crim. lib. 3. cap. 29. num. 4. &
5. accedit *Brunnem. in comment. od eandem l.*
quamvis, & l. is qui 4. C. lib. 9. tit. 45. od Senat.
Consf. Turpill.
An Nummularii, & Officiales Bancorum delin-
quentes in administratione gaudeant indultu,
11 negativè sustinui in *Obs. 3. num. 27. & 28.* nunc
addo *Cæsar. in Spec. pereg. qq. qu. 8. nu. 22. vers.*
hæc causa, ubi sic decisum refert; quamvis mihi
relatum sit contrarium decrevisse Collaterale
Consilium sub die 5. Septembris hujus Anni
1703. in causa Magnifici Cajetani Patini, Mi-
chaelis Angeli della Torre, & aliorum inquisi-
torum, cum Officialibus Banci Sanctissimæ An-
nunciatæ de complicitate in delictis commissis
per eosdem Officiales.

OBSERVATIO XXXVII.

SUMMARIUM.

1 *Regii Officiales prohibentur recipere beneficia Ecclesiastica à S. Sede Apostolica inconsulto Rege.*
2 *Et quid in dignitate Cardinalatus attento consimili Statuto Venetiis vigente, & n.3.*
4 *Officiales removentur à judicando in causis illius, qui præsentavit, vel contulit beneficia Ecclesiastica eorum filiis.*
5 *Suspicio Juris reddit Judicem ipso Jure suspectum irritatis actis factis ante recusationem.*

De Officialibus, & quæ iis prohibeantur. Pragm. XIX.

Considerando quanto conviene, &c.

Ministri Regii incumbentes servitio Regio in Italia non recipiant beneficia Ecclesiastica
1 à Sede Apostolica inconsulto Rege. H.D.
Consimile Satutum viget Venetiis, ubi tamen fuit declaratum sub nomine beneficii non compre-
2 hendi dignitatem Cardinalatus, ut habetur in Historiis Reipublicæ Venetæ scriptis à *Jo: Baptista Nani lib.6. Ann.* 1626. *fol.mihi* 390.
In quest'Anno trà le cose domestiche Federico Cornaro Vescovo di Bergamo, essendo promosso al
3 *Cardinalato in quel numero, nel quale trà l'altre Corone sogliono i Pontefici honorare la Republica, verti dubbio, se come figliuolo del Doge, havesse luogo la legge, che prohibiva loro il ricevere beneficii di Chiesa, e dal Senato si dichiarò, che dignità sì grande non fosse compresa nel nome commune de' beneficii.*
Hinc fit, quod in Regno reperitur quoque statutum ut Officiales recusari possint, ne interve-
4 niant in causis illius, qui contulit, vel præsentavit ad beneficia Ecclesiastica eorum filios, quod procedere etiam in officiis, vel beneficiis collatis fratribus, aut consobrinis Officialium, scripsit *R. Petra Dux Vasti Girardi in Commentar. super Rit.*265.*num.*150.*tom.*3.]
Et quod hæc suspicio sit suspicio Juris, quæ reddit Judicem ipso Jure suspectum, adeòut si proces-
5 serit, & votaverit etiam nõ recusatus, acta, & sententia redderentur nulla; *Rovit. sup. Pragm.*9. *de suspit.num.*2. *Reg. de Marin. lib.*1. *suar. resolut. cap.*114. *num.*16. *vers. Scipio Rovitus.*

OBSERVATIO XXXVIII.

SUMMARIUM.

1 *Acta facta per Doctores exercentes officia Doctorum sine approbatione Regiæ Junctæ, num irrita reddantur.*
2 *Pragm. quæ loquitur per verba negativa, licet non contineat clausulam annullativam, reddit nullum actum factum contra prohibitionem legis.*
3 *Statutum quod inducit aliquid de novo cum certis modificationibus, quidquid exprimit reputandum est pro forma, & omissio formalitatis vitiat actum.*
4 *Judex num possit unico cõtextu declarare sententiam nullam, & pronunciare, prout in prima.*
5 *Sententia nulla ex defectu jurisdictionis, num confirmari possit consilio de bono jure; Et quid de dispositione* text. in l. Barbarius, ff. de offic. Prætor. *nu.*6.
7 *Literæ Regales, quæ mandant esse examini subiiciendos Doctores pro exercendis officiis Doctorum, quos comprehendere videntur.*
8 *Sensus Authoris circa examen faciendum.*
9 *Verba* Card. de Luca de relat. Cur. disc.21.*nu.*14. *afferuntur ad propositum.*

De Officialibus, & quæ iis prohibeantur. Prag. XXIII. & XXIV.

Desiderando la Maestà di N.S.

Officiales tam Regii, quàm Baronum volentes exercere officia Doctorum examini sub-
1 iiciantur, tam circa jus, quàm circa experientiam, & in Regiis Audientiis examen circa Officiales admittendos ad officia Baronalia fiat assistente, & votante D. Fisci Patrono.
Ut tetigi *in observ. ad sing.* 259. in terminis hujus
2 *Pragm* dubitatum vidi, num gesta per Officiales admissos absque approbatione ad exercenda officia Doctorum sint nulla, & irrita, tamquam gesta contra hanc legem. Ratio hæsitandi insurgere videtur ex dispositione ejusdem legis, quæ non adijcit pœnam nullitatis, sed tantum pænam pecuniariam ducatorum mille contra exercentes, & ad exercitium admittentes, nihilominus quia loquitur per verba negativa fuit resolutum resultare nullitatem, ut determinasse Coll. Conf. non obscurè colligitur ex traditis per *Reg. Sanfelic. decis.*390.*n.* 9. 10. & 11. cujus verba hic inserere placuit; *Censuit tamen in his diversis opinionibus Collaterale, quod, ubi lex, aut statutum, vel Pragmatica loquitur per verba negativa, tunc absque clausula annullativa irritatur actus, & nullitas resultat, aut loquitur per verba affirmativa, & tunc nisi adsit clausula irritans, valet actus contra prohibitionem factus, ità distinguit Lucas de Penna relatus à Bartholom. de Capua in Sing.* 95. *cui Lucæ adhæret, qui dixerat in cap. Regni, item quod in cognitionibus.*
Accedit quod literæ Regales mandantes esse eri- gen-

gendam junctim Ministrorum pro hoc examine explendo cum voto D. Fisci Patroni in Regiis Aud. videntur inducere formam, siquidem lex, vel Statutum inducens aliquid de novo cum certis designationibus, quidquid in eo exprimi-
3 tur, adeò reputatur pro forma, quod cessante formalitate ipsa noviter inducta actus redditur nullus, *Decius Aschbaran. Muscatell. & alii* apud *Reg. Merlin. controv. cap. 63. n. 1. & 2. cent. 1. & cap. 70. n. 38. cent. 2.*

His sic stantibus dicebam in una facti contingentia, quod hæc nullitas poterat per Judices superiores sanari, nempè declarando unico contex-
4 tu sententiam nullam, & iterum pronunciando, prout in prima, quando comperitur fuisse rectè latam, *Reg. Rovit. super Pragm. 5. de Offic. S.R.C. n. 30. & Pragm. 40. n. 6. eod. tit.* cum sententia nulla etiam ex defectu jurisdictionis possit confirmari, quoties de ejus bono jure constet, *Mysinger. ad Gaill. sing. observat. observat. 27. cent. 1. Grævai ad eundem Gaill. conclus. 42. considerat. 1. n. 4. Paul-Christin. decis. 348. nu. 16.* ubi quod sententia non habentis jurisdictionem potest ab habente confirmari, & decisiones hanc opinionem probantes habentur apud *Viv. decis. 331. n. 2. & Thor. in compend. decis. verb. sententia fol. 462. Conf. Altim. de nullitat. rub. 3. qu. 11. & præcipuè n. 41.* ubi quod Judex appellationis
5 potest confirmare sententiam nullam, quando illa causa nullitatis cessat in sententia confirmatoria.

Rursus magis in terminis accedit sententiam sustinendam fore ex dispositione *text. in l. Barbarius*
6 *Philippus ff. de offic. Præt.* ut decisum habetur apud *Reg. Matthæi de Regim. Regn. Valent. cap. 6. §. 5. n. 101.*

Et dum hæc Pragm. mandat, ut designati ad officia gerenda examini subijciantur, tam circa jus, quam circa praxim, & signanter circa notitiam *Pragmaticarum, Constitutionum, Rituum, & Capitulorum hujus Regni*, videtur comprehendere juvenes inespertos, qui non vacarunt, uti
7 causarum Patroni in his Supremis Tribunalibus, ut ponderando verba ejusdem pragm. consideravit *Prat. respons. criminal. cap. 30. à nu. 5.* ob quam rationem ego rectius putarem tale examen esse faciendum præviis interrogationibus seù quæsitis tale jus Regni respicientibus, ad hoc ut ex responsionibus arguatur habilitas, & idoneitas examinandi, quod non sic de facili
8 desumi potest ex relatione processus civilis, & criminalis, qui traduntur pro relatione facienda in Regia Juncta à dictis approbandis, siquidē ut plurimum processus, & notamenta ab aliis elaborantur, & deprehēdūtur docti illi, qui sunt majoris audaciæ, & petulantiæ, quæ ut plurimū est ignorantiæ Comes, ut considerabat *Card. de Luca de Judic. & relat. Car. discurs. 21. nu. 14.* ibi: *Docet autem praxis, quamvis nimirum rara,*
9 *quod aliqui reprobantur. Verum quia aliquando contingit, quod viri peritissimi, ac notoriæ idoneitatis ab illius magni consessus Majestate territi intellectus offuscationem in eo actu patiantur. Adeo ut frequentiùs major sit timor literatorum, quàm imperitorum (cum petulantia ut plurimum sit ignorantiæ comes.)*

OBSERVATIO XXXIX.

SUMMARIUM.

1 *Commissarii Campaneæ non possunt remittere Carceratos ad Barones inconsulto Regente Superintendente Campaneæ.*
2 *Causæ uni Judici M.C.V. commissæ non possunt committi alteri Judici.*
3 *Judex unus M.C.V. si incipiat procedere in una causa, debet ipse illam prosequi, & finire, alias esset nullitas.*
4 *Regens M.C.V. non potest ordinare rei carcerationem absque voto unius Judicis.*
5 *Referuntur verba* R. Carol. Tap. in 2. par. jur. Regn. super Rit. 39. num. 2.

De Official. & quę iis prohib. Pragm. XXV.

In tempo dell' Almirante di Castiglia, &c.

In §. 1. incip. *Per lo que.*

QUatenus hic statuatur, quod Commissarius Campaneę non possit remittere delinquentes carceratos ad Barones, nisi consulto
1 Regente Coll. Conf. Superintendente Campaneæ, ac prævia relatione, & decreto videndus est *Reg. Sanfelic. in prax. judiciar. in increment. ad sect 25. sub num. 51. fol. mihi 280. in fine.*

In §. incip. *Hase visto que.*

ACcedunt ea, quæ diximus ad ornatum hujus *Pragm. in observat. ad Pragm. 63. de Offic Proc. Cæsar. num...*

In §. 39. incip. *El dicho Regente.*

REgens M.C.V. non potest causas uni Judici commissas alteri Judici committere, concor-
2 dant scripta per *Consil. Prat. respons. crimin. 41.* ubi in fine tradit rescriptum D. Proregis de Anno 1655. per quod fuit demandata observantia hujus *Reg. Pragm.*

Accedit, quod si unus ex Judicibus M.C.V. incipiat procedere in una causa, ipse debet illam pro-
3 sequi, & finire, aliàs resultaret nullitas, *Reg. Rovit.*

vit. super Pragm.1.de Offic.Magistr. Justit. n.3. ubi quod servatur contrarium in Rota Romana.

In §. 40. incip. *Y siendo assi, que el dicho Regente.*

HÆc *Pragm.* quæ mandat, ut Regens M.C.V.
non possit ordinare rei carcerationem, vel
quod reus ducatur ante ejus præsentiam absque
4 voto saltem unius Iudicis M. C. V. concordat
cum *Pragm.52.§.1.de Offic.Magist.* Justit. & cum
Rit. ejusdem M.C.39. Sed de facto non servari
videmus, quemadmodum non servabatur Ritus
tempore *Reg. Caroli Tapiæ, ut ipse testatur in
2.par.jur.Regn.in annot.super dicto Rit.39. nu.*
5 *2.fol.*284.ubi hæc verba profert: *Et hac de causa
statutum fuit, ut in ædibus, in quibus habitat
dictus Regens M.C.V. habitaret etiam unus ex
Judicibus ipsius M. C. & licet verum sit non
posse eum carcerare, attamen hoc non practicatur,
sed de facto mandat illum, vel illum carcerari,
sed cum quotidiè fiat visitatio illorum carceratorum,
qui die, vel nocte antecedenti sunt carcerati,
solet antiquior Consiliarius cum modestia,
& prudentia dicere Regenti quod sibi videtur,
& tunc si adest causa, committitur, sin autem
idem Regens liberat, vel detinet per aliquos
dies, & postea liberat. In his equidem rebus
oportet maxima cum prudentia istum Consiliarium
se regere, ne oriantur inter ipsum, & Regentem
discordiæ, quæ plurimorum solent esse
causę malorum, & ego semper judicavi rectius in
his, quæ parum damni afferant tertio aliquid de
rigore flectere, veluti, ut unus per duos, aut tres
dies carceratus maneat, quam nimio zelo odium
in se provocare Præsidis Tribunalis, vel etiam
suorum collegarum: Ad Omnipotentis enim
Dei obsequium expedit magis concordia fratrum,
quam propter scrupulosas subtilitates odia contrahere,
quæ damna maxima, & judicantibus,
& partibus pariunt.*

OBSERVATIO XL.

SUMMARIUM.

1 *Officiales Regii prohibentur esse hæredes fiduciarii.*
2 *Hæres fiduciarius nihil aliud est, nisi executor, vel procurator defuncti.*
3 *Officiales, eorum famuli, filii, & conjuncti usque ad quartum gradum non possunt tenere procurationes particularium.*
4 *Procurator inhabilis an possit habilem substituere.*

De Official. & quæ iis prohibeantur. Prag. XXVI. & XXVII.

Illustre Conde de Peñaranda.

HÆ literæ Regales, per quas prohibentur Of-
ficiales esse hęredes fiduciarios fuerunt edi-
1 tæ contra Regium Consiliarium D.Antonium
Navarretta Marchionem Latertiæ, qui fuerat
relictus hæres fiduciarius à D. Benedicta Pinel-
li Principissa Iraci, in cujus testamento fuerant
relicta legata in beneficium D. Annæ ejus filiæ,
ut patet ex allegationibus apud *Jul. Capon. di-
scept.forens.394.à n.88.to.4.* ubi ante dictas lite-
ras Regales firmatur dictum Marchionem uti
2 Senatorem hæredem fiduciarium institui non
potuisse, cum alius non sit hæres fiduciarius,
nisi executor, vel procurator defuncti.

Per novissimas Literas Regales prohibetur Officia-
libus, ut nedum ipsi possint tenere procuratio-
3 nes particularium, sed nec etiam eorum famuli,
filii, & conjuncti usque ad quartum gradum, ut
habetur in literis editis sub *die 1. Julii* 1692.
existentibus in Secretar.Reg. Cam.in 11. *vol. li-
ter.Regal.fol.*844.

Superest difficultas num Officialis constitutus
Administrator generalis alicujus Magnatis
4 cum potestate substituendi, posset alium habi-
lem substituere, videndus est *Mastrill. dec.* 264.
à n.6.cum seqq. ubi distinguit plures casus; &
concludit pro nullitate substitutionis, quando
est data facultas substituendi loco sui, & pro va-
liditate quoties est data facultas substituendi
simpliciter, vel personam habilem certam.

OBSERVATIO XLI.

SUMMARIUM.

1 DD. Consiliarii Franciscus de Andrea, & Petrus de Fusco *commendantur.*
2 *Literæ Regales Philippi IV. Regis, quæ prodierunt de Anno* 1664. *& executioni demandatæ Anno* 1676. *interpretantur, & ponderantur.*
3 *Facti series.*
4 *Lex declarans, quomodo differat à lege constituente circa comprehensionem casuum, tam de præterito, quam de futuro.*
5 *Regiæ Literæ, num relationem habeant ad casus præteritos.*
6 *Ponderatur* text.in cap.unic.de postul.Prælat.
7 *Ponderatur* text.in cap.fin.de Sponsal.
8 *Perpenditur* Bolognett.in l.omnes Populi 9.ff. de Just.& Jur.
9 *Adducitur doctrina* Felin.in cap.final.de Sponsal.num.6. *pro quæstionis resolutione.*
10 *Regis mens fuit, ut sua declaratio per has literas*

ras

Digitized by Google

ras facta comprehenderet praterita, dum illam fecit per modum Constitutionis.

11 Lex declarans ità accipienda venit perinde quasi fuisset ab initio insita legi declaratæ.

12 Papa approbante per viam declarationis unam ex opinionibus contrariis declaratio traditur ad præterita.

13 Horat. Montan. contraria argumenta reassumuntur, & num.14.

15 Officio concesso pro hæredibus, non censetur vocata fœmina, etiam si fuisset filia.

16 Status præsentis quæstionis in mediū affertur.

17 Fiscus potest in officiis apprehendere possessionem virtute cap.ex præsentuosè, quoties non constat de claro, & aperto Jure succedere volentis.

18 Fiscus detinet possessionem intra annum tamquam penes sequestrum, & post annum tanquàm verus possessor.

19 Decretum immissionis sublatum censetur per dationem termini.

20 Concessione officii facta in allodium pro hæredibus in perpetuum, idem judicandum est de officio, prout de quavis re burgensatica.

21 Officio concesso pro hæredibus in perpetuum, an censeantur vocati omnes hæredes extranei.

22 Lex declarans non trahitur ad præterita quando reperit communem consuetudinem, vel communem observantiam in contrarium, & n.23.

24 Opinio Peritorum Regni fuit, ut officia in burgensaticum concessa, non possint alienari absque assensu.

25 Regalium à successione arceantur Mater, & fratres, in quos neq; possunt Regalia alienari, nec in eis potest institui hæres extraneus, & n.26.

27 Decisio Reg. Rovit. 72. in causa illorum de Bernando reassumitur, & explicatur, nu.36.

28 Reg. Galeot. in responsf. fiscal. n.114. adducitur.

29 D. Alexander Palmerius, commendatur.

30 P. Merolla Amicangel. in suis quæstion. feudalibus, & D. Reg. de Philipp. in dissertat. fiscalib. reiciuntur.

31 Horat. Montan. Paul. Staiban. Sen. & Consil. Theodor. summis laudibus extolluntur.

32 Fulvius Lanar. Vincentius Corcion. & Joannes Antonius Paris. commemorantur.

33 Consiliar. de Georg. verba in repet. feudal. 53. referuntur.

34 Decisio, quæ prodiit in causa illorum de Bernando facta relatione per Regiam Cameram in Coll. Consf. refertur.

35 Consil. Theodor. verba alleg.41. num.14. referuntur.

37 Lanar. conclusiones in addit. ad cap.1. de success. feud. num.57. reassumuntur.

38 Officia Magistri Actorum, & Credenzerii an sint de Regalibus.

39 Magistri Actorum officium est vile, & abjectum.

40 Occurritur decis.72. Reg. Rovit. & assignatur vera ratio decidendi, quam dissimulavit Rovit. ut Horat. Montan. morem gereret. nu.41.

42 Occurritur decisionibus, quæ prodierunt in officio Magistri Actorum Civitatis Aversæ, in causa illorum de Mastrillis, & in causa illorum de Montibus, & num.43.

44 Reg. Marcian. disp.28. perpenditur pro quæstionis resolutione, & n...

45 Officia sive in feudum, sive in allodium concessa, non possunt alienari absque assensu.

46 Officium de cujus concessione non constat, nec unquam fuit præstitum servitium debet præsumi in burgensaticum, maximè data possessione immemorabili.

47 Officium annexum Castro, quod possidetur in feudum, præsumitur feudale.

48 Officia cum quibus clausulis concedi sint consueta.

49 Explicatur tex. in cap.1.§.1. qui feud. dar. poss.

50 Regalia an possint transmitti ad filias, & cur sit introductum regalia transire ad descendentes.

51 Officiis Regalibus concessis in feudum, non succedunt nisi descendentes ab ultimo moriente.

52 Officia habentia jurisdictionem sunt de Regalibus.

53 Regalium facta concessione, censetur translatum dominium utile in concedentem, sed non in officiis, in quibus administratio tantum translata censetur.

54 Concessio officii pro hæredibus, & successoribus in perpetuum, accipitur pro hæredibus sanguinis, adeòut non permittatur dispositio in extraneum, & num. .

55 Officia concesso pro hæredibus, an possint admitti fœminæ.

56 Declaratur Frecc. de subfeud. lib.3. form.2. nu. 25. & lib.2. qu.56.

57 Explicatur Reg. Revert. decis.30. par.3. in manuscript. & decis. 381. par.2. penès de Marin. & decis.56. par.4. & decis. 74. par.4. in manuscript. quæ est 382. apud eundem de Marin. & num.58. & 59.

60 Hæres extraneus institui potest in officio concesso pro uno hærede.

61 Nepos ex fratre an repellatur à successione feudi novi, tam attento Jure communi, quam municipali.

62 Franc. de Amic. in repet. cap.1. de his qui feud. dar. poss. §. sumus modo num. 10. pag.60. explicatur, & declaratur decisio Regiæ Cameræ per eum allata, num.63.

64 Regalia habent naturam simillimam cum feudis.

65 Concessio in officiis pro hæredibus, non debet intelligi, quàm de hæredibus ex corpore.

66 Redarguitur Adversariorum fallacia in intelligentia doctrinæ Reg. Galeotæ, cujus verba declarantur, & num.67.

68 Literæ Regales, quibus fuit approbata opinio Pe-

Peritorum Regni, ut in officiis in burgensaticum concessis pro hæredibus in perpetuum, non succederent, nisi hæredes ex corpore, nullum retinuerunt in Regno contradictorem ante Montan.

69 Occurrit opinioni Montan. & ejus motiva vana, & contradictoria deteguntur.

70 Clausula, Nostris, nostræque Regiæ Curiæ Juribus semper salvis, facit ut concessio intelligatur pro hæredibus ex corpore.

71 Montan. opinio, nec Jure, nec ratione, nec authoritate probatur.

72 Reiicitur ratio acutissima per Montan. perpensa contra Reg. Galeot.

73 Argumentum, quod Adversariis visum fuit ridiculum, non visum fuit ridiculum Staiban. senior. Cons. Theodor. & Reg. Galeot.

74 Anton. Bimius cons. 161. tom. 2. loquitur in diversa facti specie, & decisio prodiit contra illud quod scripserat.

75 Horat. Montan. extollitur ob ejus doctrinam, & summum ingenii acumen, quamvis ejus scripta propriis principiis adversentur.

76 Horat. Montan. repet. ad cap. Imperial. meruit allegari à Reg. Rovit. in decisione causæ illorum de Bernaudo, dum ejus opus non erat typis impressum, sed adhuc sub prælo existebat.

77 Reiiciuntur conclusiones reassumptæ per Rovit. decis. 72.

78 Decisio Rovit. 72. edita Anno 1633. non fuit in pretio habita à S.C. Anno 1636. apud Reg. Marcian. disput. 28.

79 P. Meroll. tom. 3. disput. moral. disput. 6. cap. 8. à num. 393. nominatim impugnat Horat. Montan. & ejus verba transcribuntur. nu. 80.

81 Reg. de Marin. ad Revert. decis. 381. nu. 9. stat contra Montan.

82 Amicangel. qui impugnat ex professo Montan. defenditur, dum malè objurgatur ab Adversariis.

83 Card. de Luc. de Regal. disc. 5. num. 17. loquitur non degustato articulo, & argumento ducto ab extrinseco.

84 Horat. Montan. opinionem non probavit Reg. Camera de Anno 1663. penès Reg. de Philipp. dissert. 23.

85 Uxor quæ succedit viro ab intestato ex edicto successorio non potest succedere in officio viri, & refertur decisio per Reg. Cam.

86 Non recipitur responsio tradita ad decis. ! Reg. Cam. per Adversarios.

87 Regiæ literæ non sunt novi Juris inductivæ, sed confirmativæ veræ sententiæ roboratæ authoritate rerum judicatarum.

88 Regiæ literæ deprehenduntur justæ, etiam in officiis in burgensaticum concessis.

89 Regalia non concessa in feudum non possunt esse nisi in burgensaticum.

90 Afflict. injustè objurgotus à Montan. defenditur.

91 Verbum tenere, plerumque legitur in corpore Juris Romani, pro obtinere.

92 Montan. censura contra Gl. Azon. & Afflict. improbatur.

93 Literæ Regales, quæ fuerunt transmissæ ad Reg. Cam. Anno 1664. non fuerunt executioni demandatæ, nisi Anno 1675.

94 Literæ Regales num comprehendant officia quæsita titulo oneroso.

95 Feuda empta, sive gratuitò concessa retinent eandem naturam.

96 Laudatur Frecc. de subfeud. lib. 2. qu. 57.

97 Officii natura, an alteretur ex pecunia soluta, & an transferatur dominium in concessionarium.

98 Et quid pecunia soluta pro facultate nominandi.

99 Reg. Revert. decis. 98. in manuscript. tom. 2. non potest applicari ad speciem propositæ quæstionis.

100 Officii natura an mutetur per assensum præstitum, vel eandem retineat.

101 Literæ Regales an tanquam declarativæ Juris veteris comprehendant concessiones officiorum factas ante dictas literas.

102 Literæ Regales locuntur de concessionibus officiorum ex causa lucrativa, respectu causæ onerosæ nihil innovandum mandarunt.

103 Officium concessum ex causa lucrativa, si fuit postmodum venditum cum assensu, judicatur ex causa onerosa in emptorem, & ab eo causam habentibus.

104 Officii imploratio per modum prorogationis, censetur ejusdem naturæ.

105 Reg. de Marin. reassumpsit diminutè dec. 185. Reg. Revert.

106 Officium concessum pro se, & hæredibus, & successoribus in perpetuum, an transmittatur ad hæredes extraneos, & possit alienari absque assensu.

107 Assignatur discrimen inter concessionem factam pro se, hæredibus, & successoribus in perpetuum, & factam pro se, & uno hærede nominando.

108 Officium an æqui paretur usufructui.

109 Verbum hæredibus an intelligatur de descendentibus in re non transmissibili ad hæredes extraneos.

110 Amicang. argumentum in tract. de Regalib. offic. qu. 11. ridiculum deprehenditur.

111 Officii concessio pro se, & hæredibus, an intelligatur de primis hæredibus, ut in usufructu.

112 Legatum annuum quamvis sit personale, & non transitorium ad hæredes, tamen fallit si relinquatur alicui, & ejus hæredibus.

113 Verba pro hæredibus in concessione officii an intelligantur de primis hæredibus, an etiam de ulterioribus.

114 Horat. Montan. opinio defenditur, & comprobatur

batur cum opinione Revert. Joannis Pert. Bimii *scribentium longè ante eundem* Montan.

115 Paul. Staib.sen. Theod. Reg.Galeot. & Dom. Reg.de Philipp. *qui scripserant in causa illorum de Bernardo nullam præstant authoritatem, quia in contrarium prodiit decisio per Reg.Cam.& Coll.Cons.*

116 Reg.Galeot.respons.fiscal.12.num.158. *declaratur.*

117 Affl.in Const.Regn.scire volumus,*ponderatur.*

118 Reg.de Philipp.dissert.23. num.21. *non meretur allegari, quia DD. laudati contra ipsum retorquentur.*

119 Frecc.de subfeud.lib.3.form.2;nu.25.*loquitur in casu diverso.*

120 Amicangel.de Regalib.offic.qu.11.per tot.*refellitur, ex ejus argumentis, & DD.allegatis sigillatim occurritur, & num.*121. 122. 123. 124.125.& 126.

127 *Fiscus non habet decisionem favorabilem in terminis concessionis officii pro se, & hæredibus, & successoribus in perpetuum absque reservatione, & qualitate feudali, & declarantur decisiones allatæ per* Reg. de Philipp. *& num.*128.

129 *Nepos ex fratre primi concessionarii an admittatur in officiis.*

130 *Et quid in successione feudi, & quid attentis gratiis Regno concessis.*

131 Reg.Marclan.disput.28. à num. 14.*declaratur.*

132 *Jurisdictio censetur feudalis in dubio, secus quando constat de prima concessione.*

133 *Decisio relata per* Reg.Galeot.resp.fiscal.12.n. 219.*ponderatur.*

134 *Officium consistens in nudo ministerio, & exercitio certæ Jurisdictionis, ad hoc ut dicatur de Regalibus est probanda concessio in feudum cum aliqua reservatione.*

135 *Assensus semel impetratus in venditione officii non est argumentum sufficiens ad faciendum officium feudale.*

136 *Decisio facta in causa illorum de Bernaudo declaratur.*

137 *Decisio Reg.Cam. quæ prodiit die* 10. *Decembris* 1691. *refertur.*

De Offic. ad Reg. Majest. Collat. Spect. Pragm. III.

Illustre Marques de los Velez, &c.

HAs literas Regales satis doctè, & acutè copiosa dote illustrarunt DD.Consiliarii
Franciscus de Andrea, & Petrus de Fusco scri-
1 bentes nempè, primus uti Fisci Patronus Reg.
Cam.& secundus uti Advocatus in causa incorporationis ab beneficium Regiæ Curiæ officii Regiæ Siclæ, ponderum, & mensurarum Civitatis Aversæ, & Casalium ob lineæ extinctionem possessorum officii prædicti. Sequitur tenor allegationis D.Consiliarii de Andrea.

JURA PRO REGIO FISCO.

Ad interpretationem Regiarum Literarum editarum, Anno 1664. & exequutarum per Collat. Consil. Anno 1675. Quibus fuit declaratum, officia, quæ sunt de Regalibus S.M.quamvis concessa prò hæredibus, & successoribus in perpetuum, & in burgensaticum, non posse alienari absque assensu. Nec in iis successionem deferri, nisi juxtà Regni Constitutiones, & Gratias eidem Regno concessas, circà successionem in bonis feudalibus;

Quibus ostenditur.

I. Regias Literas, tanquam declarantes Jus, comprehendere non minus casus præteritos, quàm futuros: Itaut de iis disputare amplius non liceat.

II. Malè assertum easdem reperisse communem opinionem, sivè consuetudinem judicandi contrariam, Quin nè unum Doctorem afferri posse, qui in terminis nostræ Constitutionis, ante *Horatium Montanum* contrarium scripsisset.

III. Contrariam opinionem *Montani* nullo Juris fundamento

niti. Et tanquam communiter improbatam, & pluries in nostris Tribunalibus rejectam, tempore Regiarum Literarum, non meruisse nomen opinionis, nequidem probabilis.

PEr Literas Catholicæ Majestatis optimæ recordationis Philippi IV. Anno 1664. declaratum legimus, Officia, quæ sunt de Regalibus, quantumvis concessa *prò hæredibus, & successoribus in perpetuum*, & quod magis videtur, *etiam in burgensaticum*, nec alienari, nec obligari posse sine assensu; Nec ad alios hæredes transire, quàm qui juxtà Regni leges, Gratiasque eidem Regno concessas, admitterentur ad successionem feudalem. Prout eas legere licet apud *D. Regentem de Philippis, post dissertationem 39. suarum dissertationum fiscalium*.

Eædem literæ fuerunt repetitæ Anno 1675. jussumque, ut ejusmodi declaratio adnotaretur omnibus officiorum concessionibus eòusque factis, exceptis obtentis titulo oneroso; quorum respectu R.M. nil voluit innovari. Et per Collaterale Consilium exequutæ, insertæ fuerunt in volumen Pragmaticarum. *Pragm. ultima de offic. ad R. M. collationem spectantibus, ultimæ compilationis*.

Noluisse illis justissimum Regem ullum Jus novum inducere, sed tantùm tollere disputationes, quæ
2 oriri potuissent, ob prætentionem à nonnullis excitatam, ut ejusmodi officia possent alienari absque assensu, & immunia essent à periculo devolutionis, constat ex earundem proemio. *A mi noticia hà llegado, que muchas personas, que han obtenido de mi concession de officios, que son de mi Regalia, tienen pretencion de poderlos enagenar en beneficio de personas estrangeras, sin mi Regio assenso, con pretesto, que la concession pareçe hecha en burgensatico. Y que assi mismo nò estan sujetos à las devoluciones, en los casos permitidos por las leyes*. Ac per consequens voluisse Jus declarare, non condere, constat ex iis verbis; *Conveniendo proveer de remedio en esto, hà pareçido declarar, como en virtud de la presente declaro*. Quin ipsam declarationem processisse juxtà peritiorum, doctiorumque Regni Prudentum sententiam, docemur ex iis: *Aprovando la opinion de los mas peritos, y doctos de esse Reyno, que los que tienen los dichos officios nò puedan assiñarlos, ny transferirlos à otros, sin que primero obtengan de mi el Regio assenso, aunque la concession parezca echa en burgensatico, y en perpetuo. Y assi mismo que quedan salvas, y ilesas las razones de mi Regio Fisco en los casos de devoluciones, ò por causa de delictos, ò por falta de legitimos successores*. Atque ità procedere secundùm veram, rectamque Juris rationem, ex iis, quæ sequuntur; *Pues esta clausula puesta en las concessiones de feudos, ò officios, nò puede por terminos de derecho, comprehender à los herederos, que son de todo puncto extraneos*. Nec aliam fuisse Regiam intentionem in concessionibus eòusque factis, aut quæ in futurum fierent, testatus fuit ipsemet Rex in principio. *Y porque mi real intencion jamas fue, que los concessionarios de dichos officios pudiesen disponer de ellos, sin mi regio assenso*. Et iterum versùs finem: *Haviendo sido esta mi real intencion assi en las concessiones echas hasta à quì, como en las que adelante se hiçieren, y nò en otra manera*. Quod non magis de ipso Rege, quam de aliis Prædecessoribus intelligendum; Quòd unicum sit Imperium, unaque regia dignitas, quæ in omnibus successoribus eadem; benè ostendit *Dom. Reg. de Philippis dissert. 40. num. 65. per plures sequentes*. Undè pendet, quod apud Politicos, in Regnis benè institutis Regem nunquam mori. Quasi non alius sit, qui actu regnat, quàm qui olim regnarunt.

REm apertissime decisam à Supremo Principe, à quo omnis Jura interpretandi, & condendi potestas; mirum, adhuc in dubium revocari in re, de qua agimus. Magisque mirum, quod Regiam declarationem velint non respexisse casus præteritos, sed tantùm futuros. Imò per eam inductum Jus novum, contrà veteris Juris receptam traditionem, & consuetudinem in hoc Regno judicandi. Ut hinc ad præterita referri non posse Partium Patroni repetita scriptione, securi affirmaverint.

Quod etsi nimio eorumdem in causam affectui nos tribuere decet; non malè tamen operam collocatam iri credidimus, si quæ ad cuncta, quæ fuerunt allegata explodenda, voce coram doctissimis Consenatoribus, in medium adduximus, scripto quoque, prout per alias occupationes licebit, eorundem censuræ exponeremus. Ut hinc pateat, & causam, de qua agimus omninò, juxtà Regias literas judicandam; Et per eas nihil novi, nil non juxtà veras, receptasque Iuris regulas, communesque nostrorum traditiones constitutum.

Quod ut faciliùs assequamur, forensi stylo, & absque ullo verborum ornatu, procedendum duximus per infrascriptas conclusiones.

Sed prius erit factum enarrandum; Quod seriem continet annorum ducentum.

Facti Narratio.

POssidentibus *Jacobo, & Fabritio de Riccardo* fratribus, antequam hoc Regnum invaderetur

retur

retur à *Carolo VIII. Francorum Rege*, officium *Magistri Rationalis Regiæ Siclæ Civitatis Aversæ, & Casalium*. (Quod consistit in jure ponendi signum, seù regiam impressionem ponderibus, & mensuris rerum venalium; exigendique pœnas à contravenientibus.) Obtinuit *Fabritius* à *Gallo Rege*, post illius adventum, concedi sibi etiam illam portionem ejusdem officii, quæ spectabat ad *Jacobum fratrem*; prætextu, quod *filius Jacobi* sequeretur partes sui legitimi *Regis Ferdinandi II.* quem Gallus Regno expulerat.

Restituto dein in Regnum *Ferdinando*, eodemque paulò post defuncto, absque liberis, porrectæ fuerunt preces *Regi Federico*, qui illi successerat, A. 1499. ut integrum officium, vice versa, concederet *Joanni* prædicti *Jacobi filio*. Tam scilicèt portionem ipsius *Jacobi*, qua fuerat spoliatus à *Fabritio*, quam portionem, qua prius gaudebat *idem Fabritius*. Ex causa, quia cum dictus *Fabritius non haberet filios legitimos*, officium *spectabat ad ipsum Jacobum*, & *Joannem*. Eòque *fortius, quia Fabritius nullam suæ portionis obtinuerat confirmationem à sua Majestate*. Ut omnia enunciantur *in privilegio ejusdem Regis*, *fol.4. & at. in fin. & fol.5. in princ.*

Ut hinc constet officium, eo tempore, fuisse habitum, tanquam deferendum Jure Sanguinis; dum ob defectum filiorum legitimorum, etiam vivente possessore, considerabatur tanquam perventurum ad fratrem, fratrisque filios. Nec non considerabatur, tanquam directum dominium spectaret ad Regem, dum *Fabritius*, à sua portione decidisse dicebatur, quòd illius non impetrasset à Rege confirmationem; omissa ratione, quòd per concessionem obtentam ab hoste, cecidisset ab omni Jure, quod prius super eo habebat. Fortè propter indultum, gratiasque concessas pro bono pacis, iis, qui contrarias partes fuerant sequuti.

Annuit petitioni Rex. Et intuitu servitiorum *Cardinalis Vicecancellarii*, cujus nomine fuerant preces porrectæ, dixit se *donare, concedere, & gratiosè elargiri prædicto Joanni, suisque hæredibus, & successoribus in perpetuum, dictam medietatem Fabritii, ac totum prædictum officium*. De eodem se illum *investire, prout moris*. Quam investituram robur voluit habere *veræ, realis, & corporalis traditionis, fol.5. in fin. & at. lit. A.* Quam veterem esse formulam, qua nostri Reges utebantur in feudorum concessionibus, antè introductam formulam *prò hæredibus ex corpore*; Et qua etiam post illam inventam, promiscuè usi sunt; Quòd altera ab altera, quoad qualitatem hæredum non differat, non ignorant, vel qui primis labiis nostrorum feudorum leges degustarunt.

Hinc virtute hujus concessionis, successit *Joanni de Riccardis Ascanius filius*. *Ascanius*, quòd dominium officii, iis temporibus, non ambigeretur spectare ad Regem, non *obstante concessione prò heredibus in perpetuum*, ac obindè illius teneretur petere confirmationem, eam *A.1539.* impetravit à *Divo Carolo V. Cæsare fol.6. lit.C.*

Ipso mortuo, *Fulvius ejus filius* eandem iterum confirmari obtinuit ob *eodem Imperatore*, *Anno 1541 fol.7. lit.A.*

Demùm *A.1562.* idem *Fulvius*, tempore *Ill. Ducis Alcalà*, officium vendidit *Vincentio, & Bernardino de Mauro* patri, & filio, prò ducatis mille, & quatuorcentum. Et cum preces porrexisset prò assensu. (Nunquam enim fuit dubitatum illud sinè assensu non potuisse alienari,) *Collaterale Consilium* non censuit illum concedendum, nisi habita prius *consultatione à Reg. Camera. fol. 10. at. lit. B.* A qua facta relatione, posse concedi, *fol.13.* fuit præstitus *A.1565. Vincentio emptori* nomine S.M. sed *ex gratia speciali, & consideratione sinceræ devotionis, & fidei ejusdem Vincentii. fol. 14. in princ.*

Successerunt *Vincentio de Mauro ejus filii*. Qui *A.1580.* cum idem officium vendere voluissent *Jo: Dominico Comestabulo* prò ducatis tribus mille, similes porrexerunt preces prò assensu, *Excellentiss. Proregi*; illumque pariter obtinuerunt, sed addita clausula, *Fidelitate regia, feudali quoq; servitio, atque adoba, regiisque aliis, & alterius Juribus semper salvis. fol.25.*

Et huc usq: omnia ritè; Posita hujus Regni praxi, ut possint DD. *ProReges* hujusmodi officiorum venditionibus assentiri; de qua testatur *Amicangelus tract. de regal. offic. quæst.10. n.31. vers. Sed bis videtur.* Quamvis de ejusmodi potestate dubitet, *n.22.* Etiamsi officium esset irregulare, & alteratum pro hæredibus. *at n.25. vers. Sed prædictis.*

Sed mortuo *Jo: Dominico Comestabulo* absq; liberis, superstitibus *Cæsare fratre, & Aloysia sorore*; præsumpsit *Cæsar* eidem succedere, non tantùm in officio, sed in tota hæreditate ex testamento. Et decedens posteà absque liberis, superstite *Virgilia Longo* Uxore, illam instituit hæredem, tam in bonis propriis, quàm in perventis sibi, ut putabat, ex hæreditate fratris. Sed officium, cujus credebat incapacem fœminam, reliquit titulo legati *Carolo Longo Uxoris fratri*: ea tamen lege, ut emolumenta cederent in beneficium Uxoris.

Hæc voluntas caruit effectu. Quia licèt per M. Curiam fuisset ordinatum decretum præambuli, A.1603. in beneficium *Virgiliæ ex testamento.* & *ut immitteretur in possessionem officii Carolus, virtute legati*; Opposuit se ambobus *Aloysia soror Jo: Dominici, & Cæsaris*; Institutaq; lite in S. C. de nullitate testamenti conditi per *Jo: Dominicum*, prætendit illius hæreditatem, tan-

R 2 quam

quam nullitèr aditam à *Cæsare*, ex testamento nullo, fuisse post illius mortem, integram ad ipsam delatam ab intestato, ac proindè nihil de ea disponi potuisse in beneficium, nec *Virgiliæ, nec Caroli*.

Et per *Sacrum Consilium* fuit, *eodem anno*, datus *terminus in causa*. Et interim decretum, *ut bona remansa in hæreditate* Jo: *Dominici, ipsumq; officium locarentur nomine S.C.*

Compilato termino, reque per plures annos, adhuc non decisa; *Virgilia* longioris moræ impatiens, *A.*1614. transigendum sibi duxit cum *Jo: Th. Cardillo filio, & hærede Aloysiæ*; acceptaque obligatione de ipsi solvendis dotibus, & antephato, quæ sibi debebantur super hæreditate Viri, cessit eidem *Jo: Thomæ*, quicquid Juris super ea habebat.

Qui cum ideò petiisset se immitti in possessionem omnium bonorum hæreditatis, tam *Cæsaris*, quàm *Jo: Dominici*, & signantèr dicti officii, opposuit se *Carolus*, allegans officii proprietatem sibi, *non Virgiliæ* relictam. Nihilq; ideò præjudicii sibi, ob transactionem ab ea initam, inferri potuisse. Undè *S.C.* decrevit, ut *procederetur ad expeditionem causæ nullitatis testamenti, firmo manente sequestro*. Resq; usq: adhuc, post nonaginta ferè annos, mansit indecisa. Liberatis interim fructibus officii creditoribus *Joannis Dominici*.

Intereà defuncto *Jo: Thoma Cardillo filio Aloysiæ*, qui hæreditatis cessionem obtinuerat *à Virgilia* successit ei *Carolus ejus filius*. Eidemq; defuncto absq; liberis, *A.*1656. successit *Hippolyta Ferdiana mater*, ab intestato. A qua, *A.* 1658. allegatur institutum hæredem *Josephum Diotiaccresca* extraneum. Cui, *A.* 1682. successit *Horatius ejus filius*; Qui unus est hodiè, ex concurrentibus ad dictum officium. Cum ex alia parte concurrant descendentes à quond. *Carolo Longo*:

Fiscus, cum nullam haberet notitiam, officium per tot annos, à nemine possideri, locarique nomine S.C. petiit *A.*1673. citari illius possessorem ad ostendendum titulum, *fol.* 1. Comparuitque *Josephus Diotiaccresca* allegans ab ipso illud possideri, titulo successionis à *quond. Jo: Dominico Comestabulo*, per intermediam personam *Aloysiæ illius sororis*; *& ab anno* 1603. fuisse suppositum sequestro, ordine S. C. ad instantiam *Caroli Longhi*, prætendentis in eo Jus virtute legati eidem relicti *à prædicto Cæsare Comestabulo fol.* 2.

Re, de more, per plures annos silentio tecta, petiit Fiscus An. 1690. ut assertus possessor doceret *de descendentia à* Jo: *Dominico Comestabulo fo.* 32.*at.* obtentoq; in eam rem decreto, fuit replicatum de *descendentia constare ex processibus* S.C. *fol.* 36. undè *Fiscus*, facto prius sequestro *nomine R.C. fol.* 35. Visisque processibus *à* S. C. transmissis, petiit declarari officium vacasse in beneficium *Regiæ Curiæ, saltèm ab anno* 1656. quo extincta fuit linea descendentium *ab Aloysia* sorore *Jo: Dominici*. Nulla habita ratione prætensorum per hæredes quond. *Caroli Longhi*, virtute legati, ex quo nullum in illum poterat transferri Jus, absque Regis assensu. Proindeque petiit cogi Creditores, seù hæreditatem *d. quond.* Jo: *Dominici*, quibus fuerunt liberatæ pecuniæ, ex fructibus officii, saltem post *dictum annum* 1656. ad illas restituendum in beneficium *Regii Fisci*.

Prò cujus intentionis ostendenda Justitia, sat esset, ut prædiximus producere *literas Cath.* M. Quas tamen *Adversarii* volunt non obstare, quòd prospexerint casibus futuris, non præteritis.

Sit igitur.

PRIMA CONCLUSIO.

Si literæ S.M. non comprehenderent legatum relictum Carolo Longo absque assensu; Aut successionem petitam ab hæredibus Cardilli, extraneis; quòd casus, tam legati relicti, quam delationis hæreditatis evenisset antè Regias literas; sequeretur legem declarantem nihil differre à lege constituente. Quod est contrà omnium DD. communem conclusionem.

Probatur hæc Conclusio. Quia non dubitatur legem declarantem, hoc præcipuè differre à lege constituente, quòd lex constituens, nî
4 expressim dicat disponere, etiam de casibus præteritis, non porrigatur, nisi ad futuros. Ut expressim *S. Pontifex in cap. fin. de constit. ibiq; omnes Canonistæ*. Lex verò interpretans, sivè declarans comprehendat, tam præteritos, quàm futuros. Prout ex *textu in l. non dubium* 5. *C. de legibus, verbo, Quod ad omnes*, notat *ibi Baldus*. Ubi ex sententia *Joannis Andreæ*, docet potentiorem esse legis declarationem, quàm novi Juris constitutionem. Quia lex constituens Jus novum, futura tantùm respicit, lex verò declarans Ius antiquum, non minus præterita, quam futura. Estque indubitata conclusio, ut per *D. Regentem de Philippis*, qui Iura concordantia affert, *d. dissert.* 40. *n.* 55. & 56.

Mo-

Modò ſi Regiæ literæ, dum prohibent nè ullus,qui
conceſſionem obtinuerit officii,poſſit illud alie-
nare abſque aſſenſu;Nevè ſimiliter ad illius ſuc-
ceſſionem admittantur hæredes extranei , non
comprehenderent , niſi caſus futuros , ſcilicet
illos, quibus alienatio fieret , vel ſucceſſio de-
ferretur poſt Regias literas , nulla re differret
lex declarans à lege conſtituente. Nàm ità pror-
ſus eſſet dicendum, ſi Rex, id non per Iuris de-
clarationem , ſed per novi conſtitutionem ſta-
tuiſſet. Fruſtraque ideò dixiſſet ſe facere illam
declarationem , ad tollendam quamplurimum
prætentionem,qui contrà ipſius Regis volunta-
tem, iſtud ipſis licere præſumebant.

Etenim ſi id Rex declaravit prætendi contrà ipſius
voluntatem , ſequitur declarationem fundari in
cauſa de præterito, ſcilicèt quia nunquam ſuæ
intentionis fuerat, ut ejuſmodi officia , aut alie-
nari potuiſſent, abſque ipſius licentia , aut ad il-
la admitti hæres extraneus . Ideòque non dixit
ſe conſtituere, ſed declarare ; *Que los poſſeſſores
de dichos officios nò han de poderlos en nignu-
tiempo venderlos ny enagenarlos* . Quæ verba
non magis reſpiciunt tempus futurum , quam
omne tempus. Non enim dixit Rex velle ſe , nè
hujuſmodi alienationes fierent;Sed dixit decla-
rare ſe eas non poſſe fieri . Quæ declaratio non
poteſt magis reſpicere unum tempus , quam
aliud ; maximè propter ea verba , quæ ſequun-
tur, *aprovando la opinion de los mas doctos,y pe-
ritos d'eſſe Reyno , que los poſſeſſores de dichos
officios nò puedan aſſiñarlos , ny transferirlos*.
Quotieſcunque enim Rex declarat veram opi-
nionem *DD*. ut aliquid non poſſit fieri , perne-
ceſsè ſupponit , nec ſi fuiſſet factum , potuiſſe
fieri, cum ſemper fuiſſet contra opinionem illo-
rum *DD*. qui dicebant non poſſe fieri . Et ideò
dixit; *en ningun tiempo* . Ut ſcilicet quocunque
tempore factæ eſſent alienationes , ſivè anteà,
ſivè poſteà , nec confirmatæ fuiſſent per aſſen-
ſum, ſemper nullæ eſſent.

Et cum ratio , quæ eſt anima legis , comprehendat
tam alienationes factas, quam faciendas, & tam
5 officia devoluta , quam devolvenda . Nempè
quia hæc erat doctiorum peritorumque Regni
ſententia; & quia Iuris ratio non patiebatur , ut
clauſula prò hæredibus, tam in feudis , quàm in
officiis comprehenderet heredes penitus extra-
neos; Et quia nunquam Regalis intentionis fue-
rat rem alitèr decerni; Ridiculum eſſet aſſerere
præſumendum Regem, non voluiſſe ſua decla-
ratione comprehendi tempus præteritum . Et
per conſequens voluiſſe , ut alienationes factæ,
quamvis nullæ,ob defectum aſſenſus, eſſent va-
lidæ; & ut officia jam devoluta,ob defectum le-
gitimorum hæredum , vel manerent apud eos,
qui illa injuſtè occupaſſent; vel , quod pejus , ut
illis à Iudice eſſent concedenda; quod eſt, quod
hodiè petitur. Contrà ſententiam doctiorum,
peritorumque Regni . Contrà Iuris rationem,
Contràque ipſius Regis voluntatem .

ET decipiuntur *Adverſarii*, ſi nos potius non
decipere volunt , dum dicunt *ceſſare hac in
re omnem ſcrupulum, dum Regiæ literæ expreſ-
ſam habent relationem, non ad caſus præteritos,
ſed ad futuros*; abuſi doctrina *Antonii de Bu-
trio, & aliorum in d.cap.fin. de conſtit.* dum do-
cent concluſionem, ut lex declarans, ſivè inter-
pretans comprehendat præterita , non proce-
dere, *ſi eſſent adpoſita verba , per quæ adpareret
mentem Authoris non fuiſſe comprehendere præ-
terita*. Prout ità eandem concluſionem limitat
ibidem Felinus n.5 .

Nàm id procederet , quando adpareret Legiſlato-
rem ſciſſe multoties peccatum in præteritum,&
tamen ob juſtas cauſas non voluiſſe facta reſcin-
dere , ſed ſolum obviare nè in futurum pecca-
retur . Ut colligitur *ex textu in cap. unico de
6 poſtulat. Prælator*. Ubi *Pontifex* poſt narratam
conſuetudinem , quæ hactenus invaluerat pro-
cedendi ad electiones Prælatorum , per ejuſmo-
di formulam , *eligo poſtulando* , *vel poſtulo eli-
gendo* , quamvis eam non probet , tamen
manifeſtè oſtendit ſe nolle quicquam innovari,
quoad electiones jam factas , ſed ſolum prohi-
bere nè amplius fierent ; Undè juſſit , *nè ſub his
formis ad faciendas electiones , vel poſtulationes
de cætero procedatur*. Ubi ideò *Gloſa verbo de
cætero* inquit . *Licet iſta conſtitutio ſit Juris ve-
teris declaratoria,puto tamen per hæc verba Pa-
pam præcedentes electiones ſic factas noluiſſe ir-
ritare.*

Prout idem deſumitur, ex alio *textu in cap. fin. de
ſponſal.* Ubi ſimilitèr Pontifex , poſt enarratam
7 aliam conſuetudinem introductam in Eccleſia
Mutinenſi celebrandi matrimonia , contrà mo-
rem receptum in Eccleſia Romana , quamvis
eam ſimilitèr improbet; ſcripſit tamen Epiſcopo
in hæc verba . *In matrimoniis de cætero contra-
hendis illud te volumus obſervare* . Undè cum
Pontifex ſciens præteritos abuſus , noluit illos
corrigere, niſi ſolùm in futurum ; id enim indi-
cat illud adverbium *de cætero*, quod idem valet,
quod apud nos, *da oggi avanti* ; Jure ſequitur,
voluiſſe ſolum providere caſibus futuris , præ-
teritos vero relinquere in eo ſtatu,in quo erant.

Et in his terminis rectè procedit , quod inquit *Bo-
lognettus* , ex adverſo adductus *in l. omnes Po-
8 puli 9.D.de juſt.& jur.n.* 163. *verſ. Secundò li-
mitatur*, nullum eſſe inconveniens , *ut lex velit
dare certam formam futuris negotiis, & præteri-
ta relinquere ſub determinatione antiqua , quæ
jam inducta erat , per conſuetudinem , vel per
alium modum, vel per DD. declarationem* ; ſcili-
cet, cum ſciens Legiſlator ſuam declarationem
eſſe contrariam conſuetudini introductæ, utitur
tamen verbis, quæ ſolùm prohibent, nè ea con-
ſuetudo valeat in futurum, præterita verò relin-
quunt, prout erant , antè ſuam declarationem.

Et

Digitized by Google

Et ideò idem *Felinus in d.cap.fin.n.6.* volens afferre exempla, ex quibus erui posset mens Legis-
9 latoris, ut voluerit providere solummodo casibus futuris, docet ejusmodi mentem erui, si usus fuisset verbis, quibus constaret voluisse non Jus declarare, quàm constituere. Ut si fuisset usus verbo; *Decernimus, statuimus, vel per hanc nostram constitutionem* prout usus fuit in *dicto cap.ultimo de postul.Præl.* ibi; *Perpetuo prohibemus edicto.* Aut si fuisset usus verbis includentibus tempus futurum, & excludentibus præteritum. Ut si dixisset; *De cætero, deinceps, in posterum, & similia;* ut à n. 6. vers. *Secundus casus in fin.*

Quæ omnia nihil ad rem nostram. In qua, nedum nullum legitur verbum, ex quo possit præsumi Regem noluisse, ut sua declaratio comprehen-
10 deret præterita; Ut potius constet ipsum credidisse, nihil adhuc adversus suam declarationem fuisse factum, sed solum ab aliquibus prætendi posse fieri. Ideòque ad irritandum factum, si fortè fuisset, sat esse duxit declarare illud non posse fieri; scilicet, quia contrà Interpretum traditionem, contrà Iuris rationem, contra suam voluntatem. Undè si vellemus dicere præterita fuisse relicta in eo statu, in quo erant, oporteret etiam dicere fuisse relicta in statu, quem non habebant; scilicet in statu nullitatis. Nam quod contrà Iuris rationem fit, contra traditionem Interpretum, & contrà Principis voluntatem, nullum est.

Undè cum Rex suam declarationem ediderit solum per modum declarationis, & non per modum constitutionis, impossibile est, ut non comprehendat præterita. Ut docet nos *Decius in d.cap.fin.de constit.n.49.* dum inquit. *Si constitutio, propriè, & simpliciter decloratoria sit, ex quadom necessitate videtur, quòd ad præterita referatur. Aliòs resultaret quædam perplexitas, & repugnantia, quod esset constitutio declaratoria, & non haberet locum in præteritis.*

Et ideò DD. communiter dixerunt legem declarantem accipiendam, ac si ab initio fuisset insita
11 legi declaratæ. Quod & clarè *Iustinianus in Novell. de raptis mulierib.in fin.* ibi: *Tanquam si lex nostra à principio, cum tali interpretatione promulgata fuisset.* Quem *textum* meliorem de Iure, ad id probandum scripsit *Felinus ubi sup.n. 5.* Sed melius probatur *Novella de filiis antè dotal.instrum.natis, §. 1.* à summo Viro, in Aula, cum de hac causa ageretur allegata, ibi; *Cum omnibus manifestum sit oportere ea, quæ adjecta sunt per interpretationem, in illis valere, in quibus interpretatis legibus sit locus.*

Quam frustrà *Adversarii* conati sunt effugere, quòd ibi ageretur de quorundam dubitatione, quam *Imperator* expressim declaravit absurdam; ibi, *Quod absurdè arbitrati sunt.* Nàm id ipsum est, quod *Imperator* declaravit *absurdè arbitrari:* dubitare scilicet si quædam sua constitutio, quam ediderat ad declarationem duarum præcedentium, haberet vires à die, quo præcedentes latæ fuerant; Quamvis istud in ea non exprimeretur. Istudque dubium est, quod *Imperator*, tanquam in re manifesta, declaravit *absurdum*, dum ait nil fuisse opus adjicere expressim *de tempore*, dum manifestum erat, legem editam ad interpretationem alterius, valere in omnibus casibus, in quibus erat locus legi interpretatæ. Et ideò inquit facere se illam quartam constitutionem, non quòd esset necessaria, sed ad tollendum qualecunque illud dubium, sivè potius errorem illorum, qui de re adeò manifesta dubitaverant. Ibi: *Quia verò omninò emerserunt quidam de sic manifestis dubitare contendentes, vel errantes, hanc adjecimus legem, &c.* Ut hinc appareat *Adversarii* ipsorum dubium esse, quod *Imperator* declaravit absurdum, non illud, quod oriri potuisset antè editionem legis declarantis.

Etenim, ut lex declarans comprehendat casus præteritos, sat est, opinionem contrariam declarari falsam, parumque refert, si antè declarationem parum, aut multum habuisset probabilitatis. Nàm si secundùm eam fuisset judicatum, aut transactum, lex tunc declarans non comprehenderet casus jam decisos; ut per eundem *Felinum d.cap.fin. nu. 6. in fin.* & est *communis conclusio.* Igitur supponitur dubium fuisse probabile, ut super eo potuisset ferri sententia, aut transactio celebrari. Nam aliàs nec sententia, nec transactio fuisset valida.

Sed non idem Iuris esset in casibus decidendis. Undè idem *Felin.ibid.vers. & secundum ista*, post *Ioannem Andream, & alios* inquit; *Quod si
12 Papa per viam declarationis adprobat unam ex opinionibus contrariis,* pro ut in re nostra; *illa declaratoria trahitur ad præterita.*

SEd quid in re clarissima adhuc hærere? Quando in re de qua agimus declaravit Rex, nunquam regiæ intentionis fuisse, cum concessit officia, aut de illis disponi, absque ipsius licentia,
13 aut in illa succedere hæredem extraneum. Etenim *Horatius Montanus*, qui, quod nulli antè eum in mentem venerat, primus affirmare ausus fuit, concesso officio *prò hæredibus in perpetuum*, omne dominium, tàm utile, quàm directum videri translatum in concessionarium, & proindè, nec ab illius successione repelli extraneos, nec locum esse *Constitutioni, scire volumus* quæ omnem alienationem Regalium, inscio Principe prohibet, *in repet.l.Imperialem §. præterea ducatus n.444. & 45. & in tract. de regal. in præludiis n.41. & de officiis regal.nu.25.* Non ausus fuit id affirmare, nisi quando non consta-
14 ret de intentione Regis, *ut in d.§. præterea nu. 35.* ibi, *non constat de ejus intentione.* Sed si ex verbis concessionis eliceretur Principem cum concessit, voluisse retinere penès se directum domi-

dominium; Aut cum dixit prò hæredibus, sensisse de hæredibus sanguinis, non dubitavit tunc concedere nullum disputationi futurum locum, *ut ibid.n.36.*ibi; *Et ideò perquirenda est voluntas illius in concessione*, & iterum *in prælud. tract.de regal.n.41.vers.hæc tamen*. Sed in re nostra, Rex declaravit nunquam suæ intentionis fuisse concedere, aut de officio posse disponi, sinè ipsius licentia, aut succedere extraneos; & adhuc dubitamus?

Et si *Adversarii* dicerent (quod non dicunt) istud Regem declarasse, respectu concessionum factarum ab ipso Rege, non à suis Prædecessoribus: Tunc petimus; An respectu concessionum factarum *à Rege Philippo IV.* ex causa gratuita, sustineri credant, aut alienationem factam absque assensu, antè regiam declarationem; Aut successionem extranei? Si adfirmabunt: Consequens erit eos velle, Ut regia concessio operetur contrà voluntatem concedentis; Quod quis ferat? Si negabunt; habemus intentum; Nàm fateri oportebit, casus præteritos comprehendi Regiis literis. Quod erat probandum.

SECUNDA CONCLUSIO.

Prædicta redduntur indubitata in re, de qua agimus; In qua Officium reperitur penes Reg. Curiam. Nec posset prò Actoribus ferri sententia; Nisi expressim contraveniendo Regiis literis.

Haec Conclusio demonstratur. Nam non dubitatur Actores, nec possidere officium, nec unquam possedisse; dum ab *anno* 1603. quo lis fuit instituta, circà nullitatem testamenti *quond. Io: Dominici Comestabulo*, primi officii adquisitoris, fuit illud locatum nomine Sac. Conf. spatio ferè nonaginta annorum.

Nec etiam dubitatur controversiam in S. C. non fuisse particularem, circà officium; sed universalem, circà totam hæreditatem.

Dum *Aloysius* post mortem *Cæsaris fratris*, cui à communi *fratre Io: Dominico*, fuerat relictus ususfructus totius hæreditatis, non petiit officium, virtute concessionis factæ, *prò hæredibus* quasi accipienda esset *prò hæredibus sanguinis*, & à *Cæsare* non potuisset legari *Carolo Longo*, absque assensu. Dubitavit enim, nè si allegasset, & præjudicium fecisset judicio universali, circà totam hæreditatem; & eo ipso se ab officii petitione exclusisset; Quòd recepta tunc videretur sententia, concesso officio prò hæredibus, non censeri ad illius successionem vocatam fœ-

15 minam, etiam si fuisset filia. Ut in puncto scripserat *Freccia de subfeud. lib. 2. qu. 51.* & decisum *per Reg. Cam.* apud *D. Reverteram decis.* 381.*n.*3. juxta ordinem *D.de Marin.par.2.*

Omnis igitur quæstio fuit, An institutis per *Io: Dominicum* filiis nascituris *à Cæsare fratre*, eidemque ipsius vita durante relicto ususfructu totius

16 hæreditatis, habendus ille esset prò hærede in usufructu, itaut non natis liberis, censeretur institutus in tota hæreditate, ob Ius adcrescendi, An potius habendus prò legatario. Quo casu, nulla reddita institutione, ob defectum hæredum, quòd nunquam fuissent in rerum natura, dicendus fuisset *Io: Dominicus* decessisse intestatus; Ac illius proindè hæreditas, vivente *Cæsare*, cujus filii fuerant instituti, nec potuisset adiri ex testamento, ob defectum hæredum, nec ab intestato, quia pendebat conditio, an essent extituri. Illo vero mortuo, absque filiis, integra spectavisset *ad Aloysium*. Ut constat ex iis, quæ latè *prò Carolo Longo*, & postmodum, *prò Andrea* ejus filio, prò validitate testamenti *Ioannis Dominici* scripserunt *D. Reg. Rovitus cons.46.& 47.lib.1.& Dom. Cons. de Rosa consult.34.*

Non item dubitatur sopita per transactionem lite, circa hereditatem *Io: Dominici anno* 1614. intèr *Virgiliam hæredem Cæsaris ex testamento, & Io:Thomam Cardillum filium Aloysiæ*, mansisse litem, solummodò cum *Carolo Longo*, circa consequtionem legati. Quod *Carolus* validè sibi relictum adfirmabat à *Cæsare*, tanquam hærede ex testamento *Io: Dominici*; *Cardillus* negabat; Quòd *Cæsar*, nec fuisset, nec esse potuisset hæres *Io:Dominici*, ex testamento nullo, nec per consequens disponere de re aliena. Et per S.C.fuisse ordinatum, *ut procederetur ad expeditionem causæ, firmo manente sequestro*. A quo tempore fructus fuerunt liberati creditoribus *Io: Dominici*.

Prout, nec tandem dubitatur *Andreæ Longo Caroli filio* successisse *D. Mariam Carmignanam neptem*. Quæ, si officium non potuit legari *Carolò* absque assensu, nil Iuris super eo prætendere poterit. *Cardillo* verò defuncto anno 1656. absque liberis, successisse ab Intestato *Hippolytam Ferdinandam matrem*. In cujus personam in Regalibus non succedunt extranei, non potuit à lege transferri ullum Jus super officio, quod jam ipso Iure, per *Cardilli* mortem, fuisset reunitum Regiæ Curiæ.

Igitur cum officium, tanquam vacans, fuerit ordine *R.Cam.die 22.Ianuarii præteriti anni* 1690. subjectum sequestro, *fol. 1. Acta sequestri*; deputata persona prò illius exercitio, cum obligatione reddendi computum fructuum *in R. Camera*; Constat tam *D.Mariam Carmignanam*, quæ intimata nihil opposuit, quàm *Iosf. Diotiac-*

cresca,

crefca, qui veluti per joeum, oppoſuit officium ab ipſo poſſideri; & de ipſius deſcendentia *à Comeſtabulis*, conſtare ex proceſſibus S. C. ſi aliquod Ius ſuper eo ſibi aſſerant, teneri illud proponere *in R.Camera*, ab eaque petere, ut alicui ipſorum ſucceſsio deferatur.

COmpertum enim eſt Fiſcum non minus in officiis, quàm in feudis, defuncto poſſeſſore, abſque liberis, ſi non adſit, qui claro, & aperto Iure oſtendat ſe in officium ſucceſsiſſe, poſſe
17 illius adprehendere poſſeſsionem, vigore *capitis ex præſumptuorè*, quamvis conceſſum fuiſſet prò hæredibus. Prout ſervatum *in R.Cam.*apud *D. Reverteram dec.56.p.4.in manuſcriptis* quæ eſt *deciſio* 364.apud *D. de Marinis part.* 1. in cauſa *officii Magiſtri Portulani hujus Civitatis.* Cujus per mortem *Petri Mocciæ* poſſeſſoris, abſq; liberis, Fiſcus poſſeſſionem adprehendit; Quamvis poſtea, cum comparuiſſet frater, fuerit ad illud admiſſus. Quod & plenè oſtendit *D.Regens Galeota reſponſo fiſcal.*12.*cap.* 10.§.2. *per totum, à num.*387. Et negari non poſſe, inquit *D. Regens Rovitus deciſ. 72.n.* 73. Quod generalitèr in officiis, quotiescunque non conſtat de claro, & aperto Jure ſuccedere volentis, &ipſe admittit *Montanus*, acerrimus alioquin, in hac re, Iurium Regii Fiſci oppugnator, *d.cap. de regal.offic.n.*10. Qui inſuper addit, eatenus in cauſa *illorum de Bernaudo*, in qua ſuum ſcripſit reſponſum *D. Galeota*, *deciſionemque* edidit *D. Rovitus*, fuiſſe ordinatum, facta relatione *in Collat.Conſilio, ut officium ſequeſtraretur, penes tertium*, quatenus quamplures comparuerant Creditores; quibus difficiliores fuiſſent redditę pecuniarum liberationes, ſi eas petere debuiſſent è marſupio Fiſci. Itàque ſe audiviſſe ab ipſomet *D. Rovito*, qui in cauſa intervenerat. *Quod ſi creditores non adfuiſſent, abſque dubio* inquit *Montanus, in cauſa illa proceſſiſſet ſequeſtrum penes Fiſcum, ex diſpoſitione d. capitis ex præſumptuoſe: d.nu.*10.*pag.*174.*col.*2.

Qua proptèr, cum Fiſcus poſseſſionem intrà annum, detineat, tanquam penès ſequeſtrem, poſt annum verò, tanquam verus poſſeſſor, itaut A-
18 ctor, qui ſe ſucceſſorem prætendit, teneatur plenè docere de Titulo. *Ut in eodem cap. §. poſt anni*; & tradit *Montanus loco ubi ſup.pag.* 175. qui ità ait in Regno paſsim ſervari; Conſequens eſt, ut *Adverſarii* teneantur docere plenè de ipſorum Iuribus, ut rem auferre poſsint è manibus Fiſci. Alioquin eſſet ille abſolvendus, ex regula, Actore non probante Reum abſolvi; Vinceretque quando aliud Ius non haberet, eo ipſo Iure, quo poſſeſſores vincere ſolent.

Undè petimus ab Adverſariis, Cui nam ex ipſis, & quo Iure petant decernendam ſucceſſionem à Regia Camera?

SI dicent decernendam eſſe *D. Mariæ Carmignanæ*, uti hæredi *quond.Caroli Longo*, prout prius dicebant, quando credebant potuiſſe illi competere aliquod remedium poſſeſſorium, virtute decreti obtenti *à M. C. per Carolum, ut immitteretur in poſſeſſionem*. Et tunc omiſſo,
19 quod decretum illud per dationem termini, fuit ſublatum per S.C. ſi tenerentur nunc adverſus Fiſcum, plenè docere de Titulo, opus erit plenè illos probare, conceſſo officio, *prò hæredibus in perpetuum*, poſſe de illo diſponi, etiam in eum, qui non ſit hæres, abſque Regis licentia.

Sed hoc vel inviti fateri fuerunt coacti, antè *Montanum* in terminis *noſtræ Conſtitutionis*, nullum auſum affirmare; eſſeque contrà omnium *noſtrorum Prudentum* interpretationem, quotquot unquam, hac de re ſcripſerunt. Undè, ſecundas allegationes ferè totas reſtrinxerunt, quoad Caput ſucceſſionis hęredis extranei.

Agnoverunt enim, quoad Caput alienationis abſque aſſenſu, (quamvis ex falſis principiis *Montani*, utrumque ſequeretur) ipſis obſtare doctrinam *Afflicti in ead.Conſtit.n.*4. Ut illi ſit locus, etiam ſi Regalia conceſſa ſint liberè in allodium. Quod eſt maximum, quod prætenditur ex conceſſione facta, *prò hæredibus*, in perpetuum; ſcilicèt, ut judicandum ſit tunc de officio, prout
20 de quavis alia re burgenſatica. Quam *Afflicti* doctrinam communiter noſtri ſequuti fuere, nemine excepto, ut per *Capycium inveſt.feud.verbo gabellis verſ.item nota*, *Frecciam de ſubfeud. lib.*2.*auth.*13.*n.*9.*verſ. Et ex his patet Fr.de Amicis*, qui expreſsim id tradit in officiis *repet. feud.pag.*63.*verſ.Reſiſtit etiam.* Prout in officiis loquuntur *Regens de Ponte conſ.*30.*n.*11.*& deciſ.* 28.*n.*28. Ubi dicit de hac re non dubitari. *Conſil. de Georgio repet.feud.cap.*54.*n.* 37. *Præſes Amatus conſil.* 49. *Fulvius Lanarius in addit.ad* D.Reg. *Patrnum in cap.*1.*de ſucceſſ. feud. n.*57. & apud omnes *tam Regnicolas, quam exteros* abſolutiſsimum tradit *D. Galeota d.reſp.* 12.*n.*131. & docuit *D. Reg. Conſtantius in l.*1. *&* 2.*n.* 101. *C. de fil.official.* quibus ſubſcripſit *Amicangelus de regal.offic.qu.*5.*n.*21.*& in rub. quæ ſint regal.c.*5.*n.*61.*& ſeq.*qui *num.* 62. dicit hanc rem in Regno omni carere difficultate. Et deciſum per S.C.apud *D.Reg. Marcian. diſput. tom.*1.*diſp.*28. etiam in venditione facta ſub haſta Officii, quod ab immemorabili poſsidebatur tanquam burgenſaticum.

SI verò dicent officium decernendum *Diotiacreſca*, tanquam hæredi *Hyppolitæ Ferdianæ*, Cui hæreditas *Caroli Cardilli filii* fuit delata ab inteſtato, *anno* 1656. Et tunc cum nullam poſſint prætendere poſſeſſionem, nec etiam poterunt prætendere fuiſſe illud repertum in hæreditate *Cardilli*, niſi declaretur *per Regiam Cameram* officium ſpectaviſſe *ad Cardillum*,

& poſt

Digitized by Google

& post illius mortem absque filiis, ex legis dispositione, actionem illud petendi transisse, cum tota hæreditate *ad matrem*, quantumvis extraneam; & ab ea illam actionem fuisse post modum translatam *ad Diotiaecresca*.

Sed hoc non posset ad præsens *à Camera* decerni, nisi prò verò haberet veriorem fuisse opinionem *Montani*, & si quis alius ei subscribendum censuit, contrà quam declararunt *Regiæ Literæ*, concesso officio, *prò hæredibus in perpetuum*,
21 censeri vocatos omnes hæredes, etiam extraneos. Nec rectè declarasse Regem Juris rationem non pati, ut in officiis, prout in feudalibus, vocatis *hæredibus in perpetuum*, de aliis intelligendum sit, quam *de hæredibus sanguinis*; Quòd hæc ratio valeat quidem in futurum, sed non in præteritum. Quasi posset una, eademque ratio uno tempore esse vera, alio falsa. Et quasi posset Iudex, contrà Regis declarationem, à quo omnis Iuris condendi, & interpretandi potestas pendet, *dict. Novell. de raptis mulier. in princ.* Ius interpretari, alitèr quam ille fuerit interpretatus; Improbareque illorum DD. sententiam, quorum Rex probavit; probare, quorum improbavit. Etiam in præjudicium Coronæ, & Iuris devolutionis. Quod si non est absurdum, imò crimen non levi coertione dignum, nescimus quid aliud absurdius, aut dissonantius, in toto Iure nostro fingi possit.

Ideòque extranea sunt à re, de qua agimus, quæcunque fuerunt scripta de Iure quæsito, ne illud in dubio præsumatur Rex voluisse auferre. Nàm Pars, nedùm nullam producit sententiam, vel transactionem, sed neque ullum titulum, quo saltem facto, si non Iure, posset prætendere, fuisse sibi aliquod quæsitum Ius super dicto officio.

Non enim *Ferdiana mater* illud emit à *Cardillo*, aut illi fuit à *Cardillo* cessum, sivè donatum.

Titulus qui allegatur non alius est, nisi quod *Anno* 1656. *Ferdiana, uti mater* successerit *Cardillo, absque liberis defuncto, ab intestato*.

Titulus ergò non est hominis, sed legis. Sed à lege nunquam potest proficisci titulus, nisi sit validus. A lege enim aut titulus validus, quia legitimus; aut nullus oritur titulus.

Igitur prius ostendere oportebit officium, seù Ius illud legitimè consequendum, fuisse repertum in hæreditate *Cardilli*, ut possit posteà dici Ius illud à lege fuisse translatum *in matrem* uti illius hæredem. Nam si lex non disponit, officium concessum prò hæredibus, extincta linea possessoris, transire ad hæredem extraneum, nec reverti ad Regem, non potest prætendi Ius ullum quæsitum hæredi, qui non ostendit se à lege vocatum ad hoc officium.

Undè cessant omnia, quæ de Iure quæsito, etiam pendente lite, fuerunt in casum congesta in hanc rem. Quia respectu hujus officii, nec ulla aderat lis antè Regias literas; Nec ullus adest titulus; Nisi plenè probetur, hæredem extraneum censeri vocatum à lege ad successionem hujus officii.

Sed non esse vocatum declaravit Rex, cum dixit Iuris rationem non pati, ut vocatis hæredibus in perpetuum in officiis, censeantur vocati etiam hæredes extranei.

Igitur si à Iudice decerneretur contrarium; Scilicet Iuris rationem non tantum pati, sed exigere, ut succedant extranei; Illosque qui contrarium dixerunt, non benè loquutos; istud non aliud esset, quàm proprium Judicium, præferre Judicio Regis; Et apertè contravenire *Regiis Literis*. Quod erat demonstrandum.

TERTIA CONCLUSIO.

Dicta in præcedenti Conclusione confirmantur ex iis, quæ DD. docent, Ut Lex declarans non trahatur ad preterita, quandò reperit consuetudinem contrariam. Dum id tantùm volunt nè rescindenda sint gesta, virtute illius Consuetudinis. Non verò, ut etiam si nihil sit gestum, tribuendus sit effectus Legi, quem Lex non produxit.

HÆc Conclusio probatur ex dictis *eorundem* DD. qui allegati fuere *ab Adversariis in suis primis allegationibus*. Ut probarent legem
22 declarantem non trahi ad præterita, quando reperit communem consuetudinem seù, ut DD. *ipsi* loquuntur, communem observantiam in contrarium.

Quamvis enim omnes allegent *Glosam in d. cap. unico de postul. Prælat. in* 6. quæ verè id non docuit, nisi quandò Legislator sciens consuetudinem introductam, clarè ostendisset, velle se solummodò providere casibus futuris, præteritos vero relinquere in eo statu, in quo reperiebantur; Tamen admissa Conclusione, prout traditur à *Doctoribus*, certum est illos loqui de ejusmodi consuetudine, quæ adeò fuisset recepta, ut fecisset Ius. Quasi tunc lex declarans, non
23 tam diceretur declarare Ius antiquum, quàm novum constituere; scilicèt corrigendo consuetudinem, quæ jam obtinuerat vim legis. Ut clarè per *Felinum in d. cap. fin. de constit. num.* 5. *vers. secundò*, ibi; *Quia tunc, quoad illa, & in his, quæ jam perfecta sunt, videtur novi Juris editoria; Et ideò non trahitur ad præterita.* Pro-

Digitized by Google

pter absurda nempè, quæ aliàs evenirent, si prius facta essent rescindenda, contrà *textum*, quem allegant *in l.Barbarius 3.D.de off.Prętor. & in l.jubemus 29.§.fin.C.de testamen.*ibi: *Quid enim peccavit Antiquitas; quæ præsentis legis inscia, pristinam sequuta est observationem?* Undè *Inijceretur laqueus ei, qui communi Judicio non peccavit.* Ut inquit *Glosa in d. cap. unico.* Et ideò idem *Felinus* post *Abbatem*, limitat eandem conclusionem, quandò consuetudo illa non fuisset existimata rationabilis à Viris doctis. Quasi tunc non posset excusari, qui cum posset consulere peritiores, non consuluit, & permisit se decipi, vigore talis consuetudinis.

Ex quibus patet omnes supponere fuisse aliquid factum, quod propter communem errorem fuisset tolerandum. At nullus unquam supposuit, ut etiam si nil fuisset gestum, tribuendus esset legi effectus, quem verè non habebat. Et faciendum sit à Iudice, tanquam legis ministro, quod Partes non fecerunt.

In re ergò, de qua agimus; Quamvis quoad primum Caput alienationis, absque assensu, fuisset aliquid gestum. Quia *Cæsar* legavit officium *Carolo Longo*, quamvis actus non fuerit perfectus, qui adhuc hodiè sub dubio manet, An *Cæsar* habuisset à *Jo: Dominico* facultatem disponendi de rebus suis. Et saltem non fuit impletus; quia *Carolus* nunquam fuit adeptus possessionem rei legatæ; Tamen quod attinet ad secundum Caput successionis, cui hodiè Partes insistunt, nil potest prætendi gestum, nisi solùm decessisse *Cardillum*, eidemque ob liberorum defectum successisse *matrem*.

Quod factum nullus est, qui impugnet. Undè si *mater* vigore illius successionis, cæpisset possessionem officii, potuisset fortè dubitari, An Rex voluisset illud factum rescindi, tanquam nulliter gestum, & in præjudicium suæ Coronæ; An potius manere in suo statu; Qui tamen alius non potuisset esse, nisi status nullitatis, ut superius advertimus.

Sed si nullam habuit possessionem, & solum adivit hæreditatem filii; Utique nihil virtute Regiæ declarationis erit irritandum de iis quæ gesta sunt. Nàm aditio hæreditatis manebit valida. Et omnia bona reperta in hæreditate filii transibunt ad matrem. Sed velle, ut debeat transire etiam officium, quod reperitur hodiè penès Curiam, nec potest dici repertum in hæreditate filii, nisi afferatur Lex, quæ illud disponat; Quæ adeò non affertur, ut potius afferatur lex contraria; Regia scilicèt declaratio, quod istud Iuris ratio non patiatur; Velleque ideò, ut istud, quod non possunt facere Partes, debeat fieri à Iudice, declarando legem, alitèr quam Rex declaravit; posset judicari temerarium; nè quid gravius dicamus.

QUARTA CONCLUSIO.

Quæcumque ex adverso fuerunt adducta; Tàm de consuetudine judicandi introducta antè Regias literas, circà facultatem alienandi, absque Regis licentia in prioribus allegationibus; Quàm de veriori opinione, circà successionem heredis extranei in secundis, fuerunt inutilitèr adducta. Tùm quia falsa; Tùm quia post Regis declarationem, de iis non licet disputari.

HÆc Conclusio sat posset dici demonstrata ex dictis. Nàm si Rex declaravit, quoad caput alienationis, absque assensu, opinionem
24 doctiorum, peritiorumque Regni fuisse, ut hujusmodi officia concessa *prò hæredibus, in perpetuum, & in burgensaticum*, non possent alienari, sinè licentia; Et fuit demonstratum *Conclus.2.§.si dicent*, hanc fuisse sententiam *Afflicti, omniumque peritorum Regni*, absque contradictore, antè *Horatium Montanum*; Et etiam post *Montanum* habitam prò indubitata; impossibile esset fuisse contrà eam inductum stylum judicandi. Sed aut oporteret dicere decisiones non esse veras, aut processisse per errorem. Dùm semper habuissent communem *DD.* sententiam contrariam. Nec obstant decisiones adductæ à *Lanario ad d.cap.1.de success.feud.num.59.* quibus freti *Adversarii*, prætensum hunc stylum judicandi allegari potuisse crediderunt; quia illæ processerunt ob rationes longè diversas. Ut ostendetur inferiùs *Conclus.5. & 6.*

QUoad Caput verò successionis hæredis extranei, cujus respectu non videntur prætendere talem consuetudinem; Dùm solùm dicunt nullum à Fisco afferri *Doctorem* antiquis: qui dixerit in officiis vocationem hæredum in perpetuum accipiendam de hæredibus ex corpore; Quamvis & istud etiam sit falsum. Nàm primus id dixit ex nostris maximè authoritatis *Doctor idem Afflictus in eadem constitut. Scire volumus num.5. & 6.* dùm expressim docuit in Regalibus non succedere, nisi descendentes, ex-
25 clusis etiam matre, & fratribus. Et ideò in eos non posse eadem alienari, quia non succedunt, nec in iisdem institui posse hęredem extraneum. Un-

Undè manifestè supponit concessionem fuisse pro hæredibus, sed non restrictam *ad hæredes ex corpore*, quia tunc doctrina fuisset de indubitabili. Et præsupposuit *Freccia, imò omnes ex nostris* in officiis, quæ ex privilegio essent transmissibilia ad hæredes, tàm antè, quàm post *Montanum*, ut demonstrabitur *Conclus. octava*. Tamen sat esset Regem declarasse probari à se illorum *DD.* sententiam, qui in hujusmodi officiis locum non esse docuerunt successioni hæredis extranei.

Hoc ipso enim fateri oportebit plures adesse *DD.* qui istud docuerint, Alitèr enim, quomodò à Rege potuisset eorundem probari sententia, si nulli fuissent? Quorum opinionem, hoc ipso, quòd à Rege fuit probata, oportebit etiam dice-
26 re, nedùm veriorem, sed simplicitèr veram, contrariam autem falsam. Maximè proptèr rationem, quam Rex affert; Quod non patiatur Iuris ratio in officiis, prout in feudis, quamvis concessis *prò hæredibus in perpetuum, & in burgensatic um*, appellatione hæredum, comprehendi penitùs extraneos.

Dubitare autem de veritate Conclusionis probatæ per Regem, etiam si diceretur malè fuisse consultus à suis Consiliariis, mereretur potiùs pœnam, quam responsum.

Attamen ut omnia distinctiùs demonstrentur; Utque pateat de justitia Regiarum Literarum, legi poterunt, si libebit, Conclusiones, quæ sequuntur.

QUINTA CONCLUSIO.

Malè fuit assertum ab Adversariis in Regno, antè Regias literas, fuisse introductam consuetudinem judicandi, Concesso officio prò hæredibus in perpetuum posse de eo disponi absque assensu. Dùm talis Consuetudo non probatur. Et in causa de Bernaudo non fuit allegata; Imò potiùs contraria. Ipsique Partium Advocati, in officiis, quę essent de Regalibus, quamvis concessis prò hæredibus in perpetuum, non ausi fuerunt prætendere, ea posse alienari sinè assensu.

HÆc Conclusio demonstratur. Nàm non dubitatur de hoc articulo fuisse *Anno* 1627. acerrimè, si unquam aliàs, disputatum *in Regia Camera*, in famigerata illa causa *Officiorum Magistri Actorum, & Credenzerii Provinciarum Calabriæ*; quæ *Reg. Fiscus* prò devolutis habuit Reg. Curiæ, per mortem *Joannis Mariæ de Bernaudo, absque legitimo successore*; Et è converso in illorum se quasi possessione conservandos contendebant *filii naturales ejusdem Joannis Mariæ* legitimati per rescriptum Principis, tàm uti donatarii, quàm uti hæredes patris ex testamento. Itemque *D. Didacus de Bernaudo*, qui etiam allegabat donationem in sui beneficium, & insuper fideicommissum ab Ascēdentibus factum in favorem masculorum, & possessionem captam vivente *Jo: Maria donatore*.

27 Ut ex *D. Regente Rovito*, qui illius causæ decisionem compilavit in possessorio, *decis. 72. nu. 1. in narratione facti*.

Et in ea causa prò Fisco eodem Anno 1627. primas allegationes scripsit *D. Regens Galeota*, R. tùnc Consiliarius, & ad illius causę defensionem
28 deputatus *à D. Pro-Rege*, ut ipse idem testatur in celebri eo, quem posteà edidit, tractatu potiùs, quàm responso *in eadem causa*, quod legimus inter ipsius *Responsa fiscalia, respons. 12. num. 144.*

Prò filiis legitimatis adversùs Fiscum, qui nàm scripserint, ignoramus. Imò illorum nullam habitam rationem, testatur *D. Rovitus d. decis. 72. num. 76.* Sed prò *D. Didaco de Bernaudo* scripsit doctus suorum temporum causarum cō-
29 fultor *Alexander Palmerius*, unà cum *Fulvio Lanario*, postmodum Præsidente Reg. Cameræ, ut ipse idem *Lanarius* testatur *in additionibus ad patruum in cap. 1. de success. feud. editis Anno 1630. num. 57.* Et dissimulatis nominibus, *Horatius Montanus in d. l. Imperialem, § præterea Ducatus*, quam edidit *principio Anni* 1628. *à num. 24. usq. ad num. 54.* Qui omnia postmodum ibi dicta latiùs confirmavit, seù potiùs per eadem verba pluriès repetiit *in tract. de Regalibus edito Anno* 1634. tàm in præludiis *à num. 41.* quàm *in capite de officiis à num. 6. usque ad num. 14. & à num. 19. usque ad 24.* Ubi quæ à *D. Galeota* fuerunt *in prædicto responso*, contrà ipsius doctrinam adducta, tecto etiam nomine, resolvere fuit conatus.

Adversùs quem *Apologiam* scripsit non indoctam *Leonardus Maximus de Philippis*, impressam post dictum *responsum* 12. *D. Regentis Anno* 1643. *Montanique* sententiam parum probabilem existimavit *Religiosissimus P. Merolla* in-
30 ter Patres Oratorii præstans doctrina, vitæque sanctitate præstantior, *tom. 3. suar. disputationum moral. disp. 6. cap. 8. à num. 394. & cap. 9. à n. 419.* Prout eundem *Montanum* benè postmodùm impugnavit *Iosue Amicangelus in suis quæstionibus feudalibus editis Anno* 1653. *in rub. cap. 1. quæ sint regalia, cap. 5. & in tractatu*, qui subsequitur *de regal. offic. quæst. 5. 6. & 11. per totat.*

Et demùm omnia pleniffimè confirmavit in favorem Fifci *D. Reg. de Philippis in fuis amœniffimis differtationibus fifcalibus, à differt.*32. *ufque ad* 40.præcipuè verò *differt.*33.*cum duabus fequentibus,* quas fcripfit, *Anno* 1660.

ETfi de eodem articulo diù anteà difputatum fuerat in S.C. in caufa ejufdem officii ad inftantiam *Antiræ de Bernando,* filiæ *quond.Pyrri,* quæ quamvis fœmina, non potuiffe fe excludi, prætendit à *Pyrro patre*, per fideicommiffum ordinatum inter ipfum, & fratres, favore mafculorum. Cujus virtute poft mortem Ioannis Iacobi filii ejufdem *Pyrri*, qui fideicommiffum confirmaverat, fuccefferat in officio prædictus *Ioannes Maria* filius unius ex fratribus *Pyrri*.

Nàm pro *Antira* circà nullitatem fideicommiffi,
abfque affenfu, fcripferat *Paulus Staibanus fe-*
31 *nior* Advocatus fua tempeftate, non incelebris
confilium decimumnonum, inter confilia poft
ipfius mortem edita Anno 1623.Et prò ejufdem
Antiræ filiis fcripfit poft illius mortem,pro nullitate ejufdem fideicommiffi, magni tùnc etiam nominis Advocatus, dein Regius Confiliarius *Scipio Theodorus allegationem* 41. *inter ipfius allegationes editas Anno* 1624.

Et prò *Ioanne Maria* prò validitate fideicommiffi,
quamvis finè affenfu, fcripferat tunc Idem qui
32 fuprà *Fulvius Lanarius*, unà cum *Vincentio*
Corcione Regio pofteà Confiliario, & Reg. Cameræ Præfidente, *Io: Antonio Parifio,*& *Ferdinando Capycio*, ut ipfe idem *Lanarius teftatur eodem loco*, Ubi omnia tàm per ipfum priùs fcripta adversùs *filios Antiræ*, quàm per *Palmerium* pofteà adversùs Fifcum, pro validitate fideicommiffi reaffumpfit *per plures conclufiones à d.nu.*57.*ufque ad* 60.

Quæ caufa non fuit minus celebris in S. C. propter rei æftimationem, & articuli, ut putabatur, novitatem, ad inftantiam *Joannis Mariæ*, quàm pofteà *in Reg.Camer.* ad inftantiam *D. Didaci*. Adeòut *Confiliarius de Georgio in fuis repetitionibus feudalibus*, quas edidit *Anno* 1620. tractans quæftionem, An officium poffet locari ad longum tempus; Quamvis ex Conclufionibus, quas ibi firmat; & ex Principiis quæ fundaverat *qu.*53. clarè adpareret, quid in *prædicta caufa de Bernando* effet judicandum, noluit tamen fuper ea fuum edere judicium. Cum inquit *in*
fine ejufdem quæftionis 54. *Sunt etiam aliqua*
33 *officia conceffa prò fe, & hæredibus in perpetuum. Undè aliqui fortiri naturam allodialium exiftimarunt, poffeque de his fieri difpofitionem finè affenfu. De quo magnopere fuit controverfum in caufa nunc magni momenti decidenda in S.C. Undè tenor inveftituræ confiderandus erit; Et quæ à peritiffimis Advocatis adducta prò utraque parte, ut certum judicium proferri poffit.*

EN igitur ut hic fpeciatim articulus fuit tot annorum fpatio difputatus priùs in S.C. deindè *in Reg.Camera*. Per quam facta relatione in
34 Coll.Conf. *Anno* 1630. fuit datus terminus in caufa. Et Interim nulla habita ratione poffeffionis captæ *per D.Didacum*, tàm vigore inftrumenti donationis, quàm fideicommiffi; quòd utrumque careret affenfu, fuit ordinatum, *Ut officium fequeftraretur penès Tertium*.

Ubi nàm igitur imaginaria ifta confuetudo judicandi prò validitate alienationis, abfque Principis licentia? Nàm fi articulus potuit difputari, non obftante adferta confuetudine,cùr non potuit declarari per Regias literas?

Et fi fuiffet introducta hæc confuetudo, cùr non illam Partes allegarunt? Et fi fuiffet allegata, oporteret fateri fuiffe rejectam; dùm fuit exturbatus *D.Didacus* fua poffeffione.

SEd allegatam fuiffe potius confuetudinem contrariam, fcilicèt circà neceffitatem impetrandi affenfum, tàm *in S.C. ob Advocatis defcendentium ab Antira*,quàm pofteà *in Reg.Camera per Reg.Fifcum*,conftat,ex traditis per *Dom.*
35 *Theodorum d.alleg.*41.*num.*14. cum inquit. *Et cum in prædictis attendatur valdè confuetudo, hoc corroborat cafum noftrum.Dum prædicti omnes Regnicolæ teftantur in officiis, & præfertim in Actuariatu, nullum admitti commercium finè affenfu, & in unica alienatione, quæ de præfenti officio reperitur, Regius quoque intervenit affenfus,cum difpenfatione fpecifica; non obftante quod fuper officio proceffiffe nofcatur.*

Fuiffeque etiam allegatam per Fifcum, conftat ex
traditis per *D.Galeota nu.*307. Et refert *D.Rovitus d.decif.* 72. *num.*8. cum inquit. *Et deni-*
36 *que non deficit inveterata illa obfervantia per quotquot fuerunt poffeffores impetrari affenfum Regium fuper alienationibus, & quibuslibet contractibus factis tangentibus officia prædicta.*

Cujufmodi allegatæ confuetudini ex parte Fifci, fi aliquid fuiffet repofitum ex parte *D.Didaci*, de prætenfa confuetudine judicandi contraria,non illud narrare omififfet *D.Rovitus*, qui omnia, quæ ex utraque Parte in facto fuere allegata, adeò diftinctim attulit, ut nihil prætermififfe dici poffit.

NEc tantùm fuit allegata confuetudo impetrandi affenfum; Sed iidem *Advocati Dom. Didaci* confeffi fuerunt de officiis regalibus, quamvis conceffis prò hæredibus non poffe difponi abfque affenfu.

Conftat id ex traditis per *fupracitatum Lanarium*, qui fuit Advocatus *D.Didaci,in addit.ad d.cap.* 1. *de fucc.feud. num.*57. Dum reaffumendo omnes conclufiones, ex iis quæ fcripta fuerant prò *D.Didaco*, eatenus ait, de officiis de quibus agebatur potuiffe difponi per fideicommiffum,

qua-

quatenus ſuppoſuerunt Advocati illa non eſſe
de Regalibus, quia non habebant annexam Iu-
riſdictionem, ſed ſolummodo verſabantur circà
miniſterium perſonale. Et in iſtis officiis, non
in illis, quæ eſſent de Regalibus, plures allegavit
deciſiones, ea non ſubjacere diſpoſitioni *conſti-
tionis ſcire volumus*.

Nàm ſi habuiſſent annexam Iuriſdictionem, *Auda-
ctèr teneo*, inquit *Lanarius*, *non poſſe in ea fieri*
37 *fideicommiſſum, & ſubſtitutionem, ſinè aſſenſu;
Quia talia officia non poſſumus negare eſſe de
Regalibus*; ex prædicta *Afflicti* doctrina, *& aliis*
quos allegat, *d.num.57. verſ. & tunc officium*.
Quod ſecus ideò dicendum voluit in ea cauſa,
qua agebatur de officiis Magiſtri Actorum, &
Credenzerii; *In quibus* inquit *nulla cadit Iu-
riſdictio, ſed tantùm exactio proventuum, qui
conceduntur in allodium, vel ſimpliciter abſque
ulla expreſſione feudi, vel ſervitii, & retentio-
nis directi dominii, prò ſe, & hæredibus, vel
prò ſe, & hæredibus ex corpore. Et tunc indu-
bitanter teneo poſſe in eis fieri fideicommiſſum,
& ſubſtitutionem abſque aſſenſu. Ut latius fun-
davi in prædictis allegationibus*. Atque ità ait
judicatum *in deciſionibus*, quas affert *num.59.
pag.281.*

Igitur conſtat *Advocatos D. Didaci* nedum non
allegaſſe conſuetudinem judicandi, ut officia
regalia poſſent alienari, abſque aſſenſu, quando
fuiſſent conceſſa prò hæredibus ſimplicitèr. Ut
potiùs allegaverint contrariam; ſcilicèt ejuſmo-
di conſuetudinem fuiſſe introductam ſolùm in
officiis non regalibus; Et parum referre, An eſ-
ſent *prò hæredibus ex corpore*, An ſimplicitèr
conceſſa *prò hæredibus*.

Etſi id neque fuit probatum, niſi ex unica deciſio-
ne *R.Cam.in officio Mag. Actor. Civit. Averſæ*;
Cujus poſſeſſor citatus ad oſtendendum titu-
lum; producto inſtrumento emptionis, abſque
aſſenſu, fuit abſolutus,

Quæ deciſio, ſi eam habuit cauſam, prout fuit alle-
gatum *ex parte D.Didaci*, ſcilicet, quod officia
38 Magiſtri Actorum, & Credenzerii, non eſſent
de Regalibus; Prout verius eſſe, opinio erat eo
tempore, ex punctuali doctrina *Andreæ in cap.
1.quæ ſint regal. verbo poteſtas conſtituendorum
Magiſtratuum num.67.* Imò de ea nullum eſſe
dubium ſcripſit *Dom.de Ponte deciſ.16.num.26.
& deciſ.37. num.* 13. In eandemque inclinat *D.
de Franchis deciſ.45. num.*6. & admiſerat *Dom.
Rovitus deciſ.45. num.*6. & latè fundavit *Lana-
rius d.num.*58. *&* 59. ubi ex *Andrea* dixit offi-
cium Mag.Actor. eſſe vile, & abjectum, imò of-
39 ficiorum fæcem; Utique non fuit contraria
Regiis literis, quæ expreſſim loquuntur de offi-
ciis regalibus. Nihilque obſtabit noſtræ cau-
ſæ, in qua de officio agimus, quod verſatur, cir-
cà nobiliſſimam partem Regiæ Iuriſdictionis,
prò conſervanda civili Societate; cognoſcendi
ſcilicèt de ponderibus, & menſuris omnium re-
rum vænalium, & exigendi pœnas à commit-
tentibus fraudes.

Prætèrquamquod, hodiè non dubitatur in omni-
bus officiis, cujuſcumque generis, idem Ius ſer-
vandum. Fuitque prò vero habitum in *dicta
cauſa de Bernaudo* per *D. Rovitum d. deciſ.72.
num.23. & 24.* ex latè traditis per *D. Galeota
d.reſp.12.à num.171.uſq. ad nu.184.* & conſen-
tit *Amicang.de offic.qu.2.num.6. & 7.*

Etſi ad id, quod probare intendimus ſat erit oſten-
diſſe, eximios Advocatos, tunc temporis, *Ful-
vium Lanarium*, *Vincentium Corcionum*, *Io:
Antonium Pariſium, Ferdinandum Capycium,
& Alexandrum Palmerium*, non auſos nè mu-
tire quidem contrà doctinam *Afflicti*, *& alio-
rum*, circà prohibitam facultatem alienandi of-
ficium, quamvis conceſſum *prò hæredibus*, *&
ſucceſſoribus in perpetuum*. Ut hinc nil oppo-
ni poſſit Regiis literis, ſi eam ſententiam decla-
rarunt veram, quam nè *Partium* quidem *Advo-
cati*, cum caſus accidiſſet, auſi fuerint impu-
gnare.

SEXTA CONCLUSIO.

*Prædicta deciſio Reg.Cam.in cau-
ſa officii Mag. Actor. Civitatis
Averſæ malè fuit adducta à*
D. Reg. Rovito *ad probandam
opinionem* Montani, *circà fa-
cultatem alienandi, abſque aſ-
ſenſu, officia conceſſa prò hæ-
redibus in perpetuum. Aliæ-
que deciſiones adductæ per* La-
narium *non probant id, ad
quod adducuntur.*

NOn negabimus *D.Rovitum d.deciſ.72. num.*
42. prædictam deciſionem attuliſſe prò con-
firmanda *Horatii Montani* ſententia, *in d.§.*
40 *præterea Ducatur num. 45. & 46.* Vt conceſſo
officio prò hæredibus in perpetuum, non ſit lo-
cus diſpoſitioni *conſtitutionis ſcire volumus*, im-
probando *Afflictum in ea conſtitutione*, quate-
nus docuerat illi locum eſſe, etiamſi Regalia
fuiſſent conceſſa in allodium. Quaſi concede-
re officium prò ſe, & hæredibus, idem ſit, ac il-
lud concedere in burgenſaticum. Et verba
Dom.Roviti ſunt; *Et in his terminis, procedit
deciſio Reg.Camer.allegata prò parte D. Didaci
ſuper officio Magiſtri Actor. Civitatis Averſæ,
quod fuerat conceſſum prò ſe, & hæredibus ſim-
pliciter, & ſic in burgenſaticum, & poſteà fue-
rat alienatum abſq; aſſenſu.*

Sed

Sed *D.Rovitus*, id dixit suo judicio, non quòd interfuisset illi decisioni. Et in rebus facti, illius authoritas non poterit prævalere numero,& authoritati tot insignium Advocatorum, qui decisionem illam allegarunt, tanquam per eam fuisset decisum officium Mag. Actor. non esse de Regalibus; Nullo verò modo, ut per eam prætenderent Regalia concessa prò hæredibus in perpetuum, posse alienari sine assensu.

Vt omittamus non videri *D.Rovitum*, rem prò dignitate tractasse, cum supponens per eam decisionem judicatum contrà *Afflictum*, officium concessum *prò hæredibus, & sic in burgensaticum* in nostro Regno potuisse alienari absque assensu; Nullam fecit mentionem *Frecciæ, Capycii, de Amicis, de Ponte, Georgii,& aliorum*, qui ad ea usque tempora communi consensu *Afflicti* sententiæ subscripserant. Quos haud credendum adeò ab eo parvipensos, ut nè nominari quidem meruissent.

Dissimulavit etiam omnia, quæ circà eam rem adducta fuerant à *D.Galeota d.resp. 12. à nu.131. per plures sequentes*; & rationem inevitabilem, quam attulerat pro veritate doctrinæ *Afflicti*, quia Regalia concessa in burgensaticum, non minus sunt Regalia, quàm concessa in feudum, proindeque utroque casu prohibita alienari absque Regis licentia; ut latè ostendit, *usq. ad nu.* 165. Etiam si fuissent concessa, cum potestate alienandi; Quia adhuc intelligendum, præcedente assensu Regis. Quamvis aliud sit in feudis, quòd strictius procedatur in Regalibus, quàm in feudis, *ut num.*133. *&* 135.

Vndè impossibile est,ut credamus(quod nec *Dom. Rovitum* existimamus credidisse) *Regiam Cameram*, cum absolvit possessorem illus officii, ab ostensione tituli, quidquam judicasse contrà tam receptam sententiam,proptèr authoritatem unius *Montani*. Qui nec eo tempore scripserat, nec si scripsisset, potuisset eum *Cameræ* præponere authoritati *Afflicti, Capycii, Frecciæ, de-Ponte, & aliorum*. Qui cum non haberent contradictorem, ab eorundem opinione tunc recedere, nefas.

Vero similius est voluisse *D. Rovitum* illam decisionem accipere,aliter quàm re vera fuerat lata, & aliter, quàm fuerat allegata *ab Advocatis D. Didaci*;ut paradoxam opinionem *Montani*,contrà *tot Scribentes*, quandò aliter non poterat, saltem muniret authoritate rei judicatæ. Adeò magnus ille Vir tribuendum censuit affectu,quo *Montanum* prosequebatur, & præjudicatæ opinioni, quam, licèt aliàs non immerito, de illius doctrina conceperat; Vt illius repetitionem *ad d. l.Imperialem*, non dubitaverit comparare, cum *feudorum Monarcha*, ut ipse eum vocat *Bartholomeo Camerario*, in probatione operis ejusdem *Montani de Regalibus*; ubi miris illum laudibus extollit.

ET vana est *Adversariorum* Responsio *Afflictum,& alios*, qui allegantur, non loqui expressim, cum concessio fuit facta *prò hæredibus in perpetuum*, sed solùm cum fuit facta *in burgensaticum*.

Nàm præterquam quod *Afflictus*, cum paulò post dicat,neque posse institui hæredem extraneum, *ut nu.* 5. *&* 6. manifestè ostendit se loqui in iis casibus, in quibus Regalia transeunt ad hæredes. Ratio omnis quam sivè studio Partium, sivè æmulatione adversus *D.Galeota*, excogitavit *Montanus*, ut tam absurdæ sententiæ Author fieret, non alia fuit,nisi quia concesso officio pro hæredibus in perpetuum, omne voluit transferri dominium in concessionarium; illudque ideò esse mere burgensaticum, nec recognosci amplius à Rege. Et exindè arguit, *Constitutionem*, quæ loquitur de Regalibus,quæ tenentur à Regia Curia, non habere locum in hujusmodi officiis, quæ pleno Iure vult translata in concessionarium, *ut d. §.præterea Ducatus n.* 35.*&* 37. Quam rationem centies repetit *in tract. de Regalibus*, & præsertim *in præludiis num.*43.*in fin.vers.ex dictis, & in cap.de officiis num.*20.*&* 25. Et quia hujusmodi doctrinæ videbat obstare doctrinam *Afflicti*, fuit coactus illam impugnare. Vndè tota illius ratio est,quod officium hoc casu, amissa natura Regalium, adsumpserit naturam merè burgensaticam. Vt constat etiam ex *D.Rovito*,qui totus fuit in amplexandis imaginationibus *Montani, nu.*40.41. *&* 42.

Quæ ratio, si ullam haberet vim, fortius procederet, cum qualitas burgensatica fuit expressim declarata in concessione, quàm cum deduceretur per argumentum, ex concessione facta prò hæredibus.

VEra igitur ratio *prædictæ decisionis Reg. Cameræ* non alia esse potuit, nisi, quam addu-
41 xerunt *Advocati Dom.Didaci*, quia officium illud non fuit habitum tanquàm de Regalibus.

Nisi dicere velimus decisionem illam, dùm absolvit possessorem ab ostensione tituli, processisse ex eo, quòd cum viverent adhuc hæredes Venditoris, proùt etiamnùm viuunt, qui officium potuissent avocare,restituto pretio,aut super venditione impetrare assensum(prout super alia venditione ejusdem officii pluribus retrò annis facta.Fiscus nuper coegit Partes ad impetrandum assensum) Fiscus nullum ex ea re lucrum sperans, nihil sua interesse putasset, illud ab altero potiùs, quàm ab altero exerceri.

ALiæ decisiones,quæ producuntur à *Lanario*, nihil faciunt ad rem.

Decisio nànque *in causa illorum de Mastrillis,cum Universitate Nolæ*, circà officium paritèr *Ma-*
42 *gistri Actorum*, ex cujus fructibus fuerunt condemnati solvere collectas, quæ est *decisio* 469.

Dom.

D.Re vertera, juxtà ordinem D.de Marinis par. 2. Cùm tantùm concludat officium fuisse habitum prò burgensatico, nil certè ad rem. Cùm non qualitas feudalis, sed qualitas Regaliæ sit illa, quæ in officiis impedit alienationem, absque licentia Principis, quamvis essent concessa in burgensaticum, ut modò ostendimus.

Et decisio adducta *in causa illorum de Montibus*, qua per S.C. fuit conservatus in possessione *officii Baliva Civitatis Capuæ*, *Mons* institutus 43 *à Marchione Arboja* in beneficium masculorum suæ familiæ, adversùs *nepotes ex filia ejusdem Marchionis*, qui petierant immitti in illius possessionem; quòd concessio fuisset facta *à Rege Ferdinondo Primo qu. Antonio de Montibus* Locumtenenti Regiæ Cameræ, *prò se, suisque hæredibus, & successoribus ex corpore*; ac proptereà de eo non potuisset disponi absque assensu, in præjudicium descendentium; Aut non probat id, ad quod fuit producta; Aut plus probat, quàm ad quod fuit producta.

Fuit enim lata super officio habente Iurisdictionem. Malè igitùr fuit adducta *à Lanario*, ut probaret officia nudi ministerii, posse alienari, absque assensu.

Fuerat insuper officium concessum *prò hæredibus ex corpore*; Quo casu nè *Montanus* quidem negavit de eo non potuisse disponi sinè assensu; nec qui in omnibus *Montano* subscripsit *D. Rovitus d.decis.72.num.43*. Et decisum in propriis terminis apud *D. Reverteram decis. 73. par.4.* quæ est 381. apud *D.de Marinis*.

Fuit igitur conservatus Mons in possessione, quia judicium immissionis non poterat intentari, nisi à successore universali; nec poterat exerceri contrà titulo possidentem.

Vt hinc constet nullam ex prædictis decisionibus posse dici contrariam *Regiis literis*; Quod erat probandum. Quamvis aliter illis respondendum duxerit *D.de Philippis dissert.35.à nu.54. ut per eum.*

SEPTIMA CONCLUSIO.

Officium, quamvis concessum in burgensaticum, & in perpetuum, absque ulla spe reversionis ad Regiam Curiam, non potuisse alienari, absque assensu, antè Regias literas, fuit habitum prò indubitato in S.C. etiam in casu fortiori, Venditionis factæ sub hasta, in decisione adducta per D. Regentem Marcianum disput. 28. 2. par. *Anno 1636. Quam frustrà vitare conati sunt Adversarii.*

Conclusio hæc probatur evidenter ex traditis per *ipsum D.Marcianum eadem disput.*28.

Fuerat ad instantiam creditorum *Civitatis Aversæ* exequutum in S.C. *officium Grosserii*, quod à Civitate ab immemorabili tempore possidebatur, ut *ibidem num.* Et præcedente appretio, & subhastationibus, venditum eidem creditori, nullo reservato assensu impetrando; traditaque possessio.

Petiit Civitas sibi concedi Ius offerendi, quod potissimum sibi competere allegabat, quòd officium illud, sivè esset feudale, sivè saltem de Regalibus, non potuerat vendi sinè Regis assensu.

Et quamvis ex recepta *inter Nostros* interpretatione, adversùs venditionem factam sub hasta, non admittatur revocatio, id dicebat procedere, quandò in ipsa venditione fuisset reservatus Regius assensus; Non quando venditio, absque illius reservatione, nullitèr processisset. Nàm tunc, si non potuisset revocari venditio, vigore *Constitutionis Constitutionē Divę mem.* quæ nō loquitur, nisi de venditione voluntaria, potuisset avocari res, tanquàm nullitèr distracta. Et cum nullum fuisset in emptorem translatum dominium, non posse sibi negari Ius offerendi. Ut latè per *eundem D. Marcianum à num.*13.

Et facta relatione per *D. tunc Consiliarium* posteà *Regentem Sanfelicium*, intervenientibus sex Consiliariis, & inter eos insigni illo *Feudorum Interprete*, doctrina non minus, quam nobilitate clarissimo, *D. Andrea Marchesio*, memoriæ nobis nunquàm obliterandæ, postmodum S.C. *Præside* dignissimo, fuit decisum *esse deferendum petitæ in integrum restitutioni per Universitatem; eidemque facto deposito quantitatis debitæ, possessionem ejusdem officii restituendam.*

Et in tota ea disputatione, nullum constat fuisse excitatum dubium, circà articulum generalem, An officium si fuisset concessum in burgensaticum, & absque ulla spe reversionis ad Reg. Curiam, dùm possidebatur ab Universitate, quæ nunquàm moritur, potuisset, vel nè alienari sinè assensu.

Id enim fuit habitum pro absoluto, ex prædicta *Afflicti* doctrina, *& aliorum*; Nec sophismatum *Montani*, quibus eam impugnari posse fuerat opinatus, ob prætensam translationem pleni dominii, & omnimodam mutationem naturæ de Regali in burgensaticam (quæ fortiùs sibi locum vindicassent in ea specie, quàm in casu concessionis factæ prò hæredibus in perpetuum) fuit ulla habita ratio; Itàut nè allegari quidem meruerint ab ulla ex Partibus. Sed omnis difficultas fuit, circà privilegium venditionis sub hasta.

hasta; Et an competeret Ius offerendi,cum aliis, quæ per totum illud Caput disputtantur. Quippè quia articulus generalis, circa prohibitam alienationem absque assensu, etiam si officium fuisset concessum in burgensaticum, & nunquam ad Regem reversurum habebatur pro absoluto. Itàut etiam post impugnationes *Montani*, non potuisset in disputationem trahi, in forensibus quæstionibus.

Undè frustrà *Adversarii* recurrunt ad considerationes ejusdem *Montani*, dum *2.alleg. pag.7.vers.similitèr*, dicunt non referri à *Dom. Marciano formam concessionis dicti officii; Quomodò ea fuisset facta; An sub aliqua reservatione; Et an in feudum; An in allodium. Imò, dum recurrit ad præsumptionem feudalitatis, ob jurisdictionem annexam officio, clarè inferri, quod prima concessio non adpareret*.

Etenim vel ex hoc ipso agnoscere potuissent, nullam ex prædictis considerationibus, quas effinxit *Montanus* fuisse existimatam per S.C. ullius ponderis in ea causa. Quia sivè officium fuisset concessum in feudum, sivè in burgensaticum, sivè cum aliqua reservatione, sivè non; sivè illius adpareret concessio, sivè non adpareret; semper idem erat judicandum*; nè posset alienari absque assensu.

Quinimò hoc ipso, quod possidebatur per Civitatem ab immemorabili, jam certum erat illius non adparere concessionem. Nàm si adparuisset, non potuisset possideri ab immemorabili; Cujus essentia est, ut nullum adpareat initium. Undè si non adparebat concessio, nulla in ea poterat contineri reservatio in beneficium concedentis; Et officium debebat præsumi concessum simplicitèr, & per consequens in burgensaticum.

Et ideò *D.Regens* restrinxit se in qualitate Regaliæ, quæ ut prædiximus, non minus potest concedi in feudum, quàm in burgensaticum. Undè inquit *n.15. Vel saltem est de Regalibus, cùm sola jurisdictio includat per se qualitatem Regaliæ; ex Rovito decis.72.num.54.vers.quicquid tamen sit, & antè eum de Ponte cons.30.n.13. lib.1.* Et utroque casu inquit *n.16. Sivè igitur dicamus officium esse feudale, sivè de Regalibus propter jurisdictionem annexam, certum est, nullo modo potuisse alienari absque Regis assensu. Ex Afflicto, Freccia, Capycio, aliisque*, quos præcedentibus Conclusionibus adduximus.

Etsi verè hoc ipso, quod non constabat de concessione, nec prò eo officio unquam *per Civitatem* præstitum servitium, debebat præ-
46 sumi in burgensaticum; maximè data possessione immemorabili. Ut absque dubio tenendum inquit *D.Reg.de Ponte decis.2.n.5.* Et ita fuit ipso referente decisum *per Coll.Cons.*

Cujus opinionem, etsi aliis rationibus, sequendam scripsit *Montanus de regal.verb.potestas constituendorum Magistratuum n.20.pag.240.col.1.in fin.* Etiam attento Iure Regni, rejecto *Fulvio Lanario*, qui contrarium tentaverat, ut *ibid. num.9.*

Undè S.C. *in prædicta causa*, dum judicavit officium, non potuisse vendi sinè assensu, non potuit se fundare, nisi in qualitate Regaliæ.

Nec potuit illud habere pro feudali; dùm non erat annexum Castro, quod possideretur in feudum; quo casu ratione adnexionis, voluerunt nostri
57 Iurisdictionem tanquàm adnexam feudo præsumi feudalem; ut accipiat naturam rei, cui accedit. Ut benè per *Amicangelum in rub. cap. 1. quæ sint regal.n.20.& seq.*

Alioquin si officia habentia jurisdictionem, ratione jurisdictionis, præsumenda essent feudalia, etiam si non fuisset expressim dictum ea concedi in feudum, sequeretur officium, de quo agimus, præsumendum feudale. Quod si à Parte admittitur, nil nobis amplius opus recurrere ad qualitatem Regaliæ.

De qua tamen re, quidquid sit. Sat nobis esse debebit ostendisse, sententiam *Afflicti*, etiam post *Horatium Montanum*, fuisse habitam prò indubitata in prædicta causa. Dùm nulla facta inquisitione, juxtà illius traditiones, An fuisset facta, ulla reservatio in beneficium concedentis; Et An concessio esset præsumenda in feudum, An in burgensaticum, fuit judicatum prò nullitate venditionis absque assensu, etiam in venditione sub hasta.

Vt hinc constet Regias literas nedùm non reperisse, quoad hoc Caput, stylum judicandi contrarium; sed potiùs, cum communissima, receptissimaque sententia, rem aliàs judicatam, juxtà ipsasmet literas.

Sed transeamus ad Secundum Caput de successione hæredis extranei.

OCTAVA CONCLUSIO.

Regiæ literæ, cùm declaraverunt concesso officio prò hæredibus in perpetuum, non alios succedere, nisi qui fuissent successuri, juxtà ordinem successionis Feudorum; nihil declararunt, quod in Regno antè Mõtanum *ullum habuisset contradictorem. Cum è converso omnes à tempore* Afflicti, *prò indubitato*

tato habuiſſent , non ſuccedere niſi hæredes ſanguinis .

HÆc Concluſio eſt certiſsima , & demonſtratur evidentèr, ſi conſiderentur tradita à *noſtris Regnicolis*, à temporibus *Afflicti* , uſque ad *Montanum*, & caſus, qui fuerunt intereà diſputati, circà ſucceſsionem in officia .

ERit namq; Primùm advertendum,hunc articulum apud *noſtros Antiquos* vix poſſe reperiri explicitè tractatum.

Quia cum hujuſmodi officia regularitèr non concederentur niſi *ad vitam* ; & in quibusdam caſi-
48 bus , *ad vitam primi , vel ſecundi hæredis*; Rariſſimè verò *prò hæredibus in perpetuum* , prout poſt *Conſiliar. de Georgio* advertit etiam *D.Galeota d.reſponſ.*12.*num.*98. Et in iſtis , aliquando fuiſſet expreſſum , *prò hæredibus ex corpore* , aliquandò *prò hæredibus ſimplicitèr*. Prout diverſimodè iſta formula uti ſolitos conſtat *noſtros Reges* in conceſſionibus feudorum . Idcircò cum certum eſſet apud noſtros , in feudorum Inveſtituris nil differre alteram , ab altera formula, niſi solùm quoad ſucceſſionem ſratrum in feudo novo , *ex conſtit.de ſucceſſionibus* ; Cum quoad conſtitutos in ulteriori gradu , utraque formula ſemper intelligatur de hęredibus deſcendentibus ex corpore primi adquirentis,tàm *Jure communi ſeudorum*, quam *noſtrarum Conſtitutionum*; fuit ideò id habitum prò indubitato , etiam *in Regalibus* , & per conſequens eò fortius *in officiis*, quandò ex privilegio poterant tranſmitti ad hæredes. Scilicèt, ut ſivè dictum ſuiſſet , *prò hæredibus ex corpore*,ſivè *prò hæredibus ſimplicitèr*; ſemper non alii intelligerentur vocati , quàm hæredes ſanguinis, propter ſimilitudinem, quam Regalia habent, cum ſeudis,& quia ſtrictius proceditur in Regalibus,quam in feudis, & ſtrictius in officiis, quam in cœteris Regalibus .

SEcundò advertendum feuda , etſi à principio fuerunt annalia , poſtmodum ad vitam , deindè ad filios,& demum fuerunt extenſa ad omnes deſcendentes, *cap.*1.*§.*1. *qui feud.dar.poſſ.* non id
49 eodem Jure ſtatutum reperiri in Regalibus . Et proindè regulam , ut conceſſa re in feudum cenſeatur conceſſa prò omnibus deſcendentibus, *d.cap.*1.*§.*1 .*qui feud.dar.poſſ.& cap.*1.*§.etſi clientulus de alien.feud.* Non æquè procedere in Regalibus , niſi expreſſim concedantur in feudum, habeantq; redditus certos, ſuper quibus feudum poſſit conſiſtere. Nàm aliàs cenſerentur conceſſa ad vitam , ut declarat *Andreas in cap.* 1 *de feud.March.num.*2.*&* 3. Undè dignitates regales , etiam conceſſæ in feudum , non tranſibant ad hæredes , niſi novitèr ab Imperatore concederentur, ut clarus eſt *textus in d.cap.*1. *§.fin.de feud. March.* ibi : *Hæres non ſuccedit ullo modo, niſi ab Imperatore per inveſtituram adquiſiverit.* Et contrà rationabilem uſum uſurpatum , ut in hujuſmodi Regalibus , quamvis in feudum conceſſis, ſit ſucceſſio, habemus, *ex d.cap.*1.*de alien. feud.in fin.* ibi: *Non eſt ſucceſſio ſecundùm rationabilem uſum, ſed hodiè hoc eſt uſurpatum* . Undè *Gloſa*, ibi volebat hanc conſuetudinem , tanquam improbam non eſſe ſervandam . Cui non conſentit *Andreas loco ubi ſup.* quando tamen unà cum dignitate regali concederentur Terræ, vel alia immobilia,ſuper quibus feudum ſubſiſteret, quod regularitèr non conſtituitur, niſi ſuper rebus ſoli, *cap.*1.*in fin.de feud.cognitione* . Quià jam in iſtis dignitatibus regalibus ità in feudum conceſſis habemus dari ſucceſſionem, etſi non dividuam, prout in cœteris feudis , *in cap.Imperialem, §.prætereà Ducatus de prohib.feud.alien.*

At in aliis Regalibus nullam legem habemus , ut tranſeant ad hæredes, niſi ſolam conſuetudinem reſpectu deſcendentium.

Ideòque *Afflict. in d. conſtit. ſcire volumus num.*5. Ut probaret conceſſis Regalibus,poſſe ea tranſmitti ad filios , cum non haberet legem , quæ id
50 diceret , uſus fuit argumento ducto ab *Auth.de reſtit. §. fin.* quod in generali prohibitione , non comprehendentur filii , dum inquit . *Sed an tranſeant in filium ? Dico quod ſic, nam ſi eſt prohibitum alienari, non intelligitur de filio,niſi expreſſim dicatur , Auth. de reſtit.* Et ideò ſucceſſionem reſtrinxit ſolum ad deſcendentes, excluſis etiam matre , & ſratribus , in quorum Perſonas prohibitam etiam eſſe dixit quamcumque alienationem,ibi:*Sed in iſtis Juribus Regalibus, ſinè regio aſſenſu, dictis perſonis , quæ non ſuccedunt in ipſis, non poteſt fieri alienatio , ſicut dicimus in feudo novo , ut dicetur infrà in conſtit. ut de ſucceſſionib.* Et eò magis prohibitam inſtitutionem hæredis penitus extranei , ut ſubdit *n.*6. *Et ſcias, quod iſte , qui habet jura Regalia à Rege,nō poteſt aliquid in teſtamento relinquere,quia ſub prohibitione alienationis facta per iſtam conſtitutionem comprehenditur hæredis inſtitutio extranei , & legatum.*

Sicque patet nullum habuiſſe dubium *Afflictum* quin deſcendentes ſuccederent in Regalibus, prout in feudis ; Sed non ex eadem regula , qua ſuccedunt in feudis . Ideòque Regalia tranſire ad deſcendentes , introductum per uſurpationem , & non per regulam , dixit *Freccia de ſubfeud.lib.*3.*formula* 2. *num.* 28. ibi: *Regalium natura non eſt ad filios tranſitura , niſi per uſurpationem , & non per regulam.* Quamvis *num.*30. dicat eam fuiſſe bonam uſurpationem. *Sed quia hodiè iſta Regalia ad deſcendentes tranſmittuntur, hanc ſumpſere naturam , ut omnes deſcendentes habeant, non ex mala uſurpatione , ſed ex bona.* Vt hinc *D.Galeota d.reſp.*12.*num.*153.non ſinè ratione deduxerit ſtrictiorem eſſe ſucceſſionis naturam , quoad deſcendentes in Regalibus, quàm in feudis . Quia in Regalibus , ſi non

sint concessa in feudum, non succedit, nisi de-
51 scendens ab ultimo moriente; & per consequēs, facilius devolvuntur ad Regem, quam feuda; In quibus sat est, ut quis descendat à primo adquirente; intrà gradus tamen Jure permissos; Quod non ità in Regalibus.

TErtiò advertendum, nunquam fuisse dubitatum officia, precipuè habentia Jurisdictionem esse de Regalibus. Prout neque dubitatum
52 strictiorem in ijs rationem succedendi, quàm in cœteris Regalis. Quia officia sunt personalissima, nec transeunt ad hæredes, nè quidem sanguinis, prout cœtera Regalia, nisi expressim dicatur. Etiam si fuerint concessa in perpetuum, quia intelliguntur in perpetuum, durante vita concessionarij.

Et quamvis facta alicui concessione Regalium, censeatur in eundem translatum dominium uti-
53 le, prout in feudis, ut post *Glosam in d. constit. scire volumus*, tradit *Afflictus ibidem num.* 4. dum docet rationem illius constitutionis pendere *à ratione directi dominii, quod Rex habet in Regalibus, sicut in rebus feudalibus*: Undè præsupponit dominium utile translatum in concessionarium. In officiis tamen nullum, neque utile, neque directum dicitur transferri dominium, sed tantum administratio. Vnde potius dicuntur commendari, quam concedi. Vt post *Andream in d.cap.*1. *de feud. Marcb.post num.*2. *& in cap.* 1. *quis dicatur dux num.* 2. *&* 4. tradunt *Francis. de Amicis in repet. tit. de his, qui feud.dar.poss.* §. *natura etiam officii pag.* 62. *Regens de Ponte decis.*28.*num.*7. *& num.*43. *Consil.Teodorus alleg.*41.*num.*3. & alii passim.

QUibus positis, cum certum sit in feudis, & per consequens in Regalibus, concessionem prò hæredibus,& successoribus in perpe-
54 tuum,accipiendam prò hæredibus sanguinis. Ut communis est omnium conclusio, de qua latè per *Theodorum d.allegat.*41. *num.*10. *& seqq.*& docuit *Bartolus* communiter receptus,*in l.Gallus* 29. §.*etiam si parente*, *D. de lib. & posthum.* Nunquam potuit alicui in mentem cadere, ut concesso sibi officio, prò hæredibus in perpetuum, potuisset de eo disponere in extraneum. Qui si id non licuisset in feudis, eo minus videbatur licere potuisse in officiis; In quibus strictius proceditur. Et ideò semper fuit prò certo habitum in illud non succedere, nisi descendentes, juxtà præcitatam *Afflicti doctrinam*. Quam cum nullus unquam impugnaverit, antè *Horatium Montanum*, qui adversus illam insurrexit, tàm quoad caput hæredis extranei, quando concessio non fuisset expressim prò hæredibus ex corpore, *in d.*§.*prætereà Ducatus num.*23. quàm quoad caput alienationis absque assensu; quando fuisset facta in burgensaticum *ibidem nu.*46. Imò potius omnes eam simpliciter fuerint amplexati, ut superius ostensum. Jure sequitur illam tam quoad caput alienationis absque assensu, quàm quoad caput successionis hæredis extranei, usque ad tempora *Montani*, per centum, & quinquaginta, & ultrà, annos stetisse immotam. Et cum quoad caput hæredis extranei, à nemine fuisset revocata in dubium; ideò defuisse occasionem Veteribus, ut hunc articulum specialitèr tractarent.

HInc *Freccia d. lib.*2.*de subfeud.qu.*51. Volens tractare quæstionem, An concesso officio, *prò hæredibus*, possent admitti fœminæ, posuit casum expressim in filia; quia in filia solùm cre-
55 didit posse cadere quæstionem, non in extranea. ibi, *Si Rex concedat officium Titio, & hæredibus suis, An in eo filia succedat?* Manifestè ostendens suis temporibus, non fuisse dubitatum, quin per ejusmodi concessionem, solùm intelligerentur vocati descendentes; Quasi idem dicere fuisset *prò hæredibus suis, ac prò hæredibus ex corpore*. Et id, de quo solùm potuisset disputari, fuisse, An inter hæredes ex corpore, sicque intèr descendentes, filia tanquam fœmina, esset comprehensa.

HInc idem *Freccia lib.*3.*formula* 2. *n.* 25. tractans aliam quæstionem, An concessio fa-
56 cta Titio *prò se, & hærede*, restringenda esset ad primum hæredem, præsupposuit similitèr quæstionem procedere solùm inter descendentes. Undè si concessio fuisset de feudo, dixerat, *num.*2. *vers. contrariam*, veriorem sibi videri sententiam, ut comprehenderentur omnes hæredes; si verò fuisset de Regalibus, inquit *n.* 25. videri concessionem restringendam ad primum; Quòd Regalia videantur alterius naturæ, & citius reverti debere ad Regem, quàm alia feuda.

Igitur utroque casu loquitur de hæredibus sanguinis; dum pari modo determinat quæstionem in feudis, ac in Regalibus; excepto eo, quod in feudis vult intelligendum de omnibus, in Regalibus de primo.

Id quod clarius declaravit *ibid.n.*27. *vers. At duo*; dum expressim docuit in Regalibus non succedere, nisi descendentes. idque introductum per consuetudinem, ibi, *Quòd Regalia hodie fuerit ad hæredes sanguinis transitoria, & personalia non sunt, & num.*30. ibi, *Quia hodiè ista Regalia ad Descendentes transmittuntur.*

ET idem ipsum sensisse, cum eandem quæstionem tractavit speciatim in officio, constat ex *lib.*2.*qu.*56. Ubi quæstionem proposuit in hæc verba, *Si per Regem datum sit officium D. Joanni Felici, prò se, & ejus hærede; An veniant omnes hæredes masculi in infinitum, vel tantum primus*. Nam restringendo quæstionem ad masculos, ostendit agere de descendentibus. Et refert se ad dicta *supracitato loco*.

Idem

Observatio XXXXI.

Idem desumitur ex *decisione D. Reverteræ 39. p.3. in manuscriptis*, quam credimus prætermissam in compilatione *D. de Marinis*, in qua, fa-
57 cta concessione officii *Carolucio de Altomare, prò hæredibus, & successoribus*, in numero plurali, quia non aderat clausula *in perpetuum*, fuit etiam acriter disputatum cum Regio Fisco, An in illud succederent omnes descendentes in infinitum; An per successionem filiorum primi gradus, fuisset extinctum. Undè quæstio fuit solùm cum descendentibus, non cum hæredibus extraneis.

Inter descendentes processit etiam alia decisio ejusdem *Reverteræ 76. par. 4. in manuscript.* quæ est *decis.381. par.2. penes de Marin.* Qua
58 fuit decisum concessionem accipiendam de masculis, non fœminis. Et quamvis concessio fuisset expressim *prò hæredibus ex corpore*; Rationes tamen *D. Regentis*, sunt deductæ potius ex natura successionis in officiis, quàm virtute illius clausulæ. Nam aliàs clausula prò hæredibus ex corpore, non exclusisset fœminas.

Undè saltem constat nè cogitasse quidem *D. Regentem*, ut aliquo casu potuissent admitti hæredes extranei.

Inter descendentes, etiam res erat apud *eundem Regentem decis.56.p.4.* quam nobis, etsi nimis decurtatam, tradidit *D. de Marin. decis. 364.* In qua officium fuerat concessum prò hæredibus masculis, absque clausula in *perpetuum*. Et fuit orta eadem quæstio, An concessio restringenda esset ad filios primi gradus.

Nam *Iacobus Moccia*, qui petebat admitti ad successionem, per obitum *Petri fratris*, absque liberis defuncti, allegabat ipsum esse descendentem à primo adquirente, esse masculum, & esse hæredem. Ibi. *Sum descendens ex Petro seniore, sum masculus, & hæres*. Ut tota vis ideò prò obtinenda successione, fuerit posita in eo, quod erat descendens à primo adquirente.

Et si fuit dubitatum, An concessio prò hæredibus in ea specie, restringeretur ad primos tantùm; plurimumque profuit prò extendenda successione ad ulteriores hæredes, ità aliàs fuisse judicatum in eadem causa; ut dicitur *in eadem decisione*; Jam clarè constat fuisse habitum prò vero concessionem prò hæredibus in officiis, alio jure judicandam, quàm, quo utimur in aliis rebus privatis. Nàm in aliis rebus non dubitatur *hæredis* nomine, etiam in singulari numero, comprehendi non tantùm proximum, sed & hæredis hæredes, & deinceps in infinitum. *l. hæredis appellatio 65. & l. sciendum 70. D. de V.S.*

Idem deducitur ex illa ipsa *decisione ejusdem Reverteræ 74. par.4.* quæ est 382. apud *Reg. de*
59 *Marinis*, quæ contrà Fiscum affertur. Qua concluditur, concesso officio *prò se, & uno hærede*, debuisse admitti filium *fratris*, tanquam hæredem institutum à patruo, quamvis non esset descendens à primo adquirente.

Nàm dum officium erat concessum prò uno hærede, res erat indubitata, potuisse institui etiam extraneum. Ut ità passim servari testatur ibi *Reg. de Marin. n.1.* & admittit, tanquàm extrà
60 dubium *R. de Philippis dissert.23. nu.29. & 30.* Cessant enim tùnc rationes nè officium, propter perpetuam successionem extraneorum, contrà naturam Regalium, videatur perpetuò avulsum à Regia Corona, liberèque translatum in concessionarium, ejusque hæredes, contrà mentem concedentis; & contrà prohibitionem *Constitutionis scire volumus*. Ut ostendetur *in sequenti*.

Et tamen, quia inauditum erat iis temporibus, posse in officium succedere, qui non descenderet à primo adquirente, fuit de hac re dubitatum, etiam cum successio erat restricta ad unum tantùm. Nec desiit Fiscus officii possessioni incumbere, ac si vacasset in beneficium Curiæ; nihil reclamante hærede, qui diù distulit petere.

Nec constat, an res fuisset decisa. Quia *Author* nihil de decisione. Et rationes videntur notatæ potius, tanquàm *motiva*. Quas processisse solum in eo casu, manifestè innuit, cum post enarratos plures casus, quibus nostri DD. docuerunt appellatione hæredum intelligi solos descendentes, ex doctrina *Bartoli in d.l. Gallus. §. etiam si parente*, latèque traditis per *Angelum cons.182.* scilicèt, quando ob successionem extranei resultaret aliquod absurdum, aut inverisimile, aut repugnans naturæ actus, qui geritur, inquit, *In casu nostro, quòd veniat hæres extraneus, non cadit, neque resultat aliquod inconveniens, de illis supranarratis*. Quasi in aliis casibus, quandò successio non fuisset restricta ad unum tantùm, alitèr fuisset dicendum.

Hæcque est vera Responsio *ad eam decisionem*, non ea, quam tradidit *D. de Philippis d. dissert. 23. n. 23.* quòd filius fratris ideò fuerit existimatus di-
61 gnus admitti ad officium concessum patruo, quòd fratris filius, tàm communi Iure, quàm patrio, non repelleretur à feudi successione. Nam id in feudis novis, nec Iure communi, nec nostrarum Constitutionum, potuisset tunc prætendi. Vt benè, quoad hoc, adverterunt Adversarii, *pag.7. vers. quod verò*.

Idem, & apertiùs desumitur, ex traditis per *Franciscum de Amicis*, doctum sui temporis
62 feudorum Interpretem *in rep. cap.1. de his, qui feud. dar. poss. §. sumus modò n.10. pag.60.*

Nàm posito casu, ut officium fuisset concessum, pro se, & hæredibus, ibi; *Habuerat Robertus officium ex privilegio Regis, prò se, & hæredibus*. Consuluit inter descendentes non succedere, nisi solum primogenitum. Adeòut nec pater de eo potuisset alitèr disponere. Vt *in §. natura*

tura etiam rei pag.52. Ibi; *Et allegabam coram doctis, & peritis Consiliariis, quod etiam in istis officiis sic concessis prò se, & hæredibus, primogenitus succedit.*

Igitur habebatur prò indubitato iis temporibus, concesso officio prò hæredibus, non succedere, nisi descendentes.

Et quamvis concessio in ea specie verè non fuisset prò hæredibus, ut eam malè supponit *de Amicis; Sed prò hærede nominando, & nominatione non facta, prò eo, qui legitimus fuisset hæres.* Prout habemus *ex decisione in eadem causa* (postquam ratione interesse Regii Fisci, è S.C. fuit translata ad Reg. Cam.) apud *Reverteram decis.9.p.7.in manuscript.* quæ est 551. apud *de Marin.* Sat est, quoad id, quod probare intendimus, fuppofuisse *de Amicis*, concessionem fuisse prò hæredibus, & tamen eam accepisse, ac si fuisset pro hæredibus ex corpore.

IDem fuit posteà habitum prò vero per ipsam Reg.Cameram in prædicta causa. Nàm cum non facta nominatione per patrem, futurus fuisset locus successioni hæredis legitimi; fuit decisum in officium successisse filiam primogenitam, & per illius mortem; vacasse in beneficium Regiæ Curiæ.

63 [at the line "set locus successioni"]

Non tantùm quia ipsa fuerat instituta hæres in feudalibus; Vndè videbatur instituta etiam in officio. Sed etiam, quia quandò adhuc pater decessisset intestatus, qualitas illa *hæredis legitimi* contenta in concessione, non *de alia potuisset intelligi, quàm de primogenita, quia ea sola fuisset futura hæres in feudalibus,* quamvis in burgensaticis fuisset successura unà cum secundogenita; *Propter majus simbolum* (sunt verba *Authoris*) *quod officium habet cum feudis, quàm cum allodialibus.*

Igitur si Regia Camera habuit prò vero hæredem legitimum in officiis, non alium fuisse, nisi qui successurus fuisset in feudis; pernecessè habuit etiam prò vero, concessionem prò hæredibus in officiis, non alitèr accipiendam, quam acciperetur in feudis.

SEd non in alia causa magis fuit id habitum tanquàm extrà dubium, quàm in prædicta *de Bernaudo*, tàm in S.C. quàm in Reg. Camera, ut difficile sit percipere, qua mente Adversarii illam prò seipsis adducere præsumpserint.

Quamvis enim principalis articulus, qui in ea disputabatur, fuisset circa validitatem, sivè invaliditatem fideicommissi ordinati *à fratribus de Bernaudo*, in favorem masculorum ab ipsis descendentium; & circà donationē factam *à Ioanne Maria* ultimo officii possessore, in beneficium *D.Didaci*, fuit tamen, tanquàm necessarium antecedens, opus etiam disputare, An per concessionem factam prò hæredibus, & successoribus in perpetuum, fuisset adeò alterata natura officii, ut potuissent in eo succedere quicumque hæredes, etiam extranei. Vt indè posteà gradus fieret ad articulum; An super eo potuisset institui fideicommissum, favore masculorum, in præjudicium fœminarum proximiorum; & an potuisset transferri titulo donationis, in præjudicium Fisci.

Ideòque *Paulus Staibanus senior*, qui post mortem *filiarum Io: Iacobi*, scripsit pro *Antira amita consilium* 19 adversus *patrem Ioannis Mariæ* qui possessionem cœperat vigore fideicommissi; posuit, tanquam conclusionem certam, concessionem prò hæredibus in officiis non alitèr interpretandam, quàm in feudis. Vt ideò quemadmodum in feudis accipitur prò hæredibus ex corpore, juxtà *theoricam Bartoli in d.l.Gallus, §. etiam si parente, D.de lib.& posth.* ità etiam accipienda esset in officiis.

Quam conclusionem latius posteà fundavit *Cons. Theodorus in sua alleg.*41. qui eam demonstravit adeò invictis rationibus, ut nil sit mirum, si Advocati Joannis Mariæ, de illius veritate dubitare non fuerint ausi.

Postquàm enim pluribus docuisset *n.1.& seq.* officia prout, & cœtera Regalia habere naturam simillimam cum feudis, posuit *num.10.* tanquàm principium, quod à nemine posset negari, non minus feuda, quàm officia, cœteraque Regalia posse concedi à Principe, ut in iis succedant hæredes etiam extranei, aut ut de illis disponi posset absque assensu. Sed tamen id nunquam præsumendum, nisi cum verba illud clarè sonant, itaut salva illorum proprietate, alitèr non possent intelligi. Vndè si feudum fuisset concessum *tibi, & quibus dederis*, vel *tibi, & habentibus causam à te*, nullus dubitat comprehendi tunc omnes successores, etiam extraneos. Quia id significant verba, juxtà illorum proprietatem.

64 [at the line "millimam cum feudis"]

Prout etiam si concessio esset facta *prò hæredibus, & successoribus quibuscumque*. Quia quamvis etiam eo casu, non pauci velint verba restringenda ad successores quoscumque, sed sanguinis, frequentius tamen alii voluerunt comprehendi etiam extraneos, proptèr generalitatem verbi, *Quibuscumque*.

Sed absque eo verbo, nullum ait esse, qui dubitet, nullatenus comprehendi successores extraneos. Quia verba illa *prò hæredibus, & successoribus in perpetuum*, benè possunt accipi *prò hæredibus sanguinis*, juxtà subjectam materiam. *Et proinde*, inquit, *cum verba hæc omnia possint verificari in descendentibus, non oportet rei naturam ulterius alterare, itaut etiam extranei comprehendantur.* Ex prædicta magistrali theorica *Bartoli*, quam alii communiter sequuntur, quos allegat. Vndè ut idem concludat in officiis, ait *n.13.Bartolum, Decium, Camerarium, & alios*, quos attulerat, non loqui specialitèr de feudis, sed generaliter de re sui natura non transmissibili ad hæredes extraneos, & exindè infer-

inferre ad feudum, ad emphyteusim, ad usumfructum, & similia.

Vndè eadem, inquit, *theorica procedit in officiis, non modò quia similitèr officia non sunt transitoria ad hæredes, & non modò quia valet argumentum de feudis ad officia: sed etiam & fortius, quia officia sunt magis personalia, & in illis strictius proceditur, quàm in feudis*. Ex *Glosa in d. const. Scire volumus, Afflicto, & aliis*, quos affert *ibid.num.*14.

Quod ideò, tanquàm extrà dubium admisit *Fulvius Lanarius d.n.*57. quotiescunque officia, de quibus agebatur, fuissent adnumeranda inter Regalia. Ibi. *Neque absque assensu locari, nec esse transitorium ad hæredes; sicuti feudum.*

Prout idem *Lanarius* eandem conclusionem admittere non dubitavit in Reg. Camera.

Nàm cum à *D.Galeota*, suis primis allegationibus, hic solus fuisset pro Fisco excitatus articulus, scilicèt concessionem pro hæredibus in officiis,
65 non de aliis intelligendam, quàm de hæredibus ex corpore, prout in feudis; ex citata doctrina *Bartoli*, latèque traditis per *Cons. Theodorum d. alleg.*41. ut ipsemet testatur *d. resp.* 12. *nu.* 104. nec *ab Alexandro Palmerio*, nec ab eodem *Lanario*, qui scripserunt pro *D. Didaco*, adversus Fiscum, scimus quidquam allegatum contrà eam doctrinam, aut prætensum illam non fuisse adplicabilem.

Quin potius ab iis habitam pro vera, & pro rectè adplicata. Dum omnem causæ defensionem constituerunt in eo, quòd illa officia, Vel non essent de Regalibus, Vel quòd in Regalibus non esset succedendum, juxtà gradus restrictos per *Regni constitutionem*; Sed juxtà *Ius commune feudorum*. Vt tribus argumentis, quamquam nimis levibus, conatus fuit probare idem *Lanarius ibidem num.*60.

Cum è converso *R. Galeota* fundasset in ea non succedere, nisi descendentes ab ultimo decedente, exclusis etiam lateralibus. Vndè *n.* 152. ità rem conclusit; *Si verò concessio non esset in feudum, sed in sua propria natura Regalium, cujusmodi sunt officia; prout ità in propria natura præsumenda est omnino facta concessio; Et hoc casu soli descendentes ultimi decedentis admitti possunt, & non alii, non solùm de Jure Regni, sed etiam de Jure communi, ut ex fundatis patet.*

VT hinc constet, quàm inexcusabiles sint Adversarii, cum scripserunt *D. Galeota*, quamvis totis viribus conatus fuisset demon-
66 strare officium concessum prò hæredibus, non potuisse alienari sinè assensu. *Nihilominus respectu successionis hæredum extraneorum, id non ausum firmare, nisi sub verbo fortè*. Ex iis, quæ idem Regens subdit, *ibid. n.* 158. Cum inquit, *Si verò esset expressè facta concessio in simplex, & merum allodium, & in burgensaticum, alterata natura Regalium; quæ species bonorum est distincta à cæteris bonis; cujus contrarium in casu occurrenti manifestè liquet; & eo casu etiam excluderetur D.Didacus, quia non venit, uti successor Jo: Mariæ; neque hac via se direxit. Et quandò ipse petet immissionem, uti successor Ioannis Mariæ, adhuc repelleretur ex aliis defectibus, quia Sacerdos, & ex aliis, inhabilis. Et fortè quia etiam ad successionem Regalium expressè concessorum in allodium, soli descendentes admittuntur. Vt non minus adpareat restricta successio, quàm inhibita inter vivos alienatio.*

Siquidèm *D.Galeota* verbo illo, *fortè* fuit usus solùm eo casu, quo concessio fuisset facta *expres-*
67 *sim in simplex, & merum allodium*. Quasi potuisset tunc dubitari, An Rex per ea verba, voluisset in omnibus mutare naturam Regalium, officiumque subijcere legibus rerum privatarum. Qui non erat casus, de quo ipse agebat, nec de quo nos agimus.

Agebat *D. Galeota* de officiis concessis *prò hæredibus, & successoribus in perpetuum*, qui est casus noster. Quò casu adeò firmitèr sustinuit non censeri vocatos, nisi descendentes; ut istud fuerit unum ex duobus Capitibus principalibus, quæ sibi probanda proposuit prò excludendo *D.Didaco*. Scilicèt, Vel quia officia ex clausulis contentis in concessione præsumenda essent concessa in feudum; Vel quia quamvis concessa sub natura Regalium; *Adhuc ad ea, nec ex contractu donationis absque assensu, nec uti successor, ex defectu gradus, & personæ potuisset adspirare*. Vt ex ejusdem *Propositione in princ.n.*1.

Etsi etiam cum concessio fuisset *liberè in allodium*, non succedere hæredes extraneos, docuerat *Afflictus in d.const. Vt de successionib.* Quia libertas illa allodii intelligitur, ut res sit libera à servitio feudali, non ut exuat naturam Jurium Regalium. Quæ sententia fuit postmodum probata per Regias literas.

VNdè vanum etiam est, quod opponitur, si articulus exclusionis hæredis extranei fuisset habitus prò indubitato in favorem Fisci *ab Advocatis D.Didaci*, prout nos asserimus, nil opus fuisse Regio Fisco recurrere ad articulum qualitatis feudalis.

Nàm consequentia est falsissima. Quia verissimum est Advocatos *D. Didaci* non ausos in dubium revocare articulum, circà exclusionem hæredis extranei; Et verissimum quoque optimo consilio *D.Galeota* habuisse recursum ad articulum qualitatis feudalis.

Sivè ad tollendam difficultatem, circà alium articulum, si officia Magistri Actorum, & Credenzerii fuissent de Regalibus.

Sivè ad removendam aliam, circà prætensam extentionem graduum hæredum ex corpore primi adquirentis in linea laterali, juxtà Jus com-

mune

munæ feudorum. Quæ adeò visa fuit potens *R. Rovito d. decis. 72. n. 66.* Vt ob eam solam, dixerit causam *D. Didaci*, ni ei obstitisset ordo Sacerdotalis, visam fuisse positam in tuto. Quòd *Constitutio, Vt de successionibus*, quæ arctavit gradus in successione feudorum, non ità pariter eos arctasset in successione Regalium. Vndè, cum esset sexto gradu conjunctus *Joanni Mariæ*, donatio in ipsum collata cùm consensu patris, nullo opus habebat assensu, tanquam facta in unum ex comprehensis in concessione, cum consensu proximioris.

A qua ideò difficultate, ut se extricaret *D. Galeota* conatus fuit probare officium fuisse concessum in feudum. Quia ex ejusmodi concessione non potuisset resultare nisi feudum rectum, & in sui natura quaternatum; ac per consequens comprehensum sub dispositione *Constitutionis, Vt de successionibus*; Et contrarium tentare in Regno fuisset hæresis feudalis, ut inquit *num. 156. & 157.*

VT ex his pateat Regias literas, quatenus declararunt veram sententiam peritorum Regni, ut in officiis concessis prò hæredibus, & successoribus in perpetuum, & in burgensaticum, non succederent nisi hæredes ex corpore, nullum reperisse in Regno contradictorem an-

68 tè *Horatium Montanum*. Quin *Afflictum*, *Freccium*, *Reverteram*, *de Amicis*, *Staibanum seniorem*, *Theodorum*, & *Galeota*, Ipsosque adversarum *Partium Advocatos*, cum casus accidisset, apertè pro eis stetisse. Quod erat demonstrandum.

NONA CONCLUSIO.

Opinio Montani, *ut concesso officio prò hæredibus in perpetuum, censeatur concessum prò omnibus hæredibus, etiam extraneis, tanquam destituta Iure, Ratione, & Autboritate, & post ipsius scripta communiter improbata, & prò nulla babita, tam in S. C. quàm in Regia Camera; nedùm non faciebat opinionem certam tempore Regiarum literarum, sed neque probabilem.*

VEritas hujus Conclusionis potest facillimè demonstrari, ex ipsis principiis *Montani*.

Nàm cum fuisset ille motus ad scribendum, ut fulcineret causam *D. Didaci de Bernaudo*, cujus tota vis erat super prætensa validitate donationis, & fideicommissi, quamvis sinè assensu, nulla re differre voluit successionem hæredis extranei in officiis concessis prò hæredibus in perpetuum; à facultate illa alienandi absque assensu.

Ut nihil fit ideò, quo sibi Adversarii blandiantur, ut possit in nostro Regno prohibita esse alienatio Regalium sinè assensu, virtute nostræ *Constitutionis Scire volumus*, & tamen non prohibita successio hæredis extranei.

Utramque enim *Montanus*, qui est illorum Achilles, voluit pendere ex eodem Principio; scilicèt ex prætensa translatione directi dominii officii, quod facta concessione prò hæredibus, voluit à Rege transire in concessionarium, ejusque hæredes. Vt constat ex traditis *in d. §. prætereà Ducatus num. 34. 43. & 45.* Ibi: *Ratione directi dominii perpetuò à Rege abdicati, & translati in concessionarium*. Quam rationem centies inculcat per totum eum tractatum; & *in tract. de Regal.* ubicumque de re agit.

Modò cum ista dominii translatio debebat ab ipso probari in terminis *nostræ Constitutionis*, quæ indistinctè vult Regalia aliis concessa spectare ad Regem; iis verbis: *Quicunque de Regalibus nostris quid tenet magnum, vel parvum, nullo modo, nulloque ingenio valeat ad nostra Regalia pertinens alienare*. Ratione scilicèt directi dominii, quod censetur reservatum Regi, ut ibi *Andreas*, & *Afflictus* rectissimè adnotarunt; nedùm illam non probavit, sed potius probavit oppositum; Nempè facta concessione prò hæredibus, in terminis *nostræ Constitutionis*, non videri translatum directum dominium in concessionarium; & per consequens, nec in officium succedere hæredes extraneos; nec de eo disponi posse absque assensu.

Quod ostenditur manifestè. Quia tota ratio, quam ipse affert, prò hac prætensa translatione directi dominii, fuit ab eo deducta ex suppositione, quod facta concessione Regalium pro hæredibus in perpetuum, in terminis Iuris communis, concessio comprehendat etiam hæredes extraneos; prout ità inquit esse communem opinionem, ex *Glosa*, *Bartolo*, & *Jo: de Platea in l. unica, C. si imperial. liberal. soc. & aliis*, quos allegat *d. num. 34.*

Vndè infert, quod cum nemo decedat sinè hærede, nuda illa proprietas penès Regem remaneret inutilis, quia nunquàm spes esset, ut cum ea posset consolidari utile dominium; & per consequens, proprietas hoc casu remaneret absorpta ab usu perpetuo, & censeretur translata in concessionarium.

Atqui exindè subinfert, quod cum prohibitio *Constitutionis Scire volumus* fundetur super directo dominio, quod est penès Regem, quotiescunque dominium illud censeretur translatum in

in concessionarium, quia aliàs maneret inutile, non debeat esse locus *illi Constitutioni*;& reduci debeat res ad terminos Iuris communis.

CVjus discursus vanitas, vel ex eo detegitur, quod ex præsupposita successione hæredum extraneorum in Regalibus, in terminis Iuris
69 communis voluit traducere translationem pleni dominii ad terminos *nostræ Constitutionis*.

Quamvis enim *DD.* quos allegat, non loquantur in Regalibus, sed tantùm disputent articulum in donatione facta à Principe, juxtà terminos ejusdem *legis unicæ*. Circà quam vera, etiam & communis opinio est appellatione hæredum, non intelligi, nisi descendentes; Vt benè probat *D.Regens de Philippis dissert.fiscal.35.num.47.* Et in Regalibus communissima etiam opinio sit, attento Iure communi, directum dominium semper censeri reservatum Regi; Vt rejecto *Montano*, optimè ostendit *Amicaugelus in rubr.quæ sint Regal.cap.5.num.63.& 64.*

Tamen quod attinet ad ostendendam vanitatem, imò contradictionem progressus *Montani*, sat nobis erit ipsummet *Montanum in præludiis, tract.de Regal.quæst.7.nu.36.& seq.* maximum in hac re constituisse discrimen inter Ius commune, & Ius nostrarum Constitutionum. Vt ideò ex diversis non potuisset fieri illatio.

Nàm Iure communi voluit Regalia, postquàm sunt concessa privatis, desinere esse Regalia, & adsumere naturam rerum privatarum; Vt concludit *num.39. in fin.* cum inquit; *Et ideò benè existimamus Iure communi Romanorum Regalia penès concessionarios allodialem habere naturam, scilicèt sub libera dispositione inter vivos, & in ultima voluntate, absque Regis assensu. Quia penès concessionarios, non sunt Regalia, idest publici Iuris, sed Iuris privati*.

Iure verò *nostræ Constitutionis*, non potuit negare ea, quamvis aliis concessa, spectare ad Ius publicum, ratione directi dominii, quod residet penès Regem, habereque naturam distinctam ab aliis bonis. Vt *num 37.* Ibi: *Natura igitur communis Regalium in Regno nostro, est quid distinctum ab allodiali, ob Regis assensum requisitum in dispositione illorum, sinè quo nulla est dispositio*.

Igitur quotiescunque ex eo, quod Regalia in terminis Iuris communis, transeant ut ipse vult, ad hæredes extraneos; atque indè infert translationem pleni dominii, in concessionarium, voluit idem extendere ad terminos *nostræ Constitutionis*, pessimè fuit argumentatus; Nec probavit quod tenebatur probare; Imò assumpsit id, quod erat in quæstione. Et retorquetur argumentum. Nam si nuda illa proprietas remaneret inutilis Regi, quando concessio prò hæredibus acciperetur prò hæredibus etiam extraneis, sequitur, ut ad vitandum istud absurdum, in terminis *nostræ Constitutionis*, concessio accipienda sit solummodò prò hæredibus ex corpore.

QVæ Conclusio deducitur ex suismet Principiis. Etenim admittit ille. Quotiescumque ex verbis concessionis argueretur Regem voluisse, sibi reservare directū dominium, ut si dixisset, ut officium debuisset recognosci à sua Curia, concessionem prò hæredibus, interpretandam tunc prò hæredibus ex corpore, *ut d.§.præterea num.37.in fin.vers.& ex prædictis*, dum ait. *Et ex prædictis sequitur, quod si Rex per illa verba retinuit penès se directum dominium officii; Cujus directi dominii virtus est excadentia; Ergò dum concessit tibi, & hæredibus, dummodò illud teneas, & recognoscas à Rege, de hæredibus corporis intellexit*. Quod *Reg. Rovitus d.decis.72.num.46.* voluit desumi etiam ex sola clausula, *nostris nostræque Regiæ Curiæ*
70 *Iuribus semper salvis*. Vt etiam tunc, concessio intelligatur prò hæredibus ex corpore.

Igitur nedum ex prætensa translatione directi dominii Regalium, in terminis Iuris communis, non poterat idem inferri in terminis *nostræ Constitutionis*, sed potius fuisset formanda Conclusio contraria; scilicet Regalia transire in plenum dominium in terminis Iuris communis, quia, attento eo Iure, postquam sunt aliis concessa, non sunt amplius Regalia, nullaque re differunt ab aliis rebus privatis; Non transire, verò in terminis *Constitutionis*, quia attento eo Iure, etiam postquam sint aliis concessa, retinent naturam Regalium, & faciunt speciem distinctam, ab aliis bonis privatis.

Et per consequens concessionem pro hæredibus, accipiendam pro hæredibus quibuscumque in terminis Iuris communis, quia nil repugnat, eo Iure attento, ut Regalia transeant in plenum dominium privati; In terminis verò *Constitutionis*, accipiendam prò hæredibus ex corpore, quia eo modo intellecta, non repugnaret naturę Regalium, sed repugnaret quàm maximè, si intelligeretur de hæredibus extraneis.

Nam quæ major repugnantia, quam ut destruenda esset natura Regalium; Rex amitteret dominium directum; Officium de inalienabili, efficeretur alienabile; & de re Iuris publici, evaderet Iuris privati?

EX quibus ideò rectè consequitur opinionem *Montani*, (quod fuit positum in Conclusione) quatenus voluit concessionem officii, prò hæredibus, in terminis *nostræ Constitutionis*, non restringendam ad hæredes corporis, sed ex-
71 tendendam etiam ad extraneos, non probari; Nec Iure; nec Ratione; nec Authoritate.

NOn Iure. Quia licet verbum hęres contineat omnes hęredes, *l.hæredis appellatio 65. & l.sciendum 70. D.de V.S.* Tamen plures sunt casus in Iure, quibus, vel ratione subjectæ mate-

teriæ, vel ad vitandum absurdum, aut inverisimile, restringitur, vel ad primum hæredem, ut in *d.l.sciendum*; & *in l.antiquitas 14.C.de usufr.* Vel ad hæredes ex corpore, ut *in Lex facto 17. §.fin. D.ad Trebell.* Quod *in praced. Conclus.§. sed non in alia*, ex doctrina *Bartoli* communitèr recepta, *in d. l. Gallus, §.etiam si parente*, satis fuit probatum.

NOn Ratione. Quia ea, quam affert *d.nu.34.* Quòd successio hæredum in officiis sit materia indifferens; & ideò ità possit accipi de heredibus corporis, prout de extraneis; est indigna *Montano*. Quomodo materia indifferens, si accepta prò hæredibus ex corpore, conservatur natura Regalium; accepta verò, prò extraneis, destruitur?

Prout vana est alia, quam addit *num. 35*, Quòd quando non constat Regem voluisse sibi reservare directum dominium, non sit recedendum à proprietate verbi *hæres*.

Argumentum sanè (absit verbo invidia) puerile. Nàm clausulam *prò hæredibus*, ità salva proprietate verborum posse accipi de heredibus ex corpore, prout de hæredibus extraneis, ex communi *Feudistarum* sententia, jam satis ostensum *d. §.sed non in alia, vers. Postquam*. Nèc in dubio præsumendus Rex voluisse à se abdicare directum dominium, atque ità destruere naturam Regalium. Præcipuè in officiis concernentibus Iurisdictionem; Quæ si reducerentur ad classem rerum privatarum, mille oriri possent absurda; quæ quòd cuique sint nota, omittimus.

Undè absurdum quoque esset velle alitèr verba interpretari, quàm juxtà naturam actus qui geritur.

UNdè corruit etiam alia Ratio, quam adversus *Reg.Galeota* disputans, non sine ingenii 72 acumine, excogitavit *in tract.de regal.offic.n.7.* ad intellectum doctrinæ *Bartoli in d. §. etiam si parente*. Dum voluit etiam procedere, quandò ageretur de illis rebus, quæ sui natura non sunt transmissibiles ad hæredes extraneos, sed sunt transmissibiles ad hæredes sanguinis, prout sunt feuda, & empyteusis Ecclesiastica; Non verò cum ageretur de illis, quæ sui natura ad nullos hæredes sunt transmissibiles, nec sanguinis, nec extraneos, prout sunt officia. Quæ esse personalissima, & cum vita extingui, nec transire ad ullos hæredes, quicquid sit in aliis Regalibus, apud omnes *nostros DD.* est in confesso.

Ideòque voluit, Vt si eorum natura semel alteretur per concessionem *prò hæredibus*, nulla ratio sit cur magis censenda sint concessa prò hæredibus sanguinis, quàm hæredibus extraneis. Quòd non ità in feudis. Quæ si intelligantur concessa prò hæredibus sanguinis, procederet res juxta eorum naturam. Non sic, si prò extraneis; Nam tunc alteraretur natura feudi.

Quod argumentum adeò visum fuit efficax Adversariis *in suis postremis allegationibus*; ut *Ri-* 73 *diculum esse* scripserint, *applicare huic rei illud axioma, quod in re non transmissibili ad heredes extraneos, verbum hæredibus intelligatur de descendentibus, juxta naturam concessionis*. Super quo se fundaverat *Amicangelus de regal.offic.quæst.11.nu.18.*

Sed potuisse nō videri ridiculum, quod à Viris doctissimis *Stalbano seniore, Consil.Theodoro*, & *D. Galeota* in hac ipsa re fuerat probatum, ad mentem *Bartoli, in d.§.etiam si parente*. Circà quod tota versata fuit postmodum *Apologia* adversus *Montanum*, edita post *responsum 12. D. Galeota*.

Sed Nos, iis omissis, faciliori methodo, possumus ostendere axioma rectissimè fuisse applicatum; Imò longè fortiori ratione in nostris officiis, quàm in feudis.

Procederet enim argumentum *Montani*; quandò prius ostendisset ità immutari naturam officii, per successionem hæredum ex corpore, prout immutaretur per successionem aliorum, qui non essent ex corpore. Tunc enim potuisset, & fortè non malè, dici non esse rationem, cur potius debuisset intelligi de hæredibus sanguinis, quàm de extraneis.

Sed hoc esse falsissimum docuit ipsemet *Montanus*. Dum in nostro Regno officium concessum, prò hæredibus ex corpore, voluit retinere naturam publicam Regalium, & ideò nec alienari sinè assensu, nec transire in dominium concessionarii. Concessum verò prò extraneis, voluit, destructa natura Regalium, transire in naturam rerum privatarum. Et ideò, si adpareret Regem noluisse à se abdicare directum dominium, concessionem prò hæredibus admisit interpretandam eo casu, prò hæredibus ex corpore,

Quapropter cum semper ità sit præsumendum; Quòd Principis concessio intelligenda sit semper, juxtà naturam rei, quæ conceditur. Nec præsumendus sit Rex ea, quæ sunt ipsius propria, eidemque competunt, tanquàm Regi, prò subditorum regimine, velle in alium transferre, in præjudicium suę Coronę, eorundemque subditorum. Concessio prò hęredibus erit interpretanda pro hęredibus ex corpore; Vt officium sic retineat suam naturam Regalium, maneatque sub dominio Regis; Non verò prò extraneis, Vt indè amitteret naturam Regalium, & transiret in dominium privati, absque ulla spe reversionis ad Regiam Curiam.

Et ratione, ut prędiximus, longè fortiori, quàm qua hæc interpretatio admittitur in feudis.

Nàm per successionem hęredis extranei, non ideò feudum amitteret naturam feudi; Nec res de feudali efficeretur allodialis; Nec Rex amitteret dominium directum. Sed si officium censeretur concessum prò hęredibus extraneis; Natura Re-

Regalium, ad mentem *Montani*, non immutatur tantùm, sed destruitur. Officium è publica, efficitur res privata. Et è re, cujus natura est, nè posit separari à persona Principis, semperque censeatur concessum, quoad administrationem, transferretur in plenum dominium concessionarii, ejusque hæredum, cum libera facultate alienandi in quemcumque; Ità ut posset transire per mille manus, absque ulla licentia Regis; Quasi res esset effecta propria subditi; Nec quicquam Iuris super ea amplius spectaret ad Regem. Quæ an sint absurda, videant ipsi Adversarii.

Denique opinionem *Montani* omni destitutam Authoritate iidem Adversarii non negabunt; Dùm, ut unum adducerent inter *tot Scriptores*, qui idem scripsisset, opus habuerunt illum evocare è Gallia Cisalpina; *Io: Antonium Bimium cons.* 161. *tom.* 2.

Sed irrito conatu. Nedùm quia cum non loquatur in terminis *nostræ Constitutionis*, nihil ad

74 nos. Sed etiam quia in eo consilio solùm agebatur de *officio Notarii Dobanæ* concesso *à Divo Carolo V. Cæsare* insigni illi Iurisconsulto, nostręque Italię decori *Andreæ Alciato*, cum facultate, *ut illud transmittere potuisset ad hæredem*. Et dubitatur, An ea facultas restringenda esset ad primum tantùm hęredem; An extendenda etiam ad ulteriores. Et circà id solùm vertitur totum *illud consilium*.

Et quamvis incidenter *Author* dicat officium, eo casu, potuisse transmitti etiam ad extraneos, referens se ad tradita per *ipsummet cons.* 61. *n.* 15. *tom.* 1. Tamen eo loci de nulla alia re minus loquitur. Vndè illius dictum habetur, ac si non dictum.

Imò *decisio Senatus* prodiit contrà illud consilium; aliter quàm Adversarii sopponunt, & contrà opinionem *Montani*.

Nàm cum Fiscus se opposuisset interinationi privilegii, etiam quoad primum hęredem; obtentu, quod cum tractaretur de re sui natura nō transmissibili ad hęredem, privilegium, quo permittebatur illam transmitti, non esset interinandum, *Senatus* habita ratione, quod ex alia concessione *Ducis Francisci Sfortiæ*, adparebat officium illud semper fuisse *in Domo Alciatorum*, decrevit *Interinandum privilegium, ut ad hæredem Alciati transiret*.

Undè nō decrevit, ut transiret etiā ad hæredes hæredis, prout petebatur. Sicque decisio fuit contrà doctrinam *Montani in d. §. præterea num.* 35. Ubi expressim voluit, concesso officio *prò se, & hærede; Nedùm primum, sed secundum, & deincept in infinitum, hæredes comprehendi*.

Observatio XXXXI.

De Authoritate Horatii Montani, *ejusque sententia communitèr improbata*.

Remanet igitur discutienda sola Authoritas *Montani*. Quem non negamus acri, fuisse Virum ingenio, & suprà Vulgum doctum. Sed

75 cum quæ scripsit propriis Principiis adversentur credimus nè ab ipso quidem potuisse probari.

Voluit sui ingenii Vires ostendere; Vt causam *D. Didaci* planè deploratam, & ab Advocatis proditam potiùs, quam defensam, aliquo Iuris fundamento substentaret.

Vndè quo loco illi concesserant, quandò officia, de quibus agebatur, fuissent de Regalibus, quamvis concessa *prò hæredibus in perpetuum*, successionem deferendam juxtà Iura feudalia, & de iis disponi non potuisse sinè assensu, adgressus fuit fundare, ex novis Principiis, & contrà omnium *DD.* placita, quotquot antea de hac re scripserant, & fortè contrà proprium sensum, successionem deferendam, juxtà leges Romanas, de iisdemque ideò non minus liberè disponi potuisse, quàm de rebus privatis, etiam attentis terminis *nostræ Constitutionis*.

Quin ad tollendum omnem scrupulum, & ut causam *D. Didaci* in tuto poneret in omnem casum, molitus fuit probare aliam propositionem, non minus arduam, sed quæ pendebat ex eodem Principio; Vt etiam si concessio expressim fuisset facta *prò hæredibus ex corpore*, aut ità fuisset intelligenda, adhuc dispositio collata in unum ex descendentibus à primo adquirente, quocunque gradu distaret, & etiam omisso proximiore, qualis erat *D. Didacus* respectu *filiorum Antiræ*, non potuisset revocari; Nec à Rege; quòd sua nihil interesset; Nec à Proximiore; quòd Iure Romano agnatus vocatus sub qualitate hæreditaria, non posset venire contrà factum defuncti. Quidquid aliud esset in feudis. *Vt d. §. præterea num.* 48. *&* 49. *usque ad num.* 55.

Adeò ut neque uti Clericum potuisse excludi ab adquisitione dominii eorundem officiorum, scripserit postmodum *tractatu de Regalib. offic. nu.* 76. Quamvis contrarium visum fuisset *R. Rovito d. decis.* 72. *num.* 67. antequam ipse suam de ea re sententiam declarasset.

Et quoniam tempore motæ litis in Reg. Cam. sub prælo habebat *repetitionem ad d. l. Imperialem* melius se adversus Fiscum, *D. Didaci* causam acturum putavit, si tanquam nullarum Partium miles in aciem prodiret. Vndè ità rem tractavit, ac si solo fungeretur officio Interpretis. Adeò ut à *D. Rovito* in eadem causa meruerit

56 allegari, tanquam neutri Parti addictus. Quandò nec *Staibani senioris*, nec *D. Consil. Theodori*,

Digitized by Google

ri, qui prò *Antira* scripserant, ullam duxerat sibi faciendam mentionem. Etsi posteà *Montanus*, cum adversus D.Galeota scribens *in tractatu de Regalibus*, apertè in Fiscum arma sumpsit, omnem suis scriptis, quæ adhiberi potuisset, fidem dempsit.

Ceterùm falsum est, quod scribitur, *Montani conclusiones*, prout fuerunt reassumptæ *à D. Rovito*, *prò veris habitas per Reg.Cameram*, & *per Reg.Coll.Consilium in illa causa. Et quoad*
77 *rem, de qua agimus, fuisse habitam prò verissima conclusionem illam, quòd in concessione Regalis officii facta prò se, & hæredibus in perpetuum, absque ulla reservatione, comprehendantur etiam hæredes extranei, possitque officium alienari, absque assensu.*

Quod mirum potuisse ità scribi à Viris, alioquin non Indoctis. Quandò si conclusio ea fuisset habita prò vera, & non potius prò evidentèr falsa; Quo Iure potuisset exturbari *D. Didacus* possessione, in qua reperiebatur, virtute duplicis tituli, donationis scilicet, & fideicommissi; Quibus non alius tribuebatur defectus, quàm quod carerent assensu?

Reassumpsit eas Conclusiones *Rovitus* proprio Marte, seù potius ex Marte *Montani*, à quo nè latum quidem unguem sibi discedendum censuit; non quod eæ fuissent habitæ prò veris *à Regia Camera*. Imò ipsemet *Rovitus num.64.* inquit super eis maturius fuisse considerandum, quandò fuisset tractandus articulus validitatis fideicommissi cum *filiis Antiræ*, in judicio petitorio. Quas ideò constat, saltem in possessorio, *per Reg.Cam.*& *Coll.Conf.* adeò non probatas, ut potius contrà eas fuerit judicatum.

Prout earundem, etiam post *decisiones Roviti* editas *Anno* 1633. nullam rationem habi-
78 tam vidimus *à S.C.Anno* 1636. in causa *officii Grafferii Civitatis Aversæ*, apud *D.Reg.Marcianum disp.* 28. de qua suprà egimus *Conclus. septima*.

Nec ullo in pretio habitas à *P.Merolla tom.3. suar.disput.moral.* quem edidit *anno* 1640.
79 *disp.6.cap.* 8. *à num.* 393. dùm tractans articulum, An si concessio fuisset facta *prò hærede*, numero singulari, comprehenderet omnes hæredes, ut voluerat *Montanus d.§.præterea num.35.* An potius restringeretur ad unum tantùm; prout existimavit *Freccia de subfeud. lib. 2. author.1.quæst.56.* Et judicatum per *Senatum Mediolanensem*, jam ostendimus, ex *Bimio d. conf.161.tom.2.* Inquit *n.402.* voluisse alios, extendi quidem ad omnes hæredes, sed tantum corporis, ex pluriès citata doctrina *Bartoli in d. §.etiam si parente*; A quibus *num.403.* dixit dissentire *Montanum*, ex prædicta ratione, quod non reperiatur statutum in officiis, prout reperitur statutum in feudis, hæredum nomine contineri solos descendentes.

Vndè volens ipse quæstionem determinare *n.* 404. nulla habita ratione hujus postremæ sententiæ *Montani*, dixit probabiliorem sibi videri sententiam, ut si fuerit facta concessio *pro hærede*, numero singulari, non excedat primum, si verò, numero plurali, extendatur ad omnes, sed tantum sanguinis. Inquiens. *Quoniam alteratio of-*
80 *ficii prò hæredibus est contra naturam officii, ergò potius est restringenda, quàm amplianda. Ergò concessio officii facta prò hærede in singulari, restringi debet ad primum, seù potius non extendi ultrà primum, contrà naturam singularis numeri. Et si concedatur prò hæredibus, restringi debet ad hæredes descendentes ex corpore primi concessionarii; Vel saltem ad duos hæredes, nempè primum, & secundum, ut dicemus infrà in alio simili*. Cunctaque argumenta *Montani*, quoad primam partem, ut vocatio hæredis comprehenderet omnes in infinitum, juxtà *l. hæredis appellatio 65.cum concord.de V.S.* resolvit *à n.* 405. Cujus religiosissimi Authoris verba transcribere duximus; Tùm quia non reperitur citatus à *D.de Phillippis*; Tùm ut sileat Adversariorum objectum, dùm scripserunt nullum à Fisco adductum *Doctorem*, qui *Montani* sententiam improbaverit, excepto *Amicangelo*; quem omni carere dicunt authoritate, tàm propria, quam aliena. Quod sanè de *doctissimo P. Merolla* haud credimus eos dicere ausuros.

Cui adjungere etiam possumus *D. de Marinis ad Reverteram decis.*381.*nu.*9. Vbi rejecto *Mon-*
81 *tano*, haud recedendum scripsit à sententia *Reg. de Ponte decis.*28.*antè n.*58. ut concesso officio prò hæredibus, non posit illud neque alienari, neque obligari sine assensu. Vndè, juxtà posita per *Montanum*, pernecessè sequitur prohibitam quoque esse successionem hæredis extranei.

Etsi quandò adhuc nullum alium haberemus, præter *Amicangelum*, non videmus, cur sola illius authoritas, qui rem peculiari tractatu plenissimè
82 digessit; Impugnavitque ex professo *Montanum* in cunctis suæ sententiæ Capitibus; tam quoad translationem dominii, de quo agit *quæst.* 5.*à n.6.* & *in rub.cap.*5.*à num.* 63. quàm circà prætensam facultatem alienandi, absque assensu, & successionem hæredis extranei, de quibus *latissimè quæst.6.* & 11.*per totas*, non esset longe præferenda authoritati unius, aut alterius *ex nostris*, qui absque ullo examine, sola *Montani* allegatione contentus, visus fuerit ejusdem sententiæ adquievisse.

Nec de *D.Cardinali de Luca* curandum, qui in suis *Discursibus de Regalibus*, *discursu* 5.*n.*17.
83 argumento ducto, ut sibi moris, ab extrinseco, magnificandas dixit conclusiones *Montani*, quòd à *R Rovito* fuissent probatæ in arduissima causa, post maturam discussionem.

Nàm ut vidimus, earum nulla fuit habita ratio in

ea

Digitized by Google

ea causa. Et *D. Cardinolis* articulum non degustavit. Quia in specie, de qua ipse agebat, propter circumstantias facti, nil sibi co erat opus. Etsi ex *motivis*, ut ipse ait (vocabulo in Romana Curia usitato) *prudentialibus*, rem cum Rev. Camera componendam consuluit.

Sed longè melius, quàm à *Merolla*, aut *Aniconcelo* doctrinam *Montani* possumus improbatam ostendere à tota *Reg. Camera*, post rem
84 attentissimè examinatam in causa, de qua per *R. de Filippis dissert.* 23. per diffinitiuum decretum latum *anno* 1663. quod omnem dubitandi ansam in posterum potuisset auferre, etiam si tum supervenissent Regiæ literæ.

Nàm concesso officio *Custodis R. Dohanæ* hujus fidelissimæ Civitatis *Antonio Borto*, ab eodemque obtenta ampliatione *prò uno hærede, nominando*. Cum decessisset intestatus, nullaque facta nominatione, prætendit Uxor, quæ illi in aliorum defectum, successerat, *ex edicto successorio*, ipsam tanquam hæredem ab intestato potuisse eum succedere in officium, juxtà praxim, de qua per *R. de Marinis ad decisiones Revertera decis.* 382. *n.* 1.

Cujus petitioni, cum se opposuisset Fiscus, quòd istud eatenus potuisset prætendi, quatenus hæres ab intestato fuisset *ex nostri Regni Juribus*, habilis ad succedendum in feudis; Nec ideò porrigendum ad Uxorem, quæ nullo feudorum Jure vocata, non potuisset succedere, nisi ex Jure Romano; ex traditis per *eundem de Philippis d. dissert.* 23. Fuit decisum per *Reg. Ca-*
85 *meram*, referente doctissimo *D. Duce Diani*, tùnc R.C. Præsidente, postea R. Cancell. Regente meritissimo, *Non esse locum successioni petitæ, in officio, vigore edicti successorii; Undè Vir, & Uxor. Et proindè illud vacasse in beneficium Regiæ Curiæ*. Ut ex decreto *in calce dictæ dissertationis* 23. Adversus quod, petita in integrum restitutione, fuit decisum, *illi non esse locum, nec fuisse deferendam*.

Quo decreto fuit implicitè decisus articulus generalis in favorem Fisci, etiam cum concessio fuisset prò hæredibus in perpetuum.

Nàm si quandò unus tantùm hæres ab intestato potuisset succedere in officium, fuit decisum, non sat esse, ut ad successionem vocaretur, ex Jure communi, si non descenderet ex corpore. Eàdem, si non majori ratione, idem erat dicendum, quandò concessio fuisset prò hæredibus in perpetuum. Ut scilicèt hæredes illi in perpetuum, eatenus possent admitti ad successionem officii, quatenus essent hæredes ex corpore.

Sed quia adhuc indecisus manebat articulus, circà ordinem servandum inter hæredes ex corpore. An intelligeretur de solis descendentibus? An etiam de lateralibus? Et an gradus essent computandi juxtà Jura Regni? An juxtà Jus commune feudorum? Et quid in officiis novitèr quæsitis? Et an si concessa in burgensaticum. Ideò prodierunt Regiæ literæ, *anno sequenti*, quæ omnia prædicta declararunt; Ut principio exposuimus.

Nec obstat vana Adversariorum Responsio qua dicunt decisionem Reg. Cam. rectè processisse in suo casu, scilicèt quandò *Officium erat*
86 *concessum prò uno hærede*. *Tunc* enim dicunt, *Non negamus, quod retinet qualitatem Regaliæ, ac strictius in eo proceditur, quam in feudo, & in eo habet locum constitutio Regni, Scire volumus*. Ex traditis per *Montanum d. n.* 37. & *D. Rovitum in sexta conclus. n.* 44.

Nàm id esset iterùm petere Principium, & velle, ut per concessionem prò hæredibus, officium amitteret naturam Regaliæ, & transiret in naturam rei privatæ; Quod satis superius rejecimus. Quandò è converso species, de qua agebatur in prædicta decisione, erat magis dubitabilis.

Quia non dubitatur concesso officio prò se, & herede nominando, potuisse institui etiam penitus extraneum. Ut per *D. de Marinis ad d. decis.* 382. *num.* 1. Et non negat *D. de Philippis d. dissert.* 23. *n.* 29. Undè quandò ob non factam nominationem; succedere debebat in officio hæres ab intestato: juxtà tradita per *Annam singul.* 391. & *Marcellum de Mauro alleg.* 43. videri potuisset, non esse in eo casu necessaria qualitas, ut esset hæres ex corpore, quia idem ille ipse hæres, si fuisset institutus ex testamento, potuisset succedere, quamvis extraneus.

Et tamen fuit decisum contrarium. Scilicèt potuisse quidem institui, sivè nominari extraneum; Quia id præsumebatur actum, cum concessa fuerat facultas nominandi, ut potuisset concessionarius nominare sibi successorem, quem voluisset. At cum ea facultate non fuerat usus, quia nullum elegerat, sicque officium devolvebatur ad successorem ad intestato, non posset eo nomine intelligi, nisi qui successor fuisset, juxtà naturam Regalium; scilicèt, qui fuisset descendens ex corpore. Ut per *dict. D. de Philippis num.* 30.

Eàdem fermè ratione, qua *Constant Imperator in l.* 2. *tit.* 14. *lib.* 10. *Cod. Theodos.* de re ab Imperatore pluribus donata, permisit unicuique testari, in quem vellet; at decedenti intestato, non succedere, nisi liberos. Ut apud eundem *de Phil. dissert.* 35. *n.* 46.

Ut ex his constet literas Cath. M. nedùm nil induxisse novi, sed processisse juxtà veram, & communem sententiam, & juxtà res aliàs plu-
87 ries, tàm per S.C. quàm per *Regiam Cameram* decisas. Opinionem verò *Montani*, tanquam communitèr improbatam, & non semel in nostris Supremis Tribunalibus rejectam, omnique Jure, Ratione, & Authoritate destitutam, non

potuisse mereri nomen opinionis nè quidem probabilis.
Quod ostendendum proposuimus.

Vnum supereffet, quamvis ad causam, non necessarium; Vt ostenderemus justitiam Regiarum literarum, etiam quandò officium
88 fuisset concessum in burgensaticum.

Sed ex dictis jam constat hanc fuisse sententiam *Afflicti in d.const. Scire volumus n.* 4. omniumque *Prudentum Regni*, excepto *Montano*, ejusque Epitomatore rectius, quam asseсla, *D. Rovito*. Ea evidente ratione, quia Regalia quandò non sunt concessa in feudum, pernecessè non
89 possunt esse nisi burgensatica; Quatenus scilicet burgensaticum, sivè allodium dicitur, quod non est feudum, ut in *usibus feudor. tit. de allodiis*. Vndè concedere officium in burgensaticum, aliud non est, nisi illud non concedere in feudum. Nempè, ut non subjaceat oneri servitutis feudalis; sed non ut ideò amittat qualitatem Regaliæ. Aut ut ideò directum dominium transferatur in concessionarium; Quod repugnat naturæ Regalium in terminis *nostræ Constitutionis*. Vt superius probatum.

Undè constat injustè reprehensum *Afflictum* ab eodem *Montano d.§. prætereà num.* 46. cum
90 scripsit illum, dùm *constitutionem* extenderat ad casum, quo Regalia fuissent liberè concessa in allodium, videri sibimetipsi contradicere; dùm ratione *illius constitutionis* fundari prius scripserat super directo dominio Regis; *Allodium verò*, ait ipse; *dicitur. quod à nemine recognoscitur, nisi à Deo.*

Nàm *Afflictus* non alitèr accepit rem *liberè datam in allodium*, nisi quatenus esset libera à servitio feudali. Non verò ut non posset à Rege recognosci, sed non in feudum. Vt declarat *Capycius in sua investit. feud. verb. allodia.* Et advertit *Amicangelus de regal.offic. quæst.* 5. *n.* 21. Et quandò constabat de mente, nil erat cur *Montanus* tempus tereret in cavillandis verbis.

Prout nec rectius eundem *Afflictum* reprehenderat *num.*45. Qui verba *Regis Rogerii in d.constit. Quicunque de Regalibus nostris aliquid tenet magnum, vel parvum*, interpretatus fuerat de iis, qui Regalia à Rege obtinuerant; quasi *tenere* idem esset, ac *obtinere*. Prout idem verbum interpretatus quoque fuerat *Azo in Glosa ad l. si ex falsis* 47. *D. de manumiss. testam.*

Quod carpsit *Montanus*, ac si *tenendi* verbum ejusmodi interpretationem non admitteret. Quamvis ex *const. Vt de successionibus* agnoscere potuisset, eodem verbo, in eundem sensum usum *P..erii* nepotem *Federicum*; ibi, *Qui feuda à nobis in capite tenent*, scilicèt *obtinent*. Quo sensu etiam in corpore Iuris Romani verbum
91 *tenere* usurpatum plerumque legimus prò *obtinere*. Vt *in l.* 1. *C. de adparitor. Præf. Prætor. lib.*12.& *in d.l.cum ex falsis*, & *utrobique Gotofredus*, post *Cujacium*.

Verùm *Montanus*, criticum inopportunè agens, improbandam dixit *Glosam Azonis*, & cum ea
92 *Afflictum in d.l si ex falsis*, dùm verbum *tenuerit*; prout legitur in *Florentina*, explicaverat prò *obtinuerit*, ut *in vulgata*. Inquiens esse *violationem literæ exponere obtinere prò tenere*. Nec probari ex dicta lege; Nàm ibi obtinere agendo quærela inofficiosi testamenti, est sententiam in sui beneficium latam esse. *Tenere autem sententiam in sui beneficium est*, inquit, *nimis barbaricum apud eruditos, ut fuerunt Iuris Consulti.*

Qua censura potiùs ostendit, quam malè ipse eam linguam teneret. Cum *causam tenere*, prò *obtinere*, & apud *Livium*, & apud *Suetonium* fuerit usitatum. Vndè, & apud *Ovidium*.

Difficilem tenui sub iniquo Iudice causam.

Quod præter *Gotofredum*, qui fortè ei non innotuit, edisсere potuisset ex *Calepino*. Sed hæc obiter.

DECIMA CONCLUSIO.

Ex transactione inita anno 1673. *in causa de Bernando, nihil præjudicii fuit illatum Regiis literis. Prout illis nec desinit esse locus, cum officia essent empta à Regia Curia.*

Prima pars hujus Conclusionis facillimè demonstratur. Regiæ enim literæ quamvis transmissæ *ad Regiam Cameram anno* 1664. non
93 fuerunt exequutæ per *Coll. Consil.* nisi post earundem iteratam missionem, *anno* 1675. Vndè transactio, quæ post quinquaginta ferè annos, quibus res steterat sub sequestro, fuit celebrata, *anno* 1673. nil potuit illis præjudicare, quæ ad usque illud tempus (prout speciatim fuit oppositum *in processu*, *in Banca Mobiliæ fol.* 184.) vim legis non obtinuerant.

Præterquamquod in ea causa lis potius fuit inter ipsos concurrentes ad successionem, qui omnes descendebant à primo adquirente, quàm cum Regio Fisco.

Quia Fiscus semper fuisset excludendus *à filiis Antiræ*, quæ uti Amita, successionem petierat post mortem *filiarum Io: Iacobi*. Vndè haud censuit sibi recusandam tertiam partem valoris officiorum, spõtè oblatã, unà cum omnibus fructibus, eõnsq; decursis; divisis aliis duabus partibus inter *filios Antiræ*, & alios concurrentes; adsignatisque D. Didaco, in ætate jam decrepita, solùm sexcentum annuis, vita ejus durante.

Sic-

Sicque plus habuit Fiscus ex trāsactione, quàm sperare potuisset ex victoria. Nàm victor, alienam fecisset causam, non suam.

Secunda pars probatur non minus evidenter. Quia falsum est, quod ex adverso supponitur, Regias literas excepisse ab ipsarum declaratio-
94 ne officia, quæ fuissent quæsita titulo oneroso.

Excepit ea Rex à formula, quam præscripsit adjiciendam, omnibus officiorum concessionibus, eò usque factis. Nè fortè, per adpositionem illius formulæ, præjudicium fieret illis, qui ea fortè lege, officia emissent, ut ea possent transmittere ad quoscumque hæredes. At non ea excepit à sua declaratione, qua declaraverat officia, tanquam de Regalibus, quamvis concessa prò hæredibus in perpetuum, & in burgensaticum, nec transire ad hæredes, qui non succederent in feudis, nec de eis disponi posse sine assensu.

Quemadmodum enim feuda, sivè venditā, sivè gratuitò concessa, retinent semper eandem na-
95 turam, nec in eis succedunt, nisi hæredes ex corpore, nec possunt alienari sinè assensu; Quod & praxis docet, & probatur ex textu *in §.fin.de fratrib.de novo benef. invest.* Ità idem erat dicendum in officiis.

Prout in puncto docuit *Freccia lib.2.de subfeud. quæst.57.* Nàm cum firmasset *quæst.56.* officium
96 concessum prò se, & hærede non extendi ultrà primum hæredem, quærit *quæst.57.* Quid si officium fuisset pretio quæsitum? Ait que *Arbitror Ego non immutari officii naturam, licèt pretio, & pecunia datum sit. Retinet autem, quoad alia, suam institutionem, & substitutionem nè transferatur ad hæredem. Si pro hærede datum est, non pro omnibus videri datum, sed prò uno, idest prò primo, ut celerius revertatur ad naturam suam. Pretium non vertit naturam officii, quando Rex non explicat, sed confert, tantum prò hærede, ut officium sit sub qualitate sua.*

Quam sententiam, scilicèt pecuniam solutam prò officio non alterare illius naturam, prout non
97 alteraret in feudis, optimè probavit *Montanus,* nè manubia spernamus ex hostibus, *de regal.offic.n.53.vers. Quod si opponat pag.220. ex textu in l.Titius puerum 3.D.de obseq. à lib.præst.* Vbi servus, qui pecunia à domino libertatem obtinuit, non ideò minus efficitur libertus, nec eo minus tenebitur ad operas; Quia beneficium, etsi non gratuitum, beneficium tamen est. Potuisset enim dominus pecuniam non accipere, & retinere servum in servitute. *In hoc* ergò, inquit *Montanus, recipit Rex à te pecuniam, ut te potius, quàm alium eligat, sed non alteratur natura rei deductæ in concessione.* Quemadmodum non alterari naturam feudi docuerat *in repet. l. Imperialem nu.209.*

Qua ratione potest confirmari sententia *Amicangeli de regal.offic.quæst.5 nu.22.* Vt quamvis titulus emptionis sit habilis ad transferendum dominium, officium tamen pecunia quæsitum, non transeat in dominium concessionarii; scilicèt, quia pecunia videtur soluta, non ut adquiratur dominium officii, quod sui natura debet semper residere penes Regem, sed ut ad administrandum officium, ipse potius eligatur quam alius.

Quemadmodum pecuniam solutam prò facultate nominandi, inquit *Montanus citato loco*, videri
98 solutam, ut Rex possessorem officii potius, quàm alium constitueret procuratorem ad nominandum successorem post ipsius mortem. Sed non ideò mutari naturam rei contentæ in concessione, ut non debeat devolvi ad Curiam, ob culpas commissas in administratione; eodem modo, ac si nulla pecunia intervenisset.

Et in facultate nominandi pretio obtenta, processit decisio R Cam. *apud D.de Philip. d. differt. 23.* ut non facta nominatione, non succederent, nisi qui fuissent habiles ad succedendum in feudis.

Sed hæc potius ad articulum generalem. Nam nos agimus de officio gratuitò concesso à *Rege Federico anno* 1499. nec nisi post centum ferè annos, empto *à Io:Dominico Comestabulo,* cum assensu Pro-Regis; nè obulo quidem soluto *Regiæ Curiæ,* prò assensu impetrando.

Neque [illegible]test adplicari quod legitur apud *Reverteram decis.98.tom.2.in manuscript.* Officium
99 *M.Actor R.Cam.* concessum ab *Imp.Carolo V. D.de Granuela,* ab eodemque statim, cum assensu *ejusdem Imp.* venditum *Io: Antonio Crispo,* potuisse dici quæsitum *à Crispo* titulo oneroso, etiam respectu R.Curiæ; Ac si idem *Imperator* pecuniam accepisset à *Crispo*, ut illam dono daret *D.de Granuela.*

Nàm prætèrquamquod Ratio hæc, si revocaretur ad examen, detegeretur falsa. Cum res semper dicatur transire cum sua causa; & aliud sit vendere, aliud vendenti assentiri. Et ideò eam fortè omisit referre *D. de Mariniis in decis.* 175. Termini sunt longè dispares.

Quandoquidem *Imperator*, ideò officium concesserat *D.de Granuela*, ut ex ipsius venditione sibi pecunias quæreret; Vndè primaria intentio Regis fuit dono dare *Granuelæ* pecuniam, in remunerationem ejus servitii, non officium. Quod longè aliter in re, de qua agimus. In qua officium fuit concessum *à Rege Federico*, ut exerceretur à concessionario, ejusque hæredibus, prout exercitum fuerat à suis Ascendentibus. Nec unquam fuit cogitatum, ut debuisset vendi. Nec ProRex tenebatur venditioni assentiri; Imò fuit dubitatum, an potuisset. Et ideò fuit opus, ut præcederet consultatio Regiæ Cameræ. Vndè nil intererat Curiæ, ut illud venderetur.

Sed

SEd, ut omnis tollatur scrupulus. Aut dicemus per assensum præstitum à *D. ProRege* officium retinuisse eandem naturam, quam prius
100 habebat; Aut eam fuisse mutatam.

Si eandem retinuit. Nil erit, cur respectu Curiæ, alitèr de eo sit judicandum; quam juxtà naturam primævæ concessionis.

Si fuit mutata. Quasi officium videretur resignatum Curiæ, & ab ea novitèr concessum, & ex nova causa, Et tunc ex clausula *reservationis Iurium*, quæ in concessione expressim legitur, censebitur reservatum Curiæ directum dominium, etiam juxtà posita per Adversarios, ad tradita per *D. Rovitum d. decis. 72. n.* 46. Sicque non alitèr officium censebitur concessum, quàm pro hæredibus ex corpore. Quod erat probandum.

Hæcque prò vindicanda Iustitia Regiarum literarum ab injustis objectionibus Adversariorum, in aliis casibus, qui occurrere poterunt, non omninò extrà rem fuit scripsisse.

Neap. die 6. Octobris 1691.

R. Cons. F. D. A. R. Fisci Patronus.

Allegationes Regii Consiliarii D. Petri de Fusco.

IN præcedentibus allegationibus ex triplici capite fuit demonstratum Fiscum in causa, de qua agimus, non posse uti Regalibus literis, quibus declaratum fuit, Regalia officia in burgensaticum concessa pro se, & suis hæredibus, ac successoribus in perpetuum, judicanda esse, quo ad successionem, & alienationem, uti bona feudalia, & consequenter alienari non posse absque Regis assensu, ac in illis succedere solùm hæredes sanguinis.

Primò, quia etsi Regales literæ sint juris veteris declarativæ, atque ità comprehendant concessio-
101 nes officiorum in præteritum factas, non tamen comprehendere possunt illas alienationes, quæ jam reperiebantur factæ antè dictas literas, de quibus jam erat lis inter Partes, & ubi legatarius extraneus fuerat decreto M.C.V. immissus in possessionem, neque poterant porrigi ad casus jam præteritos, quibus ob defectum descendentium, jam in officiis successerant hæredes extranei, atque ità erat eis jus quæsitum ex communi Doctorum sententia, rerum authoritate judicatarum confirmata, quod officia concessa sub ea forma possent alienari absque assensu, eaque transira ad extraneos hæredes, & nunc in terminis addimus *Bimium in consil.* 161. *nu.* 18. *vol.* 2.

Secundò, quià Regales literæ comprehendentes concessiones in præteritum factas, expressam habent relationem non ad casus præteritos, sed ad futuros, nempè ad alienationes faciendas, & ad devolutiones secuturas ob defectum descendentium.

Tertiò, quià in Regalibus literis limitatur ea declaratio, quoad concessiones officiorum factas
102 ex causa lucrativa, respectu verò habentium causam onerosam, nihil innovari, mandatum fuit; Et quod etsi prima concessio officii Siclæ Civitatis Aversæ, de quo agimus, fuisset facta titulo lucrativo; nihilominus quià illud à possessore fuit venditum cum assensu; debeat emptor, & qui ab eò causam habent, omninò judicari, sicuti à Rege fuisset concessum officium ex causa
103 onerosa, ex *Marta in consil.* 145. *num.* 11. *&* 12. cui nunc addimus *Reg. Reverter. in decis.* 175. *aliàs* 98. *tom.* 2. *in manuscriptis, fol. mihi* 213. *at.* ubi cum quæstio esset, an posset augeri numerus Actuariorum Regiæ Cameræ, qui tunc erant duo, possidentes officium Actuarii pro communi, & indiviso; incidit articulus an isti haberent titulum lucratiuum, an onerosum; Et respectu portionis Io: Pauli Crispi, cum prima concessio fuisset facta gratuitò per Cæsaream Majestatem Domino de Granvela, qui postea illam vendidit Io: Paulo Crispo cum assensu, judicata fuit concessio ex causa onerosa; verba *Regentis Reverterii* sunt hæc: *Tum quià hoc officium non ex titulo gratioso, sed oneroso datum fuit, mediante pecunia, quià vacante ejus dimidia parte ob rebellionem Cioffi, qui illam possidebat, fuit concessa illo dimidia pars Ill. Domino de Granvela per Cæsoream Majestatem gloriosæ memoriæ, qui pro pretio ducatorum* 1900. *vendidit illam partem Magnifico Io: Paulo Crispo, ut apparet per partitam Banci, & talis in effectu videtur soluta pecunia Cæsareæ Majestatis, postquã de ejus voluntate fuit vendita, & pecunia soluta Domino de Granvela, per tex. in l. solutam, §. solutum, ff. de pignorat. actione, quod unus actus occultatur, l. singularia, ff. si cert. petatur, quià habetur perinde, ac si pecunia fuisset data per Io: Paulum Suæ Cæsareæ Majestati, & eadem Majestas dedisset Domino de Granvela; Quandò pro officio datur pecunia, non potest revocari, nec diminui, &c.*

Et ad aliud motivum fiscale in ea Causa, quod etsi ampliationes pro uno hærede fuissent ex causa onerosa, tamen quià primæ concessiones ad vitam erant gratuitò factæ, ideò ampliatio per
104 modum prorogationis debeat censeri ejusdem naturæ, quià erat unum, & idem officium; Respondet *Reg. Reverterius* dupliciter *in dicta decis.* 175. *fol. mihi* 214. his verbis: *Primò negando assumptum, quod in persona Io: Pauli Crispi sit officium ex titulo gratuito, quià imò est ex titulo oneroso, ut supra dixi; Secundò quod cum sit prorogatio alicujus dispositionis cum aliqua nova qualitate, hæc dispositio prorogota erit nova dispositio.*

Hinc patet *Dominum de Marinis* diminutè reassum-

sumpsisse dictam decisionem *Reverterii secun-*
105 *dùm ejus ordinem* 185. nititur enim solummo-
dò his verbis: *Eoquè magis, cum præsupponeba-*
tur, fuisse titulo oneroso concessum, & quatenus
de hoc dubitaretur, indubitatum erat, ambobus
pro uno hærede mediante pecunia fuisse illud am-
pliatum; Sed non reassumpsit modū tituli one-
rosi respectu Crispi, qui modus habetur ex in-
tegra decisione manuscripta, nempe quia par-
tem illam emit cum assensu à Domino de Gran-
vela, cui gratiosè fuerat concessa per Suam Cę-
saream Majestatem.

Modò confirmare oportet conclusionem aliàs fir-
matam, quod cum officium sit concessum cum
clausula pro se, & hęredibus, ac successoribus
in perpetuum, absque ulla reservatione, indubi-
tata fuerit apud DD. sententia, quod transmit-
106 tatur ad hęredes extraneos secundùm juris
Romani dispositionem, quod solùm nobis suffi-
ceret in hac causa ad excludendum Fiscum,
idemque officium sub tali forma concessum pos-
se alienari absque assensu, quod etiam nobis suf-
ficit ad Fiscum repellendum; Porrò tàm lega-
tum istius officii factum extraneo, quàm suc-
cessio hęredis extranei (si illud legatum non
valeret) longè præcesserunt tempus Regalium
literarum.

Prima pars conclusionis de transmissione ad hęre-
des extraneos fuit habita pro vera, & absoluta
in causa illorum de Bernaudo per Regiam Ca-
meram, & Collaterale Consilium, quando in
prima concessione nulla adest reservatio, nulla-
que restrictio ad unum, vel ad duos hęredes, sed
concessio facta fuit pro se, & hęredibus, ac suc-
cessoribus in perpetuum, ad differentiam con-
cessionis officii facta pro se, & uno hęrede no-
minando, sive pro duabus vitis; nam hæc ulti-
107 ma restricta ad certas vitas vel ad hęredes ex
corpore, vel ad personas certi generis retinet
qualitatem Regaliæ, ac personalitatis, & in ea
habet locum Constitutio Regni *Scire volumus*,
secus verò cùm concessio est facta pro se, & hę-
redibus, ac successoribus in perpetuum absque
ulla reservatione, ut patet ex *Reg. Rovit. in de-*
cis. 72. à num. 41. ad num. 46. edita in eadem
causa illorum de Bernaudo, *Horat. Montan.* qui
pro veritate scripsit, non uti advocatus in ea
causa, *in repetit. cap. Imperialem, §. præterea Du-*
catus num. 33. & 34. & num. 45. & de Regalibus
officiis num. 7. fol. 171. Fulvio Lanario ad Lana-
rium seniorem cap. 1. de successione feudi nu. 59.
§. advertatur, Reg. de Marinis ad Reverter. de-
cis. 230. num. 1. in fine, & melius idem *Reg. de*
Marinis ad Reverter. decis. 364. Reg. de Ponte
in decis. 28. num. 62. vers. sed si suprà; quibus ad-
dimus *Cardinalem de Luca de regalibus discurs.*
5. num. 17. & Bimium in consil. 161. vol. 2. ubi *n.*
15. ità decisum refert *Reg. Revert. in decis. 74.*
in manuscriptis vol. 4. & secundùm ordinem
Domini de Marinis in decis. 382.

Nec obstant ea, quæ vanissimè obiiciuntur, nempe
quod strictius procedatur in officio, quàm in
feudo; & quod officium ratione personalitatis
108 æquiparetur usufructui; & quod in re transmi-
sibili ex sui natura ad hęredes sanguinis, verbum
hæredibus intelligatur de descendentibus, juxtà
naturam concessionis, his enim latissimè satisfa-
ciunt *Montan. Rovitus, & Reg. de Ponte in lo-*
cis suprà allegatis; nempè quod verum est axio-
ma in officio simpliciter concesso, in quo sola
administratio, ac exercitium videtur conces-
sum, in eoque semper censetur electa industria
personæ, atquè ità natura illius est personalissi-
ma, secus verò cùm officium est alteratum, per
concessionem factam pro se, & hęredibus, ac
successoribus in perpetuum; tunc enim ut sub-
dit *Reg. de Ponte in d. decis. 28. num. 62. vers. sed*
si suprà, videtur mutata natura, ac translatum
per Regem jus reale penès ipsum residens.

Sed & ridiculum est applicare illud axioma, quod
in re non transmissibili ad hęredes extraneos,
109 verbum *heredibus* intelligatur de descenden-
tibus; juxtà naturam concessionis, super quo
axiomate fundavit suam opinionem *Amicang.*
de regal. officiis, qu. 11. num. 18. Nam axioma
illud verum est in re transitoria de sui natura ad
hęredes sanguinis, ut est feudum, ac emphyteusis
Ecclesiastica; tuncenim verbum *hæres* in con-
cessione feudi, vel emphyteusis per Ecclesiam
concessæ intelligitur de hęrede sanguinis; At in
re non transitoria ad ullos hęredes, neque ad fi-
lios, prout est usufructus, usus, legatum annuum,
officium, & similia, quæ cum vita finiuntur, si
in concessione harum rerum apponatur verbum
hæredibus, quod intelligatur solùm de hæredi-
bus sanguinis, ac non item de extraneis, id cer-
tè nedum non probatur ex his, quæ allegat
Amicangel. sed apertissimè totum contrarium
evincitur ex communi omnium Doctorum sen-
tentia apud *Bimium d. cons. 161. nu. 8.* & ex *Reg.*
Reverter. in d. decis. 74. in manuscriptis, par. 4.
& secundùm ordinem D. de Marinis in dec. 382.
qui subdit hæc verba: *Quod si officium æqui-*
paratur usufructui in quo de hærede fit men-
tio, quo casu de primo hærede intelligitur, juxtà
l. antiquitas, C. de usufructu (quem *text. Ami-*
cangel. adducit) *tamen non dicitur ibi, nec alibi,*
quod ego viderim, quod ille hæres debeat esse de
sanguine, & non extraneus; Nec invenio in
jure, quod appellatione hæredis intelligatur de
hærede sanguinis, nisi in feudo, & emphyteusi
Ecclesiastica, & sic standum est regulę, quod in-
telligatur de omni hærede veniente tàm de jure
civili, quàm de jure prætorio, & tàm ab intesta-
to, quàm ex testamento, l. hæredis appellatione, ff.
de verbor. significatione.

Rursus ad tollendas alias futiles objectiones, quas
Amicang. tradit *in d. qu. 11.* inquiens quod si
verbum hęredibus intelligeretur etiam de ex-
traneis, proprietas, sive dominium directum es-
set

110 set inutile penès Regem, quia nunquam fieret devolutio; Præterquàm quod hoc argumentum petit principium, nam ex illa alteratione pro hæredibus perpetuum, omne jus reale, omneque dominium translatum est in concessionarium, ut probat *Montan. Rovit.* & *alii in locis supra adductis*. Nihilominus admissa retentione proprietatis, sivè dominii directi, argumentum evincitur exemplo emphyteusis secularis, quæ est transitoria ad hæredes extraneos, & tamen dominium directum non est inutile penès concedentem, dum ex culpis in deteriorando rem emphyteuticam, vel ex non solutione canonis, revertitur ad Dominum directum, & tamen est transitoria ad hæredes extraneos; & sic sufficit, quod ex culpis in officio committendis posset officium devulvi ad Regem; ne proprietas, sive dominium directum penès concedentem inutile foret; ut considerat *Jaso. in l.Gallus,§.etiam si parente num.34.in fin.ff.de liber.& posthum.* Sed hujusmodi termini non conveniunt officio concesso pro hæredibus, ut patet ex decisione *Reg. Reverter.56.par.4.in manuscriptis,& secundùm ordinem* Domini *de Marinis in decis.364.* ubi in ea quæstione, an officii concessio pro se, & hæ-
111 redibus intelligatur de primis hæredibus, ut in usufructu, juxtà *l.antiquitas, C.de usufructu*, an item de omnibus, ut in *l.in annalibus, C. de legatis*, refert per Regiam Cameram, & Collaterale Consilium, fuisse latissimè discussum, & decisum, quod officium in hac re non possit æquiparari usufructui, sed legato annuo, in quo non consideratur proprietas, nec usufructus, & ideò quamvis legatum annuum ex sui natura sit per-
112 sonale, nec transeat ad hæredes, (quicquid aliter dixerit *Bartol.in d.l.antiquitas*, quem communiter in hoc fuisse reprobatum ipse *Revert.* demonstrat) nihilominus si legatum annuum relinquatur alicui, & ejus hæredibus, intelligitur de omnibus hæredibus, nec restringitur ad primùm, ex *l.in annalibus, C.de legatis*, ità, & officiū concessum alicui pro se, & hæredibus, intelligitur de omnibus in infinitum, & subdit hæc verba: *Quia illa ratio, quæ est super usufructu, ut intelligatur in primo hærede, non habet locum in officio, quia non remanet proprietas officii inutilis, quia in officio non consideratur, neque proprietas, neque usufructus, & ideò in officio veniunt omnes hæredes*, sicut in *l.in annalibus.*

Ut patet, priscis temporibus solùm de eo fuisse dubitatum, an verba pro hæredibus in concessio-
113 ne officii apposita intelligerentur de primis hæredibus, an item ulterioribus, de qua quæstione agit *Freccia de subfeud. lib.3. in secunda formula à num.25.ad finem*, ubi noluit aperire suam sententiam, quia de ea re pendebat quæstio in Regia Camera, & forsan apud *Reverter. in decisionibus supra adductis*; Cæterum fuit habitum pro absoluto, quod intelligeretur etiam de extraneis; Et cùm adest verbum *in perpetuum*, ut in specie de qua agimus, cessat omninò illa quæstio; nam tunc ne dum de primis, sed de ulterioribus, & omnibus intelligitur, ut benè probat *Bimius consil.161.vol.2.*

Hinc etiam liquet, frustà Fiscum jactare, *Horatium Montanum* rem omninò novam aggressum fuis-
114 se, dum non invenit Doctorem ante ipsum, qui in terminis concessionis officii factæ pro se, & hæredibus, ac successoribus in perpetuum, affirmaret, comprehendi etiam hæredes extraneos; Etenim *Reg. Revert.* qui scripsit ante tempora *Horatii Montani* id veluti indubitatum supposuit *in d. decis.74.in manuscriptis, vol.4. & secundum ordinem Dom. de Marinis in d. decis. 382.* & in alia *decis.56.par.4.& secundùm ordinem Domini de Marinis in dec.364.* Hoc ipsum clarissimè in terminis concessionis officii pro se, & hæredibus, veluti indubitatum censuit *Jo: Petrus Bimius in d. conf. 161. vol.2.* qui longè ante *Horatium Montanum* scripsit; dum illius opus fuit editum anno 1598. Cæteri verò habuerunt recursum ad qualitatem feudalem annexam officio cum jurisdictione, ut potuissent probare clausulam pro *hæredibus* intelligēdam esse de hæredibus sanguinis, supponentes, quod absque feudali qualitate, non poterant excludi hæredes extranei, ut docet *Consil. de Georgio repetit.feudal.cap.54.num.29.*

Sed & Fiscus hac in re omni Doctoris authoritate caret tàm ante, quàm post tempora *Horatii Montani*, præsertim quo ad successionem hæredum extraneorum, quamvis respectu alienationis cum assensu aliqui DD. per inductionem solummodò trahuntur ad probandum, officium sub tali forma concessum, non posse alienari absque assensu; Nam quo ad eos, qui scripserunt in causa illorum de Bernaudo, ut sunt *Paul.*
115 *Staibau.senior conf.19.num.12.Theodor.allegat.41.num.12.Reg.Capyc. Galeota resp. fiscali 12.n.98.& 101.cum seq.* qui referuntur à *Dom. Reg. de Philippis in dissert. fiscali 23.num.21.* Hi certè nullam authoritatem præbere possunt, dum habemus decisionem editam in illa causa apud *Reg. Rovit. in decis.72.* ubi referuntur omnes conclusiones, quæ fuerunt pro veris habitæ per Regiam Cameram, & per Regium Collaterale Consilium in illa causa; & quo ad rem, de qua agimus, fuit habita pro verissima conclusio illa, quod in concessione Regalis officii facta pro se, & hæredibus in perpetuum absque ulla reservatione comprehendantur etiam hæredes extranei, possitque officium alienari absque assensu, & sic procedere res judicatas in officio Magistri Actorum Civitatis Aversæ, quod fuerat concessum pro se, & hæredibus in perpetuum simpliciter, et in burgensaticum, & posteà fuit alienatum, sinè assensu, testatur idem *Reg. Rovit. in decis.72.nu.41. & 42.* & ità etiam processerunt aliæ decisiones relatæ per *Fulv. Lanarium in addit. ad patruum in cap.1. de successione feudi nu.59.*

Digitized by Google

num.59.§.& advertatur. Undè standum est de-
cisioni, non allegationibus illorum, qui uti Ad-
vocati scripserunt, sicuti advertit *Cardinalis de
Luca de regalibus discurs.* 5.*n.*17. ubi quod do-
ctrina *Reg.Rovit.* magnificienda est, *ne dum* (ut
subdit) *ob Autoris gravem auctoritatem, sed
quia ivi conclusivè hoc firmatur post maturam
discussionem in arduissima causa, in qua prodiit
dictum responsum fiscale* 12.*Galeotæ.*

Imò & ipse *Reg.Galeota*, qui uti Fisci Patronus
scripsit in illa causa, quamvis respectu alienatio-
nis totis viribus conatus fuerit demonstrare
pro Fisco, quod officium sub tali forma conces-
sum, non potuisset sinè assensu alienari; nihilo-
minus respectu successionis hæredum extraneo-
rum id non ausus fuerit firmare; sed sub verbo
fortè; verba ejusdem *Galeot.in d.resp.fiscali* 12.
*n.*158. sunt hæc: *Quod Regalia etiam in allo-
116 dium concessa non possunt alienari absque
assensu, quod cum constat, non adesse, possessio in
vita forte capta sibi non profuisset, cum tamen
nunquam ipsam habuerit: Et quandò ipse peteret
immissionem uti successor Joannis Mariæ, adhuc
repelleretur ex aliis defectibus, quia Sacerdos,
& ex aliis inhabilis. Et fortè quia etiam ad suc-
cessionem regalium expressè concessorum in allo-
dium soli descendentes admittantur, ut non mi-
nus appareat restricta successio, quàm inhibita
inter vivos alienatio.*

Verùm dubitare non debuit, quin admittendi es-
sent hæredes extranei, quando Fiscali causæ
non interfuisset; Etenim DD. quos allegat *num.*
133.& 134. ad probandum quod regalia con-
cessa in allodium non possint alienari absque as-
sensu, supponunt certissimè, quod ubi sunt alte-
rata, & concessa pro hæredibus, transeunt ad
hæredes extraneos, quamvis alienari sine assen-
su non possint, ut patet ex *Jo:Bertachino*, quem
allegat *de gabell.par.*1.*n.*39.*juncto num.* 34. qui
agens an possit alienari absque assensu Principis
jus exigendi gabellam alicui à Principe conces-
sum; utitur exemplo emphyteotæ; ut & si illud
jus, sive emphyteusis transeat ad hæredes extra-
neos, ut *n.*34. illud jus tamen nequeat alienari
absque assensu Domini; Quamvis si illud jus non
fuisset concessum uti servitus personalis, sed sa-
peret quandam realitatem, nullum dubium esset
quin ad hæredes extraneos transiret, & posset
illud legari absque assensu, *Bald.in l.unica §.ex-
cepto n.6.C. de caducis tollendis*. Cæteri DD.
quos allegat *Galeot.* ut *Bartol.in l.in diem, in fi-
ne, ff.de aqua pluvia arcenda, Calcaneus consil.*
102.*num.*2.*Capyc.in investitura feudali in ver-
bo gabellis, vers. Et nota,* loquitur de jure exi-
gendi gabellam, vel alio Regali jure concesso
uti servitute personali, absque clausula pro se,
& hæredibus, ac successoribus, ut talis conces-
sionarius exemplo usufructuarii nequeat trans-
ferre illud jus absque assensu, & ità declarat
*Additio ad Bartol.in d.l.in diem, in fine, ff. de
aqua pluvia arcenda,* optimè *Imola in l. in con-
cedendo* 8.*n.*3.*ff.de aqua pluvia arcenda*. Et ità
intelligendus est *Rosenthal.de feudis cap.*5. *con-
clus.*12. sicuti expressè ita loquuntur *Vuesem-
bec.in consil.*45.*à num.*30.*ad* 32.*par.*1. allegatus
cum aliis à *Rosenthal. dict. conclus.*12. *in Gloss.
litt.A.*

Afflict. verò *in Coust.scire volumus n.* 4. quem se-
quitur *Franc.de Amic.fol.*63.*verb. resistit* negat
jura regalia concessa in allodium, posse alienari
117 absque assensu, ratione directi dominii, & ex-
pressè utitur exemplo emphyteusis, ut sicuti
emphyteusis, quæ non tenetur in feudum; sed
est burgensatica, non possit alienari absque as-
sensu ratione directi dominii, ita & regalia; Un-
de patet *Afflictum* loqui de alienatione, non de
successione hæredum extraneorum, ob exem-
plum emphyteusis, ab ipso adductum, quia em-
phyteusis transit ad hæredes extraneos, & ta-
men alienari nequit absque Domini assensu.

Insuper *Afflictus* non loquitur de casu, quo rega-
lia fuissent alterata ex concessione facta pro se,
& hæredibus, ac successoribus in perpetuum,
sed loquitur de jure regali simpliciter concesso
in allodium. In hoc enim regalia personalia, si-
cuti officium, & similia conveniunt cum feudo,
inspecta prima natura feudorum, quando feuda
dabantur precario, & ad vitam recipientis, ut re-
ctè declarat *Franc.de Amic.d.fol.*63. *vers. Dice-
bam amplius*; Et quando *Afflict.* intelligeretur
de regalibus concessis pro se, & hæredibus in
perpetuum, malè loqueretur, ac esset commu-
niter reprobatus, teste *Reg.Rovit.in d. dec.* 72.
*n.*41.& 42.

Alii Doctores relati per *Reg. de Philippis in dicta
dissertatione* 23.*n.*21. ut *Peregrin. de jure Fisci*
118 *lib.*1.*tit.* 2. *num.* 102. & *Freccia de subfeudis
lib.*3.*formula.*2.*n.*25.*usque ad num.* 30. vel sunt
contra ipsum, vel ad rem non faciunt; Nam *Pe-
regrin.* ubi supra expressè sensit, regalia con-
cessa pro se, & hæredibus, transire ad hæredes
extraneos, ac testatur esse communem opinio-
nem, *Bartol.* verò quem pro contraria parte al-
legat *Peregrin.in l.si patroni n.*4.*ff.ad S.C.Tre-
bell.* loquitur de emphyteusi, sivè à Principe, si-
vè à Privato, sivè ab Ecclesia concessa simplici-
ter, absque clausula pro se, & hæredibus, ut non
sit transitoria ad hæredes, nec ad filios nisi be-
neficio concedentis; *Ægid. Bossius de Principe
n.*204. quem similiter *Peregrin.* allegat, loqui-
tur in terminis Statuti expressè disponentis,
quod res gratuitò concessæ à Principe pro se, &
hæredibus, intelligantur de hæredibus sangui-
nis dumtaxat.

*Freccia de subfeud.lib.*3.*formul.*2.*n.*25. *usq. ad nu.*
30. agit de ea quæstione, an concessio Regalium
facta alicui pro se, & hæredibus, intelligatur de
119 primis hæredibus, juxtà *l.antiquitas C. de usu-
fruct.* an item de omnibus, & subdit in ea quæ-
stione nolle suam aperire sententiam, quia de

ca re controverfia agebatur in Regia Camera, & fortè in ea caufa, de qua agit *Reg. Reverter. in decif.56.part.4.in manufcriptis*, & fecundum ordinem *Dom.de Marinis in decif.* 364. in qua fuit decifum, venire omnes hæredes in infinitum, exemplo legati annui, quod relictum eft alicui, & fuis hæredibus, juxtà *l.in annalibus, C.de legatis.*

Remanet *Amicangel.de regal.officiis qu.* 11.*per totam*, allegatus per *Reg.de Philippis in d.differt.* 22.*num.*21.Sed ifte caret propria, & aliena au-
120 thoritate, nifi ea, quam illi tribuit doctiffimus Dominus Fifci Patronus, allegando eundem in Aula; Etenim cum *Amicangel. in d.qu.* 11. poft difcuffum articulum *à n.*17.admittat conceffionem regalium, quæ habet annexum titulum translativum dominii, ut eft donatio, tranfitoriam effe etiam ad extraneos hæredes in infinitum fecundùm difpofitionem juris communis Romanorum. Negat tamen id, quando conceffio regalium eft facta, quo ad ufum; five adminiftrationem, prout in conceffione officii pro hæredibus, quia penes concedentem remanfit dominium directum, ne fit ei illud inutile, illa conceffio pro hæredibus reftringenda eft ad filios, & defcendentes; Sed hoc eft petere principium, quod nunquam *Amicangel.* probavit, fupponit enim,conceffionem juris perfonalis, ut ufusfructus, & fimilium factam pro fe, & hæredibus intelligendam effe pro defcendentibus, ne proprietas fit inutilis, quod nemo dicit ex DD. quos allegat; nec ex aliis, quos viderim, dum alterata eo modo conceffione juris perfonalis per claufulam pro fe, & hæredibus, ac fucceffloribus in perpetuum, potius ifte perpetuus ufus trahit ad fe dominium, ac proprietatem in beneficium conceffionarii, quàm quod conceffio reftringenda fit ad defcendentes; ex *tex.* expreffo *in l.donationes, §. fpecies, ff. de donation.* & in *l.id quod,§.*1.*ff.de periculo, & commodo rei venditæ*,quæ jura adducuntur per *Montan. in d. §.prætereà Ducatus n.*33.*&* 34.& *Reg. Rovit.in d.decif.*72.*nu.*41. ubi etiam docent, facta mentione hæredum in officii conceffione, non cenferi electam induftriam perfonæ.

Et infuper retentio dominii directi penes concedentem confiderata ab *Amicangelo*, quamvis operetur, ut officium nequeat alienari abfque
121 affenfu, nihilominus non operatur ut claufula, *pro hæredibus, & fucceffloribus* intelligenda fit de hæredibus fanguinis, dumtaxat, ut fupra fuit probatum exemplo emphyteufis fæcularis, quæ tranfit ad hæredes extraneos, & tamen non poteft alienari abfque affenfu; ob effectum directi dominii penes concedentem; Quamvis cum addita eft dictio *fucceffloribus*, ut in noftro cafu, poffe fieri legatum in extraneum abfque affenfu, probat *Pinell.in l.*2.*n.*12. *&* 14. *Cod.de bonis maternis.*

Rurfus *Amicangel.de regal.officiis d.qu.*11. *n.* 18. inquit, regalia à Principe donata dupliciter confiderari poffe: *Aut enim* (hæc funt ejus verba)
122 *funt ad hæredes tranfmiffibilia, & eo cafu in bonis donatis poffunt fuccedere etiam hæredes extranei, fi verò bona donata cum vita finiuntur; ut funt officia, & cætera jura perfonalia, tunc donatio interpretationem recipit ex natura rei, & in ea certi tantùm hæredes fuccedunt ex l.antiquitas, C.de ufufructu, l.ex facto, §.finali, ff. ad Trebell.l.etiam ubi Gloff. & DD. ff. fol. matrim. Boffius de Principe n.*254.*Reg.Conftantius in l.*1.*C.de filiis official.num.*

Sed ea jura, & auctoritates, quas allegat, non faciunt ad rem; Nam *text.in l.antiquitas*, loquitur de ufufructu legato alicui, & ejus hæredi, ut intelligantur de primo hærede, fivè fit de liberis, fivè extraneus, ut omnes intelligunt, tefte *Reg. Reverter.in d.decif.*382. Imò & *text.in d.l. cum*
123 *antiquitas* nõ poteft accomodari ad officium, ob rationes adductas ab *Horatio Montano in d. § prætereà Ducatus num.*34.*&* 35. & à *Reg.Revert.in dec.*56.*p.*4. *in manufcriptis, & in decif.* 264.*juxtà ordinem D.de Marin.* Similiter nihil probat *text.in l.ex facto, §.finali. ff. ad Trebell.* loquitur enim de conditione: *fi fine hærede decefferit* appofita fideicommiffo, ut intelligatur de liberis, quia nemo decedit fine hærede, cum deficientibus agnatis, & cognatis, veniat Fifcus; *Text.* verò *in l.etiam, ff.foluto matrimonio* loquitur de beneficio, quod maritus habet, ne teneatur ultra quam facere poffit, quod tranfmittitur ad filios, non ad extraneos.

Freccia verò, quem adducit *Amicangel. de fubfeud.lib.*2.*qu.*50.*n* 4.*& qu.*52. non loquitur de conceffione officii facta pro fe, & hæredibus, ac fucceffloribus in perpetuum; fed de conceffione officii facta per fe, & uno hærede, vel pro quo-
124 cumque hærede nominando, & fic ad duas vitas; ut intelligatur de habili, non de inhabili puta fœmina; & fic nihil ad rem facit, quia nos concedimus, officium ità reftrictum ad duas vitas retinere naturam regaliæ, & conceffionem effe perfonalem, non realem, juxta doctrinam *Horatii Montani ubi fupra, & Reg. Rovit. in d. decif.*82.*n.*44.*in* 6.*& ult.conclus.*

Boffius in tractat. de Principe num. 204. quamvis mendosè allegetur ab *Amicangel.n.*254. loquitur expreffè quando adeft Statutum fpeciale quod in conceffionibus gratiofis, claufula pro hæredibus intelligatur de defcendentibus.

*Reg.Conftantius in l.*1. *C. de filiis officialium num.* 124. *&* 136. loquitur de conceffione fimpliciter facta, nulla hæredum habita mentione.

Qualis tamen fit opinio *Amicangeli*; quo neminem fibi favorabiliorem poteft invenire Fifcus; certè nec obftaret nobis in fpecie de qua agi-
125 mus; Nam & *Amicang.* expreffè admittit, quod ubi conceffio eft facta cum titulo donationis, & verba conceffionis non important perfonalitatem, fed realitatem, tunc claufula

pro

pro hæredibus intelligitur etiam de extraneis,
ut patet ex eodem *Amicangelo de regalibus officiis d.q.*11.*n.*17.*&* 18.*& quæst.*5.*n.* 22. optimè
*Silvan.in consf.*98.*num.*21. At in prima concessione Regis Federici expressus est titulus donationis veræ, & realis, & in ultima confirmatione facta per Cęsaream Majestatem expressissimè
dicitur: *Omniaque, & singula supradicta sint dicto Anello de Riccardis, ejusque hæredibus, ac successoribus stabilia, realia, & firma*; Undè
adhuc secundum opinionem *Amicangeli*; clausula pro hæredibus, & successoribus in perpetuum, intelligitur etiam de extraneis.

Et quamvis idem *Amicangel.d.qu.*5.*n.*22. *in fine*,
perfunctoriè asserat, regale jus cum titulo translativo dominii concessum, non posse alienari
126 absque assensu; id tamen dicit se probasse in
sua repetitione ad rubricam capituli primi, quæ
sunt regalia cap. 6. quod tamen opus non habemus; & omnino evanescit ex doctrina *Baldi in l. unica, §. excepto n.*6.*C. de caducis tollendis*, ubi
quod cum concessio juris Regaliæ non est facta per verba importantia personalitatem, sed realitatem, potest illud alienari, & legari absque
assensu; Sed ad excludendum Fiscum nobis alterutrum sufficit, vel quod officium possit ad extraneos hæredes transire, vel quod potuisset illud legari absque assensu.

Nec ullam pro se Fiscus habet decisionem, nec
exemplum rei judicatæ, in terminis concessionis
127 officii pro se, & hæredibus, ac successoribus
in perpetuum absque ulla reservatione, & qualitate feudali, ut in nostro casu. Porrò decisiones relatæ à *D.Reg.de Philippis dissertat. fiscal.* 23. *à num.*22. *& in dissert.* 24. quibus fuerunt prælati primogeniti, & exclusa uxor, ac generaliter fœminæ, ut apud *Reverter.decis.*381. juxtà ordinem *D.de Marinis, & dec.*73.*par.*4. *in manuscript.* ad rem nostram non faciunt; Illæ enim processerunt in officiis concessis ad duas vitas, vel ad unam, cum ampliatione ad alteram, nempè pro uno hærede nominando, vel cum restrictione ad hæredes sanguinis, ut in d. *Reverter. decis.*73. Et in ea causa, de qua *D. de Philippis* agit d. *dissertat.*23. Cessionarius, qui obtinuerat ampliationem ad alteram vitam personæ nominandæ, cum decessisset absque filiis, agnatis, & cognatis, uxore superstite, nulla facta nominatione; contendebat uxor succedere in officio tanquam hæres ab intestato, *ex Edicto unde vir; & uxor*; & per decretum Regiæ Cameræ fuit exclusa, ut patet ex eodem *Reg. de Philippis in dissertat.*22.*num.*1.*in fin.& nu.*2. *& dissert.* 23. *in fine*; Sed ut diximus non pertinent ad rem de qua agimus; Etenim non negamus, quòd cum officii concessio restricta est ad unum, vel secundum, vel tertium hæredem, vel ad hæredes ex corpore, vel cùm continet aliam reservationem; tunc officium retinet qualitatem regaliæ, ac strictius in eo proceditur, quam in feudo, & in eo
locum habet Constitutio Regni, *Scire volumus*; & ista est *sexta conclusio*, quæ per Regiam Cameram, & Regium Collaterale Consilium fuit habita pro vera in causa illorum de Bernando apud *Reg.Rovit.in d.decis.*72.*num.*44. ad differentiam quartæ conclusionis, de qua in dicta *decis.*71.*num.*41. quod cùm officium concessum est pro se, & hæredibus, ac successoribus in perpetuum absque ulla reservatione, tunc in eo possunt succedere extranei, & potest illud alienari absque assensu.

Idque satis liquet ex eodem *Reg.de Philippis in d. dissertat.*23.*num.*21. ubi cum vellet demonstra-
128 re se non tractare de officio concesso pro hæredibus, ac successoribus in perpetuum, quià aliàs obstaret sibi *quarta conclusio* habita pro vera per Regiam Cameram, & Collaterale Consilium in d. *Rovit.decis.*72.*num.*41. sed tractare de eo officio, quod erat restrictum ad primum, vel secundum hæredem: allegavit *Reg.Rovitum* his verbis: *Dominus Regens Rovitus si rectè perpendatur in decis.* 72. *à sexta conclusione in anteà num.*44.*usque ad nu.*65.

Quod verò subdit *D.Reg.de Philippis in d.dissert.* 23.*num.*26.*&* 27. ad successionem officii fuisse
129 admissum nepotem ex fratre primi concessionarii apud *Reg.Reverter.in decis.*382.*secundum ordinem Dom.de Marinis, & in manuscriptis in decis.*74.*par.*4. ex ea ratione, quam ex proprio capite subdit ipse *D.Reg. de Philippis d. nu.*27. quod nepos ex fratre esset successibilis in feudis ex nostro patrio feudorum jure, in hoc, salva ejus reverentia, apertè fallitur, nam ex jure Constitutionis Regni, *ut de successionibus* manifestè nepos ex fratre primi acquirentis repelli-
130 tur à successione feudi, nec poterat haberi relatio ad gratias, quæ longè post decisionem *Reverterii* supervenerunt, quæ tamen gratiæ non admiserunt nepotem ex fratre primi acquirentis, nisi in feudis emptis, non verò in concessis, & donatis ob remunerationem servitiorum, qualis erat concessio officii facta à Rege Federico in ea causa apud *Reg.Reverter.d.dec.*74.*par.*4.*in manuscriptis*, ubi expressissimè declarat, ea quæ dixit in decisione præcedenti de hæredibus ex corpore, habere locum quando concessio officii restricta est ad hæredes ex corpore, secus verò cum concessio facta est simpliciter pro hæredibus, nam tunc intelligitur etiam de extraneis, ut patet *ex dicta decis.*74.*juncta dec.*73.*vol.*4 *in manuscriptis*.

Similiter frustrà adducuntur pro Fisco ea, quę scripsit *Dom.Reg.Marcian.disp.*28. *à nu.*14. de of-
131 ficio Grafferiatus Civitatis Aversæ, quod non poterat obligari, neque alienari absque assensu sivè quod esset de regalibus, sivè propter jurisdictionem annexam, quæ semper est feudalis; Non enim *D.Reg.Marcian.* refert formam concessionis dicti officii, quomodo ea fuisset facta, an sub aliqua reservatione, & an in feudum, vel

in allodium ; Imò dum recurrit ad præsumptio-
nem feudalitatis ob jurisdictionem annexam of-
ficio, clarè infertur , quod prima concessio non
appareret ; Nam jurisdictio censetur feudalis in
132 dubio ; secus verò quando constat de prima
concesśione, & in ea non dicitur in feudum ex-
presśè, nec æquipolleuter, *ut ex cap.1.quis dica-
tur Dux*, in illis verbis : *Qui verò de plebe ali-
qua per feudum est investitus, &c.* cum aliis ad-
ductis per *Liparul.ad Andr.in cap.1.nu.13. lit.
X. in fine , ex quibus causis feudum amittatur,
Montan.de regalibus in verbo Potestas consti-
tuendi magistratus num.21. Fulv.Lanar.in ad-
dit.ad patruum in cap:1.num.84. de his qui feu-
dum dare possunt, Reg.Rovit.in decis.72.nu.42.*
Et ità etiam processit decisio Regiæ Cameræ in
officio Vicesecreti, & Fundaci ferri, & acciarii
133 Civitatis Catanzarii, de qua *Reg.Galeot.in d.
resp.fiscali 12.num.219.* illud enim officium fuit
judicatum per Regiam Cameram feudale , ac
proinde debere pro eo solvi Relevia , & ado-
ham; cum absque feudali qualitate , nemo præ-
ter *Amicangelum* ubi supra , attentavit dicere,
concessionem officii pro se , & hæredibus , ac
successoribus in perpetuum restringendam esse
ad hæredes sanguinis .
Cum itaque in nostro casu appareat prima conces-
sio, in qua non dicitur in feudum , nec adsit ul-
134 lum verbum expressum,nec æquipollens, nec
ulla reservatio , qua posset dici concessum offi-
cium in feudum, cessat prorsus motivum fiscale
de jurisdictione huic officio annexa ; Nam si ex
ea vult Fiscus arguere concessionem fuisse fa-
ctam in feudum ; & hoc motivum caret omni
fundamento , quando constat de prima conces-
sione, & in ea non dicitur expresśè , nec æqui-
pollenter in feudum ; ut supra fuit demonstra-
tum ; Si verò ex annexione jurisdictionis , vult
Fiscus demonstrare , hoc officium esse de Rega-
libus, quia non consistit in nudo ministerio , &
exercitio certæ negotiationis, juxtà tradita per
Rovit. decis.45. num.7. tunc oportet Fiscum
probare, quod regale officium, concessum titu-
lo donationis cum clausula pro se,& hæredibus,
ac successoribus in perpetuum , ne dum absque
ulla reservatione , sed per verba , quæ sonant
realitatem, transmittatur solùm ad hæredes san-
guinis, illudque legari non potuisse absque as-
sensu ; In quo casu præsertim quandò nulla
adest reservatio,ac verba important realitatem;
nec adest ulla decisio, nec Doctoris auctoritas,
quæ Fisco favere possit .
Nec prodest Fisci intentioni , quod in venditione
hujus officii semel fuerit impetratus assensus
135 per venditorem ; Nam id non est suffi-
ciens ad arguendum , vel ad faciendum offi-
cium feudale, præsertim quandò prima conces-
sio apparet , ex qua constat, officium non fuisse
concessum in feudum,ut probat *Horat.Montan.
de regalibus, in verbo potestas constituendorum
Magistratuum num.24. Reg.Rovit.in consil.26.
num.5.tom.2.* Et fortius argumentum deducitur
ex eo, quod nunquam officium istud fuerit de-
scriptum in Cedulario feudorum Regiæ Came-
ræ , nullumque pro eo præstitum fuit servi-
tium militare, nec jus adohæ, nec solutum rele-
vium per mortem possessorum , ut demonstrat
*Reg.Rovit.in dicta decis.72. num.26. vers.con-
firmatur motivum, &c. & num.27.*
Denique in Causa illorum de Bernaudo super offi-
cium Magistri Actorum,& Credentiariæ utrius-
que Calabriæ, de qua agunt *Rovit.in dict.decis.*
136 *72.& Reg.Galeota resp.fiscal.22.* aderant for-
tissima argumenta pro Fisco, & inter alia, quod
illud officium esset membrum Ducatus Cala-
briæ , quod pluries per possessores fuit aliena-
tum , & hypothecatum cum Regio assensu,cum
clausulis reservativis dominii directi,quæ etiam
aderant in prima concessione , ut patet ex *Ro-
vit.in dicta decis.72.num.8.& per tot.* Et tamen
Fiscus succumbuit in possessorio,dum fuit datus
terminus , & interim ordinatum , quod reditus
liberentur creditoribus,quorum multi erant abs-
que assensu , dum pendente termino servandus
erat status rei, ut liberæ , ac burgensaticæ juxtà
doctrinam adductam ab ipso *Rovit. in dicta de-
cis.72.num 26.& 27.* Postea , pendente judicio
petitorio , supervenerunt Regales literæ,decla-
rantes, quod officia regalia pro hæredibus , ac
successoribus in perpetuum , intelligantur con-
cessa pro hæredibus , qui vocantur ad feuda , &
nequeant alienari absque assensu , de quibus li-
teris in eadem causa dictorum de Bernaudo agit
Reg.de Philippis dissert. 40. Demum in Anno
1673. existente Fisci Patrono Domino quond.
Regente Florillo , Causa eadem fuit transactio-
ne sopita , in qua fuit etiam habita ratio articuli
de dictis Regalibus literis : quarum expressa
mentio fuit habita in transactione , ut ex obla-
tione,*fol.220.& dt.lit.A.*& decreto admissionis,
*fol.223.process.Inter D. Didacum de Bernaudo,
& Regium Fiscum vol.6.Actuar.Mobilia .* Die
28. Julii 1691.

Petrus Fuscus .

Fuit decisum contra hic allegata per doctissimum
D. Consulentem , ut patet ex tenore sequentis
Decreti .
*Facta relatione in Regia Camera Summariæ per
Spectabilem D.Regentem D.Nicolaum Gascon,
137 & Altava,ejusdem Reg.Cameræ Præsidentem.
Die 10. Decembris 1691.
Visis Regalibus literis in Pragm.3. de offic.ad Col-
lat. S.C.M.spectant. Reg, Camera declarat offi-
cium Regiæ Siclæ Civitatis Aversæ esse aper-
tum,& devolutum in beneficium Reg.Curiæ,&
proinde eidem incorporetur una cum fructibus
pro quantitate, & tempore liquidandis .*
Paleotta Actuarius .

OB-

OBSERVATIO XXXXII.

SUMMARIUM.

1 Pragm. *hæc concordat cum literis Regalibus Anni* 1643.*& num.*2.*&* 4.

3 *Officiales transeuntes per Provincias an possint aliquid recipere pro expensis ab Universitatibus.*

5 *Arma probibita asportandi,& deferendi licentia an possit impartiri per Judicem Generalem Campaneæ; & quid attenta* Prag. 42. sub tit. de arm.

6 *Guidatica quomodo, & in quibus casibus concedi possunt.*

7 *Guidaticum an possit probari absque scriptura. Et an dicatur extinctum per extinctionem commissionis Judicis Generalis, n.*8.

9 *Guidaticum an reddatur subrepititium, si illud petens tacuerit crimina graviora, vel qualitates substantiales criminum atrociorum.*

10 *Guidatica ad discussionem indultus an possint concedi à Judicibus Generalibus inconsulto Prorege, & refertur praxis servanda in illis concedendis, num.*11.

12 *Exceptio guidatici an sit proponenda ante litis contestationem, & super ea interloquendum.*

13 *Sententia prolata nulla facta provisione super exceptione guidatici,super qua fuit datus terminus, an reddatur nulla.*

14 *Indultus exceptio an possit proponi per Procuratorem.*

15 *Guidatici in quibus casibus concedi possunt.*

16 *Judex Generalis in quibus casibus procedere possit.*

17 *Judex generalis procedendo ultra limites suæ jurisdictionis reddit sententiam, & acta nulla, & an detur prorogatio ejus jurisdictionis, num.*18.

19 *Judex generalis an possit augere numerum militum Campaneæ, & formare novas cohortes.*

20 *Salarium, sive dietæ ad quam rationem sint persolvendę Judicibus generalibus incumbentibus negotiis commissis ad Partium instantiam.*

21 *Judex generalis tenetur ad observartiam* Pragmaticarum sub tit.de munerib.

22 *Praxis recipiendi capita forjudicatorum, & exulum refertur remissivè.*

23 *Universitates ubi residet Judex generalis tenentur subministrare milites pro custodia carceratorum.*

24 *Afferuntur ad propositum memorabilia verba* Reg.Caroli Tapia lib. 6. Jur.Regn. in annot. ad cap.37.Anni 1505. vers.ne homini,f.304.

De Officio Judicis Generalis. Pragmatica I.

A talche nel Tribunale, &c.

TRaduntur instructiones observandæ à Commissariis Campaneæ,cum quibus concordant aliæ ordinationes traditæ in *Pragm.* 25. *in* §.1.
1 42. *& 4. de Official. & quæ eis probib. & literæ suæ Catholicæ Majestatis æditæ sub die* 30.
Augusti 1643. de quibus *in* 4. *vol. literarum Regalium existentium in Secretaria Regiæ Cameræ, fol.*94.

De concernentibus hanc *Pragmat.* videndus est *Consil.Rocc.de offic.in tit.de offic.Commiss.gene-*
2 *ral.Campan. rub.*15.*à num.* 1.*ad num.*112. ubi
enumerat duodecim specialia in personam ejusdem, accedit *Reg,de Pont.de potest.Proreg.de provis.fier.solit.tit.*1.§.4.*num.*5.*&* 6.

Cum §. 4. incip. *Detto Commissario, &c.* concordat *Pragm.6.de Commist. Pragm.*1. *de off. Just.*
3 *Pragm.*7.§.19. *de administr.Univers.*ad quarum
ornatum sunt videnda ea, quæ adnotavit *meus Genitor sing.* 389. & *Ego in Observat.* ubi adduxi verba *Reg. Tap.* qui testatur de inobservantia dictarum *Pragm.* respectu expensarum Regiorum Officialium In transitu per Provincias Regni *lib.*7.*Juris Regn.in annotat.ad Prag.* 5. *in*§.19.*incip. Item che li Sindici de administras.Univers.*

Ad §.6.incip.*detto Commissario,&* §.7.*& seq.*§. Accedunt scripta per eundem *Consil. Rocc.de offic:*
4 *cit.rub.*15.*de offic.Commiss.general,à num.*94.*ad*
99. & literæ regales de Anno 1643. in quibus præscribitur quoque forma, cum qua continere se debent Commissarii generales Campaneæ in concedendis guidaticis.

Ad §.9. incip. *E perche il dare, e concedere.* Hæc *Pragm.* in hoc capite non videtur esse in obser-
5 vantia quatenus prohibet Commissariis Cam-
paneæ concedere licentiam deferendi, & asportandi arma prohibita à Regiis *Pragm.* nisi per unum mensem pro servitio Regiæ Curiæ, quia necessitas insequendi exules,& forjudicatos impellit, ut talis licentia impartiatur, ut perpendit *Consil. Rocc. in cit.loc.num.*79. *&* 80. & confirmatum videtur ex *Pragm.* Marchionis del Carpio edita sub die 9. Februarii 1683. quæ est 42. *sub tit.de arm.tom.*4. per quam quamvis revocentur omnes licentiæ armorum prohibitorum etiam concessæ à Commissario Campaneæ,*in* §. *tamen* 3.*in fine*,excepit hunc casum sub illis verbis; *E per ultimo proibemo l'asportatione di dette armi à qualunque sorte di persona, eccetto,che all'attuali servienti di Corte, nella forma colla quale stà espresso nelle Prammatiche antecedenti.*

Dum in §. 10. incip. *de i quali Guidati*, statuitur,

ut

Digitized by Google

ut guidatica concedenda notentur, & registren-
6 tur in libro, & si notata non reperiantur reddantur irrita, & nullius roboris, & nec non registrentur cum adnotatione diei, loci, personarum, & servitiorum, & delictorum, cum expressione criminum graviorum, & quod non concedantur Guidatica ad Indultus discussionem absque speciali ordine D. Proregis, vel Regentis Superintendentis Campaneæ, plura observanda veniunt.

Primum, quod dum statuitur, quod Guidatica registrentur requirtur de substantia Guidatici scri-
7 ptura, & non admittitur probatio facienda per testes; Unde hac Regia sanctione sic stante non transit, sine hæsitatione decisio in contrarium relata per *D. Maresc. de legib. public. Judic. gl. 8. num. 9.* ubi quamvis ponderetur *Prag. 1. sub tit. de Guidat.* sub illis verbis; *quæ in futurum per Nos verbo, aut in scriptis concederentur*. Respondetur, quod dicta sanctio fuit lata à Ferdinando Rege, & sic loquitur de fide publica à Rege conecedenda.

Sed an Guidaticum concessum per Judicem Generalem dicatur extinctum per extinctionem illius
8 Commissarii, qui Guidaticum concesserat, affirmat *Rovit. decis. 11. num. 9.*

Tertiò observandum erit, rescriptum reddi subreptitium ob mendacium, si petens fidem publi-
9 cam tacuerit crimina graviora, vel substantialia criminis, ut decisum demonstrat *Reg. Merlin. controv. cap. 15. cent. 2.* ubi tam per M.C.V. quam per Collat. Cons. fuit decisum esse procedendum ad ulteriora, exceptione guidatici non obstante, etiam respectu aliorum criminum ob subreptionem commissam circa qualitatem concernentem substantialia criminis videndus est *Reg. Capyc. Latr. decis. 105. à nu. 5.* de quibus memor fui *Observat. ad sing. 182. num. 1. Campan. resol. 10. num. 6 & 7.*

Circa illud quod denique sancitum extat per hanc *Pragm.* nempè nullum guidaticum posse con-
10 cedi à Commissario generali Campaneæ ad discussionem Indultus, nisi de ordine Proregis cõsulto Regente superintendente in negotiis Campaneæ observandum erit, quod guidaticum ad discussionem Indultus sapit speciem Indultus dum constituit Guidatum in quasi possessione Indultus, & proinde nihil mirum, quod prohibetur illius concessio, quia non potest expediri, nisi ab habentibus facultatem indultandi, & concedendi indultum, qui est Dominus Prorex, & suum Collat. Cons. ut ex *Capibl.* docet *Campan. resol. 9. num. 6.*

Verum praxis recepta se habet, quod in Albaranis, seu Guidaticis, quæ conceduntur per Præsides
11 Provinciarum, seu Commissarins Generales. fit promissio procurandi à Domino Prorege Guidaticum ad Indultus discussionem factis servitiis promissis, & adimpleta promissione; Interponitur decretum, quod *concedatur guidaticum libere, & absque clausulis usque ad discussionem Indultus, & expediatur salvaguardia in forma, & necnon fiat relatio S. Excell.*, & facta relatione D. Proregi, remissoque per eundem negotio D. Regenti Superintendenti in negotiis Campaneæ, demandatur observantia dicti decreti, ut pluries servatum vidimus, & habetur apud *Danz. de pugn. DD. to. 3. cap. 1. de Guidat. à num. 81. ad 85.*

Insuper observandum erit, quod exceptio Guidatici apponi debet ante litis contestationem,
12 juxta decisionem relatam per *Thor. in compend. decis. v. exceptio Guidatici fol. 375.* imò quod non admittatur, nisi opponatur in confessione, seu depositione facienda per reum dicit decisum *Sarn. in prax. sect. 2. de exulib. n. 8. fol. mihi 89.* qua exceptione opposita, est super ea specificè interloquendum, adeout si per M. C. non fuerit super ea specialiter provisum, devoluta causa ad S. C. remittitur iterum negotium ad eandem M. C. ut *provideat super exceptione indultus Fisco, & Partibus auditis Reg. Capyc. Lat. dec. 71. in princ.*

Ex quibus fit, quod si super exceptione guidatici fuerit datus terminus, sed postmodum nulla fa-
13 cta provisione prolata sententia mortis redderetur nulla, ut fuit decisum per Coll. Cons. de anno 1629. in causa Augustini Cicotto apud Cæsarem Scribam sub patrocinio Ovidii Fortunati celebris Advocati illius temporis.

Dubitari solet num exceptio Indultus possit opponi per Procuratorem, vel excusatorem compa-
14 rentem pro parte citati, ut habetur apud *D. de Franc. dec. 314. & ex alleg. tit. apud Reg. de Marin. tom. 3.* quibus relatis fuit adducta per me novissima decisio *in observat. ad sing. 383. ad Pragm. 3. de Guidat. n. 3.*

Cum §. 11. Incip. Et in quanto &c. concordat *Prag. 10. in §. 69. §. 71. & §. 72. de offic. Jud.* ubi prohibetur concessio Guidatici infra sex menses à die
15 delicti commissi absque licentia D. Proreg. Sed quod possint concedi in hac Civitate Neapolis delinquentibus venientibus ab extra Regnum; nec possunt concedi guidatica relegatis, & exulatis, *Apostilla ad Prag. 3. de Guidat.* & Guidatica concessa contra formam harum Pragmaticarum sunt nulla tanquam concessa contra expressum casum legis, *Reg. Capyc. lat. dec. 105. à n. 31. cum seqq.* Cætera ad materiam *§. 6. 7. & 11. hujus Pragmaticæ* videnda sunt apud Dom. meum Genitorem recolendæ memoriæ *in sing. 182.*

Ad §. 12. incip. Non possa. Pragm. Comitis de Lemos, ad quam hæc se remictit circa casus, in qui-
16 bus potest cognoscere Commissarius Generalis, est *Prag. 10. in §. 48. de offic. Judic.* Dum hic statuuntur casus, in quibus potest cognoscere Commissarius Generalis, observandum erit, quod si se immiscuerit in aliis casibus, excedendo limites suæ jurisdictionis pronunciando se

com-

17 competentem in aliqua causa, contra vassallum Baronis petentem remissionem in casibus non comprehensis in supra tradita *Pragm. Comitis Lementium*, gesta per dictum Judicem non valebunt ex *Afflict.decis.354.n.16.& 17. Barbos. de Judic.& in repet.l.si quis ex aliena à n.97.* & in terminis sententiæ latæ à Judice Regio in prima instantia contra vassallos Baronum firmavit *Consil.Rocc.respons.54.n. 6. tom. 2. Reg.de Marin.cap.34.n.2.& 3.lib.1.*

Nec opitulari potest prorogatio hujus dictionis facta per Baronem, vel vassallos, quia cum jurisdictio Judicis Generalis sit limitata ad certum
18 genus causarum non est prorogabilis ad aliud genus, ex traditis *per Bellug. Barbos. & Carleval.apud Reg.Matthæu de regim.Regn. Valent. cap.13.§.6.n.31.32.& 33.* circà reliqua videnda sunt, quæ adnotavimus *in Pragm.26.§.1.de official.& quæ iis probib.*

Ad §.14.incip.Il numero de' soldati, accedunt *literæ suæ Catholicæ Majestatis 2. Aprilis 1643.*
19 prohibentes Commissariis Campaneæ, ne possint augere numerum militum, nec formare novas cohortes militum Campaneæ, *ut in 4. vol. literarum Regalium registratarum in Secretaria Reg. Cameræ fol.94.*

Ad §.16.incip.Per quanto tenemo notitia; Quatenus statuit, ut Commissarius Campaneæ incum-
20 bens negotiis commissis ad partium instantiam non possit exigere dietas, nisi ad rationem ducatorum octo, nempe ad rationem ducatorum sex ab ipsis partibus, & pro aliis ducatis duobus à Regia Curia, à qua non possit exigere aliud salarium, nec eodem tempore fruatur duplici salario; advertendum erit, quod alitèr statuendum esset, si non esset ità expressè statutum, ex decisis apud *Reg. Merlin. controv. 70. lib. 1.* Cum non considerari possit inconveniens exactionis duplicis salarij, nec aliquod Fisci præjudicium, quando unum salarium est solvendum à Partibus, & aliud à Regia Curia, à qua in omnem casum esset persolvendum juxtà illud, quod servatum comperimus cum Gubernatoribus Civitatis Capuæ, mediantibus literis regalibus, de quibus memores fuimus, *in Prag.63. vers.in unum tantùm casum de off.Proc.Cæsar.*

Ad §.19.incip.ancora avemo &c. ubi mandatur, ut Judex Generalis observet *Pragmaticas, sub tit.*
21 *de muner.* videnda sunt quæ observavimus ad *sing. 339. & 340. ubi n.3.* limitavimus dictas Pragmaticas in Officialibus demanialibus, & Baronalibus.

Ad §.20.incip.Essendosi per il passato &c. videnda sunt, quæ observavimus *ad sing.346. n. 10.* ubi
22 traditur praxis Tribunalium Collegiatorum in recipiendis capitibus forjudicatorum, seù bannitorum; Et quid exulibus perventis ad manus Curiæ, vide *Consil.Rocc.de offic. Commiss. general.Campan.rub.15.n.65.& 66.*

Ad §.32.incip. E già che con presupposto &c. Quatenus mandat, quod Universitates Terrarum,
23 in quibus moram trahit Tribunal Judicis Generalis, subministrent quatuor, aut quinque cives pro custodia reorum ad tollendum majus gravamen, quod Universitatibus inferri posset ex hospitio militum, conferunt præclara verba
24 *Reg.Carol.Tapia, qui fuit unus ex Regentibus, qui interfuerunt* in promulgatione hujus *Pragmaticæ lib.6. jur.Regn.in annotat.ad capit. Reg. 37.collocati post Pragm.2.de salar.eor. sub tit. de gravamin.vassall.vers.ne hominibus fol. mihi 304.* & sunt sequentia: *Hoc fit quando cogunt vassallos ad portandum carceratos ad carceres Regiæ Audientiæ, vel M.C.Vicariæ, condemnato enim aliquo vassallo per Curiam Baronis, tunc solent officiales Baronis transmittere condemnatum sub militari custodia vassallorum, hoc dicit Joan. Antonius de Nig.esse gravamen, & Mastrill. de magistrat.lib.4.cap.18. n.47. in quo est animadvertendum, quod licèt hoc teneantur facere milites, quos Campaneæ vocamus, & regulariter ità fiat; Regiæ enim Audientiæ mittunt prædictos milites ad traducendum condemnatos ad remigandum, vel ad furcarum suspendium à carceribus Baronum ad carceres Regiæ Audientiæ, ut inde transmittantur ad carceres M. C. Vicariæ, ad quam appellarunt, tamen quià sæpiùs accidit, ut milites prædicti occupati sint, nè carcerati longo carceris squalore macerentur, injungitur per Regias Audientias, ut cum prædicta vassallorum custodia transmittantur, quibus tunc ab Universitatibus aliquod pro expensis subministratur, & licet hoc videatur resistere huic capitulo, rè tamen benè perpensa aliud dici potest, considerata negotiorum multitudine, cui incumbunt milites Campaneæ, vel forjudicatos insequendo; vel pecuniam Regiam concomitando, vel cum Auditoribus Provinciam peragrando, vel alia exercendo, quæ ad eorum pertinent officium, consideratur etiam carcerati miserabilis status, cui si ad triremes est condemnatus, non currit tempus condemnationis, nè carceribus macerentur, proùt contingere vidi in carceribus Baronum, quando nomine Regiæ Audientiæ detinentur*; item *ponderantur alia, quæ in damnum civium possent occurrere, vel exfuga carcerati, vel etiam ex militum prædictorum hospitio, unde magis favorabile est, quandoque ipsis civibus, ut hoc fiat per concives ipsos, debent tamen animadvertere Provinciarum Auditores, & alii Ministri, ut hoc non sine causa maxima faciant, nè gravamen inferant, undè ad tollendum majus gravamen, hoc erit tolerabile.*

OBSERVATIO XXXXIII.

SUMMARIUM.

1 *Literæ Regales, quæ continentur in hac* Pragmatica 11. de offic. Judic. *cur fuerunt editæ.*
2 Pro-

2 *Proreges Regni Neapolis non prohibentur in. formationem capere de homicidiis commissis per officiales perpetuos certiorata S.C.M.*
3 *M.C.Vicariæ an possit procedere ad liquidationem instrumenti contra Regentes, & Consiliarios.*
4 *Prorex an habeat cognitionem contra Castellanos Regios.*
5 *Nullus ex defectu jurisdictionis, an reddatur processus fabricatus contra Officiales perpetuos absque ordine S.M.& refertur praxis sanandi processus per repetitionem nu.6.*
7 *Judex incompetens quoad cognitionem delicti, non est incompetens quoad cognitionem corporis delicti.*
8 *M.C.Vicariæ, & Regiæ Audientiæ Provinciales an possint procedere contra Regios Gubernatores, & assessores locorum demanialium Regni, inconsulto Prorege.*
9 *Et an Auditores possint citari, & vocari per M.C.Vicariæ non facta consultatione.*

De Offic. Judic. Pragm.XI.

Por las Informaciones &c.

De his Regiis literis mandantibus, ut Proreges non procedant contra Regentes, Regios Consiliarios, & cæteros Ministros perpetuos memores fuerunt *Reg.Sanfel.dec.62.lib.1. Reg.Tap.dec.30.supr.Senat.Ital.& Tasson.de anteph.verf.2.observat.2.n.39.* apud quos Au-
1 thores habetur insertus tenor harum literarum, quæ prodierunt occasione carcerationis ordinatæ per Ducem Offunium contra illos tres Regentes Regiam Cancellariam, nempe Costantium, Montalvum, & Lopez.
Verum quod non prohibeatur DD. Proregibus in homicidiis, & aliis similibus delictis particulari-
2 bus. informationem capere, & personam Officialium delinquentium dctinere certiorata sua Catt.Majest. habitum fuit pro vero in Supremo Senatu Italiæ, ut testatur *Reg. Tap. dec. 3. ejusdem Senatus n.149.*
Quid in liquidatione Instrumenti facienda ad formam ritus in M.C.Vicariæ contra Regentes, &
3 alios Consiliarios, vide *Reg.Sanfel.dec. 60. nu. 38.* ubi ponderantur rationes, quæ tribuunt M.C.Vicariæ hanc cognitionem.
An Prorex habeat cognitionem contra Castellanos Regni, quorum provisio fit à Rege viden-
4 dus est *Reg.Tap.dec.13.Supr.Senat.qui nu. 11.* dicit servari de consuetudine, ut Proreges cognoscant Castellanorum causas, cum consilio Auditoris Generalis exercitus, accedunt scripta per *Tasson. de anteph. vers.2.obs.2. num. 73. & 74.*
Sed an processus factus contra Officiales perpetuos in casibus, in quibus non spectat cognitio
5 ad D. Proregem nullus reddatur ex defectu Jurisdictionis, quod sanari non possit, videnda sunt latissime allegata apud *Reg. Sanfelic. cit. decis.62.n.101.& 102.* ubi stat pro nullitate insanabili, stantibus literis prohibitivis S. M. quamvis expressam non contineant clausulam irritantem. Verum in casibus qui contingerunt, processus non fuerunt annullati, stante bona fide Proregis, testatur *Tap.cit.dec. 3. nu. 150. & 151.verf.* fuit etiam dubitatum, ubi legitur fuisse injunctum novo Commissario, ut repeteret testes, qui sibi viderentur repetendi, quemadmodum mihi dixit in praxi servasse doctissimus
6 *D.Consil.de Altimare* in juncta erecta contra Rationalem Cappello, contra quem uti Fisci Patronus ejusdem Junctæ de ordine S.C.M.*Caroli Secundi* ante omnia instetit *esse repetendos testes examinatos in informatione prius capta, exceptis tantum illis, qui reperiebantur examinati super corpore delicti* ex doct. *Zuffi de legitim.process.qu.15.n.5.* ubi quod Judex incom-
7 petens quoad delictum, non est incompetens quoad cognitionem corporis delicti.
Postremò observandum erit, quod M. C. Vicariæ, & Regiæ Provinciales Audientiæ non possint procedere, nec ad capturam informationis, nec
8 ad citationem contra Regios Gubernatores, & assessores Civitatum, & Terrarum Demanialium Regni absque licentia Proregis, cui jurisdictioni immediatè subsunt, ut clarè patet ex provisionibus Reg.Coll.Consinsertis per *Danz. in tract. de pug. DD. in tit. de præbem. Reg. Aud.cap.1.n.67.tom.1.* in quibus legitur fuisse factam acrem correctionem Regiæ Audientiæ Hydrunting, ex quo processerat ad capturam informationis contra Gubernatorem Civitatis Gallipoli, inconsulto D. Prorege, quod innititur ex *Apostill.ad Prag.2.de off.ad Reg.Majest. Collat. spect.* ubi tantum modificat in negotiis, valdè urgentibus, in quibus possunt vocari per literas Regias, dummodo in continenti fiat relatio Proregi.
Idemque multo fortiùs quando M.C.vellet manus apponere, vel inquirere contra Auditores Pro-
9 vinciales inconsulto Prorege, ut ex *Sargent.de Neapoli illustr. cap. 17.à n.38.* advertit *R. Per. in comm.ad rit.49.n. 10.* & quod sit facienda consultatio suæ Excellentiæ pro executione citationis, vel vocationis contra tales officiales expediendæ per M. C. diximus *in obs.ad sing. 81.n.7.& 8.* ubi tradidimus praxim servari solitam per Regia Tribunalia contra Regios Officiales inferiores eorum provisionibus obtemperare non curantibus.

OBSERVATIO XXXXIV.

SUMMARIUM.

1 *Judicia indubitata quæ sint; exponuntur verba*

ba Pragm.12.de offic.Judic. & n.2.

3 *Indiciorum indubitatorum definitio assignata per hanc Pragm. concordat cum una ex definitionibus à DD. tradita.*

4 *Indicia indubitata sunt reposita in acie mentis Judicis, & quomodo Judex possit ex illis devenire ad pœnam capitis, & n.5.*

6 *Indicia declarata indubitata per hanc* Pragm. *an inducant præsumptionem Juris, & de Jure non admittentem probationem in contrarium; Et quid quando probatio contraria resultavit ex confessione, vel ex notorio, vel ex quinque testibus, & n.7.& 8.*

9 *Indicia indubitata an sint magis tuta, quam probatio resultans ex confessione rei, vel testium depositionibus.*

10 *Judex non debet abuti arbitrio in declarandis indiciis indubitatis, non servatis servandis.*

11 Rovit.dec.63.*in dubium revocatur per* Basilic. dec.1.n.5.& dec. 4. n. 22. *cum quo concurrit* Author *cum distinctione.*

12 *Indicia indubitata fine actuali, & virtuali bestiatione requiruntur in crimine parricidii; Et quæ sint ista indicia, referuntur n.13.*

14 *Indicium indubitatum de parricidio resultat reperta Uxore mortua, quæ cubabat cum marito in eodem lecto; & in eadem camera, in qua nullus alius aditus patebat, & referuntur determinationes, tam antiquæ, quam recentiores de A.1702.n.15.& 16.*

17 *Indicia indubitata primæ speciei, & non illa secundæ speciei, quæ continent virtualem bestiationem, requiruntur in nefando crimine Sodomiæ, & assignatur ratio n.18.*

19 *Indicia indubitata an sufficiant in causa civili ad declarandum homicidam indignum successione.*

De Offic.Judic. Pragm.XII.

Essendo officio &c.

Statuitur ut Judices Regiorum Tribunalium possint infligere pœnam mortis ex inditiis indubitatis insequendo opinionem illam, quæ pr iis controversa extiterat inter DD. & traditur diffinitio inditiorum indubitatorum.

Pragmatica igitur hæc diffinivit inditia indubitata esse illa, quæ legitimè probata inducunt men-
1 tem Judicis ad credendum firmitèr delictum esse commissum ab inquisito cum acquiescentia sui intellectus cum hac firma credulitate; *Dichiarando quell'inditii indubitati, che sono tali, che provati legitimamente inducono la mente*
2 *del Giudice à credere fermamente il delitto esser commesso dall'inquisito, quietando il suo intelletto in questa ferma credenza.*

Concordat cum una ex diffinitionibus illis traditis per DD. apud *Farinac.q.36.n.36. & 37. &*
3 *per Carthar.dec.94.n.97. & 98.* ubi quod illud dicitur inditium indubitatum, quod arctat mentem Judicis, ut id omninò credat, nec possit in contrarium inclinare, *Mart.vot.* 248. *n.* 4. *vers. eandem sententiam.* latè *Grassett.de nec.proditor.* §.29.*n.*210.

Ex quibus verbis definitionis satis patet, indicia indubitata esse reposita in acie mentis Judicis,
4 qui judicare cogitur nedum juxta rei veritatem, quàm ex animi sui motu, ut acutissimè tetigit *Reg.Marcian.Inn.in sua oper.leg.in tit.de indic. delict.cap.3.n.7.in fin.* & exemplum inditiorum indubitatorum satis ad propositum proponit *Tasson.de antef.vers.12.obser.2.n.4.fol.502.*

Accedit *Anton.Matthæi de probat. cap. 2. de præsumpt.n.22.* ubi quod Judex, ad cujus arbitrium
5 est reposita ponderatio gravitatis inditiorum, non potest, nec debet devenire ad pœnam capitis, nisi indicia sint adeo indubitata, & quod tales præsumptiones simul concurrant, quæ everti non possint, & sint plures, & subdit rationem ex *Quintiliano, & Mornac.* quia si non possunt valere, quia magna non sunt, valebunt quia multa sunt.

Et dum eadem *Pragm.* statuit posse Judicem, ex declaratis indubitatis indiciis devenire ad pœ-
6 nam ordinariam inducit præsumptionem juris, & de jure, dum statutum inducit genus probationis, quod statuit esse sufficiens ad plenam probationem, & ideò directò contrarium probari minimè potest, *Menoch.lib.1.q.3.à n.* 10.*ad* 22.videndus est *Viv.dec.51.nu.5. Reg. Sanfel. dec.229.n.5.Grivell.decis.Dolan.93.nu.5. Trentacinq.var.resol.lib.1.resol.2.tit.de dolo n.7. vers. primus, & vers.declara non procedere.* Admittit tamen præsumptio juris probationem in con-
7 trarium per confessionem, vel per notorium facti permanentis, vel ex processu resultantis, ut decis.refert *Viv.cit.dec.61.n.7.*& ad destruendam præsumptionem juris, & de jure, quod requirantur quinque testes, & non sufficiant duo, vel
8 tres legales, & probi, videndus est contra *Menoch.Merend.controv.jur.lib.5.cap.42. to.1.*

Indicia itaque indubitata, seù argumenta, quæ deducuntur, vel ex ipsa re, vel à rei verisimilitudine sunt satis firmiora, & tutiora, quam proba-
9 tio, quæ resultat ex testium depositionibus, vel ex rei confessione, nam sanè testes possunt corrumpi, & confessio metu, vel sub spe impunitatis extorta, *Hugo Donell. & Cujac. in rub. Codic.de testib.Anton.de Matthæi de judic. disp. 9. tit.de probat.n.69.Raynald.observat.crimin.cap. 21.§.4.& 5.n.28.vers.& cum tom.2.* & satis clarius, & plenius idem *de Matthæis in suo noviss. tract.de probat.cap.66.n.14.& cap. 3. de fide instrum. n.155.& 156. ibi: non minor, sed certior est fides resultans ex indiciis, quam ex testibus, & ideò convenientius est signis indubitatis, quam testibus credere, & ratio innititur in venalitate*

Digitized by Google

testium, quæ frequent erat apud Græcos,) quæ ratio non cessat in hoc Regno nostro Neapolitano, ubi testium falsorum magna est copia, teste *Grämat.vot.*14.*& *11.*& Reg.Tap.sup.Prag. 2.de Sodom. n.* 2. cum cæteris allegatis per *Jo: Franc.de Pont.de potest. Proreg. in tit. de elect. official.§.7. n.*1.*vers.sed quando, & n.*12.

Exigitur tamen, ut Judices non abutantur hoc arbitrio, ut non satis obscurè innuunt illa verba
10 *Prag.Confidandomo, che li Ministri tanto principali, & eminenti useranno di questo arbitrio, di maniera tale, che li rei colpati, siano castigati, e l'innocenti non gravati*; unde interest habere Judices temperatos, & mites, & non sitientes sanguinem humanum, ut monet *Tasson. de antef.vers.*12.*obs.*2.*n.*4.*fol.* 502. *& Farinac. de reo confess. & convict. q.* 86. *num.* 92. advertit, ne Judices utantur hoc arbitrio non servatis servandis ne damnent eorum animam in æternitatem.

Hinc fit, quod quamvis *Reg.Rovit.in dec.* 63. voluerit posse dari indicia indubitata in delictis occultis cum credulitate actuali,& virtuali hæ-
11 sitatione, juxta distinctionem *Barbos. in l.*2. *ff. sol. mat. num.* 85. nihilominus de dicta sententia dubitavit *Basilic.dec.*1.*n.*5.*& decis.*4. *num.* 22.*in fin.* ubi nedum refert contrarias decisiones Regni Siciliæ, & Neapolis, sed testatur non esse Neapoli receptam *Rovit.* distinctionem, ex relatione habita à magno illo causarum criminalium Advocato Augustino Mollo, qui tunc moram trahebat in Civitate Matriti, & ego quoque de ea dubito, inspectis verbis illis Pragm. *che inducono la mente del Giudice a credere fermamente*, si quidem firmiter credere, est credere sine ulla dubitatione, & proinde verba *Pragm.* sumenda erunt pro indiciis indubitatis in primo genere, ut ponderavit novissime *D.de Luca in obser.ad dec.*372.*D.de Franch.n.*4.quem sequitur *Raynald.observ.cap.*21. *§.* 4.*&* 5.*n.*49. *tom.* 2. Quare quamvis tutiùs, & cautiùs sit etiam in delictis occultis exigere indicia indubitata hæsitationem actualẽ,& virtualẽ excludentia nihilominus non possumus absque ulla distinctione figere pedes cum opinione *Basilic.* cum habeamus in Regno multas decisiones, quibus probatam legimus *Rovit.*opinionem, nempè apud *Reg.Capyc.Latr.dec.* 163. *à n.* 43.*ad* 50.*lib.*2. & apud *Prat.discept.forens. cap.* 20.*tom.* 3. nec semper, & in omnibus casibus pertransire possumus cum distinctione tradita per *Rovit.* quam pro nunc non insequendam puto in crimine parricidii, in quo necessaria
12 existimo indicia indubitata vehementissima, & sine actuali, & virtuali hæsitatione, quia cum atrox, & detestabile crimen credi non possit, numquam dici potest sufficienter probatum ad pœnam *Legis Pompejæ* imponendam, si non satis apertis probationibus arguatur reus de scelere, Judex debet ad clementiam, & non ad seveeritatem inclinare, dum indicia hujus criminis respuuntur ab ipsa natura, ut ex *Senec. Quintilian.& Cicer.* advertit *Solorzan.de parric.lib.* 2.*cap.*17.*& tit.*1.*cap.*4.*in fin.post tract.de jure Indiarum lib.*1. *ibi*; *Nisi fortè non satis apertis probationibus fuerit scelus compertum, hoc enim casu recte poterit Judex, Augusti exemplum secutus Parricidii reum ex propria confessione dimictere, & ad clementiam potius, quam ad severitatem inclinare, nàm ut optimè Quintilian. scribit falsò hoc crimine accusari pertinet ad vota, & ut tradit Senec.lib.*3.*contr.* 2.*sæculo parci videtur, ubi parricida, seù paribus sententiis, seù incredulitate dimittitur . Si verò vel sufficienter probatum, vel etiam gravissimis conjecturis convictum inveniatur, recte ad pœnam descendere poterit ex Bald.Hippolyt. Boer. Tiber. Decian.lib.*9.*cap.*14.*nn.*4.*cum seq.*

Enim vero in hoc scelere requiruntur illa indicia, quæ nullo pacto everti possunt, nempè cum lex
13 præsumat aliquid, quod everti non potest, ut si fuerit ultio parricidii prætermissa, vel revelatio delicti non facta *Anton. de Matthæis de probat. cap.*2.*de præsumption. n.* 22. ubi subdit verba, quæ scribebat Ludovicus Rex Hungarorum ad Joannam Reginam Neapolis mariti cædis suspectam ibi; *& vita ante flagitiosè à te acta, & ultio prætermissa, & subsequens matrimonium, & nullo accusante tentata defensio, hæc omnia & sceleris, & parricidii te coarguunt.*

Quare convictus dicitur maritus de uxoricidio reperta uxore mortua violenter in domo viri,
14 concurrentibus confessione extrajudiciali, fama publica, & ejus viri fuga, ut ex *Bald. & Signorol.*docet *Tiber.Decian.tract.crim.lib.*9.*cap.* 14. *n.*6.*& apud Reg.Sanfelic.dec.*47.*n.*8. *lib.* 1. fuit morti traditus Scipio de Angelis, qui cum solus esset in cubiculo cum quadam muliere; mulier fuit reperta jugulata cum novacula reperta propè eam, & Scipio Cruone pollutus, qui quamvis negasset coram Iudice homicidium; tamen illud extrajudicialiter fuerat confessus, idemque fuit decisum apud *Dexart dec.*39. in cujus pro-
15 posita facti specie, cum fuisset reperta mortua per maleficium uxor, quæ cubabat cum marito in eodem lecto, & camera, in qua nullus alius aditus patebat, fuit decisum resultare ex hoc inditium indubitatum satis, superque sufficiens ad mortis pœnam, juxta *text. expressum in l. excipiuntur D.ad S.C.Syllan.*

Ex quibus principiis justissima mihi visa fuit sententia S.R.C. qua fuit damnatus ad furcarum su-
16 spendia Artis medicinæ Doctor Hieronymus Passarellus Terræ Briolæ, confessus, & inditiis indubitatis gravatus, de atrocissimo parricidio in personam matris, fratris, & sororis; & quamvis dubitaretur de ejus confessione uti extorta per illam Curiam Baronalem, tamen à majori parte Dominorum votantium non dubitabatur, patricidam mortem parentum Curiæ non denun-

nunciasse de mane illa post delictum nocte patratum, quando cum eisdem parentibus in eadem domo cohabitabat; & in eadem camera cubabat, & ultra geminatas confessiones extrajudiciales de crimine, recognoscebantur quoque sanguinis vestigia à domo usque ad locum ubi cadavera humata extiterant; ideoque trutinato, & bene discusso negotio cum Consiliariis adjunctis, fuit confirmata mortis sententia etiam in gradu nullitatum sub die 11. Augusti 1702. quamvis rei patrocinium nō minùs doctè quam eruditè præstaverit D. Agnellus Leopardus præstantissimus causarum criminalium Patronus, ut ex actis.

Pariter in nefando crimine sodomiæ crederem indicia indubitata debere esse indubitata propriè
17 sumpta in prima specie, exclusis illis indiciis secundæ speciei continentibus virtualem hæsitationem, ut habuit pro vero *Coll. Conf.* apud *Thor. tom. 3. v. sodomia fol. 263.* comprobat *D. de Luca in observ. ad dec. 372. D. de Franch. num. 4. in fin. Raynald. observat. cap. 21. §. 4. & 5. tom. 2. qui n. 51. & 52.* advertit, quòd in hoc crimine non potest practicari pœna morris ex indiciis indubitatis, quia concurrerent duo specialia indicantia delictum, & delinquentem, accedit *Anell. Port. in alleg. diverf. 28. ex recoll. per Thor. in C. rer. judic. n. 29.* & pluribus urgentissimis me-
18 diis firmavit hanc sententiam *D. Maresc. de legib. public. Judic. tit. de nefand. crim. sodom. gl. 3. n. 14. verf. etenim præsumptio*, quamvis in causa succubuisset.

Indicia tamen indubitata an sufficiant ad declarandum aliquem fuisse homicidam in causa civi-
19 li, & per consequens tanquam indignum non posse succedere, vide *Menoch. conf. 557. n. 2. & Montan. de Regalib. verf. bon. quæ ut ab indign. n. 4. & 5. fol. 88.*

OBSERVATIO XLV.

SUMMARIUM.

1 *Tribunalia collegiata possunt damnare reos pœna ordinaria mortis ex indiciis indubitatis, & non Judices inferiores, & de ratione num. 2. affertur limitatio n. 3.*

4 *Judices inferiores an possint ex indiciis indubitatis, vel violentis probationibus condemnare reos ad pœnam extraordinariam.*

5 *Et quid in pœna exiliari.*

6 *Condemnatio ad pœnam extraordinariam ex indiciis, an jure fundetur.*

7 *Sententia nulla ex defectu jurisdictionis Judicis inferioris, an possit confirmari per Judicem superiorem, cui constat de meritis.*

De Offic. Judic. Pragm. XIII.

Per quanto essendo stato &c.

Restringitur arbitrium condemnandi ex indiciis indubitatis ad Tribunalia tantum Collegiata, & quoad Judices Delegatos fuit injun-
1 ctum, ut non possint sententias executioni demandare, nisi facta per eos relatione in Coll. Conf. oretenus si fuerint in hac Civitate, vel in scriptis, si fuerint extra Neapolim.

Ratio ità decernendi fuit, quia Iudices inferiores particularium locorum Regni abutebantur hac
2 facultate condemnandi pœna ordinaria ex inditiis indubitatis, inditia interpretando ultra illorum vim, ut advertit *Reg. Rovit. dec. 63. num. 8. verf. & quia.*

Limita quando à lege aliquod indicium pro plena probatione qualificaretur, quia tunc nedum Suprema Tribunalia, sed etiam inferiores Iudi-
3 ces possent uti arbitrio damnandi reos ex indiciis indubitatis, juxta opinionem, *Reg. Matthei de regim. Reg. Valent. tom. 2. cap. 8. §. 8. n. 3.* quem sequitur *Cortiad. dec. 93. n. 3. tom. 2.*

Hinc observandum erit, quod Iudices inferiores, prout sunt Gubernatores, tam Regii, quam Ba-
4 ronales, neque possunt ex præsumptionibus, vel indiciis, quamvis violentis, & indubitatis condemnare reos ad pœnam extraordinariam triremium in perpetuum, vel ad tempus cum hæc sit præeminentia Supremorum Tribunalium, prout est Senatus Mediolani, & M.C. Vicariæ, *Farinac. conf. 175. nu. 7. & 18. in fin.* ubi quod tutius esset in hoc casu reum torquere quam condemnare, comprobat novissime *Pignatell. conf. Canon. consult. 45. tom. 3.* ubi firmat hanc sententiam etiam si delictum esset atrocissimum, & concurrit tantum pro impositione
5 exilii, vel ictuum funis ex *Farin. q. 86. n. 177. & Guazzin. ad defens. reor. defens. 33. cap. 14. num. 15.*

Accedit ratio ad firmandam principalem conclusionem, quod opinio damnandi reum pœna extraordinaria ex violentis probationibus, & indiciis etiam in Supremis Tribunalibus, praxi solummodo, & non jure probatur *Reg. Marcian. jun. in suo oper. posthum. tit. de indic. delict. cap. 4.*
6 *fol. 32.* ubi quod in re tam clara frequens error non excuset; verùm praxis, quæ inolevit in Tribunalibus satis recepta se habet, & sustinenda videtur ne lædatur Respublica ob impunitatem quam consequerentur scelerati, qui contemnunt tormenta, ut perpendit doctissimus *Conf. de Rosa in prax. decret. cap. 8. à n. 9. ad 11. cap. 2. resol. 19. à n. 13. ad 15.*

Et quamvis iste error in sensu *Marciani* invaluerit quoque apud Iudices inferiores Regni, qui passim assumunt potestatem condemnandi reos ad pœnam extraordinariam ex indiciis per

eos arbitratis, tamen Superiora Tribunalia pertranfeunt claufis oculis forfan, quia ibidem fententiæ revidentur, & fi juftæ deprehenduntur, confirmantur, & aliquando reformantur, fi minus juftæ detegantur, & fiquidem fententia nulla, etiam ex defectu jurifdictionis Iudicis infe-
7 rioris, poteft confirmari per Iudicem fuperiorem, cui conftat de veritate meritorum caufæ, juxta communem, de qua apud *Grevai ad Gaill.pract.conclus.concl.42.confider.1.num.4.& concl.109.n.35.* & ad fanandam hanc nullitatem tradidit praxim *Reg.Rovit.sup.Pragm.41.in fine de off.S.R.C.*

OBSERVATIO XXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *M.C.Vicariæ an procedat abfque querela in injuriis verbalibus.*

De Officio Magiftri Juftitiarii. Pragmatica XXXVI.

Per la Maeftà del Rè Noftro Signore, &c.

AD §. feu verf. incip. *Che neffuno dell' Attuarii, &c.* ubi prohibentur recipi querelæ de verbis injuriofis, accedunt ea quæ fcripfimus in
1 *Obfervat.ad fing.341.* & *ad Pragm.1. de privileg. Univerf. conceff. num.4.* ubi dubitavimus fi M. C. V. poffit procedere abfque querela in injuriis verbalibus.

OBSERVATIO XXXXVII.

De Officio Magiftri Juftitiarii. Pragmatica XXXVII.

In §. 1. incip. *En lo que toca, &c.*

VIdenda funt quæ lato calamo fcripfimus in *Obfervat.ad fing.81.lib.1.* ubi habetur, an, & quando poffit expediri citatio ad informandum, & an requiratur expreffio caufæ.

OBSERVATIO XXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Citatur ad informandum, an poffit capi de perfona pendente termino ad comparendum.*
2 *Appellantes ad S. C. ab indebita citatione ad informandum non audiuntur nifi perfonaliter comparentes in M. C. V.*
3 *Appellatio, feu recurfus à futura captura, an & quando admictatur.*
4 *Hæc Pragm. an habeat locum in omnibus Provinciis Regni.*
5 *Citatus ad informandum an poffit renunciare fupplicationi cum decretatione de verbo faciendo in S.C.*

De Officio Magiftri Juftitiarii. Pragmatica XXXXI.

Semo informati, &c.

DE hoc arbitrio tributo M.C.V. mancipandi in carceribus appellantes ad S.C. ab indebita citatione ad informandum, memor eft *Reg.*
1 *Sanfelic.decif.67. num.9.* Et an, & quando Judex poffit procedere ad carcerationem rei, pendente termino ad comparendum virtute citationis ad informandum, vide *Scial. in prax. torquend.reos cap.2.num.24.*
Verum citatus ad informandum fi porrigat fupplicationem appellationis in S.C. non auditur nifi
2 primò comparuerit perfonalitèr in M. C. V. ut dictat *Pragm.44.§.3.* Incip. *Item fi aliquis de offic.S.R.C.* ubi ftatuitur, quod recurfus à futura captura non admictatur per S. C. fed remi-
3 ttatur ad M.C.V. *ut provideat ut Juris*, nifi per D.Proregem fuiffet remiffus libellus fupplex ad idem S. C. *ut provideat*, vide *Scial. de for. compet.cap.51.num.29.*
Et de praxi expediendi provifiones inhibitoriales à citationibus ad informandum pleniùs fcripfit *Camill.Borrell.in fumm. decif. tit.3. de appellat. num.143.tom.2.* & Nos diximus in *Obfervat.ad fing.305.num.4.*
Et quod hæc *Pragm.* refpectu comparitionis perfonalis faciendæ per reos in M.C.V. habeat tan-
4 tùm locum in Provincia Terræ Laboris, prout loquitur, & non in aliis habitantibus in cæteris Provinciis Regni, advertit *Taffon. de antephat. verf.3.obfer.3.num.130.verf.28.fol.mihi 129.*
Poftremò hic obfervandum erit, quod citatus ad informandum, qui appellavit ab indebita cita-
5 tione, & obtinuit decretationem de verbò faciendo præftita cautione, fi poftquam adimplevit voluerit fupplicationi prædictæ renunciare, non admictitur renunciatio in præjudicium collitigantis, ut decifum eft apud *Reg.Sanfelic. decif.214.tom.2.*

OBSERVATIO XXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Decretum quod rei exulent, vel folvant, an poffit interponi per M.C.V. ex aliqua jufta caufa.*
2 *Et quid in Curiis Baronalibus; Et quæ claufula fit adiicienda, ut decretum validè proferatur, & num.3.*

De

De Officio Magiſtri Juſtitiarii. Pragmatica XLII.

Havemo viſto, &c.

MAndat hæc *Pragm.* ut M. C. V. non decernat, ut rei *exulent, vel ſolvant*, cum ſit ſpecies compoſitionis, quamvis contrarium practi-
1 candum aliquando putet ex aliqua cauſa, *Conſil. de Roſa in prax.crim.cap.ult.nu.*19.*verſ.ubi pœna*, quem retulimus in *Obſervat. ad ſing.*59. *ad Prag.*21.*de Baron. num.*21.

Verum reſpectu Officialium Baronum, & Demanialium Regni adeſt prohibitio *Pragm.* 41. *ſub*
2 *tit. de Baron.* per quam prohibetur in ſententiis ferendis reſervatio poteſtatis indulgendi, moderandi, minuendi, vel commutandi pœnam de corporali in pecuniariam, & quod ſub prohibitione dictæ *Pragmaticæ*, non includantur decreta condemnantia ad *exulandum*, vel ad *ſolvendum* certam quantitatem, dixit *Reg.de Ponte de poteſt.Proreg.tit.de proviſ.ſer.ſolit.§.4. ſub num.* 15. cui contradicere videtur *Capibl. in locis alleg.* per me in *cit. Obſervat.*59. *num.*1. Unde tutior mihi videtur practica relata per
3 *Camill.Borrell.in ſumm.deciſ.tit.*31.*de re judic. num.*41.42.& 43. nempe ut adiiciatur clauſula in ſententiis, quod accedente partis remiſſione, detur poteſtas Parti condemnatæ redimendi exilium ad rationem ducatorum tot pro quolibet Anno.

OBSERVATIO L.

SUMMARIUM.

1 *Carcerati pendente appellatione non ſunt amovendi à carceribus, in quibus reperiuntur.*

De Officio Magiſtri Juſtitiarii. Pragmatica XXXXIII.

Dalle Regie Audienze, &c.

QUatenus mandat non eſſe amovendos carceratos à carceribus, in quibus reperiuntur pendente appellatione, niſi expediret
1 habere perſonam rei carcerati coram Judice appellationis, concordat deciſ. *Dom. de Franch.* 510.*num.*1. & alia apud *Thor.in compend.deciſ. par.3.verb.Carceratus appellans*, & plenè *Scialoya in tract.de foro compet.cap.*51.*num.*88. quod idem eſt de Jure communi ex *text.* quem citat *Reg.Rovit.*

OBSERVATIO LI.

SUMMARIUM.

1 *Præventionis judicium non vindicat ſibi locum ad finem impediendi executionem Inſtrumentorum, vel obligationum penès acta quando ceſſit dies ſolutionis.*
2 *Et quid in præventione adverſus apocas Banco directas.*
3 *Præventio an admictatur adverſus obligationem ſtipulatam penès acta.*
4 *Pœna ducatorum 12. ſtatuta contra allegantes executionem in bonis alienis an exigatur.*

De Officio Magiſtri Juſtitiarii. Pragmatica XXXXIV.

Audivimus, &c.

EX hac *Pragm.* quę mandat non poſſe per creditores expediri proviſiones ſuperſeſſoriales adverſus executionem obligationis penès acta,
1 quando venit, & ceſſit dies ſolutionis, introducta eſt praxis, & ſtylus in M. C. V. non expediendi proviſiones, neque ſalvaguardias, etiam facta legitima præventione, niſi cum dicta clauſula, dummodò *non ceſſit dies ſolutionis*, ut patet ex formulis à Nobis traditis *in prax. præſent. inſtrum.cap.2.num.*81. & 82.

Ad explicationem hujus *Pragm.* plenius ſcripſit *Anichin.de prævent.cap.3.qu.12.à num.24.cum ſeqq.& Cæſar.in ſpecul.peregrin.qq. quæſt.46.à*
2 *num.1.ad* 17. ubi refert deciſiones, vendicare ſibi locum judicium prȩventionis adverſus apocas Banco directas, quamvis ceſſerit dies ſolutionis.

Præventio an admictatur adverſus obligationem penès acta ad finem impediendi executionem, &
3 an præſumatur renunciatio prȩventionis ex ſtylo, vide deciſiones per me relatas *in prax. cap.*8 *num.*14.15.& 16.

Dum *in* §.2 3.& 4. hujus *Pragm.* ſancitur modus, & pœna ſub qua debent proponi, & allegari exceptiones novæ conventionis, ſatisfactionis,
4 & executionis in bonis alienis, remictimus Lectorem ad ea, quæ adnotavimus in *Obſervat.*344. & *in prax.cap.*21. *num.*11. quibus addimus, quod pœna ducatorum 12. ſtatuta per hanc *Pragm.*§.4. contra allegantes calumnioſam exceptionem executionis in bonis alienis, nunquam vidiſſe exactam dixit *Anichin. de prævent.cap.2.qu.1.num.*106.

OBSERVATIO LII.

SUMMARIUM.

1 *Debitorum comparitiones de ſero adverſus inſtru-*

Digitized by Google

strumenti liquidationem admittantur, comparentibus personalitèr ipsis debitoribus citatis, non autem per Procuratorem etiam cum speciali mandato.

2 *Determinatio facta in causa Principis Petræ Elcinæ in dubium revocatur.*

3 *Infirmitate allegata pro parte debitoris citati super tenore Instrumenti existentis in suburbiis hujus Civitatis an sit faciendus accessus ad domum debitoris.*

De Officio Magistri Justitiarii.

Decretum S. R. C. junctis Aulis, sivè Pragm. LI.

Audita instantia facta in S.C.&c.

ContInet hoc decretum, quod comparitiones de sero non possunt recipi à Judicibus M.C. Vicariæ, nisi comparentibus personalitèr prin-
1 cipalibus citatis, non obstante quocumque prætextu impedimenti, vel infirmitatis, pro qua petatur accessus Judicis, & fuit interpositum instante D. Regente Sanfelicio tunc existente Fisci Patrono M.C.V. ut patet ex tenore ejusdem decreti, quod ab eodem Regente fuit insertum *in sua decis.* 32. *tom.* 1. & esse in viridi observantia, & nunquam fuisse in dubium revocatum testatur *Dom. Mucci in elucidat. ad eandē decis.* ubi respondet ad *Reg. Petr. in comment. ad Rit.* 206. *n.* 8. & ad decisionem factā per S.C. in cau-
2 sa Principis Petræ Elcinę, qui licèt tamquam absens constituisset Procuratorē cum speciali mandato ad comparendum etiam de sero, ipsumque principalem excusandum, nihilominus per Dom. Consil. Hodiernam tunc Judicem M. C. fuit dictum, *quod non recipiatur*, à quo decreto interposita appellatione ad S.C. facto verbo obtinuit Princeps, *quod certioretur S. C. & interim M. C. V. provideat, quod supersedeatur in exactione pœnæ*, ut plenius diximus in nostra *praxi præsentat. Instrument. cap.* 2. *nu.* 18.

Verum debitore existente infirmo intus Civitatem, vel in Casalibus, allegata infirmitate in
3 prima Curia, tenetur Judex accedere ad domum debitoris pro explendo actu liquidationis, vel est admictenda fides infirmitatis per Procuratorem ad formam *Reg. Pragmatica. R. Capyc. Latro consult.* 69. *num.* 17. *ubi D. de Luca in suis novissimis observationibus.*

OBSERVATIO LIII.

SUMMARIUM.

1 *Regia Camera Summariæ est Judex competens in sequentibus casibus, & n.* 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. *&* 18.

19 *Regia Camera non potest cognoscere causas inter Partes nullo existente Fisci interesse.*

20 *Remissio causæ ad Reg. Cam. est tractanda in Coll. Cons.*

De Officio Procurat. Cæsaris. Pragm. XIII. & LXII.

Carolus Quintus, &c.
Desiderando S. Maestà, &c.

Ultra casus adductos *in Observ. ad sing.* 308. *mei Genitoris*, recensendi sunt alii casus, de
1 quibus spectat cognitio ad Reg. Cam. & sunt sequentes.

Primò, in causis fiscalibus, in quibus Fiscus est
2 actor, vel reus, quæ tamen sint causæ civiles, non autem criminales delictorum communium, nam tunc causæ sunt M.C.V.

Secundò, in computis omnium Thesaurariorum,
3 Perceptorum, Portulanorum, Arrendatorum, & quorumcumque Ministrorum pecuniæ Fisci.

Et quid in Arrendatoribus convenctis elapso tem-
4 pore affictus ex causa debiti contracti tempore Arrendamenti, vide *decis. Thor.* per me relatam, *cit. Observ. nu.* 26.

5 Tertiò, in omnibus extractionibus extra Regnū.

Quartò in negotiis Dohanæ Apuliæ, & Aprutii, &
6 ejus appellationibus.

Quintò, cognoscit Reg. Cam. criminalitèr contra
7 committentes delicta dolosa in administratione officiorum Arrendamentorum ipsius.

Sextò, in causis Thesauri inventi, minerarum, &
8 similium, prout etiam dicitur in *Constit. Dohanæ*, & ibi *Reg. Tapia.*

Septimò, in causis, in quibus Fiscus est Author
9 laudatus.

Octavò, in consultationibus faciendis Suæ Maje-
10 stati in negotiis etiam particularium ad Regale Patrimonium spectantibus, ac de liquidationibus crediti, vel debiti.

Nonò, in causis Castrorum, Passuum, Pontium, Fortificationum, Scaphæ, Viarum, Bonatenen-
11 tiæ, Immunitatis à vectigalibus, ubi tamen in his erit lis cum Fisco, secus si inter partes privatas, quia tunc non cognoscit Reg. Cam. Sed Sacr. Cons. ut in *Pragm.* 62. *§.* 2. *de offic. Procur. Cæsar.*

Decimò, in causis demanii, ut in dicta *Pragm.* 62.
12 *§.* 3. quod extenditur circa concernentia quomodocumque Regium demanium, ut decisum habetur apud *Thor. in supplem. verb. remicti an debeant causæ demaniorum, fol.* 551. *&* 552.

Undecimo, cognoscit de controversiis super offi-
13 ciis distribuendis, ac vendendis à Prorege, *Pragm.* 11. *§.* 15. *de Officialib. & quæ iis probib.*

Duodecimò, de immunitatibus Militum *Pragmat.*
14 13. *de Milit.*

De-

Decimotertiò, de Naufragiis in Mare commissis.
15 ut probat *Reg.Tap.in Constit.Dobanæ nu.2. de offic.Procur.Cæsar.*
Decimoquartò, cognoscit de causis, tam civilibus quàm criminalibus Consulum Artis Serici, &
16 Artis Lanæ virtute Privilegiorum, & Decretorum Collat. Consilii, de quibus testatur *Dom. Crisp.in theoric. & pract.crimin.cap.3. de jurisdiction.Reg.Cam.nu.10.& cap.5.de jurisdiction. Artis Serici, & Lanæ num.22.*
Decimoquintò, Reg. Cam. habet jurisdictionem privativam in cognoscendis, & puniendis Por-
17 teriis, & Scribis, etiam extraordinariis, etiam de delictis commissis extra officium, juxta exempla,quę habentur apud *Reg.Sanfelic.decis. 291.num.13.versic.item.*
Decimosextò,Reg.Cam.est Judex competens contra Circitores, vulgò *Capitanii di Giustitia*,
18 aliosque Alguzerios M.C.V. sivè aliorum Tribunalium, si delinquant in eorum officio, in executione tamen negotii commissi per Reg. Cam. juxta tenorem literarum Regalium,apud *Reg.Sanfelic. decis.250. Reg. de Marinis lib.1. suar.resol.cap.50. à num.13.*
Extra has causas,& causas illas, in quibus vertitur Fisci interesse caret Tribunal Regiæ Cameræ
19 jurisdictione, ex *text.in l.t.C.de jurisdict. omn. Jud.& l.nullum, C.ubi caus.fiscal.*in cæteris verò causis inter Partes non potest Reg.Camera cognoscere, etiam si Regia Delegatio adesset, vel Partes consenserint, ex *Reg.Pragm 37.de off.S.R.C. Rocc.de offic.§.2. num.42. Cæsar.in Specul.pereg.qq. q.15. à num.11.*
Denique illud observandum superest, quod si cognitio causæ spectet ad Reg.Cam.vel ad S.R.C.
20 erit decidēdus articulus per Coll. Cons.ut decisum extat apud *Rovit.dec.74.à n.4.ad* 10.ex dispositione hujus *Prag.* 13.Verū hoc non procedere quando lis pēderet in S.C.quia tunc remissio esset petenda in dict. Sac.Cons. non in Coll. dixit *Consil.Altim.in observ. ad dicta decis. Rovit.num.4.*

OBSERVATIO LIV.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio à Curia Artis Serici, non interponitur ad Reg. Cam. sed in causis criminalibus appellatur ad M.C.V. criminalem, & in causis civilibus ad S.C. & num.2.*
3 *Jurisdictio Curiæ Artis Serici, vel Artis Lanæ in causis criminalibus non extenditur ad crimina, pro quibus venit imponenda pœna mortis naturalis, in quibus casibus jurisdictio spectat ad M.C.V.*
4 *Et an sufficiat solus titulus criminis ad tribuendam Jurisdictionem M.C.V. & excludendum dictas Curias à remissione.*
5 *Remissioni ad Curiam Artis Serici, vel Artis Lanæ, ad hoc ut sit locus, requiritur descriptio in matricula, & exercitium.*
6 *Remissio ad dictas Curias denegatur in causis Advocatorum, & in causis cœptis in S.R.C.*
7 *Et an subditi hujus Artis possint renunciare fori privilegio.*

De Offic. Procurator. Cæsar. Pragmatica XIV.

Mandamus insuper, &c.

Mandatur, ut appellationes tam in criminalibus,quam in civilibus causis à Curia Artis Serici non interponantur de cœtero ad R.C.
1 quę cognoscat de male commissis, vel non bene peractis in arte prædicta.
Hinc est, quod hodie à sententiis dictarum Curiarum in causis civilibus appellatur ad S. C. & in criminalibus ad Aulam criminalem M. C. V. ut
2 passim servari vidimus *Tasson.de antephat. vers. 3.num.305.* quem sequitur novissimè *D.Crisp. in theoric.& pract.crim.cap.5.de jurisdict. Artis Serici, & Lanæ nu.21.*qui nulla adhibita distinctione inter causas civiles, & criminales refellit *Ang.Scialoya*,tamquam inexpertè asserentem appellari ad M.C.V. quando ejus dictum intelligi potest de causis criminalibus juxta mentem *Pragm.* explicatam per ejus rubricam, & distinctionem à nobis supra traditam.
Cognitio causarum criminalium, quæ spectat ad dictas Curias non extenditur ad crimina, pro
3 quibus venit imponenda pœna mortis naturalis, sed tantum in cœteris casibus, in quibus venit infligenda pœna præter mortem naturalem, juxta decretum generale S R.C. latum sub Rege Ferdinando, & relatum per *Reg. de Mari n. lib. 2.suar. resolut. cap.232. tom.2.* ubi quod ad tri-
4 buendam hanc jurisdictionem M.C.V. & ad excludendos Consules à petita remissione, non sufficit solus titulus criminis, pro quo venit imponenda pœna mortis, sed requiritur, ut delictum sit verè punibile tali pœna,& nulla proponatur causa, quæ pœnam minorare possit, comprobat *Crisp.cit.cap.5.num.12.*
Ad hoc ut possit obtineri remissio ad Consules dictarum Curiarum, requiritur nedum descriptio
5 in matricula, sed etiam exercitium,ejusque continuatio, sine quibus requisitis, non spectat cognitio ad Curias dictarū Artiū, ut decisū refert *D.de Franc.decis.481.Castill.decis.39.nu.4. Caracciol.de for.privilegiat.q.1. nu. 1.& 4. Sanfel. decis.21.* ubi quod sufficit descriptio Patris, seu Domini,ad hoc ut filii, & famuli privilegio potiri possint, & ità pluries judicatum refert, videndus est in *prax.judiciar.sect.25.n. 28.*
Denegatur remissio ad dicta Tribunalia in causis Advocatorum, qui possunt convenire in S.C. sub-

6 ſubditos dictæ Artis, ut deciſum refert *Thor.in compend.deciſ.tom.2. v. remiſſio, fol.*579.& ſimi-
liter non erit locus remiſſioni quando cauſa
fuit in S. C. ad inſtantiam ſubditi dictæ Artis
abſque ulla fori proteſtatione commiſſa, ut de-
ciſum habetur apud eundem *Thor.tom.3. ſect.3. v. remiſſio, Scial.de for.compet.cap.*8. *n.*63.

An privilegium hujus fori, quod competit privati-
vè ad certum genus perſonarum Artis Serici, &
7 Lanæ, poſsit à ſingulis ſubditis renunciari, ne-
gativè reſolvit *Mont.de regalib.ver.poteſtas conſtit.Magiſtr.n.*36. ubi refellit *Urſill.deciſ.*41.*nu.*
8. & aſſignat rationem, ex quo privilegia ſunt
conceſſa ipſis Artibus.

OBSERVATIO LV.

SUMMARIUM.

1 Pragm.*hujus diſpoſitio concordare videtur cum diſpoſitione* text.in cap.1.§.porrò, qualit. olim feud.alien.poter.

2 *Minor reſtituitur adverſus tempus ad retrahendum præſcriptum, dummodò tamen utilitatem ex retractu reſultantem probaverit.*

3 *Filius minor reſtituitur ad prælationem petendam in feudo alienato à Patre, & ex pecunia ab eodem Patre perventa, & refertur noviſſima deciſio S.C.*

4 Pragm.*hæc, quæ tollit reſtitutionem in integrum adverſus lapſum temporis non tollit remedium nullitatis.*

5 *Tempus anni ad petendum demanium an poſſit per Judicem reſtringi ad breviorem terminum, & num poſſit agnatus cogi ad declarandum ſi vult in venditione rei feudalis præferri.*

6 *Et quid in venditione ſub haſta non declarato pretio per candelæ accenſionem.*

7 *Prælatio an competat in venditione alicujus rei particularis, nempè juriſdictionis ſecundarum cauſarum Siclæ, Portulaniæ, officii Magiſtri Actorum, & ſimilium.*

8 *Refertur determinatio Reg. Cam. quæ prodiit in prælatione petita per Univerſitatem Turris Octavæ.*

9 *Univerſitas, ſeu Civitas tamquam manus mortua non poteſt poſſidere feuda, & proinde fit deſcriptio corporum feudalium in Cedulario in beneficium perſonæ declarandæ.*

10 *Privilegium perpetui demanii requirit confirmationem S.C.M. poſt decretum prælationis.*

11 *Prælatio, ſeu demanium competit particularibus Civibus, & quid Univerſitate excluſa, & contradicente Regia Curia.*

12 *Domanium ad hoc ut competat, quomodo peti debeat, & quando ſit facienda exploratio voluntatis Civium.*

13 *Prælatio competit Univerſitati, ejuſque Civibus, nedum in locatione, ſed etiam in contractu ad gaudendum.*

14 *Prælatio ad hoc, ut competat Civibus in feudi locatione requiritur decretum,* quod expedit, & quod ditiores ſe obligent proprio nomine eximere Univerſitatem illæſam à ſolutione afflictus, *& depoſitum eſt faciendum de propria pecunia eorundem Civium abſque ſpe repetendi ab Univerſitate, & cum aliis requiſitis ad formam decreti generalis R. C. S. & num.15.*

16 *Prælationis articulus an ſit decidendus ante traditam rei poſſeſſionem, & refertur noviſſima determinatio R.C.S.*

17 *Acceſſus ſuper faciem loci non eſt faciendum niſi cauſa relata, & exiſtente in limine expeditionis, adeoquod poſſit infra menſem expediri.*

18 Pragm.4.in §.15.de dilation.& Pragm.64.de offic. S.R.C. *adducuntur ad confirmationem hujus* Pragm.

19 *Verba* text.in l.ſi irruptione, §. ad officium, ff. fin. regund. *adducuntur ad propoſitum.*

20 *Judici accedenti ſuper faciem loci permiſſum eſt judicare ſecundum conſcientiam.*

21 *Judici cui demandatur acceſſus ſuper faciem loci, poteſt quoque demandari facultas decernendi differentias ſuper loco controverſo.*

22 *Aula S.R.C. num poſſit accedere ad decidendum cauſam ſuper faciem loci abſque ſpeciali diſpenſatione D.Proregis.*

23 *Literæ Regales, quæ prodierunt de Anno* 1625. *referuntur cum caſibus, qui in praxi contingerunt.*

24 *Acceſſus ſuper faciem loci in cauſis criminalibus non poteſt peti in cauſis levioribus, ſed in cauſis magnæ importantiæ facta prius relatione in Aula M.C.V.*

25 *Ocularis inſpectio facit aliquando Judices recedere à mortis ſententia, & judicari contra teſtium dicta.*

26 *Acceſſus poteſt peti in gradu nullitatum, & reclamationis.*

27 *Acceſſus factus ſuper faciem loci ad convincendam teſtium falſitatem, ſi contineat diſcrimen inter Judicem, & Expertos, magis credendum erit Judici de his, quæ novit per ocularem inſpectionem, quam Expertis teſtantibus inſcriptis in beneficium rei, & nu.28.*

29 *Appretium, ſeu extimatio bonorum eſt neceſſarium, nedum jure communi, ſed de jure Regni, ad hoc ut legitimè poſſit adveniri ad venditionem ſub haſta.*

30 *Appretiū bonorum fit per Tabularium eligendum prævia buſſula, cujus appretii reviſio fit à Primario, & tertia reviſio fit à Judice cauſæ Commiſſario, in qua reviſione non fit electio Tabularii cum buſſula, ſed poterit Judex eligere quem voluerit.*

31 *Appretio facto ſi bona vendi non reperiantur juxta appretium, fit adjudicatio creditori, vel emptori cum pacto de retrovendendo.*

32 *Ap-*

32 *Appretium bonorum feudalium si contineat discrimen inter Tabularium, & causæ Commissarium, attenditur votum Tabularii, & non causæ Commissorio; Sed si discordia emergat inter Tabularium, Primarium, & Judicem, quia unumquodque appretium est diversum ab alio in quantitate, tunc coacervatis omnibus appretiis, tertia pars illorum accipitur pro justo pretio, & num.33.*

34 *Appretium bonorũ stabiliũ durat per decenniũ.*

35 *Sententia, seu decretum fundatum super appretio non arctatur termino decem dierum ad appellandum nec transit in rem judicatam.*

36 *Salarium duplex num prætendi possit per Commissorium vacantem duobus negotiis distinctis, & compatibilibus.*

37 Regentis Merlin. *opinio* controv.cap.70. cent. 1. *in dubium revocatur.*

38 *Salarium unum quando esset persolvendum à Reg.Cur.& aliud à Partibus, non intrat prohibitio literarum Regalium non admittentium duplicia salaria.*

39 *Referuntur novissimæ literæ Regales sub die 1. Septembris 1675. pro resolutione propositæ quæstionis.*

40 *Auditores Regiarum Audientiarum non possunt exigere dietas pro negotiis commissis in propria residentia.*

41 *Dietarum taxatio ad quam rationem fieri debeat in accessu Consiliarii, Præsidentis Reg. Com.Fisci Patroni, & Judicis M.C.V.*

42 *Et quid in Regentibus Regiam Cancellariam, Consiliariis Status, Præsidibus S.R.C. & Locumtenentibus Reg. Cam. de quibus* Pragm. *non loquitur.*

43 *Auditorum Provincialium salarium taxatur ad rationem carolenorum quadraginta quatuor pro qualibet dieta ad Partis instantiam, & ducatorum trium ad Fisci instantiam.*

44 *Salarium Doctorum qui destinantur pro Commissariis est solvendum ad rationem ducatorum trium ad instantiam Fisci, & ducatorum quatuor ad Partis instantiam, si negotiũ commissum requirat Doctoris ministerium, alias taxa fit ad rationem unius scuti pro qualibet dieta.*

Et quid in liquidationibus releviorum.

Refertur casus decisus per Reg. Cam. sub die 11. Decembris 1698. num.45.

46 *Dietę solvendæ à Fisco taxantur per Reg.Com. illæ verò solvendæ à Partibus possunt taxari per Tribunalia, à quibus negotia fuerunt commissa.*

47 *Dietæ sunt taxandæ per D. Proregem in negotiis commissis per eundem extra Regnum.*

48 *Dietæ quomodo sunt solvendæ Commissariis destinatis pro visuro computorum Universitatis.*

49 *Expensæ erogandæ pro visura loci controversi, cujus damno edere debent.*

50 *Expensę factæ circa executionem in appretiandis, & subhastandis bonis refici debent à debitore, & habent anterioritatem.*

51 *Suspitio in personam Judicis, qui accessit pro exequendo negotio commisso non potest proponi, nisi de novo supervenerit.*

52 *Suspitionis causa legitima non reputatur, receptio pecuniæ sub titulo dietarum ante rei condemnationem.*

53 *Praxis suspitionis proponendæ in personas Auditorum, vel aliorum Judicum accedentium ad capiendas informationes ordine Proregis, remissivè refertur.*

De Officio Procuratoris Cæsaris. Pragmatica LXIII.

Alli giorni passati, &c.
In §.incip. *In primis, &c.*

Ex hac *Pragm.* in hoc §. talis deducitur assertio; Universitas non admittatur etiam per viam restitutionis in integrum ad petendum domanium post annum à die captæ possessionis. Illud itaque, quod erat dispositum de jure communi circa prælationem, quæ conceditur Agna-
1 tis per *text in c.1.§.porro, qualit.olim feud. alien. poter.& in cap.1.§.Titius, si de feud.defunct. milit.* fuit ampliatum, & extensum in petitione Regii Demanii.

Et quamvis dispositio hujus *Pragm.* respectu sublatæ restitutionis in integrum adversus lapsum anni contradicere videatur dispositioni juris communis, & decisionibus in contrarium editis, nihilominus hoc beneficium etiam jure cõmuni attento, non sic passim admittebatur, quemadmodum hodiè non conceditur Agnatis minoribus petentibus restitui adversus temporis lapsum, non probata læsione, juxta *text. in c.constitutus de in integr.restitut.* necnõ probatio quod tẽpore venditionis, & sic infra annum ad retrahendum præfixum minor poterat emere, ex quo habebat pecuniam præ manibus, &
2 quod talis retractus erat ei utilis, dum ad hoc faciendum non cogebatur pecuniam sub usuris accipere, ut rectè animadvertit *Reg.de Marinis lib.2.suar.resol.cap.116.num.25. & cap.117.num. 25.* qui *num.26.* adducit *Vaccbineum, Francisc. Anton.Cost.Mar.Giurb.& Castill,* firmantes satis dici in hoc casu fundatam læsionem, si res ad quam retrahendam postulat minor beneficium restitutionis in integrum, erat suorum majorum, quam objectionem licèt ipse tribus rationibus refellere conetur, nihilominus in Anno
3 1700. in causa D. Francisci Gallone, cum Duce Montis-Sardi talis objectio fuit adeò in prætio habita per S.C. quòd prodiit decisio dari prelationem ad commodum filii infantis illam petentis vivo Patre, & elapso Anno à die venditio-

nis feudi à Patre factæ: non obstante quod proponebatur, pecuniam fuisse filio perventam ab eodem Patre virtute simulatæ maternę donationis, & decisio videtur innixa in *decis. Boer.* 138. & in opinione *Corradin. de jur. prælat qu.* 35. *à num.* 35. *ad* 39. patrocinantibus præstantissimis causarum Patronis, nempè DD. Gaetano Ageta, & Marco Antonio Dattoli pro D. Francisco Gallone, & D. Francisco Nicodemo pro Duce Montis-Sardi, ut ex actis penès de Honuphrio, & Majellam Scribam.

Verum *Pragm.* hæc quæ tollit restitutionem in integrum, non tollit remedium nullitatum, quod
4 neque tollere posset, *Cæsar. in Specul. peregr. qq. qu.* 34. *num.* 36. quia existente nullitate venditionis nullum currit tempus, in puncto *Reg. de Marin. ad Reverter. observat.* 22. *n.* 6. *lib.* 1. *Reg. Rovit. in Comment. ad hanc Pragm. nu.* 12. *Camill. de Medicis consl.* 164. *nu.* 33. *cum seqq.*

Remanet difficultas, num tempus hoc petendi domanium, vel prælationem per Judicem restrin-
5 gi possit ad breviorem terminum, & necnon an possit cogi agnatus ad declarandum num velit in venditione præferri, & in his terminis habemus punctuales decisiones R.C.S. restringentes tempus unius anni à Reg. Pragm. præscriptum, & mandantes Universitatibus, ut infra tot dies faciant depositum, aliàs non audiantur, ut habetur apud *Reg. Moles in decis. impressa penes Reg. de Marinis lib.* 2. *suar. resol. cap.* 224. *à nu.* 7. quæ in *decisionibus* ejusdem *Reg. Moles* postmodum typis traditis est situata *suo tit. de Deman. Universit.* §. 24. *q.* 4. Circa articulum generalem videndus est *Corradin. de jure prælation. cap.* 25.

In venditione verò feudi, quæ contigit fieri sub hasta, videtur contrarium statuendum, quia cum
6 non adsit, nec adesse possit certitudo pretii, nisi candela accensa, non potest esse locus prælationi, nec termini abbreviationi, juxtà decisiones relatas per *Reg. Marcian. disp.* 38. *lib.* 1. & *per Reg. Sanfelic. decis.* 268. *lib.* 2.

Hoc quoque prælationis jus competere compertimus, si vendita extiterit aliqua particularis ju-
7 risdictio, nimirum civilis, sivè criminalis secundarum causarum, Siclæ, Portulaniæ, ut habetur ex *D. de Franchis dec.* 17. & ex aliis relatis per *D. Reg. de Marinis in observat. ad decis.* 22. *Reg. Reverter. lib.* 1. & decisum novissimè fuit per S. R. C. in causa Caroli de Auxilio cum Sigismundo Sicula, qui emerat officium Magistri actorum Casalis Afragolæ ab U. J. D. Scipione Carbone, in qua declaravit S.C sub die 20. Januarii 1674. competere dicto Carolo Agnato petitam prælationem, & soluto pretio consignari possessionem, ut testatus fui *Ego in observat. ad sing.* 165. *mei Genitoris recolendæ memoriæ, n.* 16.

Quibus juris, & æquitatis principiis innixa R.C.S. in causa petiti demanii nuperrimè agitata pro
8 parte Universitatis Turris Octavæ *vulgo Torre del Greco* adversus Marchionem de Monteforte emptorem dictæ Terræ, unico spiritu, & unanimi Dominorum Judicantium consensu prodiit determinatio pro demanio ad favorem Universitatis; non obstante, quod Marchio dicebat tractari de jurisdictionibus concessis in officium, vulgò in Capitanias, & per consequens non esse locum petitæ prælationi; Verba factæ determinationis sunt, quæ sequuntur.

Die ... Mensis Maij 1699.

Admittatur Universitas Turris Octavæ, Portici, Resinæ, & Cremarum ad petitum demanium, soluto per easdem in beneficium Ill. Baronissæ Berlips pretio per eandem convento in instrumento in actis deducto cum Regio assensu cum hodierno Ill. Marchione Montisforte illarum emptore, declarata per easdem Universitates persona laicali ad satisfactionem Regii Fisci, in cujus caput fiat intestatio, & descriptio corporum feudalium dictarum Terrarũ in libris Cedularii, & quinternionibus Reg. Cam. & ubi opus fuerit cum adoha liquidanda, & ad cautelam Regiæ Curiæ, tam in casu devolutionis, quam pro releviis debendis, & cum clausula signanter pro se, & hæredibus ex corpore legitimè descendentibus, servata forma Constitutionum, & Gratiarum hujus Regni, & respectu nominationis Gubernatorum, convento prius pretio cum Regio Fisco fiat consultatio S.C.M. & de contentis in præsenti decreto pro ejus confirmatione, & interim detur soluto pretio prædicto tenuta illarum personæ laicali declarandæ &c.

Acta sunt penes Ianuarium Cecere.

Ratio cur fuit dictum in decreto, quod fiat *intestatio, & descriptio corporum feudalium in Cedulario, & quinternionibus in beneficium personæ declarandæ, & cum adhoa liquidanda pro
9 cautela Reg. Cur. etiam in casu devolutionis*, ea fuit, quia Universitas sine Regis assensu non potest habere feuda, ex dispositione *Pragm.* 4. *in* 1. *cap. de feud.* ut considerat, & aliàs practicatum refert cum Civitate Rhegii *Reg. Galeot. respons. fisc.* 29. *dec. lf.* 2. *n.* 21. *cum seqq. & dec.* 4. *n.* 14.

Fuit quoque dictum in decreto, quod fiat *consultatio S.C.M. de contentis in præsenti decreto pro confirmatione*; quod credo fuisse introductum
10 ad cautelam, quia semper cautiùs agerent Universitates, quæ procurant confirmationem privilegii demanii à S. C. M. dixit *P. de Affl. controv.* 33. *à n.* 35. *ad* 40. namque regulariter Universitas satis, superque constituitur in possessione perpetui demanii per decretum prælationis, quod interponitur per R.C.S. in Coll. Conf. per quod videtur assensus præstitus, nec alius assensus erit necessarius, ex quo vassallus cum Domino

mino contrahit. *Reg.Reverter.decif.358. ubi de*
Marinis in obſervat.n.3.4. & 5. ſolum privile-
gium Regii demanii expediri a D. Prorege ſerit
procurandum, ut teſtatur idem *de Marinis in*
obſervat.ad decif.160.ejuſdem Reverter. nu.14.
& 15.lib.1.

Idemque aſſeverandum videtur, quando prælatio
peteretur à particularibus civibus, quibus com-
petit quoque hoc privilegium domanii, niſi in
11 caſu, quo Univerſitas fuiſſet excluſa, & adeſſet
contradictio Reg.Cur.quià tunc non compete-
ret ſingulis civibus, *Reg.Reverter.* qui ſic deci-
ſum refert *decif.432.*

Verum ad hoc ut competat hæc prælatio ſingula-
ribus civibus debet peti communicato conſilio
12 in publico parlamento, *Taſſon.de anteph.verſic.*
3.obſervat.4.n.71. & cum in principio harum
litium ſoleant allegare Barones defectum vo-
luntatis Univerſitatis, ſolet fieri exploratio vo-
luntatis totius Univerſitatis ſollemniter con-
gregatæ prævio acceſſu cauſæ Commiſſarii, jux-
ta praxim, quam tradit *Reg. Rovit. ſuper hac*
Pragm.n.13.

Quæ prælatio competit, nedum in contractu loca-
tionis, ſeù affictus, ſed etiam in contractu ad
13 gaudendum, *vulgo godere*, ut conſuluit *Novar.*
in forenſ.q.106.lib.1. Verum ad hoc ut conce-
datur hæc prælatio, neceſſe erit, ut prius capia-
tur informatio, *quod expedit, & quod ditiores*
ſe obligent proprio nomine eximere Univerſita-
14 *tem indemnem, & illæſam à ſolutione affictus,*
ut deciſum fuiſſe de anno 1657. teſtatur *Reg.*
Capibl.in ſuis adnotat.ad Pragm. 8.p. 1. de Ba-
ron.n.159.

At particulares petentes demanium tenentur fa-
cere depoſitum de propria pecunia abſque ſpe
15 repetendi ab Univerſitate cum conditione,
quod introitus integrè cedere debeant in bene-
ficium Univerſitatis, & quod dicti particulares
contribuant cum aliis civibus in omnibus ga-
bellis, ſeù collectis imponendis occaſione pre-
tii dictæ Terrę ſolvendi per Univerſitatem, jux-
tà determinationem Reg.Cam.factam cum Re-
gentibus adjunctis in Coll. Conſ. quæ habetur
in decreto *generali 583.in recollectis per Reg.*
de Marinis, confirmat *D.Reg.Galeot.in decif.ad*
controv.53.à n.29.ad 33.in calce lib.1.ſuar.con-
*trov.*ubi laudat *D.de Curte*, & explodit opinio-
nem *D. Rovir.* nulla de hoc decreto de anno
1591.facta mentione.

Poſtremò adnotandum ſupereſt, quod prælatione
petita adverſus feudi venditionem prius erit
16 conſignanda poſſeſſio emptori, & poſtea erit
decidendus articulus prælationis, juxta decreta
*Reg.Cam.*relata *per Reg.Galeot.in reſp.fiſc. 29.*
decif.2.in princ.et decif.3. per tot. n. 5. cum ſeqq.
*Rocc.reſp.92.n.19.lib.1.*Sed contrarium fuit prà-
cticatum per Reg. Cam. in ſupradicta cauſa
Turris Octavæ, in qua fuit conceſſa prælatio,
non obſtante oppoſitione Marchionis Montis-
forte emptoris, eſſe prius ſibi tradendam poſſeſ-
ſionem; Verum ipſe erat in mora faciendi de-
poſitum. Sed quid ſervandum ſit in cæteris prę-
lationibus ſpectantibus vicinis jure congrui in
venditionibus rerum ſub haſta, videndæ ſunt
deciſiones relatæ *per Thor.in compend. decif. p.*
2.verb. jus congrui, ſeu prothomiſ. fol. 319. &
320.& per Conſil. Staiban in ſuis obſervat. ad 1.
reſol.poſt Magon.decif.110.

Quæ hactenus tradita ſunt, tendunt ad interpre-
tationem §. 1. & §.6.*hujus Prag.* nunc progre-
17 diendum ad §.3. & 7.in quibus cavetur, acceſ-
ſum cauſæ Commiſſarii ſuper faciem loci con-
troverſi non eſſe decernendum niſi cauſa rela-
ta, & exiſtente in limine expeditionis, adeo-
quod præcluſa via Partibus, petendi beneficia,
& repulſas, poſſit cauſa expediri infra menſem
à die regreſſus Commiſſarii.

Confirmatur per *Pragm. 4. §. 15. de relation.* per
quam additur, quod acceſſus non poſſit peti, ni-
18 ſi infra menſem decurrendum à die quo cauſa
fuit relata, & introducta in S. C. vel alio ex his
Supremis Tribunalibus.

Concordare videtur cum *Prag.64.de offic. S.R.C.*
per quam datur forma obſervanda per Officia-
les in acceſſu faciendo cum Partibus, tradita ta-
xa pro ſalario, & expenſis.

Quanta ſit neceſſitas acceſſus ſuper faciem loci, ſa-
tis patet ex pluribus locis juris communis, &
præcipuè ex verbis *text.in l.ſi irruptione §. ad*
19 *officium, ff.fin.regund.ibi, ad officium de finibus*
cognoſcentis pertinet menſores mittere, & per
eos dirimere ipſam finium quæſtionem, ut æquũ
eſt, ſi ità res exigat, oculiſque ſuis ſubjectis locis,
unde videtur, quod in his caſibus viſionis loci
ſit Judici permiſſum judicare ſecundum con-
20 ſcientiam, quia conſtat Judici ut Judici, *Reg.*
Tap.in commentar.ſuper hac Pragm.63.n.9. lib.
3.jur.Regni.

Quatenus hæc *Prag.*mandat, quod quando neceſ-
ſarius judicatur acceſſus, detur facultas ſoli Ju-
dici decidendi ſuper faciem loci, obſervandum
erit, quod ità ſervatur de ſtylo S.R.C.nedum in
rebus minimis, ſed quandoque tota controver-
ſia, quæ emergit in loco controverſo in parti-
21 bus, remittitur decidenda per D. cauſæ Com-
miſſarium accedentem ad loci viſuram, que-
madmodum ſervatum teſtatur *Reg. Tap. lib. 3.*
jur.Regni in adnotat.ad hanc *Pragm. verſ. eſſo*
ſolo, fol.mihi 207.

Facultas tamen decernendi, ut una, vel duæ Aulæ
S.R.C.accedant ſuper faciem loci cum facul ta-
te ibi cauſam decidẽdi videtur prohibita S.R.C.
22 abſque ſpeciali diſpenſatione D.Proregis, ex *li-*
teris Regalibus editis ſub die 18. Maij 1625.
quas habemus inſertas in *Pragm. 6. §.5. de Tri-*
geſimis in noviſſima editione, & apud *Reg.San-*
felic.in prax.judiciar.ſect.56.num 2.fol. 209. ubi
in fine miratur, quomodo S.C. de anno 1645.
attentaverit decernere acceſſum S. R. C. cum

Digitized by Google

testium, quæ frequens erat apud Græcos,) quæ
ratio non cessat in hoc Regno nostro Neapoli-
tano; ubi testium falsorum magna est copia, te-
ste Grãmat.vot.14.& 11.& Reg.Tap.sup.Prag.
2.de Sodom. n. 2. cum cæteris allegatis per Jo:
Franc.de Pont.de potest. Proreg. in tit. de elect.
official.§.7. n.1.vers.sed quando, & n.12.

Exigitur tamen, ut Judices non abutantur hoc ar-
bitrio, ut non satis obscurè innuunt illa verba
10 Prag.Confidandomo, che li Ministri tanto prin-
cipali, & eminenti useranno di questo arbitrio,
di maniera tale, che li rei colpati, siano castigati,
e l'innocenti non gravati; unde interest habere
Judices temperatos, & mites, & non sitientes
sanguinem humanum, ut monet Tasson. de an-
tef.vers.12.obs.2.n.4.fol. 502. & Farinac. de reo
confess. & convict. q. 86. num. 92. advertit, ne
Judices utantur hoc arbitrio non servatis ser-
vandis ne damnent eorum animam in æternita-
tem.

Hinc fit, quod quamvis Reg.Rovit.in dec. 63. vo-
luerit posse dari indicia indubitata in delictis
occultis cum credulitate actuali, & virtuali hæ-
11 sitatione, juxta distinctionem Barbos. in l.2.
ff.sol. mat. num. 85. nihilominus de dicta sen-
tentia dubitavit Basilic.dec.1.n.5.& decis.4. nu.
22.in fin. ubi nedum refert contrarias decisio-
nes Regni Siciliæ, & Neapolis, sed testatur
non esse Neapoli receptam Rovit. distinctio-
nem, ex relatione habita à magno illo causarum
criminalium Advocato Augustino Mollo, qui
tunc moram trahebat in Civitate Matriti, &
ego quoque de ea dubito, inspectis verbis illis
Pragm. che inducono la mente del Giudice a
credere fermamente, si quidem firmiter credere,
est credere sine ulla dubitatione, & proinde
verba Pragm. sumenda erunt pro indiciis in-
dubitatis in primo genere, ut ponderavit novis-
sime D.de Luca in obser.ad dec.372.D.de Fran-
ch.n.4.quem sequitur Raynald.observ.cap.21. §.
4.& 5.n.49. tom. 2. Quare quamvis tutiùs, &
cautiùs fit etiam in delictis occultis exigere in-
dicia indubitata hæsitationem actualẽ, & virtualẽ
excludentia nihilominus non possumus absque
ulla distinctione figere pedes cum opinione
Basilic. cum habeamus in Regno multas deci-
siones, quibus probatam legimus Rovit. opinio-
nem, nempè apud Reg.Capyc.latr.dec. 163. à n.
43.ad 50.lib.2. & apud Prat.discept.forens. cap.
20.tom. 3. nec semper, & in omnibus casibus
pertransire possumus cum distinctione tradita
per Rovit. quam pro nunc non insequendam
puto in crimine parricidii, in quo necessaria
12 existimo indicia indubitata vehementissima, &
sine actuali, & virtuali hæsitatione, quia cum
atrox, & detestabile crimen credi non possit,
numquam dici potest sufficienter probatum ad
pœnam Legis Pompejæ imponendam, si non sa-
tis apertis probationibus arguatur reus de sce-
lere, Judex debet ad clementiam, & non ad se-
veritatem inclinare, dum indicia hujus criminis
respuuntur ab ipsa natura, ut ex Senec. Quin-
tilian.& Cicer. advertit Solorzan.de parric.lib.
2.cap.17.& tit.1.cap.4.in fin.post tract.de jure
Indiarum lib.1. ibi; Nisi fortè non satis apertis
probationibus fuerit scelus compertum, hoc enim
casu rectè poterit Judex, Augusti exemplum se-
cutus Parricidii reum ex propria confessione di-
mittere, & ad clementiam potius, quam ad seve-
ritatem inclinare, adeo ut optimè Quintilian.
scribit falsò hoc crimine accusari pertinet ad vo-
ta, & ut tradit Senec.lib.3.contr. 2. sæculo parci
videtur, ubi parricida, seu paribus sententiis, seu
incredulitate dimittitur. Si verò vel sufficien-
ter probatum, vel etiam gravissimis conjecturis
convictum inveniatur, rectè ad pœnam descen-
dere poterit ex Bald.Hippolyt. Boer. Tiber. De-
cian.lib.9.cap.14.nu.4.cum seq.

Enim vero in hoc scelere requiruntur illa indicia,
quæ nullo pacto everti possunt, nempè cum lex
13 præsumat aliquid, quod everti non potest, ut si
fuerit ultio parricidii prætermissa, vel revelatio
delicti non facta Anton. de Matthæis de probat.
cap.2.de præsumption. n. 22. ubi subdit verba,
quæ scribebat Ludovicus Rex Hungarorum ad
Joannam Reginam Neapolis mariti cædis sus-
pectam ibi; & vita ante flagitiosè à te acta, &
ultio prætermissa, & subsequens matrimonium,
& nullo accusante tentata defensio, hæc omnia
& sceleris, & parricidii te coarguunt.

Quare convictus dicitur maritus de uxoricidio
reperta uxore mortua violenter in domo viri,
14 concurrentibus confessione extrajudiciali, fama
publica, & ejus viri fuga, ut ex Bald. & Signo-
rol.docet Tiber.Decian.tract.crim.lib.9.cap. 14.
n.6.& apud Reg.Sanfelic.dec.47.n.8. lib. 1. fuit
morti traditus Scipio de Angelis, qui cum solus
esset in cubiculo cum quadam muliere; mulier
fuit reperta jugulata cum novacula reperta pro-
pè eam, & Scipio Cruore pollutus, qui quam-
vis negasset coram Judice homicidium; tamen
illud extrajudicialiter fuerat confessus, idemque
fuit decisum apud Dexart dec.39. in cujus pro-
15 posita facti specie, cum fuisset reperta mortua
per maleficium uxor, quæ cubabat cum marito
in eodem lecto, & camera, in qua nullus alius
aditus patebat, fuit decisum resultare ex hoc in-
ditium indubitatum satis, superque sufficiens ad
mortis pœnam, juxta text. expressum in l. exci-
piuntur D.ad S.C.Syllan.

Ex quibus principiis justissima mihi visa fuit sen-
tentia S.R.C. qua fuit damnatus ad furcarum su-
16 spendia Artis medicinæ Doctor Hieronymus
Passarellus Terræ Briolæ, confessus, & inditiis
indubitatis gravatus, de atrocissimo parricidio
in personam matris, fratris, & sororis; & quam-
vis dubitaretur de ejus confessione uti extorta
per illam Curiam Baronalem, tamen à majori
parte Dominorum votantium non dubitabatur,
parricidam mortem parentum Curiæ non de-
nun-

nunciasse de mane illa post delictum nocte patratum, quando cum eisdem parentibus in eadem domo cohabitabat; & in eadem camera cubabat, & ultra geminatas confessiones extrajudiciales de crimine, recognoscebantur quoque sanguinis vestigia à domo usque ad locum ubi cadavera humata extiterant; ideoque trutinato, & bene discusso negotio cum Consiliariis adjunctis, fuit confirmata mortis sententia etiam in gradu nullitatum sub die 11. Augusti 1702. quamvis rei patrocinium nō minùs doctè quam eruditè præstaverit D. Agnellus Leopardus præstantissimus causarum criminalium Patronus, ut ex actis.

Pariter in nefando crimine sodomiæ crederem indicia indubitata debere esse indubitata propriè
17 sumpta in prima specie, exclusis illis indiciis secundæ speciei continentibus virtualem hæsitationem, ut habuit pro vero *Coll. Consf.* apud *Thor. tom. 3. v. sodomia fol. 263.* comprobat *D. de Luca in observ. ad dec. 372. D. de Franch. num. 4. in fin. Raynald. observat. cap. 21. §. 4. & 5. tom. 2. qui n. 51. & 52.* advertit, quòd in hoc crimine non potest practicari pœna morris ex indiciis indubitatis, quia concurrerent duo specialia indicantia delictum, & delinquentem, accedit *Anell. Port. in alleg. diversf. 28. ex recoll. per Thor. in C. rer. judic. n. 29.* & pluribus urgentissimis me-
18 diis firmavit hanc sententiam *D. Maresc. de legib. public. Judic. tit. de nefand. crim. sodom. gl. 3. n. 14. versf. etenim præsumptio*, quamvis in causa succubuisset.

Indicia tamen indubitata an sufficiant ad declarandum aliquem fuisse homicidam in causa civi-
19 li, & per consequens tanquam indignum non posse succedere, vide *Menoch. consf. 557. n. 2. & Montan. de Regalib. versf. bon. quæ ut ab indign. n. 4. & 5. fol. 88.*

OBSERVATIO XLV.

SUMMARIUM.

1 *Tribunalia collegiata possunt damnare reos pœna ordinaria mortis ex indiciis indubitatis, & non Judices inferiores, & de ratione num. 2. affertur limitatio n. 3.*

4 *Judices inferiores an possint ex indiciis indubitatis, vel violentis probationibus condemnare reos ad pœnam extraordinariam.*

5 *Et quid in pœna exiliari.*

6 *Condemnatio ad pœnam extraordinariam ex indiciis, an jure fundetur.*

7 *Sententia nulla ex defectu jurisdictionis Judicis inferioris, an possit confirmari per Judicem superiorem, cui constat de meritis.*

De Offic. Judic. Pragm. XIII.

Per quanto essendo stato &c.

Restringitur arbitrium condemnandi ex indiciis indubitatis ad Tribunalia tantum Collegiata, & quoad Iudices Delegatos fuit injun-
1 ctum, ut non possint sententias executioni demandare, nisi facta per eos relatione in Coll. Consoretenus si fuerint in hac Civitate, vel in scriptis, si fuerint extra Neapolim.

Ratio ità decernendi fuit, quia Iudices inferiores particularium locorum Regni abutebantur hac
2 facultate condemnandi pœna ordinaria ex inditiis indubitatis, inditia interpretando ultra illorum vim, ut advertit *Reg. Rovit. dec. 63. num. 8. versf. & quia.*

Limita quando à lege aliquod indicium pro plena probatione qualificaretur, quia tunc nedum Suprema Tribunalia, sed etiam inferiores Iudi-
3 ces possent uti arbitrio damnandi reos ex indiciis indubitatis, juxta opinionem, *Reg. Matthei de regim. Reg. Valent. tom. 2. cap. 8. §. 8. n. 3.* quem sequitur *Cortiad. dec. 93. n. 3. tom. 2.*

Hinc observandum erit, quod Iudices inferiores, prout sunt Gubernatores, tam Regii, quam Ba-
4 ronales, neque possunt ex præsumptionibus, vel indiciis, quamvis violentis, & indubitatis condemnare reos ad pœnam extraordinariam triremium in perpetuum, vel ad tempus cum hæc sit præeminentia Supremorum Tribunalium, prout est Senatus Mediolani, & M.C. Vicariæ, *Farinac. consf. 175. nu. 7. & 18. in fin.* ubi quod tutius esset in hoc casu reum torquere quam condemnare, comprobat novissime *Pignatell. consf. Canon. consult. 45. tom. 3.* ubi firmat hanc sententiam etiam si delictum esset atrocissimum, & concurrit tantum pro impositione
5 exilii, vel ictuum funis ex *Farin. q. 86. n. 177. & Guazzin. ad defensf. reor. defensf. 33. cap. 14. num. 15.*

Accedit ratio ad firmandam principalem conclusionem, quod opinio damnandi reum pœna extraordinaria ex violentis probationibus, & indiciis etiam in Supremis Tribunalibus, praxi solummodo, & non jure probatur *Reg. Marcian. jun. in suo oper. posthum. tit. de indic. delict. cap. 4.*
6 *fol. 32.* ubi quod in re tam clara frequens error non excuset; verùm praxis, quæ inolevit in Tribunalibus satis recepta se habet, & sustinenda videtur ne lædatur Respublica ob impunitatem quam consequerentur scelerati, qui contemnunt tormenta, ut perpendit doctissimus *Consf. de Rosa in prax. decret. cap. 8. à n. 9. ad 11. cap. 2. repsol. 19. à n. 13. ad 15.*

Et quamvis iste error in sensu *Marciani* invaluerit quoque apud Iudices inferiores Regni, qui passim assumunt potestatem condemnandi reos ad pœnam extraordinariam ex indiciis per

eos arbitratis, tamen Superiora Tribunalia pertranseunt clausis oculis forsan, quia ibidem sententiæ revidentur, & si justæ deprehenduntur, confirmantur, & aliquando reformantur, si minus justæ detegantur, & siquidem sententia nulla, etiam ex defectu jurisdictionis Iudicis infe-
7 rioris, potest confirmari per Iudicem superiorem, cui constat de veritate meritorum causæ, juxta communem, de qua apud *Grevæi ad Gaill.pract.conclus.concl.42.consider.1.num.4.& concl.109.n.35.* & ad sanandam hanc nullitatem tradidit praxim *Reg.Rovit.sup.Pragm.41.in fine de off.S.R.C.*

OBSERVATIO XXXXVI.

S V M M A R I V M.

1 *M.C.Vicariæ an procedat absque querela in injuriis verbalibus.*

De Officio Magistri Justitiarii. Pragmatica XXXVI.

Per la Maestà del Rè Nostro Signore, &c.

AD §. seu vers. incip. *Che nessuno dell' Attuarii, &c.* ubi prohibentur recipi querelæ de verbis injuriosis, accedunt ea quæ scripsimus in
1 *Observat.ad sing.341. & ad Pragm.1. de privileg. Univers. concess. num.4.* ubi dubitavimus si M. C. V. possit procedere absque querela in injuriis verbalibus.

OBSERVATIO XXXXVII.

De Officio Magistri Justitiarii. Pragmatica XXXVII.

In §. 1. incip. *En lo que toca, &c.*

VIdenda sunt quæ lato calamo scripsimus in *Observat.ad sing.81.lib.1.* ubi habetur, an, & quando possit expediri citatio ad informandum, & an requiratur expressio causæ.

OBSERVATIO XXXXVIII.

S V M M A R I V M.

1 *Citatus ad informandum, an possit capi de persona pendente termino ad comparendum.*
2 *Appellantes ad S. C. ab indebita citatione ad informandum non audiuntur nisi personaliter comparentes in M. C. V.*
3 *Appellatio, seu recursus à futura captura, an & quando admictatur.*
4 *Hæc Pragm. an habeat locum in omnibus Provinciis Regni.*
5 *Citatus ad informandum an possit renunciare supplicationi cum decretatione de verbo faciendo in S.C.*

De Officio Magistri Justitiarii. Pragmatica XXXXI.

Semo informati, &c.

DE hoc arbitrio tributo M.C. V. mancipandi in carceribus appellantes ad S.C.ab indebita citatione ad informandum, memor est *Reg.*
1 *Sanfelic.decis.67.num.9.* Et an, & quando Judex possit procedere ad carcerationem rei, pendente termino ad comparendum virtute citationis ad informandum, vide *Scial. in prax.torquend.reos cap.2.num.24.*
Verum citatus ad informandum si porrigat supplicationem appellationis in S.C. non auditur nisi
2 primò comparuerit personalitèr in M. C. V. ut dictat *Pragm.44. §.3.* Incip. *Item si aliquis de off.S.R.C.* ubi statuitur, quod recursus à futura captura non admictatur per S. C. sed remi-
3 ctatur ad M.C.V. *ut provideat ut Juris*, nisi per D.Proregem fuisset remissus libellus supplex ad idem S. C. *ut provideat*, vide *Scial. de for.compet.cap.51.num.29.*
Et de praxi expediendi provisiones inhibitoriales à citationibus ad informandum pleniùs scripsit *Camill.Borrell.in summ. decis. tit.3. de appellat. num.143.tom.2.* & Nos diximus in *Observat.ad sing.305.num.4.*
Et quod hæc *Pragm.* respectu comparitionis personalis faciendæ per reos in M.C.V. habeat tan-
4 tùm locum in Provincia Terræ Laboris, prout loquitur, & non in aliis habitantibus in cæteris Provinciis Regni, advertit *Tasson. de antephat. vers.3.obser.3.num.130.vers.28.fol.mihi 129.*
Postremò hic observandum erit, quod citatus ad informandum, qui appellavit ab indebita cita-
5 tione, & obtinuit decretationem de verbò faciendo præstita cautione, si postquam adimplevit voluerit supplicationi prædictæ renunciare, non admictitur renunciatio in præjudicium collitigantis, ut decisum est apud *Reg.Sanfelic. decis.214.tom.2.*

OBSERVATIO XXXXIX.

S V M M A R I V M.

1 *Decretum quod rei exulent, vel solvant, an possit interponi per M.C.V. ex aliqua justa causa.*
2 *Et quid in Curiis Baronalibus; Et quæ clausula sit adiicienda, ut decretum validè proferatur, & num.3.*

De

De Officio Magistri Justitiarii. Pragmatica XLII.

Havemo visto, &c.

MAndat hæc *Pragm.* ut M. C. V. non decernat, ut rei *exulent, vel solvant*, cum sit species compositionis, quamvis contrarium practi-
1 candum aliquando putet ex aliqua causa, *Consil. de Rosa in prax. crim. cap. ult. nu. 19. vers. ubi pœna*, quem retulimus in *Observat. ad sing. 59. ad Prag. 21. de Baron. num. 21.*

Verum respectu Officialium Baronum, & Demanialium Regni adest prohibitio *Pragm. 41. sub*
2 *tit. de Baron.* per quam prohibetur in sententiis ferendis reservatio potestatis indulgendi, moderandi, minuendi, vel commutandi pœnam de corporali in pecuniariam, & quod sub prohibitione dictæ *Pragmaticæ*, non includantur decreta condemnantia ad *exulandum*, vel ad *solvendum* certam quantitatem, dixit *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. de provis. fier. solit. §. 4. sub num. 15.* cui contradicere videtur *Capibl. in locis alleg.* per me in *cit. Observat. 59. num. 1.* Unde tutior mihi videtur practica relata per
3 *Camill. Borrell. in summ. decis. tit. 31. de re judic. num. 41. 42. & 43.* nempe ut adiiciatur clausula in sententiis, quod accedente partis remissione, detur potestas Parti condemnatæ redimendi exilium ad rationem ducatorum tot pro quolibet Anno.

OBSERVATIO L.

SUMMARIUM.

1 *Carcerati pendente appellatione non sunt amovendi à carceribus, in quibus reperiuntur.*

De Officio Magistri Justitiarii. Pragmatica XXXXIII.

Dalle Regie Audienze, &c.

QUatenus mandat non esse amovendos carceratos à carceribus, in quibus reperiuntur pendente appellatione, nisi expediret
1 habere personam rei carcerati coram Judice appellationis, concordat decis. *Dom. de Franch. 510. num. 1.* & alia apud *Thor. in compend. decis. par. 3. verb. Carceratus appellans*, & plenè *Scialoya in tract. de foro compet. cap. 51. num. 88.* quod idem est de Jure communi ex *text.* quem citat *Reg. Revit.*

OBSERVATIO LI.

SUMMARIUM.

1 *Preventionis judicium non vindicat sibi locum ad finem impediendi executionem Instrumentorum, vel obligationum penès acta quando cessit dies solutionis.*
2 *Et quid in præventione adversus apocas Banco directas.*
3 *Præventio an admictatur adversus obligationem stipulatam penès acta.*
4 *Pœna ducatorum 12. statuta contra allegantes exeutionem in bonis alienis an exigatur.*

De Officio Magistri Justitiarii. Pragmatica XXXXIV.

Audivimus, &c.

EX hac *Pragm.* quę mandat non posse per creditores expediri provisiones supersessoriales adversus executionem obligationis penès acta,
1 quando venit, & cessit dies solutionis, introducta est praxis, & stylus in M. C. V. non expediendi provisiones, neque salvaguardias, etiam facta legitima præventione, nisi cum dicta clausula, dummodò *non cessit dies solutionis*, ut patet ex formulis à Nobis traditis *in prax. præsent. Instrum. cap. 2. num. 81. & 82.*

Ad explicationem hujus *Pragm.* plenius scripsit *Anichin. de prævent. cap. 3. qu. 12. à num. 24. cum seqq. & Cæsar. in specul. peregrin. qq. quæst. 46. à*
2 *num. 1. ad 17.* ubi refert decisiones, vendicare sibi locum judicium pręventionis adversus apocas Banco directas, quamvis cesserit dies solutionis.

Præventio an admictatur adversus obligationem penès acta ad finem impediendi executionem, &
3 an præsumatur renunciatio pręventionis ex stylo, vide decisiones per me relatas *in prax. cap. 8 num. 14. 15. & 16.*

Dum *in §. 2. 3. & 4.* hujus *Pragm.* sancitur modus, & pœna sub qua debent proponi, & allegari exceptiones novæ conventionis, satisfactionis,
4 & executionis in bonis alienis, remictimus Lectorem ad ea, quæ adnotavimus in *Observat. 344. & in prax. cap. 21. num. 11.* quibus addimus, quod pœna ducatorum 12. statuta per hanc *Pragm. §. 4.* contra allegantes calumniosam exceptionem executionis in bonis alienis, nunquam vidisse exactam dixit *Anichin. de prævent. cap. 2. qu. 1. num. 106.*

OBSERVATIO LII.

SUMMARIUM.

1 *Debitorum comparitiones de foro adversus instru-*

ſtrumenti liquidationem admittuntur, comparentibus perſonalitèr ipſis debitoribus citatis, non autem per Procuratorem etiam cum ſpeciali mandato.

2 *Determinatio facta in cauſa Principis Petræ Elcinæ in dubium revocatur.*

3 *Infirmitate allegata pro parte debitoris citati ſuper tenore Inſtrumenti exiſtentis in ſuburbiis hujus Civitatis an ſit faciendus acceſſus ad domum debitoris.*

De Officio Magiſtri Juſtitiarii.

Decretum S. R. C. junctis Aulis, ſivè Pragm. LI.

Audita inſtantia facta in S.C.&c.

COntinet hoc decretum, quod comparitiones de ſero non poſſunt recipi à Judicibus M.C. Vicariæ, niſi comparentibus perſonalitèr prin-
1 cipalibus citatis, non obſtante quocumque prætextu impedimenti, vel infirmitatis, pro qua petatur acceſſus Judicis, & fuit interpoſitum inſtante D. Regente Sanfelicio tunc exiſtente Fiſci Patrono M.C.V. ut patet ex tenore ejuſdem decreti, quod ab eodem Regente fuit inſertum *in ſua deciſ.32. tom.1.* & eſſe in viridi obſervantia, & nunquam fuiſſe in dubium revocatum teſtatur *Dom.Mucci in elucidat. ad eandē deciſ.* ubi reſpondet ad *Reg.Petr. in comment.ad Rit.* 206. *n.*8. & ad deciſionem factā per S.C. in cau-
2 ſa Principis Petræ Elcinę, qui licèt tamquam abſens conſtituiſſet Procuratorē cum ſpeciali mandato ad comparendum etiam de ſero, ipſumque principalem excuſandum, nihilominus per Dom. Conſil. Hodiernam tunc Judicem M. C. fuit dictum, *quod non recipiatur*, à quo decreto interpoſita appellatione ad S.C. facto verbo obtinuit Princeps, *quod certioretur S. C. & interim M. C.V. provideat, quod ſuperſedeatur in exactione pœnæ*, ut plenius diximus in noſtra *praxi præſentat. Inſtrument. cap.2. nu.*18.

Verum debitore exiſtente infirmo intus Civitatem, vel in Caſalibus, allegata infirmitate in
3 prima Curia, tenetur Judex accedere ad domum debitoris pro explendo actu liquidationis, vel eſt admictenda fides infirmitatis per Procuratorem ad formam *Reg. Pragmaticæ. R. Capyc. Latro cōnſult.69. num.* 17. *ubi D. de Luca in ſuis noviſſimis obſervationibus.*

OBSERVATIO LIII.

SUMMARIUM.

1 *Regia Camera Summariæ eſt Judex competens in ſequentibus caſibus, & n.2.3.4.5.6.7.8.9.* 10.11.12.13.14.15.16.17. *&* 18.

19 *Regia Camera non poteſt cognoſcere cauſas inter Partes nullo exiſtente Fiſci intereſſe.*

20 *Remiſſio cauſæ ad Reg. Cam. eſt tractanda in Coll.Conſ.*

De Officio Procurat. Cæſaris. Pragm. XIII. & LXII.

Carolus Quintus, &c.
Deſiderando S.Maeſtà, &c.

ULtra caſus adductos *in Obſerv.ad ſing.* 308. *mei Genitoris*, recenſendi ſunt alii caſus, de
1 quibus ſpectat cognitio ad Reg.Cam.& ſunt ſequentes.

Primò, in cauſis fiſcalibus, in quibus Fiſcus eſt
2 actor, vel reus, quæ tamen ſint cauſæ civiles, non autem criminales delictorum communium, nam tunc cauſæ ſunt M.C.V.

Secundò, in computis omnium Theſaurariorum,
3 Perceptorum, Portulanorum, Arrendatorum, & quorumcumque Miniſtrorum pecuniæ Fiſci.

Et quid in Arrendatoribus convenctis elapſo tem-
4 pore affictus ex cauſa debiti contracti tempore Arrendamenti, vide *deciſ. Thor.* per me relatam *cit.Obſerv.nu.*26.

5 Tertiò, in omnibus extractionibus extra Regnū.

Quartò in negotiis Dohanæ Apuliæ, & Aprutii, &
6 ejus appellationibus.

Quintò, cognoſcit Reg.Cam. criminalitèr contra
7 committentes delicta doloſa in adminiſtratione officiorum Arrendamentorum ipſius.

Sextò, in cauſis Theſauri inventi, minerarum, &
8 ſimilium, prout etiam dicitur in *Conſtit. Dohanæ*, & ibi *Reg. Tapia*.

Septimò, in cauſis, in quibus Fiſcus eſt Author
9 laudatus.

Octavò, in conſultationibus faciendis Suæ Maje-
10 ſtati in negotiis etiam particularium ad Regale Patrimonium ſpectantibus, ac de liquidationibus crediti, vel debiti.

Nonò, in cauſis Caſtrorum, Paſſuum, Pontium, Fortificationum, Scaphæ, Viarum, Bonatenen-
11 tiæ, Immunitatis à vectigalibus, ubi tamen in his erit lis cum Fiſco, ſecus ſi inter partes privatas, quia tunc non cognoſcit Reg. Cam. Sed Sacr.Conſ. ut in *Pragm.62. §.2. de offic. Procur. Cæſar.*

Decimò, in cauſis demanii, ut in dicta *Pragm.62.*
12 *§.3.* quod extenditur circa concernentia quomodocumque Regium demanium, ut deciſum habetur apud *Thor. in ſupplem. verb. remitti an debeant cauſæ demaniorum, fol.*551. *&* 552.

Undecimo, cognoſcit de controverſiis ſuper offi-
13 ciis diſtribuendis, ac vendendis à Prorege, *Pragm.*11. *§.* 15. *de Officialib. & quæ iis probib.*

Duodecimò, de immunitatibus Militum *Pragmat.*
14 13. *de Milit.*

De-

Decimotertiò, de Naufragiis in Mare commiſſis.
15 ut probat *Reg.Tap.in Conſtit.Dobanæ nu.2. de offic.Procur.Cæſar.*

Decimoquartò, cognoſcit de cauſis, tam civilibus
quàm criminalibus Conſulum Artis Serici, &
16 Artis Lanæ virtute Privilegiorum, & Decreto-
rum Collat. Conſilii, de quibus teſtatur *Dom.
Criſp.in theoric. & practi.crimin.cap.3. de juriſ-
diction.Reg.Cam.nu.10.& cap.5.de juriſdiction.
Artis Serici, & Lanæ num.22.*

Decimoquintò, Reg. Cam. habet juriſdictionem
privativam in cognoſcendis, & puniendis Por-
17 teriis, & Scribis, etiam extraordinariis, etiam
de delictis commiſſis extra officium, juxta
exempla, quę habentur apud *Reg.Sanfelic.deciſ.
291.num.13.verſic.item.*

Decimoſextò, Reg.Cam.eſt Judex competens con-
tra Circitores, vulgò *Capitanii di Giuſtitia*,
18 aliosque Alguzerios M.C.V. ſivè aliorum Tri-
bunalium, ſi delinquant in eorum officio, in
executione tamen negotii commiſſi per Reg.
Cam. juxta tenorem literarum Regalium, apud
*Reg.Sanfelic. deciſ.250. Reg. de Marinis lib.1.
ſuar.reſol.cap.50. à num.13.*

Extra has cauſas, & cauſas illas, in quibus vertitur
Fiſci intereſſe caret Tribunal Regiæ Cameræ
19 juriſdictione, ex *text. in l.1.C.de juriſdict. omn.
Jud.& l.nullam, C.ubi cauſ.fiſcal.* in cœteris ve-
rò cauſis inter Partes non poteſt Reg.Camera
cognoſcere, etiam ſi Regia Delegatio adeſſet,
vel Partes conſenſerint, ex *Reg.Pragm 37.de
off.S.R.C. Rocc.de offic.§.2. num.42. Caſar.in
Specul.pereg.qq. q.15. à num.*11.

Denique illud obſervandum ſupereſt, quod ſi co-
gnitio cauſæ ſpectet ad Reg.Cam.vel ad S.R.C.
20 erit decidēdus articulus per Coll. Conſ.ut deci-
ſum extat apud *Rovit.dec.74.à n.4.ad* 10.ex di-
ſpoſitione hujus *Prag.* 13.Verū hoc non proce-
dere quando lis pēderet in S.C.quia tunc remiſ-
ſio eſſet petenda in dict. Sac.Conſ. non in Coll.
dixit *Conſil.Altim.in obſerv. ad dicta deciſ. Ro-
vit.num.4.*

OBSERVATIO LIV.

SUMMARIUM.

1 *Appellatio à Curia Artis Serici, non interpo-
nitur ad Reg. Cam. ſed in cauſis criminalibus
appellatur ad M.C.V. criminalem, & in cau-
ſis civilibus ad S.C. & num.2.*
3 *Juriſdictio Curiæ Artis Serici, vel Artis La-
næ in cauſis criminalibus non extenditur ad
crimina, pro quibus venit imponenda pœna
mortis naturalis, in quibus caſibus juriſdictio
ſpectat ad M.C.V.*
4 *Et an ſufficiat ſolus titulus criminis ad tribuen-
dam Juriſdictionem M.C.V. & excludendum
dictas Curias à remiſſione.*
5 *Remiſſioni ad Curiam Artis Serici, vel Artis
Lanæ, ad hoc ut ſit locus, requiritur deſcri-
ptio in matricula, & exercitium.*
6 *Remiſſio ad dictas Curias denegatur in cauſis
Advocatorum, & in cauſis cœptis in S.R.C.*
7 *Et an ſubditi hujus Artis poſſint renunciare
fori privilegio.*

De Offic. Procurator. Cæſar. Pragmatica XIV.

Mandamus inſuper, &c.

MAndatur, ut appellationes tam in criminali-
bus, quam in civilibus cauſis à Curia Artis
Serici non interponantur de cœtero ad R.Cam.
1 quę cognoſcat de male commiſſis, vel non bene
peractis in arte prædicta.

Hinc eſt, quod hodie à ſententiis dictarum Curia-
rum in cauſis civilibus appellatur ad S. C. & in
criminalibus ad Aulam criminalem M. C. V. ut
2 paſſim ſervari vidimus *Taſſon.de antephat. verſ.
3.num.*305. quem ſequitur noviſſimè *D.Criſp.
in theoric.& pract.crim.cap.5.de juriſdict.Artis
Serici, & Lanæ nu.*21.qui nulla adhibita diſtin-
ctione inter cauſas civiles, & criminales refellit
Ang.Scialoya, tamquam inexpertè aſſerentem
appellari ad M.C.V. quando ejus dictum intel-
ligi poteſt de cauſis criminalibus juxta mentem
Pragm. explicatam per ejus rubricam, & diſtin-
ctionem à nobis ſupra traditam.

Cognitio cauſarum criminalium, quæ ſpectat ad
dictas Curias non extenditur ad crimina, pro
3 quibus venit imponenda pœna mortis naturalis,
ſed tantum in cœteris caſibus, in quibus venit
infligenda pœna præter mortem naturalem, ju-
xta decretum generale S R.C. latum ſub Rege
Ferdinando, & relatum per *Reg. de Marin. lib.
2.ſuar. reſolut. cap.232. tom.2.* ubi quod ad tri-
4 buendam hanc juriſdictionem M.C.V. & ad ex-
cludendos Conſules à petita remiſſione, non
ſufficit ſolus titulus criminis, pro quo venit im-
ponenda pœna mortis, ſed requiritur, ut deli-
ctum ſit verè punibile tali pœna, & nulla propo-
natur cauſa, quæ pœnam minorare poſſit, com-
probat *Criſp.cit.cap.5.num.*12.

Ad hoc ut poſſit obtineri remiſſio ad Conſules di-
ctarum Curiarum, requiritur nedum deſcriptio
5 in matricula, ſed etiam exercitium, ejuſque con-
tinuatio, ſine quibus requiſitis, non ſpectat co-
gnitio ad Curias dictarū Artiū, ut deciſū refert
*D.de Franc.deciſ.*481.*Caſtill.deciſ.39.nu.4. Ca-
racciol.de for.privilegiat.q.1. nu.* 1.& 4. *Sanfel.
deciſ.*21. ubi quod ſufficit deſcriptio Patris, ſeu
Domini, ad hoc ut filii, & famuli privilegio po-
tiri poſſint, & ità pluries judicatum refert, vi-
dendus eſt in *prax.judiciar.ſect.25.n.* 28.

Denegatur remiſſio ad dicta Tribunalia in cauſis
Advocatorum, qui poſſunt convenire in S.C.
ſub-

Digitized by Google

6 subditos dictæ Artis, ut decisum refert *Thor.in compend.decis.tom.2. v. remissio, fol.579.* & similiter non erit locus remissioni quando causa fuit in S.C. ad instantiam subditi dictæ Artis absque ulla fori protestatione commissa, ut decisum habetur apud eundem *Thor.tom.3. sect.3. v. remissio, Scial.de for.compet.cap.8. n.63.*

An privilegium hujus fori, quod competit privativè ad certum genus personarum Artis Serici, &

7 Lanæ, possit à singulis subditis renunciari, negativè resolvit *Mont.de regalib.ver.potestas consilit.Magistr.n.36.* ubi refellit *Ursill.decis.41.nu.8.* & assignat rationem, ex quo privilegia sunt concessa ipsis Artibus.

OBSERVATIO LV.

SUMMARIUM.

1 Pragm.*hujus dispositio concordare videtur cum dispositione* text.in cap.1.§.porrò, qualit. olim feud.alien.poter.

2 *Minor restituitur adversus tempus ad retrahendum præscriptum, dummodò tamen utilitatem ex retractu resultantem probaverit.*

3 *Filius minor restituitur ad prælationem petendam in feudo alienato à Patre, & ex pecunia ab eodem Patre perventa, & refertur novissima decisio S.C.*

4 Pragm.*hæc, quæ tollit restitutionem in integrum adversus lapsum temporis non tollit remedium nullitatis.*

5 *Tempus anni ad petendum demanium an possit per Judicem restringi ad breviorem terminum, & num possit agnatus cogi ad declarandum si vult in venditione rei feudalis præferri.*

6 *Et quid in venditione sub basta non declarato pretio per candela accensionem.*

7 *Prælatio an competat in venditione alicujus rei particularis, nempè jurisdictionis secundarum causarum Siclæ, Portulaniæ, officii Magistri Actorum, & similium.*

8 *Refertur determinatio Reg. Cam. quæ prodiit in prælatione petita per Universitatem Turris Octavæ.*

9 *Universitas, seu Civitas tamquam manus mortua non potest possidere feuda, & proinde fit descriptio corporum feudalium in Cedulario in beneficium personæ declaranda.*

10 *Privilegium perpetui demanii requirit confirmationem S.C.M. post decretum prælationis.*

11 *Prælatio, seu demanium competit particularibus Civibus, & quid Universitate exclusa, & contradicente Regia Curia.*

12 *Domanium ad hoc ut competat, quomodo peti debeat, & quando sit facienda exploratio voluntatis Civium.*

13 *Prælatio competit Universitati, ejusque Civibus, nedum in locatione, sed etiam in contractu ad gaudendum.*

14 *Prælatio ad hoc, ut competat Civibus in feudi locatione requiritur decretum,* quod expedit, & quod ditiores se obligent proprio nomine eximere Universitatem illæsam à solutione effectus, *& depositum est faciendum de propria pecunia eorundem Civium absque spe repetendi ab Universitate, & cum aliis requisitis ad formam decreti generalis R. C. S. & num.15.*

16 *Prælationis articulus an sit decidendus ante traditam rei possessionem, & refertur novissimo determinatio R.C.S.*

17 *Accessus super faciem loci non est faciendum nisi causa relata, & existente in limine expeditionis, adeoquod possit infra mensem expediri.*

18 Pragm.4.in §.15.de dilation.& Pragm.64.de offic. S.R.C. *adducuntur ad confirmationem hujus* Pragm.

19 *Verba* text.in l.si irruptione, §. ad officium, ff. fin. regund. *adducuntur ad propositum.*

20 *Judici accedenti super faciem loci permissum est judicare secundum conscientiam.*

21 *Judici cui demandatur accessus super faciem loci, potest quoque demandari facultas decernendi differentias super loco controverso.*

22 *Aula S.R.C. num possit accedere ad decidendum causam super faciem loci absque speciali dispensatione D.Proregis.*

23 *Literæ Regales, quæ prodierant de Anno 1625. referuntur cum casibus, qui in praxi contingerunt.*

24 *Accessus super faciem loci in causis criminalibus non potest peti in causis levioribus, sed in causis magnæ importantiæ facta prius relatione in Aula M.C.V.*

25 *Ocularis inspectio facit aliquando Judices recedere à mortis sententia, & judicari contra testium dicta.*

26 *Accessus potest peti in gradu nullitatum, & reclamationis.*

27 *Accessus factus super faciem loci ad convincendam testium falsitatem, si contineat discrimen inter Judicem, & Expertos, magis credendum erit Judici de his, quæ novit per ocularem inspectionem, quam Expertis testantibus inscriptis in beneficium rei, & nu.28.*

29 *Appretium, seu extimatio bonorum est necessarium, nedum jure communi, sed de jure Regni, ad hoc ut legitimè possit adveniri ad venditionem sub basta.*

30 *Appretiū bonorum fit per Tabularium eligendum prævia bussula, cujus appretii revisio fit à Primario, & tertia revisio fit à Judice causæ Commissario, in qua revisione non fit electio Tabularii cum bussula, sed poterit Judex eligere quem voluerit.*

31 *Appretio facto si bona vendi non reperiantur justa appretium, fit adjudicatio creditori, vel emptori cum pacto de retrovendendo.*

32 *Ap-*

32 *Appretium bonorum feudalium si contineat discrimen inter Tabularium, & causæ Commissarium, attenditur votum Tabularii, & non causæ Commissario; Sed si discordia emergat inter Tabularium, Primarium, & Judicem, quia unumquodque appretium est diversum ab alio in quantitate, tunc concervatis omnibus appretiis, tertia pars illorum accipitur pro justo pretio, & num.33.*

34 *Appretium bonorū stabiliū durat per decenniū.*

35 *Sententia, seu decretum fundatum super appretio non arctatur termino decem dierum ad appellandum nec transit in rem judicatam.*

36 *Salarium duplex num prætendi possit per Commissarium vacantem duobus negotiis distinctis, & compatibilibus.*

37 Regentis Merlin. *opinio* controv.cap.70. cent. 1. *in dubium revocatur.*

38 *Salarium unum quando esset persolvendum à Reg.Cur. & aliud à Partibus, non intrat prohibitio literarum Regalium non admittentium duplicia salaria.*

39 *Referuntur novissimæ literæ Regales sub die 1. Septembris 1675. pro resolutione propositæ quæstionis.*

40 *Auditores Regiarum Audientiarum non possunt exigere dietas pro negotiis commissis in propria residentia.*

41 *Dietarum taxatio ad quam rationem fieri debeat in accessu Consiliarii, Præsidentis Reg. Cam. Fisci Patroni, & Judicis M.C.V.*

42 *Et quid in Regentibus Regiam Cancellariam, Consiliariis Status, Præsidibus S.R.C. & Locumtenentibus Reg. Cam. de quibus* Pragm. *non loquitur.*

43 *Auditorum Provincialium salarium taxatur ad rationem carolenorum quadraginta quatuor pro qualibet dieta ad Partis instantiam, & ducatorum trium ad Fisci instantiam.*

44 *Salarium Doctorum qui destinantur pro Commissariis est solvendum ad rationem ducatorum trium ad instantiam Fisci, & ducatorum quatuor ad Partis instantiam, si negotiū commissum requirat Doctoris ministerium, alias taxa fit ad rationem unius scuti pro qualibet dieta.*

Et quid in liquidationibus releviorum.

Refertur casus decisus per Reg. Cam. sub die 11. Decembris 1698. num.45.

46 *Dietę solvendæ à Fisco taxantur per Reg. Cam. illæ verò solvendæ à Partibus possunt taxari per Tribunalia, à quibus negotia fuerunt commissa.*

47 *Dietæ sunt taxandæ per D. Proregem in negotiis commissis per eundem extra Regnum.*

48 *Dietæ quomodo sunt solvendæ Commissariis destinatis pro visura computorum Universitatis.*

49 *Expensæ erogandæ pro visura loci controversi, cujus damno cedere debent.*

50 *Expensę factæ circa executionem in appretiandis, & subhastandis bonis refici debent à debitore, & habent anterioritatem.*

51 *Suspitio in personam Judicis, qui accessit pro exequendo negotio commisso non potest proponi, nisi de novo supervenerit.*

52 *Suspitionis causa legitima non reputatur receptio pecuniæ sub titulo dietarum ante rei condemnationem.*

53 *Praxis suspitionis proponendæ in personas Auditorum, vel aliorum Judicum accedentium ad capiendas informationes ordine Proregis, remissivè refertur.*

De Officio Procuratoris Cæsaris. Pragmatica LXIII.

Alli giorni passati, &c.

In §.incip. *In primis, &c.*

EX hac *Pragm.* in hoc §. talis deducitur assertio; Universitas non admittatur etiam per viam restitutionis in integrum ad petendum domanium post annum à die captæ possessionis.

Illud itaque, quod erat dispositum de jure communi circa prælationem, quæ conceditur Agna-
1 tis per *text in c.1.§.porro, qualit.olim feud. alien. poter. & in cap.1.§.Titius, si de feud.defunct. milit.* fuit ampliatum, & extensum in petitione Regii Demanii.

Et quamvis dispositio hujus *Pragm.* respectu sublatæ restitutionis in integrum adversus lapsum anni contradicere videatur dispositioni juris communis, & decisionibus in contrarium editis, nihilominus hoc beneficium etiam jure cōmuni attento, non sic passim admittebatur, quemadmodum hodiè non conceditur Agnatis minoribus petentibus restitū adversus temporis lapsum, non probata læsione, juxta *text. in c.constitutus de in integr.restitut.* necnō probatio quod tēpore venditionis, & sic infra annum ad retrahendum præfixum minor poterat emere, ex quo habebat pecuniam præ manibus, &
2 quod talis retractus erat ei utilis, dum ad hoc faciendum non cogebatur pecuniam sub usuris accipere, ut rectè animadvertit *Reg.de Marinis lib.2.suar.resol.cap.116.num.25. & cap.117.nu. 25.* qui *num.26.* adducit *Facchineum, Francisc. Anton. Cost. Mar. Giurb. & Castill.* firmantes satis dici in hoc casu fundatam læsionem, si res ad quam retrahendam postulat minor beneficium restitutionis in integrum, erat suorum majorum, quam objectionem licèt ipse tribus rationibus refellere conetur, nihilominus in Anno
3 1700. in causa D. Francisci Gallone, cum Duce Montis-Sardi talis objectio fuit adcò in pretio habita per S.C. quòd dprodiit decisio dari prælationem ad commodum filii infantis illam petentis vivo Patre, & elapso Anno à die venditio-

nis feudi à Patre factæ: non obstante quod proponebatur, pecuniam fuisse filio perventam ab eodem Patre virtute simulatæ maternę donationis, & decisio videtur innixa in *decis. Boer.* 138. & in opinione *Corradin. de jur. prælat. qu.* 35. *à num.* 35. *ad* 39. patrocinantibus præstantissimis causarum Patronis, nempè DD. Gaetano Ageta, & Marco Antonio Dattoli pro D. Francisco Gallone, & D. Francisco Nicodemo pro Duce Montis-Sardi, ut ex actis penès de Honuphrio, & Majellam Scribam.

Verum *Pragm.* hæc quæ tollit restitutionem in integrum, non tollit remedium nullitatum, quod
4 neque tollere posset, *Cafar. in Specul. peregr. qq. qu.* 34. *num.* 36. quia existente nullitate venditionis nullum currit tempus, in puncto *Reg. de Marin. ad Reverter. observat.* 22. *n.* 6. *lib.* 1. *Reg. Rovit. in Comment. ad hanc Pragm. nu.* 12. *Camill. de Medicis conf.* 164. *nu.* 33. *cum seqq.*

Remanet difficultas, num tempus hoc petendi domanium, vel prælationem per Judicem restrin-
5 gi possit ad breviorem terminum, & necnon an possit cogi agnatus ad declarandum num velit in venditione præferri, & in his terminis habemus punctuales decisiones R.C.S. restringentes tempus unius anni à Reg. Pragm. præscriptum, & mandantes Universitatibus, ut infra tot dies faciant depositum, aliàs non audiantur, ut habetur apud *Reg. Moles in decis. impressa penes Reg. de Marinis lib. 2. suar. resol. cap.* 224. *à nu.* 7. quæ in *decisionibus* ejusdem *Reg. Moles* postmodum typis traditis est situata *suo tit. de Deman. Universit.* §. 24. *q.* 4. Circa articulum generalem videndus est *Corradin. de jure prælation. cap.* 25.

In venditione verò feudi, quæ contigit fieri sub hasta, videtur contrarium statuendum, quia cum
6 non adsit, nec adesse possit certitudo pretii, nisi candela accensa, non potest esse locus prælationi, nec termini abbreviationi, juxtà decisiones relatas per *Reg. Marcian. disp.* 38. *lib.* 1. & *per Reg. Sanfelic. decis.* 268. *lib.* 2.

Hoc quoque prælationis jus competere comperimus, si vendita extiterit aliqua particularis ju-
7 risdictio, nimirum civilis, sivè criminalis secundarum causarum, Siclæ, Portulaniæ, ut habetur ex *D. de Franchis dec.* 17. & ex aliis relatis per *D. Reg. de Marinis in observat. ad decis.* 22. *Reg. Reverter. lib.* 1. & decisum novissimè fuit per S. R. C. in causa Caroli de Auxilio cum Sigismundo Sicula, qui emerat officium Magistri actorum Casalis Afragolæ ab U. J. D. Scipione Carbone, in qua declaravit S.C sub die 20. Januarii 1674. competere dicto Carolo Agnato petitam prælationem, & soluto pretio consignari possessionem, ut testatus fui *Ego in observat. ad sing.* 165. *mei Genitoris recolendæ memoriæ, n.* 16.

Quibus juris, & æquitatis principiis innixa R.C.S. in causa petiti demanii nuperrimè agitata pro
8 parte Universitatis Turris Octavæ *vulgo Torre del Greco* adversus Marchionem de Monteforte emptorem dictæ Terræ, unico spiritu, & unanimi Dominorum Judicantium consensu prodiit determinatio pro demanio ad favorem Universitatis; non obstante, quod Marchio dicebat tractari de jurisdictionibus concessis in officium, vulgò in Capitanias, & per consequens non esse locum petitæ prælationi; Verba factæ determinationis sunt, quæ sequuntur.

Die ... Mensis Maij 1699.

Admittatur Universitas Turris Octavæ, Portici, Resinæ, & Cremarum ad petitum demanium, soluto per easdem in beneficium Ill. Baronissæ Berlips pretio per eandem conventio in instrumento in actis deducto cum Regio assensu cum hodierno Ill. Marchione Montisforte illarum emptore, declarata per easdem Universitates persona laicali à fisci factionem Regii Fisci, in cujus caput fiat intestatio, & descriptio corporum feudalium dictarum Terrarũ in libris Cedularii, & quinternionibus Reg. Cam. & ubi opus fuerit cum adoha liquidanda, & ad cautelam Regiæ Curiæ, tam in casu devolutionis, quam pro releviis debendis, & cum clausula signanter pro se, & hæredibus ex corpore legitimè descendentibus, servata forma Constitutionum, & Gratiarum hujus Regni, & respectu nominationis Gubernatorum, convento prius pretio cum Regio Fisco fiat consultatio S.C.M. & de contentis in præsenti decreto pro ejus confirmatione, & interim detur soluto pretio prædicto tenuta illarum personæ laicali declarandæ &c.

Acta sunt penes Ianuarium Cecere.

Ratio cur fuit dictum in decreto, quod fiat *intestatio, & descriptio corporum feudalium in Cedulario, & quinternionibus in beneficium personę declarandæ, & cum adhoa liquidanda pro*
9 *cautela Reg. Cur. etiam in casu devolutionis*, ea fuit, quia Universitas sine Regis assensu non potest habere feuda, ex dispositione *Pragm.* 4. *in* 1. *cap. de feud.* ut considerat, & aliàs practicatum refert cum Civitare Rhegii *Reg. Galeot. respons. fisc.* 29. *decis.* 2. *n.* 21. *cum seqq.* & *dec.* 4. *n.* 14.

Fuit quoque dictum in decreto, quod fiat *consultatio S.C.M. de contentis in præsenti decreto pro confirmatione*; quod credo fuisse introductum
10 ad cautelam, quia semper cautiùs agerent Universitates, quæ procurant confirmationem privilegii demanii à S. C. M. dixit *P. de Affl. controv.* 33. *à n.* 35. *ad* 40. namque regulariter Universitas satis, superque constituitur in possessione perpetui demanii per decretum prælationis, quod interponitur per R.C.S. in Coll. Conf. per quod videtur assensus præstitus, nec alius assensus erit necessarius, ex quo vassallus cum Domino

mino contrahit. *Reg.Reverter.decis.*358. *ubi de Marinis in observat.n.*3.4. *&* 5. solum privilegium Regii demanii expediri à D. Prorege ſerie procurandum, ut testatur idem *de Marinis in observat.ad decis.*160.*ejusdem Reverter. nu.*14. *&* 15.*lib.*1.

Idemque asseverandum videtor, quando prælatio
peteretur à particularibus civibus, quibus com-
petit quoque hoc privilegium domanii, nisi in
11 casu, quo Universitas fuisset exclusa, & adesset
contradictio Reg.Cur.quià tunc non compete-
ret singulis civibus, *Reg.Reverter.* qui sic deci-
sum refert *decis.*432.

Verum ad hoc ut competat hæc prælatio singula-
ribus civibus debet peti communicato consilio
12 in publico parlamento, *Tasson.de anteph.versic.*
3.*observat*.4.*n.*71. & cum in principio harum
litium soleant allegare Barones defectum vo-
luntatis Universitatis, solet fieri exploratio vo-
luntatis totius Universitatis sollemniter con-
gregatæ prævio accessu causæ Commissarii, jux-
ta praxim, quam tradit *Reg. Rovit. super hac*
*Pragm.n.*13.

Quæ prælatio competit, nedum in contractu loca-
tionis, seù affictus, sed etiam in contractu ad
13 gaudendum, *vulgo godere*, ut consuluit *Novar.*
*in forens.q.*106.*lib.*1. Verum ad hoc ut conce-
datur hæc prælatio, necesse erit, ut prius capia-
tur informatio, *quod expedit, & quod ditiores*
se obligent proprio nomine eximere Universita-
14 *tem indemnem, & illæsam à solutione affictus,*
ut decisum fuisse de anno 1657. testatur *Reg.*
Capibl.in suis adnotat.ad Pragm. 8. *p.* 1. *de Ba-*
*ron.n.*159.

At particulares petentes demanium tenentur fa-
cere depositum de propria pecunia absque spe
15 repetendi ab Universitate cum conditione,
quod introitus integrè cedere debeant in bene-
ficium Universitatis, & quod dicti particulares
contribuant cum aliis civibus in omnibus ga-
bellis, seù collectis imponendis occasione pre-
tii dictæ Terrę solvendi per Universitatem, jux-
tà determinationem Reg.Cam.factam cum Re-
gentibus adjunctis in Coll. Conf. quæ habetur
in decreto *generali* 583.*in recollectis per Reg.*
de Marinis, confirmat *D.Reg.Galeot.in decis.ad*
*controv.*53.*à n.*29.*ad* 33.*in calce lib.*1.*suar.con-*
*trov.*ubi laudat *D.de Curte*, & explodit opinio-
nem *D. Rovit.* nulla de hoc decreto de anno
1591.facta mentione.

Postremò adnotandum superest, quod prælatione
petita adversus fendi venditionem prius erit
16 consignanda possessio emptori, & postea erit
decidendus articulus prælationis, juxta decreta
*Reg.Cam.*relata *per Reg.Galeot.in resp.fisc.* 29.
*decis.*2.*in princ.et decis.*3. *per tot. n.* 5. *cum seqq.*
*Rocc.resp.*92.*n.*19.*lib.*1.Sed contrarium fuit prá-
cticatum per Reg. Cam. in supradicta causa
Turris Octavæ, in qua fuit concessa prælatio,
non obstante oppositione Marchionis Montis-
forte emptoris, esse prius sibi tradendam posses-
sionem; Verum ipse erat in mora faciendi de-
positum. Sed quid servandum sit in cæteris prę-
lationibus spectantibus vicinis jure congrui in
venditionibus rerum sub hasta, videndæ sunt
decisiones relatæ *per Thor.in compend. decis. p.*
2.*verb. jus congrui, seu prothomis. fol.* 319. *&*
320.*& per Consil.Staiban.in suis observat. ad* 1.
*resol.post Magon.decis.*110.

Quæ hactenus tradita sunt, tendunt ad interpre-
tationem §. 1. *&* §.6.*hujus Prag.* nunc progre-
17 diendum ad §.3. *&* 7.in quibus cavetur, acces-
sum causæ Commissarii super faciem loci con-
troversi non esse decernendum nisi causa rela-
ta, & existente in limine expeditionis, adeo-
quod præclusa via Partibus, petendi beneficia,
& repulsas, possit causa expediri infra mensem
à die regressus Commissarii.

Confirmatur per *Pragm.* 4. §. 15. *de relation.* per
quam additur, quod accessus non possit peti, ni-
18 si infra mensem decurrendum à die quo causa
fuit relata, & introducta in S. C. vel alio ex his
Supremis Tribunalibus.

Concordare videtur cum *Prag.*64.*de offic. S.R.C.* per quam datur forma observanda per Officiales in accessu faciendo cum Partibus, tradita taxa pro salario, & expensis.

Quanta sit necessitas accessus super faciem loci, sa-
tis patet ex pluribus locis juris communis, &
præcipuè ex verbis *text.in l.si irruptione §. ad*
19 *officium, ff.fin.regund.ibi, ad officium de finibus*
cognoscentis pertinet mensores mittere, & per
eos dirimere ipsam finium quæstionem, ut æquũ
est, si ità res exigat, oculisque suis subjectis locis,
unde videtur, quod in his casibus visionis loci
sit Judici permissum judicare secundum con-
20 scientiam, quia constat Judici ut Judici, *Reg.*
*Tap.in commentar.super hac Pragm.*63.*n.*9. *lib.*
3.*jur.Regni.*

Quatenus hæc *Prag.*mandat, quod quando neces-
sarius judicatur accessus, detur facultas soli Ju-
dici decidendi super faciem loci, observandum
erit, quod ità servatur de stylo S.R.C.nedum in
rebus minimis, sed quandoque tota controver-
sia, quæ emergit in loco controverso in parti-
21 bus, remittitur decidenda per D. causæ Com-
missarium accedentem ad loci visuram, que-
madmodum servatum testatur *Reg. Tap. lib.* 3.
jur.Regni in adnotat.ad hanc *Pragm. vers. esse*
solo.fol.mihi 207.

Facultas tamen decernendi, ut una, vel duæ Aulæ
S.R.C.accedant super faciem loci cum faculta-
te ibi causam decidẽdi videtur prohibita S.R.C.
22 absque speciali dispensatione D.Proregis, ex *li-*
teris Regalibus editis sub die 18. Maij 1625.
quas habemus insertas in *Pragm.* 6. §.5.*de Tri-*
gesimis in novissima editione, & apud *Reg.San-*
*felic.in prax.judiciar.sect.*56.*num* 2.*fol.* 209. ubi
in fine miratur, quomodo S.C. de anno 1645.
attentaverit decernere accessum S. R. C. cum

 adjun-

adjunctis super faciem loci contra præfatum ordinem S.C.M. ideò oportet dicere has literas Regales non innotescere Dominis Regiis Consiliariis, quia dum hæc scribo de Mense Iunii anni 1699. idem decrevit Sacr. Consil. in causa Universitatis Alfidenæ cum Universitate Barreæ decernendo ad relationem doctissimi, & integerrimi Cōsiliarii D. Caroli Cito, *quod accedat Aula S.C. super faciem loci controversi, & ibi causa decidatur*, ut ex actis in banca Philippi Falvo, & Januarii dello Litto penes Joseph Ceraso scribam, ut de eisdem literis Regalibus memor fuit *Tasson.* qui illarum tenorem inseruit *in Pragm.de anteph.versic.2.observat. 2. nu. 104.vers.5.nec dispensari potest.*

Hic conducit, quod in causa differentiarum inter Marchionem S.Georgii, & Polistinæ cum Universitate Terræ Novæ, & Principe Hyeracis, quamvis S. C. sub die 13. Martii 1625. & sic
23 ante publicationem dictarum *literarum Regalium*, quæ publicatæ leguntur in hoc Regno sub die 18. Julii ejusdem anni 1625. decreverit, *quod accedat una Aula S.C.in qua residet Mag. causæ Commissarius super faciem loci, & ibi causa decidatur, dummodo Judices non sint minores numero quinque sumptibus petentis, ut ex processu fol.*828. Attamen alio novissimo decreto interposito junctis Aulis sub die 13. Julii 1680. fuit decisum, quod *suspenso decreto S.C. lato sub die 13. Martii 1625. accessus unius Aulæ ordinatus per S.C. sub eodem die fiat per D. causæ Commissarium, juxta ordinem sibi dandum, etiam stante consensu ambarum Partium, f.142. à ter.process.current.*

Modificatur hæc *Pragm.* in causis criminalibus, in quibus per *literas Regales* de anno 1655. regi-
24 stratas in *Pragm.25.in §.2.de official.& quæ iis probib.* mandatur Iudicibus M. C. Vicariæ ut non faciant accessum ad instantiam inquisitorum in causis levioribus, sed in gravibus, & magnæ importantiæ, facta prius relatione in Aula ejusdem M.C.V.

At in causis, in quibus necessitas urget, est tantæ efficaciæ petitio ocularis inspectionis, ut multoties Judices ex ea certiores redditi de innocentia rei, recedere soleant à mortis pœna, ad
25 quam reum damnaverant, quemadmodum servatum fuit in causa Petrilli de Amore, de qua testatur *Consil.Prat.discept.forens.cap.15.tom.3.* in qua causa fuit petitus, & concessus accessus post mortis sententiam, cum non dubitetur posse peti post sententiam in gradu nullitatum re-
26 clamationis, & appellationis, *Berlicb.pract.conclus.tom.1.conclus.46.n.30.& 33. quem* sequitur *Brunnemm.ad l.si quis 3.n.17.C.fin.regund.*

Ex hac enim oculari inspectione tam in causis civilibus, quam criminalibus sæpè vidisse contra
27 testium dicta judicari testatur *D. Reg. Tap. lib. 3.jur.Regn.in tit.de access.Official.rubr.36. versic.hac autem oculorum inspectio fol.206.* ubi refert fuisse absolutum quendam inquisitum de assassinio, adversus quem deposuerat quidam testis de tractatu, quem audivisse fatebatur à quadam domuncula, ubi facto accessu, fuit cognita impossibilitas audiendi, quamvis prius Regia Audientia Principatus citra, fuisset in voto illum torquendi.

Quinimò si facto accessu super faciem loci ad instantiam rei illum petentis ad convincendam testium falsitatem resultet discrepantia inter Ju-
28 dicem, & expertos, qui testantur in scriptis in beneficium rei, & sic esse impossibile, quod testes potuissent videre, & e contra Judex oretenus referat, quod re vera testes potuissent videre, magis credendum erit Judicis relationi debis, quæ novit per oculorum inspectionem juxta determinationem sui Senatus, quam refert *Fontanell.decis.* 600. *p.* 2. & assignat rationem quod in hoc casu dicitur constare Judici uti Judici, & non uti privatæ personæ, & proinde dicitur judicare secundum processum *ex Perez de Lara de Anniverf.cap.10.n. 36.Roderic.Suarez in l.post rem judicatam n.t.3.n.4.ff. de re judic.*

Hinc etiam fit, quod ad hoc ut legitimè procedi possit ad venditionem bonorum sub hasta, adest necessitas extimationis, seù appretii, nedum de
29 jure communi per jura satis aperta *in l.fin.in fine C.de jur.domin.impetr. ibi, vel peritos in arte mittere, qui appretient, & referant verum valorem, & in l.si quos 13.C.de res.ind.vend.* & per alia jura cumulata *per Reg.de Ponte consf.126.n. 8.9.& 10.& n.27.ad 32. lib. 2. Consil. Staiban. resol.30. n.* 6. Sed etiam de jure Regni est præscripta forma per *Pragm.2.de Magistr.art.* nempe esse faciendum appretium per Tabularium eligendum prævia bussola, cujus appretii revi-
30 sio mandatur fieri à Primario, & tertia revisio postmodum à Judice ordinario causæ, in qua revisione facienda à causæ Commissario non fit electio Tabularii per bussolam fieri solitam in similibus electionibus, sed est in electione Commissarii eligere quem maluerit, ut habetur ex attestationibus omnium Tabulariorum, apud accuratissimum *Reg. Petram Ducem Vasti Girardi in Commentar.super ritib.M.C.V.8.nu. 5. lib.* 1. & post secundam deputationem peritorum non erit locus ulteriori electioni ad evitandum processum in infinitum, *Rota Roman.* apud *Gratian.* relatum per *Andreol. controverf.* 128. *num.7.*

Quo actu extimationis peracto, & firmo remanente bona appretiata exponuntur venalia, & recipiuntur oblationes emptorum, quæ si non de-
31 prehendantur juxta appretium res non liberatur, sed adjudicatur creditori, vel emptoribus cum pacto de retrovendendo intra unum, duos, vel tres annos, aut plures ad Judicis arbitrium, habito respectu ad modicitatem, juxtà praxim, quam tradidit *Consil.Carlev.de Judic.tit. 3. disput.1.n.25.tom.2.* & alia exempla habentur apud

Reg.

Reg.Marcian.disp.81.n. 21. in venditione Ter-
ræ S.Georgii, quæ appretiata pro ducatis 95.m.
remansit pro ducatis 61.m. cum pacto de retro-
vendendo per biennium, & hæc praxis fulcitur
illa ratione, quod pactum de retrovendendo
minuit rei venditæ extimationem saltem in ter-
tia parte, ut decisum demonstrat Anton.Fab.in
suo C.lib.4.tit.30.de rescind.vend.num.27. Fon-
tanell.decis.84. & diximus in prax.præsentat.in-
strument.cap.22.num.27.& 28.

Quoties verò contingerit, prout passim contingit
fieri appretium bonorum feudalium per Tabu-
32 larium, cum interventu Consiliar.Commissarii,
& discordent inter se circa taxam, seu pretium
bonorum feudalium, vel burgensaticorum, at-
tenditur votum Tabularii, & non Commissarii,
ut decisum novissimè demonstrat Consil. de Al-
tomar.de nullitat.rubr.5.qu.18.num.18. Verùm
si discordia vertat inter extimatores, seu Tabu-
larium, Primarium, & Judicem, quia unusquis-
que variè ab alio extimaverit, tunc Judex coa-
33 cervatis omnibus appretiis tertiam illorum par-
tem pro justo pretio judicare debet, DD. apud
Gizz.ad decis.42.D.Reg.Capyc. Latr. nu. 13. &
Cons.de Altimar.de nullitat.contract.rubr.1.qu.
14.nu.168.tom.3.

Illud tandem superest animadvertendum, quod ap-
pretium bonorum stabilium durabit per de-
34 cennium, & postea mutatum præsumitur, Nat-
ta cons.353.nu.3. Addentes ad Gregor. XV. de-
cis.353. nu.3. & decisum fatetur Urceol. consult.
3.num.26. & quod sex anni non dicatur modi-
cum tempus ad hunc effectum, dixit Ladere.
cons.129.nu.1.versic.nemo dixerit, quod esse in-
telligendum secundum qualitatem bonorum, in
quibusdam siquidem stabilibus quam citius va-
riatur valor, quam in aliis, ut advertit D.Pacion.
de locat.& conduct.cap.19. à num.156.cum seqq.
ubi laudat Post.resol.17.nu.51. Bich.decis.496.
num.28.& Rot.decis.216.nu.10.par.9.recentior.

Illud quoque adnotare non erit omittendum, quod
sententia lata secundùm peritorum relationem
35 nunquam transit in rem judicatam, nec decre-
tum adjudicationis rei fundatum in appretio
arctatur termino decem dierum ad appellan-
dū, nec aliis terminis statutis ad appellationem
prosequendam, sed durat per triginta annos, ut
decisum habetur apud Reg. Sanfelic. decis.389.
num.11.& 14.lib.3.

Cœterum illud quoque hìc attingendum erit, quod
duplex salarium prætendi potest per Judicem,
36 seu Commissarium accedentem, & vacantem
duobus negotiis distinctis, & compatibilibus,
quemadmodum in causa propria determinatum
refert Reg.Merlin.controv cap.70.lib.1. cui de-
cisioni adversantur decisa penès Mastrill. decis.
49. & per Rovit.super Pragm.6. de Commissar.
sub num.10. & in Pragm.64.n.5.de offic.S.R.C.
junctis aliis cumulatis per Anichin. de prævent.
cap.4.num.76. ubi in fine testatur vidisse quen-
dam Consiliarium morti proximum maximope-
rè sollicitum super restitutione certarum dieta-
rum, quas exegerat pro accessu, & recessu occa-
sione duorum negotiorum diversorum.

Hinc est, quod contra determinationem relatam
per Reg.Merlin. urgere videntur leges Hispa-
37 niarum, de quibus apud Berart in Specul.visita-
tion.cap.16.num.58.59. & 60. & in Regno ma-
gis obstant geminatæ literæ Regales prohiben-
tes duplicia salaria, adeoquod hodiè durum esset
obtinere à Fisco duplices dietas pro duobus
negotiis vacatis uno, eodemque tempore, non
obstante ratione considerata per Dom. Merlin.
num.20. quod ex secunda solutione non consi-
deretur damnum Fisci, qui in omnem casum de-
bebat secundum negotium alteri committere,
& eidem persolvere, salarium, quia hæc ratio
non tollit difficultatem novissimarum literarum
Regalium prohibentium duplicia salaria etiam
Reg.Consiliariis, vel Præsidentibus Reg.Cam.
existentibus Gubernatoribus Provinciarum,
non obstante quod si alteri non Consiliario fuis-
set demandatum dictum munus, etiam salarium
esset persolvendum.

In uno tantum casu posset in praxi deduci opi-
nio Regentis Merlini, nempè si unum salarium
38 esset persolvendum à Regia Curia, & aliud à
Partibus, quia tunc nullum versaretur Fisci in-
teresse, nec esset locus literis Regalibus, quem-
admodum fuit practicatum cum Regente D.
Didaco de Soria Marchione Crispani, tempore
quo uti Consiliarius fungebatur officio Guber-
natoris Civitatis Capuæ, & postmodum cum D.
Regente D. Nicolao Gascon, tempore quo uti
39 Præses Regiæ Cameræ existebat in gubernio
ejusdem Civitatis, qui obtinuerunt utrumque
salarium, ex quo unum solvebatur per Regiam
Curiam, & alterum à Civitate Capuæ, ut con-
stat ex literis Suæ Majestatis sub die 1. Septem-
bris 1675. quæ conservantur in Secretaria Re-
giæ Cameræ in 9. volum. literar. Regalium, fol.
206.

Nec Officiales Regiarum Audientiarum possunt
exigere dietas pro negotiis ipsis commissis in
40 propria residentia, & pro negotiis explendis
extra residentiam non possint exigere dietas pro
Militibus servientibus in eadem Provincia, ubi
residet Regia Audientia, ut habetur ex literis
Regalibus 12. Februarii 1691. quæ conservan-
tur penès Secretarium Regiæ Cameræ in 11. vo-
lum. fol.328. videndæ sunt aliæ literæ Regales
apud Reg.Sanfelic.decis.380.tom.3.

Dietarum taxatio fuit statuta per Regiam Prag-
maticam 6. sub tit. de Commissariis, nempè Re-
41 giis Consiliariis, & Præsidentibus Regiæ Ca-
meræ ad rationem ducatorum sex ad instantiam
Fisci, & ducatorum decem ad instantiam Par-
tium, & ad eandem rationem taxantur etiam in
Fisci Patrono M.C.V. ut advertit ibidem Dom.
Rovit.num.6. quamvis Judicibus M.C.V. taxe-

tur

Digitized by Google

tur salarium ad rationem ducatorum quatuor ad instantiam Fisci, & ducatorum sex ad instantiam Partis.

In Regentibus verò Regiam Cancellariam, Consiliariis status, Præsidentibus S.R.C. & Locum-
42 tenentibus Regiæ Cameræ, de quibus non loquitur Regia Pragmatica taxari consuevit salarium ad rationem ducatorum viginti pro qualibet dieta ad instantiam Partium, & ducaturum duodecim ad instantiam Fisci, juxtà observantiam, de qua restatur *Reg. Rovit ibidem num.* 5. & *Reg. Petra super Rit.* 151 *num.* 9. *tom.* 1.

Auditoribus, & Fiscali Regiarum Audientiarum taxarur salarium ad rationem scutorum quatuor
43 Parte instante pro accessu, & ducatorum trium, quando accedunt ad Fisci instantiam ex eadem *Pragm.* 6. quæ cum loquarur de scutis, & non de ducatis fuit introducta taxa ad rationem carolenorum quadraginta quatuor pro qualibet dieta ad Partis instantiam, ut testatur *D. Police de præeminentia Regiar. Audient. tit.* 1. *cap.* 23. *num.* 27. *tom.* 1.

Et dum in eadem *Pragm.* jubetur, ut salarium omnium Doctorum, qui destinantur pro Com-
44 missariis sit solvendum, & taxandum ad rationem ducatorum trium ad Fisci instanriam, & scutorum quatuor ad instanuam Partium, observandum erit, quod hęc praxis recipit inrelligentiam, nempè in negotiis requirentibus ministerium Doctoris, nam si negotium esset tale, quod posset expleri etiam à non Doctore, salarium esser taxãdum ad rationem unius scuri pro qualibet dieta, juxtà decisionem, quam refert *Dom. Rovit. super eadem Pragm. num.* 11. quam probavit *Regia Pragm.* 11. §. 64. *de offic. Judic.*

Verum Regia Camera in negotiis concernenribus liquidationem releviorum, quæ non videntur
45 exquirere ministerium Doctoris, consuevir servare taxam dietarum ad rationem carolenorum triginta, quemadmodum servatum comperimus sub die 11. Decembris 1698. in causa liquidationis relevii factæ per Gubernatorem Vigiliarum contra Ill. Ducem Casamassimæ, ut constat ex actis penès Rationalem Surrentinum à *fol.* 91. ad *fol.* 94.

Dietæ quoties sunt solvendæ à Fisco Audiroribus, & Advocato Fiscali, & aliis quibuscumque Of-
46 ficialibus missis ad Fisci instantiam sunt taxandæ per Reg. Cam. juxta tenorem *literarum Regalium* existẽtium penès Secretarium Reg. Cameræ, quamvis dispositum legatur per *Pragm.* 4. *in* §. 3. *de Trigesimis*, esse taxandas per Tribunal Reg. Aud. & habetur quoque ex provisionibus Coll. Cons. apud *Danz. de pugn. DD. in tit. de offic. Auditor. c.* 1. *à nu.* 29. *cum seqq. Laganar. ad Rovit. in Comment. ad Pragm.* 10. *de offic. Judic. num.* 28. *Novar. super Pragm.* 10. *de offic. Judic. num.* 173. Dietæ verò solvendæ à Partibus possint taxari per Tribunalia, à quibus fuerunt negotia commissa.

Si verò contigerit committi negotium alicui Officiali per D. Proregem, vel S. C. M. extra Re-
47 gnum, tunc dietæ remittuntur taxandæ arbitrio Proregis prævia cõsultatione facienda per Rêg. Cam. cum non sit casus comprehensus in Regia *Pragm.* ut ex decreto *Reg. Cam.* 631. *apud Reg. de Marinis* in ultima impressione, & 615. in prima impressione, *Reg. Petra in Comment. super Rit.* 151. *num.* 9. *in fine tom.* 1.

Salarium Commissariis destinaris per Reg. Cam. pro visione computorum Universitatis erit sol-
48 vendum per Sindicos, Electos, & cœteros Administrarores repertos debitores in liquidatione computorum, quibus non repertis debitoribus erit solvendum per Particulares, qui petierunt destinari Comissarium absque ullo regressu contra Universitatem, ut decrevit Reg. Cam. sub die 10. Septembris 1558. prævio decreto generali 194. apud *Reg. de Marinis*.

Expensæ erogandæ pro loci controversi inspectione, cujus sumptibus sint faciendæ, & communi-
49 bus, dixit *Masull. ad Capyc. decis.* 90. *num.* 2. sed distinguit *Fontanell. decis.* 382. *nu.* 26. & 27. nimirum aut Pars, contra quam petitur visira loci vult interesse, & tunc tenebitur contribuere pro medietate, aut nolit interesse, & tunc fit accessus sumptibus petentis, prout quotidiè practicatur, comprobat *D. de Luca in observat. ad decis.* 332. *D. de Franchis*.

Commissariorum dietæ, & aliæ expensæ, quæ erogantur, tam circa execurionem, quam in appre-
50 tiandis, subhastandis, & vendendis bonis refici debent à debitore, *Cancer.* 3. *par. cap.* 7. *de pact. à num.* 220. *ad* 224. latè *Quesada dissert.* 23. *n.* 38. & 39. adeoquod Creditores pro dictis expensis fruuntur eadem potioritate, quam habent pro sorte, ex *Anton. Fabr.* & aliis, quos laudavimus in *observat. ad sing.* 134. *num.* 3. *versic. sed illud*.

Et quia sæpius contigere solent recusationes in personas Judicum destinatorum pro accessu, vel captura informationis, observandum erit, quod
51 prohibentur similes recusationes, postquam Judices jam discesserunt pro exequendis negotiis commissis, juxta tradita per *Rebuff.* & *per Reg. Tap. lib.* 3. *jur. Regn. super Rit.* 265. *nu.* 18. verùm erit locus suspitioni, quæ supervenerit in accessu, nempè si Partes hospitentur, vel ederint in eadem mensa cum Commissario, ut deducirur ex *Pragm.* 64. *de offic. S.R.C.* & ex novissimis literis Regalibus, de quibus restatur doctissimus *Dux Vasti Girardi in Commentar. super Rit.* 265. *num.* 145. *tom.* 2. & *Rit.* 265. *n.* 140. *tom.* 3. & adsunt aliæ magis recentiores *literæ Regales* editæ de Anno 1684. occasione Regiæ novissimæ Visitationis, quæ continentur in *Pragm.* 13. *in* §. *incip. Discurre el Visitador, de Official.* & *quæ iis probib.*

Item erit legitima causa suspitionis, si Judex receperit aliquam summam sub titulo dictarum ante con-

52 condemnationem, transactionem, vel reorum contumaciam, stante prohibitione *Pragm.* 10. *in* §.67. *de offic. Judic.* quemadmodum extitit decisum in causa magis fortiori per Coll. Cons. in causa, de qua verba fecimus in *observat. ad sing.* 385. *num.* 5. *&* 6.

Cœterum quomodo sint proponendæ suspitiones, quæ proponuntur in partibus in loco commis-
53 sionis in personas Judicum Tribunalium Collegiatorum hujus Civitatis, & necnon in personas Auditorum, qui destinantur ad capiendas informationes, diximus in eadem *observat.* 385. *num.* 1. *&* 2. *&* 389. *nu.* 87. *&* 88.

OBSERVATIO LVI.

SUMMARIUM.

1 *Perceptores Provinciarum tenentur servare formam hujus ordinationis Regiæ, transmittendo pecuniam ad Thesaurarium generalem.*

2 *Usus transmittendi pecuniam Regiæ Curiæ cum Mulionibus, vulgò* Carrugio, *est antiquissimus.*

3 *Carrugia num hodie transmittantur quolibet mense.*

4 *Perceptores Provinciarum num teneantur etiam de levissima culpa si transmittendo pecuniam Regiam in itinere fuerit à latronibus depredata.*

De Officio Procurat. Cæsaris. Pragm. LXXV.

In §.8. incip. *Item por evitar las fraudes, &c.*

D. Felipe por la Gracia de Dios, &c.

PRovisio Capitis hujus reformationis prodiit ad evitandas fraudes, quas committere solent
1 Perceptores Provinciarum in transmittendis fictis Carrugiis ad Regiam Generalem Thesaurariam, ut satis clarè legitur in eisdem literis, quas transcribendas duxit *D. Reg. de Marin. in observ. ad decis.* 181. *Reg. Revert. nu.* 2. *tom.* 1. ubi
2 advertit hanc Carrugiorum introductionem esse antiquissimam, & teneri quamlibet Terram ad associandum illa per suum territorium tantùm, ex *Reg. de Pont. de potest. Proreg. in tit. de Regal. imposit.*

Per *Pragm.* 56. *sub hoc tit.* Statutum fuit, ut Carrugia à Provinciis mittantur quolibet mense, &
3 quamvis hanc *Pragm.* non esse usu receptam, ex quo Perceptores transmittunt pecuniam illam cambiando, dixerit *Capyc. Latr. consult.* 34. *num.* 46. *&* 47. tamen videmus, quod etiam hodie transmittuntur pecuniæ à nonnullis Provinciis propè Neapolim cum mulionibus, vulgò *Carruggi*, quæ diriguntur ad Regiam Generalem Thesaurariam, etiam respectu pecuniæ introituum Regiæ Dohanæ Menepecudum Apuleæ, ut extat per *decretum Generale Regiæ Cameræ* 96. *apud Reg. de Marin.*

Transmissa pecunia Regia cum Carrugiis, vel per Mare, si in itinere fuerit depredata, vel à Tur-
4 carum Pyratis, vel à latronibus, num Perceptores, qui illam transmiserunt, non adhibitis illis diligentiis, quæ erant adhibendæ juxta eorum instructiones, teneantur ad refectionem in beneficium Regiæ Curiæ etiam ex culpa personæ, quæ pecuniam asportabat, vide *Reg. Revert. decis.* 181. *&* 182. ubi affirmativè resolutum refert, reddendo rationem, ex quo isti Perceptores, qui ut plurimum officium sibi procurant, tenentur de levissima culpa, per doctrinam *Bald. in l. quæ fortuitis, ff. de pignorat. act.*

SUMMARIUM.

1 *Pœna nonupli imposita contra Officiales pecuniarios pro partita duplicata, vel non introitata non habet locum allegata oblivione, vel adhibitis solitis protestationibus, juxta* Rit. Reg. Cam.

2 *Pœna dupli, quatrupli, & nonupli an possit exigi ab hæredibus Officialis.*

3 *Pœna partitæ duplicatæ data qualibet causa colorata non exigitur, sed tantùm simplum cum interesse.*

4 *Revisio computorum non datur contra Ministros pecuniarios Regiæ Cameræ post declaratoriam obtentam, nisi inveniatur error calculi, vel manifesta fraus.*

In §.16. incip. *Item que qualquier Oficial, &c.*

Et in §.17. incip. *Item por quanto, &c.*

DUm infligitur pœna nonupli contra Officiales pecuniarios pro duplicata partita exitus, sicut pro non introitata, observandum erit,
1 quod si Officialis compareat antequam attingatur, asserens fuisse oblitum pecuniam, quam recepit in introitu ponere excusabitur à pœna nonupli, maximè si in computorum præstatione adhibuisset solitas protestationes, juxtà dispositionem *Rit. Reg. Cam. sub rubr. de non positis, aut subtractis*, ut advertit *Reg. de Marinis ad Revert. decis.* 260. *num.* 8. de quo memor fui alias cumulando in *Observ. ad sing.* 309. *&* ad *Prag.* 40. *&* 48. *in* §.5. *de offic. Procur. Cæsar.* addendus est *Gunaverr. decis.* 27. *&* *Capon. discept.* 245. *n.* 10. *tom.* 4.

Et

Et quid mortuis Officialibus, an poffit Fifcus agere contrà hæredes pro pœna pecuniaria dupli,
2 quatrupli, vel nonupli ob computa non confecta, vel malè præfentata. Et quid pro interceptis, & extractis contrà prohibitionem, vide affirmativè refolutum per *Jul. Cæfar. Minad. apud Reg. de Marin. ad Revert. decif. 517. nu. 3.*

Partitę duplicatio in exitu eft errori defcribendum, & proinde Reg. Cam. in pluribus caufis decrevit
3 Provinciales Exactores ad fimplum tantùm teneri una cum intereffe, cum quælibet colorata caufa excufet à dolo, *Reg. de Marinis in allegat. 36. à num. 1. ad 3. allegat. diverf. par. 3.*

Accedit quod declaratoria obtenta præfentatis computis à Miniftris pecuniariis Reg. Cam. com-
4 puta non poffunt amplius revideri, nifi in cafu quo inveniretur error calculi, vel manifefta fraus, ut habetur ex Capitulo, & Privilegio conceffo huic Civitati, de quo apud *Reg. de Ponte conf. 97. tom. 2.* ubi quod ad hoc, ut fit locus revifioni, fraus, & error debet apparere ex computis, & non extra computa.

In §. 72. incip. *Tocando, &c.*

ACcedit *Pragm. 1. de Immunit. Official.* & accedunt quoque notata per meum Genitorem in *fingul.* 191 ubi tetigi an Confiliarii fint immunes à folutione bonatenentię pro bonis burgenfaticis exiftentibus intra fines feudi, ubi quamvis adduxerim DD. affirmantes; tamèn contrarium affeverandum videtur ex declaratione Regiæ Cameræ, de qua poft *Reg. Moles* teftatur *Capan. de jur. adobæ qu. 15. à num. 39.*

SUMMARIUM.

1 *Officiales Reg. Cameræ non poffunt emere, nec per interpofitas perfonas fifcalia, & Arrendamenta cæteraque regalia abfque Regis licentia.*

2 *Ampliatur etiam in bonis executis pro debito Curiæ.*

3 *Quid in Regiis Confiliariis ementibus bona in Aulis ubi non refident.*

In §. 77. incip. *Por la Pramatica, &c.*

AMpliatur *Pragm. 8. de empt. & vendit.* dum injungitur, ut Officiales, & Miniftri non poffint emere nec per interpofitas perfonas fi-
1 fcalia, Arrendamenta, aut cœtera regalia pertinentia ad Regale patrimonium abfque expreffa Regis licentia, fub pœnis contentis in eadem *Pragm. 8.*

Prohibitio procedit etiam in bonis executis, & venditioni expofitis pro debito Curiæ, ut ex
2 *Reg. Tap.* diximus in *Obfervat. ad fing. noftri Genitoris 131. num. 2.* ubi nonnulla alia ad materiam pertinentia notantur.

Quid in Regiis Confiliariis, aliifque Senatoribus ementibus bona in Aulis, ubi non refident, neq;
3 intervenit, affirmativè noviffimè refolvit *Conf. de Altimar. de Nullitatib. rub. 1. qu. 14. fect. 2. n. 96. tom. 3.* maximè fi emptio fiat cum juftitia pretii, & per interpofitam perfonam; fed concurrente juftitia pretii non effe irreprehenfibilem emptionem factam per Senatorem in propria Aula per interpofitam perfonam, aliis tamen Collegis authorantibus, dicam alibi decifum.

SUMMARIUM.

1 *Sufpitio in perfonam Advocati Fifcalis Reg. Patrim. eft cognofcenda per Tribunal R.C.S. & admittenda ex caufa folius inimicitiæ Capitalis non reconciliatæ.*

2 *Inimicitiæ Capitalis caufa, quæ fit ad Fifcum recufandum.*

3 *Fifcus qui fuit Advocatus alterius Partis, an poffit intervenire pro Fifco contrà eandem Partem abfque crimine prævaricationis.*

4 *Sufpitio ex caufa inimicitiæ Capitalis, quæ ortum habuit à lite magni momenti, an coarctetur tempore 40. dierum.*

5 *Sufpitio Fifci Advocati caufarum criminalium an fit reftricta tantummodò ad caufam inimicitiæ Capitalis.*

6 *Fifci Patronus poteft recufari uti fufpectus fi fuum munus excefferit, concedendo falvum conductum teftibus, & refertur determinatio Regiæ Junctæ Status, num. 7.*

8 *Fifci Patronus num poffit intervenire in illis caufis, in quibus ejus frater intervenit pro Advocato.*

9 *Fifci Patronus effectus Judex non poteft votare, fed tantùm intereff. tempore decifionis in caufis, in quibus uti Fifci Advocatus patrocinium præftitit, & quid accedente Partium confenfu, num. 10.*

11 *Et quid in confenfu præftito per reum contumacem.*

12 *Fifci Patronus, qui nullam fecit inftantiam, fed in decreto reperitur appofitum, audito Fifco, num poffit intervenire.*

13 *Advocatus Partis an poffit recufari, nè patrocinetur contra fuum inimicum.*

In §. 78. incip. *Por quanto, &c.*

HOc caput quatenus mandat, quod fola Reg. Cam. fit Judex fufpitionum Advocati fifcalis Regalis Patrimonii, & quod nulla fufpitionis
1 caufa fufficiens reputetur, nifi illa, quæ provenerit ex caufa inimicitiæ capitalis non reconcilia-

tatem inter eundem , & principales litigatores,
quæ extenditur ad secundum gradum consan-
guinitatis , vel affinitatis, concordare videtur
cum literis Magni Comestabuli Castellæ Præf.
Supremi Consilii Italiæ apud Cathol. Majesta-
tem transmissis de Anno 1601. hujus Regni
Proregi , quæ habentur apud *R. Rovit.in Com-
ment.super Pragm.5.de suspit.Officialium* , qui-
bus cavetur nullo modo esse permittendam Fi-
sci recusationem in causis civilibus, nisi concur-
rentibus causis tam justis, & legitimis, quæ nul-
lo pacto illum excusare possent , faciunt tradita
per *Larr. in allegat. fiscal.2. num.12. & 13.* ubi
quod gravis inimicitia requiritur inter fiscalem,
& litigatorem,vel reum , ad hoc,ut recusatio ad-
mitti possit, quemadmodum admittitur contra
Advocatum inimicum cum animo ulciscendi
patrocinium præstantem.

Quæ sit causa inimicitiæ capitalis , quæ legitima
reputatur ad Fiscum recusandum, diximus cum
*Reg.Capyc.Latr. ad sing.mei Genitoris recolen-
dæ memoriæ* 388.*num.*21. nunc addimus *Consil.
Petr.super.rit.*265.*num.*15. & *Rovit.in Pragm.*
15.*in* 5.*cap.nu.*22. *de suspitionib.* qui notat Ad-
vocatum Fisci, qui fuit Advocatus alterius par-
3 tis contra Fiscum committere crimen prævari-
cationis, si vellet intervenire pro Fisco, & quod
idem procedat in Advocato Fisci effecto Judi-
ce, qui vellet intervenire in eadem causa , sive
connexa , & dependente , *Prat. discept. forens.
cap.*49. *à num.*36. *ad* 44.*tom.*3.

Quæ causa inimicitiæ capitalis etiasi ortū habuerit
ex causa litis magni momenti nullo coarctatur
4 tempore , sed semper proponi , & deduci potest
etiam elapsis quatraginta diebus præstitis ad re-
cusatorios libellos proponendos, ut ponderavi-
mus , & decisum attulimus in terminis in citat.
*Observat.*388.*num.*16.ubi latè scripsimus ad in-
terpretationem novissimæ *Pragm. editæ sub die
2.Septembris* 1689.

In causis verò criminalibus non videtur restricta
ad hanc causam tantummodò inimicitiæ capita-
5 lis recusatio Dom.Fisci Patroni, ut colligitur ex
eisdem literis Regalibus Magni Comestabuli
Castellæ, & ex traditis per dignissimum *D.Reg.
Ducem Vasti Girardi super rit.*18. *num.*3. & 4.
*lib.*1. quamvis de contraria observantia Regni
Neapolitani testetur *Larrea in allegat. fiscal.* 2.
*num.*11.

Hinc fit, quod in eisdem causis capitalibus erit lo-
cus recusationi Fisci Patroni, si reperiatur suum
6 excessisse munus se gerendo tamquam Judex,&
jurisdictionem usurpando , concedendo nempè
salvos conductos , quod est à jure improbatum,
& prohibitum Fisci Patronis jurisdictione ca-
rentibus , ex *Afflict. Ursill. & Ann.* laudatis à
*Tasson.de antef.observat.*3.*verfic.*3.*n.*215.quem-
admodum fuit habitum pro vero in determina-
7 tione facta per Regiam Junctam Status sub die
16. Novembris 1679. in recusatione proposita
ex hoc , & aliis Capitibus à Magnif. Dominico
Brancati in personam tunc Consil. Præsid.Igna-
tii Provenzalis Fisci Patroni ejusdem Regiæ
Junctæ, ut habetur apud *D.Maresc.de legib.pu-
blicor.judicior.glos.*15.& *fin.nu.*11. & 12.

Illud adnotatione dignum videtur,quod Advoca-
tus Fisci Regalis Patrimonii potest intervenire
8 in illis causis Fisci , in quibus ejus frater utrin-
que conjunctus intervenit uti Advocatus Partis
adversæ, juxta decretum Reg. Cam. in recolle-
ctis per *Reg. de Marinis* , de quo non fuimus
immemores in *Observat.ad sing.*273.*num.*4.*no-
stri Genitoris recolendæ memoriæ* .

Sed Fisci Patronus creatus Judex non potest in-
tervenire ad votandum in causis , in quibus uti
9 Fisci Advocatus patrocinium præstitit, sed tan-
tum poterit interesse tempore decisionis,ut fuit
declaratum per literas S. C. M. de quibus in
*Pragm.*11.*in* §.60.*de Official. & quæ iis probib.*
sed quod possit votare accedente Partis consen-
su,judicatum extitit apud *Reg.Tap.decis.*40.quę
10 opinio dubia redditur ex traditis per *Fonta-
nell.decis.*8. *num.*18. qui refert decisum in hoc
nihil prodesse Partium consensum,& multò ma-
gis in Regno , in quo habemus *Pragm.*15. §.18.
de suspit. Official. per quam prohibetur , ut nec
de Partium litigantium consensu possit quis ju-
dicare in causa , in qua fuit Advocatus, aliàs es-
set nullitas,quæ posset quandocumque proponi,
juxta decisa apud de *Marinis lib.*2.*suar. resol.
cap.*114.*num.*18.quod nos latè pertractavimus
in *Observat.*342.*num.*24.352. *num.*10.388.*nu.*
7.& 389. *num.*5. Sed opinio *Reg. Tap.* confir-
matur per eundem *lib.*3. *jur.Regn. super Prag.*
23.*de offic. S. R. C.* ubi *num.*25. declarat literas
Regales non procedere quando Partes, ad quas
recusandi jus pertinet, consenserint .

Ampliatur ut hoc à fortiori procedat quando con-
sensus proponeretur præstitus in Fisci Advoca-
11 tum per reum existentem in contumacia , *Con-
sil.Campan.de forjudic.resol.*13. *num.*4.

Dubitari præterea potest si Fisci Patronus , vel Ju-
dex, qui pro tempore quo exercuit officium Fi-
12 sci Patroni nulla prævia ejus instantia, nec vo-
ce, nec in scriptis fuerit in causa processum , ta-
men in decreto fuit appositum verbum , *audito
Fisco*, num intervenire possit , & affirmativam
opinionem tutatur *Franc.Mar.Prat. respons. fi-
scal.*41.*num.*41.*ex Fontanell.decis.*8.*nu.*18. quia
verba illa, *audito Fisco*, vel *vidit Fiscus*, non ni-
si decreti scientiam inducere possunt, *D.Reg.de
Philipp.differt.Fiscal.*3. *num.*7.

Illud tamen attingendum erit , quod etiam Advo-
catus Partis potest recusari, ne patrocinetur cō-
13 tra suum inimicum, juxtà observantiam,de qua
testati fuimus in cit. *Observat.*389.*num.*7. addi-
mus *Larr.allegat.fiscal.*2.*n.*12.

Aa SUM.

Digitized by Google

SUMMARIUM.

1 *Recensentur novissimæ Regiæ Ordinationes Anni* 1639. *circa exactionem Cristallorum à Rationalibus, & Actuariis R.C.S.*

In §. 80. incip. *Aviendose reconocido, &c.*

Accedunt literæ Regales 21. *Februarii* 1639. quibus mandatur observantia hujus Capituli circa exactionem Cristallorum etiam respectu
1 Rationalium, & Actuariorum Regiæ Cameræ; Verum injungitur, quod fiat justitia respectu Actuariorum, qui emerunt officia ante publicationem hujus reformationis, ut habetur in 3. *volumine literarum Regalium, quæ extant in Secretaria Regiæ Cameræ Summariæ, fol.* 332. Et quid respectu Præsidentium assumptorum ad dignitatem Regentis, dicam in *Pragm.* 14. *de offic. Secretarii.*

SUMMARIUM.

1 *Aulæ secunda R. C. vulgò* Rueda de cuentas *quando uniatur.*
2 *Aulæ Reg. Cam. fuerunt divisæ Anno* 1596. *& in quibus casibus uniantur, nu.* 3.
4 *R.C. Tribunal constituitur ex tribus togatis.*
5 *Judices adjuncti an sint dandi in Tribunali R.C. quando adest legitimus numerus Judicum, & referuntur exempla. n.* 6.
7 *Et quid in causis fiscalibus Regii Cedularii.*

In §. 91. incip. *Que se ha reconocido, &c.*

Statuitur, ut secunda Aula R.C. quæ vulgò dicitur *Rueda de cuentas* uniatur quotidie in-
1 tervenientibus Præsidentibus non togatis cum uno Præsidente non togato, & Fisci Procuratore.

Philippus Secundus immortalis memoriæ Anno 1596. dividendos mandavit Judices R. C. in
2 duas Aulas, quas uniendas quoque mandavit sub temperamento gravitatis, & qualitatis negotii, ut in *Pragm.* 68. *de offic. Procur. Cæsar. v*3. *y en los negocios graves, y de calidad podrian iuntar las Salas, conforme al parecer del Lugar-*
3 *teniente, y de la Camera*, quas literas transcribendas curavit *Top. de origin. Tribunal. par.* 1. *in tit. de monumentis*, sive *Regestis Regiis, fol.* 296. *& fol.* 297. cum quibus Regiis ordinationibus concordat *caput* 51. *hujus novæ reformationis*, ubi injungendo aularum divisionem faciendam per Proregem ad consultationem D. Locumtenentis, subdit quod Judices Aulæ erigendæ non sint minus tribus, & cum ratione, quia Tribu-
4 nal Regiæ Cameræ constituitur ex tribus Togatis, & altero non Togato, ut statuitur in *Prag.* 68. *de offic. Procur. Cæsar.* & observavit *Ganaverr. decis.* 7. *num.* 1. Adeoquod non existente Tribunali cum integro numero Judicum ordinariorum sunt adjungendi Judices ad supplen-
5 dum legitimum numerum, quamvis in causa Universitatis, & Civium Roccæ Mondragonis, cum spectabile Reg. de Andrea vertente in Reg. Cam. viderim in præterito Anno 1703. datos tres Consiliarios adjunctos, non obstante quod Aula Reg. Cam. esse plena Judicibus ordinariis; ut apud Actuarium de Mayo.

Et similiter in causa Episcopi Cassanensis cum R. Fisco, & possessoribus jurisdictionum crimina-
6 lium Terrarum Mormanni, & Tribisaciarum vidimus datos Consiliarios Adjunctos in gradu nullitatum, quamvis in Aula Cedularis, ubi Adjuncti fuerunt, adessent omnes Judices, ut ex actis in Banca Januarii del Porto, penès Scribam Martorellum. Verum in causis fiscalibus pendentibus in Aula Cedularis Adjuncti erunt
7 decernendi per Dom. Proregem audito Fisco, ut statuitur in *literis Regalibus*, quæ prodierunt *sub die* 16. *Jannarii* 1670. *existentibus in* 8. *volum. literarum Reg. Cam.* Cœtera pertinentia ad Adjunctorum materiam videnda sunt in *Observat. ad Pragm.* 21. *de suspitionib.*

SUMMARIUM.

1 *Significatoriæ expeditæ tam per Tribunal Reg. Cameræ, quàm Revisionis in plena Banca, & Partibus auditis executioni demandantur non obstante quacumque reclamatione, vel superseßoria, nisi fuerit obtenta à D. Prorege, cum consultatione Reg. Cam.*
Quid quando significatus prætenderet legitimam deductionem.

In §. 99. incip. *Que la execucion de las significatorias, &c.*

Significatoriæ debitæ executioni demandentur non impedita executione per reclamationem, vel per quamcumque superseßoriam, nisi obten-
1 tam à Prorege precedēte consultatione R. Cam. Concordat *Pragmatica* 37. *in* §. 4. *&* 5. *sub hoc tit.* quæ fuit extensa, & ampliata etiam ad significatorias expeditas per Tribunal Revisionis Scribæ Rationis, juxta praxim traditam per *Conf. Carleval de Judicait.* 3. *disp.* 6. *nu.* 20. *tom.* 2. Ad hoc tamen, ut mereantur hanc paratam executionem debent ēxpediri in plena banca auditis Partibus, statuitur in eadem *Pragm.* 37. *in* §. 14. ubi *Reg. Rovit.* adducit jura concordantia de Jure communi.

Limitanda, & restringenda venit parata executio, quando significatus prætenderet legitimam deductio-

ductionem ex aliis partitis, ex traditis per *Novar. & Capiblanc.* cum quibus pertransit *Reg. de Marinis in observat.ad decis.518.Reg.Reverter.nu.10.* sed respectu harum significatoriarum fiscalium non puto posse vindicare sibi locum limitationem, nisi factis deductionibus servata forma *Prag.37.in §.17.& §.18.& §. 103.* hujus *novæ reformationis*, maximè si fuerit processum ad ipsarum executionem, quià tunc Rege inconsulto prohibentur deductiones in *cit. §.14. Pragm.37.*

SUMMARIUM.

1 *Locatio gabellarum, & rerum fiscalium prohibetur illis personis,qui nō reddiderint rationes præcedentis administrationis, vel integram mercedem non solverint.*

2 *Verba* text.in l.locatio *aliàs* licitatio, §.1. vers. Reliquatores, ff.de publican. *adducuntur ad propositum.*

3 *Appellatione debitoris continetur etiam fidejussor Fisco datus.*

4 *Refertur praxis quomodo Proregis dispensatio impetrari soleat ad tollendam prohibitionem hujus* Pragm.

5 Reg.Capyc.Latr.decis.158. num.14. lib.2. *memor fuit de hac praxi Reg.Cameræ.*

In §.108. incip. *Yaviendose,&c.*

HOc caput,in quo cavetur, ut inter locatores Regiarum gabellarum, seu Arrendamentorum, non admittantur Arrendantes, qui ratio-
1 nes præcedētes administrationis nō reddiderint, vel integram mercedem affictus non solverint, concordat cum dispositione Juris communis,ad *text. in l.locatio*,aliàs *licitatio*,§.1. *versic.reliqua-*
2 *tores, ff.de publican. & Vectigal.* ibi: *Reliquatores vectigalium ad iterandam conductionem, antequam superiori conductioni satisfaciant, admittendi non sunt debitores Fisci, itemque Reipublicæ vectigalia conducere prohibentur, nè ex alia causa eorum onerentur, nisi fortè tales fidejussores obtulerint, qui debitis eorum satisfacere parati sint,* latè *Galganett.de jur.public.lib.3.tit. 11. num.13. & 14.* & *Anton. Matthæi de Auctionib.lib.2.cap.3. num.14. & 15.* ubi quod de-
3 bitoris appellatione continetur etiam fideiussor Fisco datus, cum debitores dicantur illi, qui ex quacumque causa debent, *l.Creditores 10. ff.de verbor signific. l.2. §.creditum, ff. de reb. credit.* idemque erat quoque dispositum de jure Regni in locationibus gabellarū Universitatis per *Prag. 5.in §.13.de Administrat.Universit.* latè *Reg.de Marinis in observat.ad decis.539. D.R. Reverter.nu.1.lib.2.& Reg.Capyc.Latr.decis.158. nu. 14.lib.2.* & pleniùs *D. Ansald. de commerc. & mercat.discurs.97.à num.2.*

Verum cum in hoc eodem *cap.* statuatur, ut si ex aliqua justa causa expediens videatur admittere
4 has personas prohibitas, erit petenda dispensatio à Dom. Prorege prævia consultatione Reg. Cam.sciendum erit, quod ità in praxi servatur, quemadmodum servatum vidimus sub die 29. Octobris Anni præteriti 1699. in locatione Arrendamenti juris prohibendi tabaccum,in cujus licitatione concurrente Bartholomeo Ciarrella, qui non reddiderat computa prioris locationis Dom.Seraphinus Biscardus strenuus, & oculatissimus Regalis Patrimonii, tunc Fisci Advocatus institit, *oblationem acceptari, verum pro dispensatione fieri consultationem S. E. & Reg. Coll. Conf. servata forma capitis* 108. *novæ reformationis, & secuta dispensatione destinari diem pro accensione candelæ præviis subhastationibus, & servatis servandis pro executione Regiarum Pragm.fol.44.& à ter.*penès Actuarium de Laurentiis.

De praxi hujus dispensationis testatur *Reg.Capyc. Latr.in cit.decis.158.num.14. lib.2.* ubi quod di-
5 spensatio fit, quando adest beneficium Regii Patrimonii resultans ex majori oblatione facta per dictos debitores Curiæ, secus quando istorum oblatio contineret minorem quantitatem.

SUMMARIUM.

1 *Verbum Hispanum*, Remate, *est adjudicatio redditus, vel rei subhastatæ majori licitatori facta.*

2 *Conductores rerum fiscalium tenentur antè possessionem offerre caratariorum nomina, & idoneos fidejussores approbandos per Regiam Cameram, alias iterum proceditur ad accensionem candelæ periculo primi conductoris.*

3 *Praxis Reg.Cam. non interponendi decretum, nisi data nota sociorum idoneorum in affictu refertur,quæ praxis est innixa juri communi.*

4 *Fisci Patronus exquirit nedum Caratariorum idoneitatem, sed obligationem penes acta pro integra summa.*

5 *Præcepta de adimplendo relaxantur per Reg. Cameram, quando Caratarii non obligantur penès acta, vel non præstantur idonei fidejussores per conductores.*

6 *Contractus nominati resolutio non datur ob non adimplementum,non obstante quod præcesserit interpellatio, nisi qualitas non impleta fuisset causa finalis contrahendi,quemadmodum in locatione vectigalium.*

7 *Quid attenta hac* Pragm.75. in §.112.

8 *Locatione secunda rerum fiscalium facta periculo primi conductoris si augeatur, nùm augmentum spectat ad primum conductorem, vel ad Fisci beneficium.*

9 *Resolutioni contractus an renunciatum censeatur per petitionem de adimplendo.*

10 *Contractus resolutioni, nec majori oblationi*

minus sexta, vel decima erit locus ob non adimplementum in locatione vectigalium; & casus decisus per Coll. Cons. de Anno 1673. refertur.
11 *Cautio præstanda per Arrendatores virtute* cap. 111. novæ reformationis *quomodo hodiè præstetur per subrogationem capitalium, & an tuta reddatur Reg. Curia.*
12 *Jus luendi an extinguat hypothecas fraudibus concurrentibus.*

In §. 109. incip. *Que antes, &* 110. 111. *&* 112. incip. *Que si despues de becho este remate, &c.*

VErbum hoc *Remate*, quo sæpius utitur hæc
Pragm. est addictio, vel adjudicatio rei sub-
1 hastatæ majori licitatori facta, *Guttierez de Gabellis qu. 153. n. 2.*
Præcipitur in istis *capitibus* modus servandus in
fidejussionibus præstandis in conductionibus
2 rerum fiscalium, & signantèr, ut conductores
antè possessionem offerant caratariorum nomina ad hoc, ut approbentur per Reg. Cam. & necnon, ut quoties fideiussiones præstitæ nō erunt ad satisfactionem Reg. Cur. præcedentibus præceptis de adimplendo factis Arrendatoribus Fisco instante erit iterum accendenda candela super rebus fiscalibus in damnum personæ, cui primo loco remanserat res locata respectu diminutionis contingentis.
Concordare videtur *cap. 109.* cum antiqua praxi,
dè qua testatur *Montan. de Regalib. in verb. vectigalia num. 9. versic. hinc*, ubi post Andream
3 subdit hæc verba; *Hinc in praxi videmus subhastata gabella Regiam Cameram non interponere decretum, nisi datu nota per Arrendatorem sociorum in affictu, qui appellantur caratarii, & plueries videns licitatorem non idoneum, & caratarios paucos, minusque idoneos non interponit decretum*; de hac praxi, & his Regiis ordinationibus testatur quoque *Reg. Galeot. in resp. fiscal. 22. n. 48.* ubi quod quotidiè in Reg. Cam. fit discussio de Caratariis nominatis, qui si Fisco idonei non videantur, reiiciuntur, donec alii nominentur, & ex recentioribus adstipulatur *Pisan. super rit. Reg. Cam. rubr. 25. n. 43.*
Praxis repellendi fideiussores, & locandi rem periculo primi conductoris nixa videtur dispositioni *text. in l. licitatio, ff. de publican. & vectigalib.* in illis verbis: *Itâ demum admittenda est si fideiussores idoneas, & cautiones is, qui licitatione vicerit offerre paratus sit* videdus est idem *Montan. in cit. loc. num. 9. &* 10. ubi ob fideiussionem non præstitam per Caratarios datos in nota ad fideiubendum, contractus non fuit habitus pro perfecto, & fuit recepta major oblatio, ut latius infrà adnotabimus, nam qui noluit cavere, videtur contractui renunciare, *l. de die, §. fin. ff. qui satis dare cogant. Nogueroll. allegat.* 18. *num.* 95.
Undè hodiè Dom. Fisci Patronus Regalis Patrimonii, nedum exquirit Caratariorum idoneita-
4 tem, sed urget, ut Caratarii se obligent penès acta pro integra summa, & ità interponuntur decreta per Reg. Cam.
Præcepta itaque de adimplendo servantur inconcussè per Reg. Cam. nedum quando non fuerunt
5 dati fideiussores, vel dati, sed non idonei, sed etiam quando Caratarii non obligantur penès acta, juxtà Fisci instantiam, & decreta passim interponi solita per Reg. Cam. sunt, *quod adimpleant servata forma appuntamenti, vel juxta Fisci instantiam, alias termino elapso, providebitur, vel super rescissione contractus, vel super locatione in damnum.*
De jure communi substineri potest praxis providendi super adimplemento, & non super rescis-
6 sione contractus, quià locatio est de illis contractibus nominatis, in quibus ex non adimplemento non datur resolutio, sed actio ad adimplendum cessante mora ex decisione *text. in l. 2. C. quando liceat ab emption. disceder. l. non idcirco in fin. C. de rescind. vendit. l. sicut, C. de action. & obligat.* & hoc procedit non obstante, quod processerit interpellatio cum comminatione de recedendo à contractu, *Afflict. decis.* 280. latè *Cyriac. controv.* 592. *à num.* 58. *ad* 66. & hanc sententiam esse communitèr receptam, & comprobatam rebus judicatis testatur *Reg. Capyc. Latr. decis.* 160. *num.* 12. *lib.* 2. nisi qualitas non impleta fuisset causa finalis contrahendi, proùt consideratur securitas fideiussionis in contractibus fiscalibus, ad *text. in l. cum te, C. de pact. int. empt. & vendit.* in terminis *Nogueroll. allegat.* 19. *à num.* 95. *ad* 97.
Unde attenta hac limitatione praxis hæc agendi super adimplemento potest recipere robur à *capite* 112. *hujus novæ reformationis*, per quam
7 statuitur esse facienda præcepta locatoribus de adimplendo, & necnon iterum vectigalia subhastanda, & locanda periculo primi gabellarii, quemadmodum servamus quando Conductor deficit à solutione, juxtà praxim illam, de qua testatur *Larr. allegat. fiscal.* 33. *n.* 1. *tom.* 1. ubi habetur unum valdè notabile, quod ad Fisci be-
8 neficium, & non ad primum gabellarium spectat augmentum pensionis secundæ locationis, & an per petitionem de adimplendo videatur renunciatum resolutioni contractus videndus est *text. in l. Æmilius Largianus ff. de minor.* ubi *glos. &* *DD.* affirmant *Altograd. cons.* 1. *n.* 20.
Et adeò verum est, & in praxi receptum, ut ob non adimplementum Caratariorum non resolvatur
9 contractus locationis, nec sit locus oblationibus minùs decima, & sexta, quod cum de Anno 1673. fuisset hoc prætensum per qu. Reg. Dominicum Petrone tunc Fisci Regalis Patrimonii offi-

Digitized by Google

10 officio fungentem in causa Marci Antonii Tiz-
zani, cum Jo: Nicolao Franzese: Domini de Re-
gia Camera votantes in Collat. Consil. cum
Dom. Regentibus adjunctis coram Prorege sub
die 21. Februarii ejusdem Anni 1673. respon-
derunt, *non esse locum prætensis per Reg. Fiscum,
& proindè non esse recipiendam oblationem
Marci Antonii Tizzani*, ut ex libris Regii Ar-
chivii, qui Tizzanus fuit deindè coactus offerre
sextam.

Postremò hic advertendum erit, quod hodie loco
fideiussionum præstandarum per Arrendatores
in beneficium Regiæ Curiæ cum idoneitate, &
11 approbatione Magistri Actorum, aliisque dili-
gentiis, de quibus cavetur *in §. 111. hujus novæ
reformationis*, subrogantur capitalia fiscalium,
& arrendamentorum, quæ cautela adinventa,
bona esset si capitalia essent propria Arrendato-
rum, eorumque Caratariorum, sed quia illa mu-
tuò accipiunt à particularibus, vel emunt ad cre-
dentiam non erit cautum Regiæ Curiæ, ut exi-
stimavit *Bernardus Spiritus* in quadam *consul-
tat.* typis impressa per *Rever. de Luca in obser-
vat. ad consult. 34. Reg. Capyc. Latr. num. 3. & 4.
lib. 1.* cujus sententiæ Ego adhæreo, quamvis
sciam, quod dicta capitalia assignentur prævia
12 cessione Juris luendi ad effectum extinctionis
hypothecæ, & tutam reddendi Regiam Curiam,
quia fraudibus existentibus Jus luendi non ex-
tinguit hypothecas, ex traditis per *Consil. Rocc.
respons. 10. à num. 1. ad 2. tom. 2.*

SUMMARIUM.

1 Pragm. *hæc 75. in §. 114. non est in observantia quoad augmentum sextæ antè captam possessionem, & quartæ partis mercedis unius anni post captam possessionem.*

2 Pragm. 71. sub hoc tit. de offic. Procur. Cæsar. *est in viridi observantia.*

3 *Hæc* Pragm. *lata fuit ad tollendas controversias, quæ oriebantur in locationibus rerum fiscalium.*

4 *Oblationis tempus, seù addictionis in diem extat præfinitum in Burgundia, Gallia, Germania, & Hispania, & cæteris Mundi partibus, & num. 5.*

6 Pragm. 71. hoc tit. *quæ loquitur in locationibus num extendatur in venditionibus rerum fiscalium.*

7 *Referuntur determinationes* Coll. *Consf. pro extensione ad casum venditionis.*

8 *Tempus quatraginta dierum ad offerendum statutum, à quo die incipiat.*

9 *Fiscus num restituatur in integrum si adveniat nova oblatio elapso trimestre post traditam possessionem.*

10 Horat. Montan. *verba in* tract. de Regal. §. vectigalia num. 11. vers. Sed hodiè, *adducuntur pro quæstionis resolutione.*

11 Montan. *opinio in dubium revocatur tamquam contrà mentē* Prag. *ex quo non invenirentur emptores, nec Arrendatores, qui cum Regia Curia contrahere vellent.*

12 Pragm. 71. de offic. Procurat. Cæsar. *est intelligenda secundum leges Castellæ, & comprehendit etiam casum auctionis ultra sextam, & sic læsionem enormem, & refertur casus novissimè disputatus, & num. 13.*

14 Text. in l. etsi sine, §. quæsitum, ff. de minor. *intelligentia circa illa verba* circumspectè.

15 *Restitutionis in integrum beneficium ad hoc, ut competat Fisco est fundanda læsio enormissima, quę non est sublata per* Reg. Pragm. *quemadmodum est sublata læsio enormis ultrà Sextam non proposita infrà tempus statutum.*

16 *Restitutio in integrum, & remedium ordinarium,* l. 2. C. de rescind. vendit. *possunt cumulari.*

17 Peregrin. *opinio* de Jure Fisci lib. 6. tit. 2. nu. 13. & tit. 4. num. 8. *defenditur ab impugnationibus* Reg. de Ponte.

18 Pragm. 71. de offic. Procur. Cæsar. *corrigit praxim traditam per* Reg. de Ponte, *& approbare videtur intellectum traditum per* DD. ad tex. in cit. §. quæsitum, de minorib.

19 *Praxis relata per* R. de Ponte *dubia redditur ex traditis per* Camill. de Curte in divers. feudal. par. 2. cap. 3. nu. 132. *cujus verba transcribuntur.*

20 *Læsio in locatione vectigalium non consideratur ex præsentatione majoris oblationis, sed ex valore redditus tempore contractus, quod cognoscitur prævio termino, & judicio ordinario, & num. 21.*

22 *Locatio vectigalium, & bonorum fiscalium non dicitur perfecta antè præstitas fideiussiones, & tunc admittitur qualibet læsio etiam infra sextam, quia nullus adest contractus.*

23 *Refertur praxis Reg. Cam. faciendi consultationem Dom. Proregi pro dispensatione Reg. Pragm. circa abbreviationem termini decimæ, vel sextæ ad terminum dierum quindecim, vel viginti.*

24 *Referuntur exempla, & decisiones, quæ prodierunt in proposita specie de Anno* 1696. & 1674. *cum inserto tenore determinationum, & nu. 25. 26. & 27.*

28 *Articulus, qui emersit disputandus de Anno* 1699. *in Coll. Consf. ad relationem Reg. Cam. recensetur.*

29 Dom. Seraphinus Biscardi, D. Cajetanus Ageta, D. Hippolytus Porcinarius, D. Franciscus Pisano, & Dom. Thomas Mazzaccara *commendantur.*

30 *Determinatio novissimè facta per R. Cam. cum Regentibus adjunctis coram Prorege in Coll. Consf. recensetur.*

31 Pragm. 71. de offic. Procur. Cæsar. *fuit mandatum per Coll. Consf. sub die 13. Octobris 1631. ut inconcussè observaretur.*

32 *Lo-*

Digitized by Google

32 *Locationis contractu nullo existente potest devenire ad secundam licitationem rei fiscalis elapso tempore à Regia Pragm. statuto.*

33 *Oblationes non possunt semper recipi data nullitate bannorum, vel subhastationum.*

34 *Locatio facta non elapso biduo à die emanationis bannorum dicitur inculcatè, & nullitèr facta.*

35 *Nullitates, quæ recipiunt altiorem indaginem, tam in jure, quam in facto indigent termino, & sententia declaratoria, etiam data nullitate contractus ipso jure.*

36 *Resolutio capta per Collat.Conf.ponderatur.*

37 *Rescriptum novissimè emanatum per D. Proregem super abbreviatione termini pro decima, & sexta transcribitur per ejus integra verba.*

38 *Articuli qui inciderunt disputandi in Regia Cam.in causa Arrendamenti Juris probibendi tabaccum recensentur.*

39 *Refertur determinatio Reg.Cam.in Coll.Conf. adjunctis Dominis Regentibus coram Prorege.*

40 *Possessio an possit esse penès duos, & quid in incorporalibus data diversitate possidendi.*

41 *Princeps an possit transferre possessionem per actum fictum alio existente in possessione naturali.*

42 *Verba* Pragm. *loquentia de possessione intelliguntur de facti possessione, & non de ea, quæ est juris.*

43 *Dies feriati si absorbeant majorem partem dilationis, & temporis à statuto, vel à rescripto Principis præfixi deducuntur, & tollantur à dilatione.*

44 *Dies termini non computatur in termino cum terminus statuitur à die, vel ex die actus per dictionem A, vel ab.*

45 Dom.Pisan.super ritib.Reg.Cam.rubr.1.nu.43. & 44. *perperam interpetratur* Pragm. 71. de offic.Procurat. Cæsar.

46 *Rescriptum Principis, seu decretum Judicis mandans* adimpletis adimplendis consignari possessionem *importat conditionem, qua non adimpleta non dicitur translata possessio.*

47 *Tempus juris ad offerendum abbreviatum per rescriptum Principis non potest decurrere si in bannis emanatis non fuit facta mentio de abbreviatione dicti termini.*

48 *Scientia dispensationis Principis est probanda, quia in dubio præsumitur ignorantia.*

49 *Sollemnitates* Auth. hoc jus porrectum, C.de Sacrosanct. Eccles. *an attendantur de jure Canonico.*

59 *Restitutionis in integrum beneficium num detur ad favorem Ecclesiæ alio superveniente cum majori oblatione plus justo pretio post venditionem cum clausula* ad finem providendi, *& refertur casus determinatus per Tribunal Rev.Fabricæ, & decreti tenor transcribitur, & n.51. & 52.*

53 *Oblationes novæ, & meliores admittuntur perfecta venditione si post paucos dies porrigantur in causis, ubi vertitur interesse personæ privilegiatæ.*

54 *Bona spoliorum spectantia ad Cam. Apostolicam, & bona quoque Rever. Fabricæ quando venduntur, vel locantur admittunt novas adjectiones post perfectam subastationem, quià gaudent eisdem privilegiis, quibus potiuntur bona Regii Fisci.*

55 *Possessio capta vigore decreti non intimati, quod* consignetur possessio, *non babetur in consideratione, tamquam attentatè capta.*

56 *Clausula* ad finem providendi *in accensione candelæ non includit necessario, quod res sit liberanda illi, cui remansit.*

57 *Justum pretium quale dicatur in venditione rerum Ecclesiæ, remissivè.*

In §.114. incip. *Que despues, &c.*

HOc caput nunquàm fuit in observantia in
locationibus rerum fiscaiium quoad augmẽ-
tum sextæ antè captam possessionem, & quartæ
1 partis mercedis unius anni post captam posses-
sionem intra sexaginta dies, ut advertit ex re-
centioribus scribentibus *Pisan. in Comment.su-
per Ritib.Reg.Cam.de Incant.rubr.1. n.47.*
Viget tamen *Pragm.71.sub hoc tit.* quam nedum
servari vidimus in Reg.Cam.Sum. in locationi-
2 bus Arrendamentorum, seu gabellarum fisca-
lium, sed in cœteris Tribunalibus in causis, ubi
subintrat interesse Universitatum, Patrimonii
decocti, cœterarumque personarum privilegia-
tarum, juxtà ea, quæ latè deduxi in *Observat.ad
sing.214.mei Genitoris*, ubi latè de hac *Pragm.*
disserui.
Præterea ultra ea, quæ ibi dixi, attingendum supe-
rest, quod hæc lex lata fuit ad tollendas contro-
3 versias, quæ in dies oriebantur in locationibus
rerum fiscalium, in quibus nunquam tuti redde-
bantur licitantes, & arrendantes post candelæ
extinctionem, quia semper admittebantur novæ
oblationes; Unde agnoscens Dom. Comes de
Monte Regio, tunc hujus Regni vigilantissimus
Prorex, quod huic malo mederi erat necesse
per particularem legem statuentem tempora ad
licitandum, quemadmodum in aliis Mundi Pro-
4 vinciis certa tempora statuta reperiuntur, nẽpè
in Burgundia statutus est terminus triũ mensiũ,
Cassan.in Consuet.Burgund.tit. de retentes rubr.5.§.2.num.94. In Gallia quindecim dierum
*Papon.arrest.Franc.lib.18.tit.6.arrest.14. Reg.
Capyc.Latr.consult.6.à nu.4.ad 7.lib.1.* In Ger-
mania duodecim dierum, *Carpzov. process.jur.
artic.4.tit.25.num.44.*
In Hispania trium mensium, *Avend. de exequend.
mandat.qu.2.cap.12.nu.10.Vela disert.controv.*
5 17.*nu.*18.*qu.*1. ità quoque ad exemplum harum
Pro-

Provinciarum, & præcipuè Regni Hiſpaniarum
cenſuit hanc *Pragm.* promulgandam ad reſtrin-
gendum pactum adjectionis,quod de jure com-
muni tacitè ineſt in venditionibus, & locationi-
bus rerum fiſcalium , *l.ſi tempora* , *& ibi gloſ.C.
de fide inſtrument. & jur. baſt. fiſcal.lib.*10. *&
l.*1.*C.de vendend.reb.Civitat.lib.*11.ſtatuto cer-
to illo tempore infrà quod deberent recipi me-
liores oblationes , ut habetur ex *Dom.Reg.Tap.*
qui fuit unus ex illis Dominis Regentibus , qui
interfuit in condenda illa lege , ut teſtatur *lib.
6.Jur.Regn.de locat. & conduct.rer.fiſcal. nu.*8.
verſ.quibus ſic,& clarè deducitur ex illis verbis
Pragm. ibi, *deſiderando Noi rimediare quanto
ſi può alle liti tra' Vaſſalli di S.M. came s'è pro-
curato ancora in queſti caſi in altri Regni della
M.S.*

Hæc *Pragm.* loquens in locationibus non poteſt
extendi ad venditionem rerum fiſcalium,in qui-
6 bus tempus ad recipiendam meliorem oblatio-
nem remanet ſub diſpoſitione juris communis
tamquam caſus omiſſus à *Prag. Ganaverr.conſ.
2.poſt deciſiones à num.*97. *cum ſeq.* qui teſtatur
de praxi, quæ inolevit in Reg.Cam. admittendi
novas oblationes , ſine præfinitione temporis,
adducendo plura exempla *à num.*18. *ad* 22. *&
ſimilitèr* 67.68.*&* 69.advertit læſionem in Reg.
Cam. computari non ex juſto pretio rei vendi-
tæ poſitivè probato, ſed ſolùm attendi , an aug-
mentum novæ oblationis ſit in ſexta, decima,
vel dimidia parte pretii præexiſtentis venditio-
nis, adeòquod pretium ducatorum decemmil-
lium præexiſtentis venditionis cum oblatione
ſuperveniente ducatorum octo millium reddit
læſionem ultrà dimidiam .

Sed quamvis vera ſit hæc opinio, & *Pragm.* fuerit
concepta in locationibus rerum fiſcalium , ta-
7 men ob alias rationes, quibus ſubnititur , eſſe
quoque extendendam in venditionibus, deci-
ſum habemus per Coll.Conſ. valdè diſcuſſo ne-
gotio ad relationem Reg. Cam. in cauſa vendi-
tionis Terræ Papanicis , & ſententia fuit confir-
mata in cauſa reclamationis etiam datis tribus
Adjunctis miſſis à S.C. ut habetur apud *Conſil.
Arias de Meſa lib.*2.*variar.reſol.cap.*20. *à n.*20.
cum ſeqq.

Reſpectu verò tẽporis,& ſic à quo die numerentur
illi quadraginta dies, qui currunt ad offerendum
8 poſt candelam extinctam, recurrendum eſt ad
*Horat.Montan.de Regalib. §.vectigalia num.*11.
verſic. Sed hodiè, ubi etiam ſubdit, quod elapſo
trimeſtre poſt traditam poſſeſſionem ſi adve-
niat nova oblatio major ſexta , ſit recipienda
9 Fiſco inſtante per viam reſtitutionis in integrum
ſub his verbis , quæ hic inſerere putavi uti ten-
dentibus ad hanc *Pragm.* illuſtrandam.

*Ad intellectum hujus Pragm. advertendum eſt,
quod in primo caſu illius ſcilicet antè captam
10 poſſeſſionem , dies quadraginta currunt , & nu-
merantur à tempore, ideſt hora, & momento,quo
candela extincta eſt , ratio eſt , quia Legislator
notavit factum ideſt candelæ extinctionem , non
autem diem,quo extincta eſt candela, meritò dies
termini computatur in termino, ut latiſſimè pro-
bat Tiraquell.de retract.lignag. §.*1. *gloſſ.*11.*nu.
*24. *At in ſecundo caſu illius Pragm. ſcilicèt poſt
captam poſſeſſionem Legislator notavit diem fa-
cti, ibi, numerandi dal giorno , che haverà preſa
la poſſeſſione , ut idem Tiraquellus diſtinxit ſub
num.*55. *quo in loco licet videatur confundere
factum, & diem facti, attamen in ſeqq.num.*56.
& 57.*ſequitur opinionem , ut etiam ſi dies facti
ſit expreſſa adhuc computetur in termino ; Inſu-
per in primo caſu ſcilicet antè captam poſſeſſio-
nem, ſi major oblatio decimæ partis fiat poſt dies
quatraginta,exiſtimo admittendam inſtante Fi-
ſco, ſaltem ex capite reſtitutionis in integrum,
quæ reſtitutio ſublata non eſt ex illa Pragm.nam
ſtatutum diſponens , ut non poſſit appellari à tali
ſeu e tia, non tollit quominus poſſit peti reſtitu-
tio in integrum gloſ. fin. circà medium in l. C. ſi
de moment.poſseſs. Additio ad Bart.in l. ſi finita,
§.item videamus, ff.de damn.infect. citans Bald.
conſ.*209.*lib.*3. *Vincent. de Franchis deciſ.*431.
*in fine , & ſic erat ſpecificè reiicienda reſtitutio
in integrum Fiſco competens , quod ex illa Prag.
factum non fuit , nam ad literam loquitur inter
Partes arrendantes , & hoc argumentum urget,
ut etiam elapſo trimeſtre poſt captam poſseſsio-
nem , ſi adveniat oblatio major ſexta , poſſit Fi-
ſcus petere reſtitutionem in integrum, quæ antè
dictam Pragm.ſibi competebat de jure communi,
ut probatũ eſt ſuprà , ſed nolo iniicere ſcrupulos.
Dicam tantùm reſpectu majoris oblationis ob-
tentæ antè captam poſseſsionem , ſed poſt quatra-
ginta dies,nedum ex capite reſtitutionis,Fiſco in-
ſtante, ſed etiam quia cum contractus non ſit per-
fectus antè captam poſseſsionem , ut probatum eſt
ſuprà, admittenda eſt major oblatio , Fiſco vero
non inſtante obſtaret Reg.Pragm.*

Sed hæc *Montan.* opinio , ut verum fatear , valdè
apud me dubia redditur, & parum inſequenda
11 mihi videtur,ſiquidem ſi concederetur Fiſco in
integrum reſtitutio adversùs primam oblatio-
nem, nedum eſſet contrà mentem *Pragm.* quæ
fuit edita ea mente , ut redderentur tuti empto-
res à novis , & melioribus oblationibus elapſis
temporibus præſtitutis , ſed verteretur majus
damnum Reg. Cur. quia in poſterum non inve-
nirentur emptores, nec arrendatores, qui cum
Reg. Cur. contrahere vellent , ut ex *Guttierez
pract.qq. lib.*1.*qu.*38.*nu.*2.*in fin.*ſatis benè con-
ſiderabat *Reg.Tap.in lib.*6.*jur.Regn.de locat.&
vendit.rer.fiſcal.num.*12.*in fine*, quemadmodum
contigit in Arrendamento Salis,à cujus condu-
ctione deſtiterunt arrendantes , ob quod, & ob
periculum majoris damni in futuris arrendamen-
tis fuiſſe latam *Reg.Pragm.* teſtatur idem *Mon-
tan.* in cit. *§.vectigalia num.*11. *verſic. ſed hodiè*,
unde crederem legem hanc noſtri Regni eſſe
intel-

Digitized by Google

12 intelligendam secundùm leges Regni Castellæ, de quibus in *l.16.tit.19.novæ recopilat.* ubi *Azeved.num.4.& 5.* ubi statuitur terminus trium mensium pro novis additamentis, quibus elapsis intelligatur Fiscus exclusus etiam per viam in integrum restitutionis, *Barbos.vot.81.nu.11.lib.3.Guttierez de Gabell.quæst.141. num.6.* & alii apud *Capon.discept.144.num.8.in fine tom.3.discept forens.* & quod hæc *Pragm.71.* recipiat intellectum à legibus Castellæ, cum quibus certo modo concordare videtur, notavit *Reg. Capyc. Latr.decis.158.num.11.lib.2.*

Non igitur satis esse diceba ad cōcedendum Fisco beneficiū in integrū restitutionis per ipsum postulatæ in causa Arrendamenti juris prohibendi

13 tabaccum, de qua infrà ex sola *Montan.* doctrina, & ex quo novum additamentum ducatorum decem mille, quod supervenerat elapsis tribus mensibus à die captæ possessionis erat summæ considerabilis satis ultrà sextam, perinde quasi esset casus non comprehensus sub dispositione *Pragm.71. de offic. Procurat. Cæsar.* siquidem opinioni *Montan.* nedum fortiter obstant suprà traditæ rationes, & Doctorum conclusiones, sed neque ejus opinionem unquam vidimus in Regno nostro usu receptam, nec comprobatam rebus judicatis, imò semper contrarias vidimus prodiisse decisiones denegantes Fisco restitutionem adversus lucrum, & post licitationem, ut post *Afflict.decis.340.* quem insecuti sunt magis communitèr Doctores apud *Amat. resol.39. nu.19.* ubi quod contrarium dicere est valdè iniquum, & perniciosum, & contrà Reipublicæ quietem, maximè quando peteretur in præjudicium tertii, *Barbos. in vot.126.nu.196.lib.3.to.2.* ex recentioribus *Consil.de Mesa lib.2. cap.20. num.1.*

Nec adversatur *text.in l.& si sine, §.quæsitum, ff.de minorib.* quia intelligendus est concurrentibus

14 illis requisitis apud *Consil.de Mesa cit.loc. n.15.* & per *Præs. Ursin. apud Reg. de Marinis lib.1. cap.146.* ubi exponuntur illa verba *circumspectè* esse intelligenda re integra, antequam fuerit possessio tradita, unde quoties secunda oblatio majoris quantitatis non supervenit statim, sed post longum tempus, non habet locum dispositio illius legis, *Ferdinandus Brancia in allegat. 65.impressa per Reg. de Marinis num.51. tom.3.* & maximè in gabellis, & aliis Fisci vectigalibus subjectis fortuitis casibus, in quibus in specie dictus *§.quæsitum* denegat restitutionem, & non admittit majorem oblationem, nisi evidens gratia administratorum intervenerit, & ità fuisse interpretatum *tex.* prædictum in terminis *Prag.71.de offic.Proc.Cæsar.* testatur *Dom.Cons.Arias var. resol. lib.1. cap.20. à num.17.* qui fuit unus ex adjunctis datis in Coll. Cons. in celebri illa causa Universitatis Papanicis cum Regio Fisco.

Ad hoc itaque, ut *Montani* opinio in praxi recipi possit requiritur, ut beneficium restitutionis in

15 integrum fundetur super enormissima læsione, ad hoc ut sublatum non censeatur per *Reg. Pragm.* ut in terminis considerabat *Præs. Gregor.de Ganaverr.in consf.2.nu.122.123.& 124.* & in hoc casu daretur utrumque remedium, nempè ordinarium rescindendæ venditionis, vel locationis, & extraordinarium restitutionis in integrum, quod pinguiùs providet, juxtà

16 terminos *decisionis* 248. *D. de Franchis*, quam insequitur idem de *Gannaver.cit.loc. à num.63. ad 66.*

Quia si læsio in sexta, vel ultra sextam supervenerit transactis tribus mensibus à die elapsæ possessionis non cōcurrentibus nullitatibus illis substantialibus præseferentibus dolum, vel machinationem, non video cur Fiscus obtinere possit etiam postulando restitutionem in integrum,

17 quandoquidem semper quod læsio est in sexta, vel ultra sextam consideratur uti læsio enormis, quæ venit proponenda infrà tempus à *Regia Pragmatica* statutum; Ideò in his terminis insequendam crederem *Peregr.* opinionem *de jure Fisc.lib.6. tit.2. num.13. & tit.4. num.8. versic.intellige*, qui dicit in subhastationibus rerum fiscalium factis bona fide, remoto dolo, & fraude non dari læsionem, nisi ultra dimidium, nec restitutionem in integrum, ex eo solo, quià alius majus pretium obtulit, & quamvis impugnetur per *Reg.de Ponte de potest. Proreg. in tit.de regulib.imposit.§.5. à num.1. ad 61.* in quibus locis totus est in fundando sufficere læsionem in sexta, seu ultra sextam, ad hoc, ut Fiscus restituatur, sicut minor etiam quoad lucrum, tamen scripsit de Anno 1611. & sic antè dictam

18 *Pragm.71.* quæ fuit edita de Anno 1632. cujus opinio cum fundetur in praxi, quæ vigebat antè dictam *Pragm.* & in extensione dicti *§. quæsitum*, qui patitur plures intellectus, & plures restrictiones, & signantèr quando oblatio supervenit post longum tempus à die captæ possessionis, ut supra tradidimus, quod tempus de Jure Regni non potest excedere tres menses, videtur correcta nedum praxis, de qua testatur *Reg.de Ponte*, sed approbatus Doctorum intellectus traditus ad *legem* prædictam, adeòquod cum opinione *Regent. de Ponte* non assentitur idem *Horat.Montan.in sæpiùs citat.§.vectigalia num.10.versic.quia tunc*, quando ex nova oblatione superveniente multo tempore post cœptum exercitium Arrendator esset in damno etiam ratione dubii eventus.

Accedit contra opinionem *Reg. de Pont.* contraria praxis, de qua testatur *Camill de Curt.* post hæc

19 scripta visus in *divers.jur.feudal.par.2.cap.3. n.132.* cui magis credendum est, dum fuit Fisci Patr. in Tribunali Reg.Cam. & ejus verba sunt: *Hodie autem circumscripto articulo si Fiscus restituatur ad lucrum maximè in locatione vectigalium postquam contractus præcedentibus subbastationibus est perfectus, de quo quamplura per Affl.*

Digitized by Google

*Affl. in dec.340. practicamus, quod si ante tradi-
tam possessionem alius superveniat, qui oblatio-
nem faciat ultra sextam, illam, admittimus, &
non sine ratione, quia quod Fiscus non restitua-
tur ad lucrum, intelligitur de modico, non au-
tem de magno, vel maximo, & sic semper quod
casus evenit, Camera judicavit. Re autem tradi-
ta, & capta possessione arrendamenti, nunquam
temporibus meis practicatum fuit, quod per quā-
cumque oblationem factam auferatur ab illo,
cui remansit arrendamentum, seu vectigal ex
sola simplici oblatione, nisi aliud per Fiscum pro-
ponatur fortasse dolus, aut machinatio conducto-
ris, quod fortasse subtraxisset licitatores, quo ca-
su nullitas contractus in venditione rei fiscalis
argueretur, ad text. cum materia in l. si minori,
C. de jure fisc. lib. 10.*

Quibus omnibus præterea accedit, quod in loca-
tione vectigalium, quorum fructus dependent à
20 futuro eventu læsio nedum ultrà sextam ve-
niens, transactis tribus mensibus, sed etiam illa
ultra dimidiam non erit judicanda ex simplici
præsentatione majoris oblationis, sed ex valo-
re redditus vectigalis tempore contractus, vel
redditus annorum præcedentium, quemadmo-
dum post *Carroc. Menoch. & Morlam*, tradit *D.
Ferdinan. Brancia in allegat. 50. à num. 16. ad
25. & allegat. 65. num. 11. apud Reg. de Marin.
tom. 3.* ad quod dignoscendum requiritur judi-
21 cium ordinarium prævio termino, *Theodor. al-
legat. 45. num. 25. versic. si prætendit, in fin.*

Esset tamen locus majori oblationi supervenienti,
elapso tempore ad offerendum, si nulli fuerint
22 dati fidejussores, quia tunc contractus non di-
ceretur perfectus, juxta tradita, & decisa apud
Horat. Montan. de Regal. §. vectigalia num. 10.
ex dispositione *tex. in cit. l. licitatio, ff. de public.
& vectigal.* comprobat *Cardin. de Luca sub tit.
de locat. & conduct. discurs. 18. vers. aut verò, par.
3.* & in hoc casu non est curandum de quantita-
te oblationis, quod sit minùs, vel infrà sextam,
quia sufficit quælibet læsio, nullo existente con-
tractu prioris locationis, *Cardin. de Luca de
Regal. discur. 201. in supplem. tom. 2. Horat. Mon-
tan. de Regalib. in sæpius cit. §. vectigalia, num.
10. vers. est quoque addenda, in fine.*

In quibus sanè terminis recipiendæ sunt novissi-
mæ decisiones, quæ prodierunt per Reg. Cam.
23 nedum in terminis Reg. *Pragm.* sed quoque in
terminis dispensationis fieri solitæ per Domi-
num Proregem ad consultationem Reg. Cam.
pro restrictione, & abbreviatione termini deci-
mæ, vel sextæ ad terminos dierum quindecim,
vel viginti, decurrendorum à die extinctionis
candelæ, quibus terminis elapsis, non factis de-
bitis adimplementis solet Reg. Camera decerne-
re *tempus non cucurrisse, ex quo conductor non
adimplevit in forma solita, & consueta,* & proce-
ditur ad receptionem novæ oblationis, ut patet
ex quampluribus exemplis, & signanter in loca-
tione Arrendamēti tabacci Provinciæ Calabriæ
citrà, & ultra referente D. Andreasso postmodū
Regente, & D. Federico Cavalerio, ad cujus re-
lationem fuit interpositum sequens decretum.

*Ex quo Didacus Fajella persona nominata non
adimplevit, servata forma consueta in Reg. Ca-
24 mera, Regia Camera declarat, non cucurrisse
tempus Reg. Pragm. & proindè acceptetur obla-
tio noviter facta per Nicolaum Capo, & ema-
nentur banna, ut ex process. affictus Provinciæ
Calabriæ citrà anni 1696. penes de Lauren-
tiis.*

Idemque fuit decisum per eandem Reg. Cam. de
anno 1696. & confirmatum in gradu reclama-
25 tionis, & nullitatum in Causa affictus hujus Ar-
rendamenti Provinciæ Terræ laboris, in qua
fuit admissa nova oblatio decimæ presentata
post dies viginti à die extinctionis candelæ, non
obstante dispensatione Proregia restringentis
tempus Regiæ *Pragm.* ad terminos dierum
quindecim, & non obstante quod in oblatione
acceptata à D. Fisci Patrono ità expressè cautum
fuisset, ut patet ex process. affictus Provinciæ
Terræ laboris, *fol. 45.*

Pro confirmatione hujus ultimæ rei judicatæ vi-
dendus est *text. in l. nec damnosa C. de precib.
26 Imperat. offerend. & Peregr. de jur. fisc. lib. 1.
tit. 3. num. 33. Cardin. de Luca de Regalib. di-
scurs. 201. tom. 2. in supplem. Reg. Galeot. re-
spons. fiscal. 12. num. 33. respons. 30. nu. 70. & re-
spons. 14. num. 18. & 24.*

Stantibus tamen adimplementis legitimè factis, non
desunt exempla, in quibus dispensationes cum
27 abbreviatione termini dierum quindecim firmæ
remanserunt, adeoquod termino abbreviato
elapso, oblationes, quæ supervenerunt cum au-
ctione sextæ fuerunt rejectæ, quamvis accepta-
tæ à Magnificis Gubernatoribus, quemadmo-
dum servatum comperimus in locatione Arren-
damenti Sericorum Calabriæ, prævio sequenti
decreto Collat. Consilii interposito, referente
D. Duce Diani, sub die 13. Augusti 1674.

*Excellentissimus D. Vicerex, Locumtenens, & Ca-
pitaneus Generalis providet, decernit, atque
mandat, non esse recipiendam oblationem factam
per Dominicum Caputo, stante lapsu termini die-
rum quindecim contentorum in decreto Reg.
Coll. Cons. sub die 25. mensis Junii proximi præ-
teriti ejusdem anni 1674.*

Et cum idem articulus, dum hæc scribo, iterum di-
sputandus, & decidendus incidisset in causa af-
28 fictus juris prohibendi tabaccum inter Re-
gium Fiscum, & Antonium Averani, aliof-
que Caratarios, quibus in anno præterito 1698.
remanserat Arrendamentum pro ducatis 202. m.
& Jo: Baptistam del Giudice, cum U. J. D. Gaeta-
no Patino, novos oblatores, pro parte quorum
cum fuisset præsentata nova auctio annuorum
ducatorum 10. m. elapso nedum tempore vi-
ginti dierum abbreviato per D. Proregem,

Digitized by Google

fed capta poffeffione ; cæptoque exercitio per
plures menfes, adeoùt non fupererat ullus ex
terminis à *Reg.Pragm.*præftitutis, fuit reaffum-
ptus articulus cum quampluribus aliis refpi-
cientibus nullitatem contractus, & læfionem
refultantem nedum ex oblatione ultrà fextam
fed ex refolutione, & renunciatione contra-
ctus facta per conductorem poft præcepta de
adimplendo, ex quibus inftitit Fifcus oblatio-
nem effe recipiendam, etiam per viam reftitutio-
nis in integrum, ut patet ex doctiffimis, & ela-
boratiffimis refponfis in jure editis per D. Sera-
29 phinum Bifcardi, tunc Regalis Patrimonii
acerrimum Fifci Advocatum, nunc meritiffi-
mum Regentem Reg. Cancell. & per celeber-
rimos partium caufarum Patronos D. Hippoly-
tum Porcinarium, D.Gaetanum Ageta, D. Tho-
mam Mazzaccara, & Francifcum Pifano.

Reg. Camera congregata in Collat. Confilio, fub
die 9. Octobris currentis anni 1699. cum Re-
30 gentibus adjunctis coram Prorege, noluit pro-
cedere ad decifionem articuli generalis reftitu-
tutionis in integrum, vel nullitatis contractus,
vel illius refolutionis, ob defectum adimplemē-
ti, fed tantum decrevit, quod *vifa renunciatio-
ne facta per Antonium Averani in beneficium
Regiæ Curiæ locetur iterum Arrendamentum,
fiant banna, & deputetur interim perfona no-
mine Reg. Curiæ, ex caufis in Collat. Confil.
difcuffis.*

Cum igitur dictum Supremum Tribunal noluerit
decernere effe deferendum in integrum reftitu-
tioni exprefsè per Fifcum poftulatæ conftat no-
ftram, quam fuprà tutati fuimus fententiam
contrà *Montan.* effe undique robuftisfimam,
& receptam ob illam confideratam rationem
majoris damni Regiæ Curiæ, ob quam promul-
gata fuit *Pragm.* fanctio, quæ femper fuit in
31 viridi obfervantia, & fæpiùs demandatum per
Collat. Confil., ut inconcufsè obfervaretur, ut
teftatur *Reg.Galeot.in refponf.fifcal.*14. *in fin.*

Magis urgere videbatur remedium nullitatis pro-
pofitum adverfus contractum, & acta cum Fi-
32 fco gefta, ob quod jure deveniri poterat ad fe-
cundam licitationem, quia nullo exiftente con-
tractu, nullum tempus decurrere potuit, ut con-
fiderat *Fontanell.dec.*520.*num.* 3. 4. & 5. *lib.*2.
*D.Præfid.Urfin.apud Reg.de Marin. lib.*1. *fuar.
refol.cap.*147.*n.*23.

Cumque inter cæteras, & magis fubftantiales nul-
litates deprehenderetur illa ex defectu fubhafta-
33 tionis, & bannorum, non legitimè publicato-
rum, intrabat puntualis decifio *Reg.Revert.*539.
*lib.*2. in qua per Collat. Confilium decifum ex-
titit, oblationes effe de novo recipiendas, quià
banna publicata novam continebant formam,
quæ non erat de jure communi, neque fecun-
dum ftylum Reg. Cam. quæ decifio maximum
recipit robur à *cap.*106.*hujus Pragm.novæ Re-
formationis*, in quo præcipitur banna effe publi-
canda in forma folita; cui nullitati addebatur
per D. Fifci Patronum locationem intempeftivè,
& inculcatè fuiffe factam non elapfo biduo, à
34 die emanationis bannorum contrà decretum
generale Reg. Cameræ de anno 1689. fecun-
dum quod decifum extitit per eandem Regiam
Cameram in eodem anno 1689. In locatione ar-
rendamenti vini, & conftat ex libris notamen-
torum, ex qua locatione intempeftivè facta re-
manebat actus fubhaftationis ipfo jure nullus,
neque opus erat reftitutione in integrum, ad
*tex.in l.*1. & 2. *C.de fide inftrument. & jur. haft.
fifcal.*& decifa apud *Maftrill. dec.*84. *num.*6. *lib.*
1. *Amat. refol.*38. *à num.*19. *cum feqq. lib.*2. &
*apud Guttierez de Gabell.qu.*38.*num.*3. & 4.

Attamen quia dictæ nullitates, quæ proponeban-
tur poft novem menfes à die captæ poffeffionis
35 recipiebant maximam, & longam altercationem
in facto, videbantur quoque recipere altiorem
indaginem in jure, & proindè termino indige-
bant, cum dubium juris æquiparetur dubio fa-
cti, *Reg. Capyc.latr.dec.*14.*num.*17. *Reg.Sanfe-
lic.dec.*17. *Affl.controv.jur.cap.*28.*num.*23. adeò
quod etiam fuppofita nullitate contractus, ipfo
jure requiritur fententia declaratoria, ad avo-
candam poffeffionem, parte citata, & prævio
termino, ex *Jafon.in l. fi quis major in* 13. *no-
tab.C.de tranfaction. de Franch. decif.*163.*num.*
11.*Giurb.obfervat.*113.*n.*18. *Ann.alleg.*84.

Placuit Supremo Regio Coll.Conf. non providere
fuper remedio nullitatum, fed tantum decerne-
36 re effe acceptandam renunciationem factam
per Averanum, adhoc ut ex nova licitatione, &
ex novis oblationibus fupervenientibus magis
effet confultum indemnitati Regiæ Curiæ, &
ejus indigentiis, ut confiderabat in iftis ferè ter-
minis *Reg.Capyc.Latr.confult.*5. *num.*20.

Accenfa candela in Coll. Conf. remanfit arrenda-
mentum in beneficium Marchionis del Giudice
ultimi licitatoris, & plus offerentis ufque
ad fummam ducatorum 217. m. obtentoque à
D. Prorege refcripto abbreviationis termini pro
decima, & fexta tenoris fequentis.

*Haviendofe procedido en Colateral à la accenfion
de la candela à toda paffada para el afiito del ar-*
37 *rendamento del jus prohibendi del tabaco defta
fidelifsima Ciudad, y Reyno en prefencia de
S.E. y con intervento de effe Tribunal de la Ca-
mera, hà quedado el dicho afiito al mifmo prime-
ro oblador D.Juan Baptifta del Giudice, à quien
quedò en la accenfion de la candela precedente
ad finem providendi en la fuma de duc.*217.*m.al
año por el tiempo de feys años, los quatro de fermo,
y los otros de refpetto, empezando defde al mes de
Henero proximo venturo de* 1700. *con todos los
pactos, condiciones, y moderaciones, y declara-
ciones contenidas en las ofertas, y poftillas hechas
por effe Tribunal de la Camera, haviendofe fer-
vido S.E. difpenfar à las abbreviaciones de los
terminos para la decima en folos diez dias; cor-*

riendo

Digitized by Google

*riendo desde dos del corriente dia de la dicha ac-
cension de la candela, y para la sesta en otros diez
dias, corriendo desde el de la posesian, que deve-
ra darse luego, que se hayan hecho los adimpli-
mientos, con todo que el exercitio se ha deferido
para del sobredicho afitto, durante el mes corrien-
te, y à rispetto de la abreviacion para el afitto de
las Provincias, quedò establecido en el dia, que
se encendiò la candela ad finem providendi, que
segun la rapresentacion, que harà à S. E. esse
Tribunal, se darà la providencia necessaria. Y
haviendose servido tambien S. E. de despensar à
qualquiera impedimento, que pudiesse obstar al di-
cho Afittador por el titulo de Marques, con el
qual hà sido condecorado de S. M. que Dios guar-
de, y tambien de conceder el asenso à respetto de
los bienes feudales per la obligacion, y su execu-
cion del sobredicho afitto, se ha presentado en esse
Consejo la nota de los Caratarios, consistiente que
el dicho afitto se devida en 32. caratas en la for-
ma siguiente: El dicho Marques D. Juan Bapti-
sta del Judice por seys caratas, Bartolomeo Ciar-
rella por ocho, Gaetano Patino por doze, Benito
Ventre por tres, y Gaetano Galdo por otras tres,
los quales Caratarios devan quedar obligados al
pagamentos de las Caratas de cadauno, y por todo
deve ser tenido el dicho Afittador. Y haviendose
uniformado S.E. con todo lo exprexado, me man-
da avisarlo à V.S. porque en su consermedad de
los ordines convenientes esse Tribunal de la Ca-
mara. Dios guarde à V.S. Palacio à 8. di Di-
ciembre 1699. D. Domingo Fiorilo.*

Cumque in executionem dicti rescripti fuisset ca-
pta possessio sub die 15. Decembris anni 1699.
38 supervenit nova oblatio ultra sextam præsenta-
ta per Mag. Donatum Guidetti sub die 2. Janua-
rii 1700. & sic elapso termino decem dierum,
ideò insurrexit maxima hæsitatio in Reg. Cam.
super pluribus juris articulis, & signanter si ter-
minus decem dierũ decurrere cœpisset à die pri-
ma Januarii, aùt à die 15. Decembris 1699. in
quo fuit tradita possessio durante adhuc locatio-
ne penes Averanum.

Item si terminus haberi debebat pro utili, vel pro
continuo, ità quod dies feriati, qui inciderunt
post captam possessionem computari deberent,
velnè in numero decem dierum.

Ultimò si verbum illud appositum in rescripto *he-
chos los adimplimentos* pernecesse requireret
obligationem Caratariorum antè possessionem
capiendam.

Discussa plenissimè causa in Reg. Cam. & postmo-
dum in Coll. Cons. *sub die 25. Februarii anni*
39 1700. Judices pro majori parte fuerunt in de-
cernendo, *esse recipiendam novam oblationem*,
patrocinium præstante pro novis oblatoribus
doctissimo, & ingeniosissimo causarum Patrono
D. Nicolao Caravita nunc meritissimo Præsi-
dente R.C.

Rationes quæ in decernendo fuerunt perpensæ vi-
dentur desumptæ ex *text. in l. 3. §. ex contrario, ff.*
40 *de acquir. possess. l. 19. ff. de precar.* in quibus ha-
betur quod duo insolidum possidere non possunt
Post. observat. 72. num. 1. quod maximè procedit
in detentione, ut habetur ex *Duaren. in §. ex con-
trario, versic. quod hic dicitur definit. 57. num. 18.*
& incorporalia quamvis possint possideri à duo-
bus debet tamen intelligi diversimodè, non au-
tem eodem modo, seu eodem genere possidendi
*DD. in cap. licet causam, de probation. Rot. decis.
28. in novissimis num. 5.* & quod nullo modo fie-
ri possit, ut eodem tempore duo insolidum ha-
beant possessionem ejusdem beneficii, dixit *An-
ton. Fab. in Cod. de Sacros. Eccles. definit. 57. n. 18.*
videndus est *Ricc. collect. 3791. versic. ampliùs.*

In contrarium ponderabantur verba rescripti *con
todo que l'exercitio se ha differido en el sobredi-
41 cho afitto, durante el mes corriente*, & sic dice-
batur videri translatam possessionem per actum
fictum, tamèn quia alius reperiebatur in posses-
sione, possessio civilis translata non fuit, nec vi-
detur Principem dispensare voluisse contra jus
gentium, quo jure inductum est, ut per actum
naturalem possessio acquiratur, maximè quando
possessio est ab aliquo occupata *Afflict. decis. 299.
à num. 8. cum seqq. Gratian. discept. forens. c. 310.
num. 13. & 14.* quibus addebatur, quod verba
42 *Pragm.* & rescripti loquentia de possessione, in-
telligi debent de facti possessione inchoanda
cum exercitio à die prima Januarii, & non de ci-
vili, & de ea, quæ est juris juxta considerata apud
Reg. Reverter. decis. 11. ideò dixit *Montan. de
Regal. §. vectigalia num. 10.* quod gabella dicitur
tradita cœpto exercitio per Arrendatorem.

Respectu temporis si præsumendum erat utile, vel
continuum habitum fuit pro vero, quod semper
43 quod major pars dilationis, seu dierum dilatio-
nis est feriata, quemadmodum accidit in præsen-
ti facti contingentia, in qua supervenerunt dies
festivi Nativitatis Domini, tunc illi dies feriati
demantur, & tolluntur à dilatione *Hostiens. in
cap. licèt de probat.* & habetur decisum junctis
tribus Aulis apud *Fontanell. decis. 170. num. 15.
& 16. & decis. 410. num. 5. 6. & 13. tom. 2.* & apud
alios quos allegavimus in *observat. ad singul.
342. num. 30. in fin.* & adhoc ut talis conclusio
præscribere potuisset sibi locum fuit admissa
opinio, diem termini captæ possessionis non
computari in termino ipso, & non sine ratione
cum in *Reg Pragm.* expressè dicatur, ibi: *Frà il
termino di tre mesi numerandi dal giorno, che
haverà presa la possessione*, & in rescripto *corrien-
do desde el de la posesion*, quià cum reguletur tem-
44 pus à dictionibus *A vel ab*, quæ sui natura sunt
exclusivæ, & separativæ, & idem importantes,
quod post, consequentèr dies ipsa termini sub-
ducitur, nec in termino computatur, ex *text. in
èn l. 2. §. quod ad Magistratus 14. ff. de origin. jur.
l. 3. §. fin. juncta glos. verb. à Brundesio, ff. de actio-
nib. empt. l. 1. si ex duobus 18. in princip. juncta*

Digitized by Google

glos.verb.alter ab altero, ff.de duob. reis, elegans
*glos.in verb.numerandum circà finem, versic.ter-
tium quod non sit computatio in cap.8.de præbend.
in 6.* quæ jura ad id doctè, & eleganter expendit
Vela scribendo in propriis terminis subhastatio-
nis *dissert.jur.controv.dissertat.* 18.*à num.* 15. *ad*
19. quamvis ex Regnicolis discrepare videantur
Horat.Montan.in locis superiùs traditis,ubi ejus
45 verba adduximus , & *Pisan.* qui perperam in-
terpretatus fuit *Reg. Pragm. in Comment.super
ritib.Reg.Cam.rubr.* 1.*num.*43. & 44.

Expendebatur pro nullitate possessionis , ex quo
non præcesserat Caratariorum obligatio penes
46 acta antè diem 15. Decembris , quando ità ex-
titerat ordinatum per decretum Reg.Cam. juxta
vetustissimam praxim, de qua in principio testa-
ti fuimus,maximè quià addebantur verba rescri-
pti mandantis,quod adimplementa præcederent
possessionem,pro cujus executione, per eandem
Reg.Cam. determinatum extiterat ,*quod adim-
pletis omnibus adimplendis consignetur possessio*,
unde conditione non impleta non dicitur acqui-
sita possessio,*l.qui absenti.§.1.ff.de acquir.possess.
Post.de manutenend. observat.* 50. *num.*1. inter
quas conditiones adimplendas erat Caratario-
rum obligatio ex illis verbis rescripti , *los quales
Caratarios devan quedar obligados al pagamen-
tos de las Caratas de cadanno,y por todo deve ser
tenido el dicho Afictador* , cumque hoc require-
batur pro forma, non fuit satisfactum formæ per
cœtera adimplementa,quia forma est individua,
& non potest pro parte impleri *Surd. decis.*268.
*num.*18.& 19.

Quibus addebatur per unum ex Dominis tempus
non potuisse decurrere concurrere volentibus
47 ad offerendum , quià in bannis emanatis pro ac-
censione candelæ super locatione dicti arrenda-
menti non fuit facta mentio de abbreviatione
termini prædicti , & ideò licitatores convocati
mediantibus dictis bannis non poterant cōpare-
re infrà terminum dispensationis, de quo nullam
habebant scientiam , undè non data probatione
48 scientiæ dispensationis , & possessionis captæ
justa præsumitur ignorantia , & onus probandi
contrarium,incumbit Parti,in terminis *Reg.San-
felic.decis.*386.*n.*4.*tom.*3. & *Reg.Galeot.in resp.
fiscal.*15.*n.*24.

Cœterum non erit hìc silentio prætermittendum,
quod Jure Canonico attento in venditione re-
49 rum Ecclesiæ non attenduntur sollemnitates
Auth. hoc jus porrectum , sed re subhastata pro
justo pretio datur res offerenti , & non illi , qui
plus offert ex *glos. in cap.* 1. *de reb. Eccles. non
alienand. verb.tractatus* , *versic.sed quæris hìc
Francisc.Marc.decis.*565.*num.*3. *Mangil.de sub-
hastat. quæst.* 68. *num.* 22. & *quæst.*144.*num.*3.
50 quinimò data venditione cum clausula *ad finem
providendi* etiam alio superveniente , & plus ju-
sto pretio offerente non esse locum in integrum
restitutioni ad favorem Ecclesiæ,dixit *Calà de
restitut.in integr.quæst.*20.*n.*69.cui opinioni ad-
hæsit novissimè Tribunal Reverendæ Fabricæ
in causa licitationis inter U. J. D. Nicandrum de
Orlando, & U.J.D.Franciscum Mascambruno,in
quo Tribunali accensa candela super venditio-
ne cujusdam ruris, ac recepta oblatione ejusdem
de Orlando pro ducatis 5600. illaque extincta
sub die 16.Augusti 1698. cum eadem clausula
fuit jussum consignari possessionem,quemadmo-
dum fuit consignata sub die 17. ejusdem mensis
absque ulla decreti notificatione.

Supervenit die 20. nova oblatio U. J. D. Francisci
Mascambruno pro ducatis 5650. cum qua augē-
51 do primam oblationem in aliis ducatis quinqua-
ginta institit pro reformatione decreti , quod
consignetur possessio, nihilominus sub die 15. Se-
ptembris 1698. fuit interpositum decretum per
D.Consil. de Fusco Judicem primarum,*non esse
locum oblationi in actis præsentatæ* , & interpo-
sita appellatione ad D. Consiliar. Brancacio Ju-
dicem secundarum causarum decretum extitit
confirmatum die 4. Decembris 1698. & demum
interposita appellatione ad Spectabilem Regen-
tem D. Gregorium de Mercado Judicem tertia-
rum causarum , decreta prædicta extiterunt
confirmata mediante alio decreto tenoris se-
quentis.

Die 6.mensis Julii 1699.Neapoli.

*Visis comparitione Mag. D. Francisci Mascambru-
no, fol.*266. *alia comparitione ejusdem D. Fran-
52 cisci,fol.*270.*ac replicatione Reverēdi Æconomi,
fol.* 271. & 272. *Per Tribunal Reverendæ Fa-
bricæ fuit provisum , & decretum in tertia in-
stantia , quod exequantur decreta interposita
per duos Consultores primarum causarum sub die*
15. *Septembris* 1698. *fol.* 133. & *secundarum
causarum sub die* 4.*Decembris ejusdem anni, fol.*
240. *nova oblatione facta per dictum D. Franci-
scum contenta in dicta comparitione, fol.*470. *non
obstante, hoc suum*, &c.

At licet apud me magna , & veneranda semper sit
authoritas tantorum Virorum, qui ità fuerunt in
53 decernendo , tamèn cum eorum sententia ac-
quiescere non possum, siquidem perfecta vendi-
tione si post paucos dies porrigantur novæ obla-
tiones, illæ sunt recipiendæ,quando agitur de
interesse personę privilegiatę,juxta *text.in l.& si
fine,§.quæsitum,ff.de minor.Reg.Capyc.Latr.con-
sult.*5.*num.*13. junctis aliis *DD.* quos cumulavi-
mus *in observat.ad singul.*214.*à num.* 18. *ad* 21.
& quemadmodū bona fisci admittunt addictio-
nem juxta *text. l.*1.*Cod.de vendend.reb.Civitat.
lib.* 11. & *l.Lucius in §. fin. ff. ad Municipal.*ità
bona spoliorum spectantium ad Papam , vel ad
Cameram , prout spectant causæ concernentes
54 interesse Reverendæ Fabricæ, ut declaratum
fuit à *Paulo III.*prævio ejus motu proprio 8.*Au-
gusti* 1535. ut habetur *in Compend. privilegior.*

R.Fa-

*R.Fabricæ S.Petri,fol.*8. *verſic. cauſæ omnes* , & proindè,quando venduntur,vel locantur,admittunt novā adjectionem poſt ſubhaſtationē perfectam,extinctaq; candela quia gaudent ejſdem privilegiis , quibus potiuntur bona Regii Fiſci *Auguſtin.Barboſ.vot.*81.*à n.*1.2.*&* 3.*lib.*3.*tom.*2. ubi allegat *Abb. Petr.de Gregor. & Bobadill.* & de praxi Tribunalis Subcollectoris Apoſtolici videndus eſt *Capon. diſcept.* 144. *tom.* 3. *diſcept. forenſ.*

Nec erat habenda ratio de perfectione contractus
per capturam poſſeſsionis , quia decretum quod
55 conſignetur poſseſsio non fuit intimatum , &
per conſequens illius executio , tamquam attentata in conſideratione haberi non poterat ex *Lancellott.* & aliis juribus adductis in *cit. obſervat.*214.*num.*16.

Quibus accedit quod candela fuit accenſa *ad finem*
pravidendi , quæ proviſio non includit neceſſa-
56 riò , quod res ſit liberanda illi , cui remanſit, ex *Bart.in l.ſi tempora num.*5. *de fid. inſtrument. & Reg.Rovit.conſil.* 21.*num.* 4. *lib.*2. *Epiſcap. de Afflict.controv.Juris cap.*20.*num.*50.

Denique non turbat concluſio illa quod favore Eccleſiæ non recipitur oblatio melior , quando res fuit juſto pretio vendita , quià in hoc *DD.* non ſunt concordes , ſed laborant in aſsignando diſtinctiones declarantes juſtum pretium,ut habetur in allegat. *D. Cacac.apud Reg.de Marinis* 82.*in ordin. à num.* 20. *cum ſeq.* & apud *D.Rodoer.conſ.*44.*à num.* 8. *cum ſeqq.Reg.de Ponte conſ.*126.*à n.*10. *ad* 26.*lib.*2.

SUMMARIUM.

1 Pragm.*hæc in* §.115.*novæ reformationis interpretatur.*

2 *Læſionis remedium , etſi ultra dimidiam in locationibus rerum fiſcalium non tribuitur Fiſco , nec partibus arrendantibus, tàm de jure communi, quàm de jure Regni, & de ratione, num.*3.

4 Pragm. *hæc tollens læſionem etiam ultrà dimidiam rematata gabella, & elapſis tribus menſibus , in quibus admittitur licitatio quarti concordat cum legibus Hiſpaniarum .*

5 Guttierez *verba* de gabell.quæſt.135. rubr.de temp. & mod.locand.gabell.num.9.*adducuntur ad propoſitum.*

6 *Læſionis remedio ſublato, num ſublata cenſeatur reſtitutio in integrum .*

In §. 115. incip. *Que mi Avogado Fiſcal , &c.*

MAndatur,ut Fiſci Patronus non poſſit moleſtare Arrendantes poſt peractas legitimas
ſubhaſtationes ex cauſa læſionis in pretio ultra
1 dimidiam juſti pretii, nec verſavice permittatur
Arrendantibus allegare fuiſſe deceptos , vel læſos reſpectu valoris redditus tempore contractus, etiam ſi proponatur adfuiſſe læſionem in medietate juſti pretii .

Ex deciſione hujus Regiæ ordinationis deducitur
aſſertio , in locationibus rerum fiſcalium non
2 dari Fiſco , nec partibus Arrendantibus læſionis
remedium etiam ultra dimidiam , quemadmodum jure communi attento denegatur in his, quæ ex futuro eventu pendent , & quæ damno, vel lucro expoſita ſunt , quia ubi contractus ex eventu eſt dubius , & ità ſe poteſt habere ad lucrum, ſicut ad damnum, non reſcinditur,ſi aliud
3 eveniat quàm putabatur, nec quis dicitur ex eo
læſus ad *text.in l.ſi jactum retis* 13.*ff.de actionib. empt. l. propter ſpem* 24. *ff. famil.erciſcund. l.nec emptio* 8.§.1.*ff.de contrab.empt.l.ſpem* 3.*C.de donat.* & in terminis propriis locationis harum rerum videndus eſt *Valeron.de tranſact. tit.*6. *qu.* 2.*à num.*5.*ad* 13.*Pacion.de locat.& conduct.cap.* 18.*à num.*54. *ad* 58. *qui num.*104. adducit *Padill.in l.*2. *C.de reſcind. vendit.* docentem poſſe per Statutum, vel Conſuetudinem caveri , ne poſſit proponi remedium hujus *legis* 2. *C.de reſcin.vendit.*

Hinc patet hanc legem latam eſſe ad inſtar legum
Hiſpaniarum , quibus cavetur rematata gabella,
4 & elapſis tribus menſibus , in quibus admittitur
licitatio quarti , non poſſit plus offerens admitti etiam ſi contra Regem interceſſerit læſio ultra dimidiam, ut habetur *l.* 24. *& l.*6. *tit.*13. *&* 11. *lib.*9. *recopilat. Guttierez de gabell. quæſt.* 135.
5 *rubr.de tempor.& mod.locand.gabell.num.*9. ubi
ſubdit hæc verba , ibi : *In primis poſtquam jura Regia fuerint ultimo , ac omninò alicui addicta, hoc eſt rematatas de toto remate en qualquier Arendator juxta formam, & tenorem legum hujus Regni , & ſervatis omnibus ab eis diſpoſitis in prædicta additione , non poſſunt à Conductoribus auferri remedio læſionis etiam ultrà dimidiam juſti pretii , nec Fiſcales Regii debent ſuper hoc aliquam moleſtiam conductoribus inferre*, comprobat *Azeved.in l.*14.*lib.*9.*tit.*19.*recopilat.per tot.* ubi aſſignat rationem,nè conductores retrahantur à conducendis redditibus Regiis , & ex Regnicolis *Ferdinand. Brancia* aſſignat aliam rationem in *allegat.*50. *num.*15. *in recollect.per Reg.de Marinis tom.*3.

In terminis hujus *Pragm.*quæ tollit læſionem ſuboritur pulchrum dubium , num ſublato remedio
læſionis ultrà dimidiam, videatur quoque ſub-
6 latum beneficium reſtitutionis in integrum Fi-
ſco competens, quæ reſtitutio regularitèr in læſione fundari ſolet, & negativè deciſum habetur apud *Gamm. deciſ.* 391. quem ſequitur *Fontanell.de pact.nupt.clauſ.*4.*gloſ.*12. *par.*1. *num.*93. *&* 94. *Caldas de in integr.reſtitut.fol.*105.*n* 46. quià ad hoc , ut reſtitutio in integrum excluſa cenſeatur requiritur expreſſa mentio , latè *Vela diſſert.*5.*num.*12. *Conſil.Carlev. de Judic. tit.*3. *diſput.*16.*num.*36. *in fine* .

SUM-

Digitized by Google

SUMMARIUM.

1 *Renunciatio excomputi non petendi ex causa belli, vel pestis intra, vel extra Regnum, quomodo sit facienda in terminis hujus* Prag.
2 *Excomputum est admittendum semper, quod usus rei impeditur facto locatoris, nec talis casus intelligitur comprehensus in renunciatione quorumcumque casuum fortuitorum.*
3 *Pactum, quod Conductor teneatur ad solutionem mercedis, quamvis facto locatoris impediretur, tamquam contrà naturam contractus non sustinetur.*
4 *Remissioni mercedis an sit locus, non obstante quacumque renunciatione casui, belli, famis, pestis, sterilitatis, & populorum revolutionis.*
5 *Refertur decretum generale latum occasione tumultus popularis de Anno* 1648. *& quid pro ejus executione fuerit practicatum propter timorem pestis Anni* 1656. *cum illis, qui è domibus conductis emigrarunt.*
6 *Remissiones mercedis passim conceduntur in locationibus Arrendamentorum, nō obstantibus generalibus, & specialibus renunciationibus, servata forma hujus cap. vulgò* della riforma.
7 *Refertur praxis R.C.S. cum fundamentis quibus innititur, & num.*8.
9 *Pactum quod non possit prætendi remissio mercedis, nisi in certis casibus, & hoc finito tempore affictus operatur, ut interim pendente tempore affictus non possit dari terminus, neque processus compilari, & referuntur determinationes S. R. C. & R. C. S. & num.*10. *&* 11.
12 D. Ageta in annotat. ad decis. D. R. Moles *commemoratur.*
13 *Remissio mercedis conceditur etiam non completo tempore locationis, quoties processus reperitur compilatus, vel damnum contingerit ex inobservantia pactorum adjectorum in instrumento.*
14 *Impedimentum proveniens ex facto Proregis impedientis usum rei quomodo contigère potest in terminis* cap. 116. novæ reformationis.
15 *Renunciationes semper censentur factæ ad formam dict.* capituli novæ reformationis, *quamvis expressè non legantur in locatione gabellarum.*
16 *Affertur praxis renunciationis contractus locationis ob impedimenta impedientia usum rei.*
17 *Facti species proponitur, & nu.*18.
19 *Expenditur* text. in l. si fundus, ff. locat. *& in* l. qui commeatus, ff. de re milit. *& nu.*20.
21 *Mercedis remissioni, ad hoc ut sit locus requiritur, ut impedimenta tollant exercitium, vel usum rei, ità quod Gabellotus non possit gabellam exercere, & affertur decisio R. Cam. n.*22.
23 *Excomputi justa causa deducitur ex bello moto in Italia in Civitate Mantuæ Anno* 1628.
24 *Mercedis remissio debetur pro rata temporis ex causa belli post cotractum.*
25 *Affertur decisio ritus Reg. Cam.*
26 *Locationis contractus arrendamentorum resolvitur ad credentiam ob damnum passum ex causa belli, & affertur decis. Reg. Cam. Anno* 1482.
27 *Remissio mercedis facienda est pro rata temporis, ex causa pestis, ex qua resultat prohibitio commercii, & accessus Navigiorum in Regno cum mercibus exterarum Regionum.*
28 *Affertur praxis proponendi contra Fiscum Judicium resolutionis contractus locationis ob impedimenta belli, & pestis impedientia usum rei, & nu.*29. *&* 32.
30 *Protestatio contra factum, non relevat protestantem, & quando secus afferuntur distinctiones, & nu.*37.
31 *Contractus resolvitur tam per viam exceptionis quàm per viam actionis deficiente id quod movet ad contrahendum.*
33 *Decisio alias lata per Reg. Cam. in A.* 1482. *applicatur in præsenti specie, tamquam in casu fortiori, nu.* 34. *&* 35.
36 *Protestationis quadruplex species affertur, & num.*38. 39. 40. 41. 42. *&* 43.
44 *Afferuntur verba* Cornei cons. 191.
45 *Actus ambiguus declaratur secundùm voluntatem protestantis.*

In §. 116. incip. *Porque cessan las cautelas, &c.*

Hoc Capitulum, vulgò nuncupatur *il Capitolo della riforma*, in quo cavetur esse faciendam per Arrendatores amplā renunciatio-
1 nem non petendi excomputum ex quocumque casu fortuito cogitato, vel excogitato etiam ex causa belli, vel pestis intra, vel extra Regnum Neapolitanum, nisi ex dictis casibus turbetur status universalis Regni, & quod non possit peti remissio pensionis ex ordinibus, & Pragmaticis factis per Dominos Proreges, nisi ex illis directè impediatur usus rei, vel exactio dirictuum. comprobat *Cons. de Altomar. de nullit. contract. rubr.* 1. *par.* 2. *qu.* 17. *nu.* 410. *&* 411. *tom.* 4.

Quod satis juri consonum esse dignoscitur, cum in renunciatione quorumcumque casuum fortuitorum, non intelligitur comprehensus casus
2 fortuitus proveniens ex facto locatoris etiam justo, imò neque valeret pactum appositum, quod Conductor ad solutionem mercedis velle tenere promiserit, quamvis facto locatoris im-
3 pediretur, quià pactum esset injustum, & contineret iniquitatem contrà naturam contractus, ut rectè admonuit *D. Crespi de Valdaura obser.* 104. *nu.* 27. *&* 28. *par.* 2. *Pacion. de locat. & conduct. cap.* 49. *num.* 115.

Digitized by Google

Juri quoque consentaneum videtur, ut non ob-
stante quacumque renunciatione casui belli, fa-
mis, & pestis, sterilitatis, populorum revolutio-
4 nis fiat locus mercedis remissioni, juxtà *Ma-
strill.decis.*299. *to.*3. quamvis per decretum ge-
nerale latum de Anno 1648. occasione remis-
sionum mercedis petitarum in hac Civitate ob
illas seditiones populares, non fuerit concessa
generalis dilatio respectu pensionis domorum,
sed provisum, quod M.C.V. justitiam faceret su-
per prætenso excomputo, & pendente provisio-
ne quoad domus, quæ passæ fuerunt damnum
detur dilatio duorum mensium, ut patet ex de-
creti verbis apud *Reg. Capyc. Latr. decis.* 162.
*lib.*2.

Attamen postmodum auditis partibus per M.C.V.
& S.R.C. fuerunt concessa excomputa, nedum
5 pro Anno revolutionis, sed etiam pro Anno se-
quenti pro integra medietate totius affictus, &
aliquando diminutio pensionis fuit concessa pro
tertia parte, ut habetur ex exemplis allatis per
*P. Afflict.in addit.ad cap.*22. *suar. controvers.* &
in *supplem.ad idem cap.* ubi idem dicendum fir-
mat in beneficium eorum, qui propter timorem
pestis de Anno 1656. è domibus conductis emi-
grarunt, non obstante illa vulgata, *Afflict.decis.*
258. in casu pestis Anni 1494. sub Rege Al-
phonso II. qui rescripsit pensionis remissionem
inquilinis minimè esse concedendam.

Hine fit, quod quamvis in locationibus Arrenda-
mentorum passim fiant expressæ, & generales
6 renunciationes omnibus casibus fortuitis in
genere, & in specie omnibus casibus inopina-
tis pestis, belli, & similium, tam intra, quàm ex-
tra Regnũ, servata forma tenoris hujus Capituli
della riforma, nihilominus passim conceduntur
excomputa, juxtà decisiones S. R. C. de Anno
1641. & 1659. allatas per *D. de Luca in melio-
rat.ad resol.*187. *Reg.de Marinis num.*22. *versic.
quinimò lib.*2. Et rationes hanc æquitatem sua-
dentes assignantur per *Menoch.& Castill. apud
Pacion.de locat.& conduct.cap.*49. *num.*126. &
127. & similes pactiones ex causa pestis, vel bel-
li servabantur etiam ante hanc *novam reforma-
tionem*, ut legitur apud *Reverter.decis.*509.

Quare hæ determinationes prodierunt non per
viam excomputi, sed per viam suspensionis, ut
7 habetur apud *Reverter. decis.* 509. ubi *de
Marin. in observ.* advertit decisionem illam
processisse de æquitate, non de juris rigore,
quià executio instrumenti locationis habentis
viam executivam non potest impediri penden-
te lite super petito excomputo, adeoquod pas-
sim per R. C. S. impartitur terminus, *non impe-
dita interim solutionem extalei*, ut latiùs dicam
infrà, & quamvis aliquando R.C. soleat suspen-
sionem concedete lite pendente, Id evenit ex
causa satis notoria Judicibus, & servatum fuit
in illis duobus casibus ab eodem Regente re-
latis.

Quæ praxis fundata videtur nedum in juris dispo-
sitione, juxtà *text.in l. si uno, ff. locat.* & juxta
8 tradita per *Ant. Fabr. in diffinit.*3. *C.locat.* &
*diffinit.*35. *eod.tit.* Sed in decretis generalibus
ejusdem Reg Cam. & præsertim in *arrest.* 324.
secundum ordinem ejusdem *de Marinis*, quo
provisum extitit, quod *supersedeatur determi-
natio si debeatur, vel non excomputum usque ad
finem Arrendamenti, verum suspendatur eidem
exactori exactio pro summa ducatorum mille
extalei Arrendamenti, donec alitèr fuerit per
Reg.Cam.provisum.*

Idemque militare videtur existente pacto, ut non
possit prætendi remissio mercedis, nisi in certis
9 casibus tantum, & hoc finito tempore affictus, &
non antè, quià interim pendente affictu non po-
test dari terminus, neque processus compilari, ut
decisum junctis Consil. duarum Aularum testa-
tur *Reg.Capyc.Latr.decis.*114. *num.*15. *in fine*
revocato decreto prius interposito, quo fuerat
10 datus terminus *non impedita exactione extalei*,
& juxtà hanc praxim videtur prodiisse illa ulti-
ma determinatio Reg.Cam. lata sub die 7. Junii
1692. in causa Regii Fisci, & consignatariorum
juris prohibendi tabaccum, qua fuit decisum
referente D.Scondito *esse impartiendum termi-
num non impedita solutione, & quod terminus
non curreret, nisi facta reali solutione extalei;*
11 ut ex actis penès Granata, in quo judicio ex-
computi fuit demum habitum pro vero, esse
audiendos in omnibus Consignatarios, licet
Arrendamentum non reperiatur eisdem adhuc
insolutum datum à Reg. Curia, cujus est onus
principale, ut testatur doctissimus *Dom.Gaetan.
Aget.in annotat.ad decis. D.Reg.Moles ad* §.22.
12 *de jur.Tapeti ad qu.unic.num.*9. 10. & 11. *tom.*3.
ubi refert ipso patrocinante articulum recepisse
hanc determinationem, quamvis in aliis facti
contingentiis, quæ acciderunt annis superiori-
bus suisset determinatum licere consignatariis
tantum assistere, quod latè demonstratur ex ju-
ris responso edito per *Præs.D. Didacum Moles
penès eundem Ageta, fol.*105.

Compilato tamen processu non dubitatur esse
concedendum restaurum Conductoribus etiam
non completo tempore locationis, & non ob-
13 stantibus quibusvis renunciationibus, maximè
si damnum post venerit ex inobservantia pacto-
rum adjectorum in instrumento, & ex novo su-
perindicto imposito, juxtà ea, quæ decisa fue-
runt apud *Reg.Capyc.Latr.decis.*171. *in fin.lib.*2.

Impedimentum proveniens ex facto Proregis di-
recto Impediente usum rei exemplificatur sub il-
14 lis verbis, ibi: *Excepto si las dichas ordenes, y
Prematica derechamente impedieren la execu-
cion, y cobranza de los derechos pertenientes al
tal Arrẽdamiento*, quod contingere potest jux-
tà casum, in quo scripserunt *Reg.de Ponte cons.*
88. *lib.*2. ubi Princeps post venditionem gabel-
læ oleorum, prohibuerat oleorum extractionem

ob

Digitized by Google

ob pestis timorem, & proindè fundavit Fiscum omninò teneri ad excomputum, quamvis impedimentum videretur justum. *Dom. Reg. Capyc. Latr.consul.*40. scripsit in causa inter Arrendatores gabellæ del Reale, cum Gubernatoribus SS. Annunciat. A. G. P. in qua prætendebatur excompotum ob impedimentum præstitum à Superiore in usu affictus rei locatæ ob mutationem monetæ, & quamvis damnum non esset intolerabile, fuit decisum pro omnibus prætensis *esse deducendos à summa debita ducatos* 12.*m. tantum, salvis juribus contra Civitatem, & Regiam Curiam*, ut habetur in fine dictæ *Consultat.*

Quæ renunciationes ad formam dicti *Capituli della riforma*, quamvis non legantur in aliqua lo-
15 catione gabellarum, aliarumque rerum fiscalium, semper tamen juxta dictum Capitulum, & servata illius forma, tamquam solita, & consueta, intelligitur fuisse contractum, *Cardin.de Luca de Regalib.discurs.*71.*nu.*8. & alii cumulati per *S.Rot.Rom.Auditor.Ansald.de Ansaldis in suo modernissimo tract. de commerc. & mercat. discurs.*96.*num.*15.& 16.

Quando ex supratraditis, remissionis mercedis disputandus se offerret articulus, cautus Condu-
16 ctoris Advocatus duplici Judicio experiri potest, nempè excomputi, & resolutionis contractus locatioois præviis protestationibus Regio Fisco notificandis, in quibus facta assertione impedimentorum impedientium usum rei, Gubernatores renunciare debent Arrendamenta petendo declarari non teneri ad extaleum, sed tantum ad solutionem diri&tuum percipiendorum, juxtà libros Arrendamentorum deductis expensis solitis, & necessariis, cum protestatione, quod durante provisione facienda super petitis, & durante administratione, intelligantur Arrendamenta administrari nomine Reg. Curiæ ad credentiam, quemadmodum fuit in praxi deductum in A.1628. pro Arrendatoribus Regiarum Dohanarum Apuliæ, ejusque novæ impositionis, vulgò *del cinque per cento*, sub patrocinio præstantissimorum illius sęculi Jurisconsultorum nimirum Andreæ Capani, & Aloysii Capacii postmodum Regii Consiliarii, cujus responsum his typis mandandum curavimus, cum satis doctè probare nitatur contractus resolutionem, nedum indubitatis Conclusionibus Juris commuois, sed ex stylo, & decisionibus Reg.Cameræ.

Consultatio Regii Consiliarii Aloysii Capacii.

DUplici judicio fuit conventus Regius Fiscus in Regia Camera ad instantiam Gubernatorum Arrendamentorum Dohanarum Apuleæ,
17 & novæ impositionis ducatorum quinque pro quolibet centenario, & super utroque legitimè extat compilatus processus.

Primò, scilicet excomputi, sivè mercedis remissionis ipsis actoribus faciendæ, ex tribus causis deductis in hoc judicio, prout ex facto liquet.

Prima causa propter impedimenta illata navigiis, illorumque Dominis, & mercatoribus per D.Di-
18 dacum de Olmos, y Alarcon cum diversis indebitis vexationibus, quarum causa deterriti mercatores, & navigiorum Domini recesserunt ab immittendo, & immitti faciendo solitas merces, & similiter à solitis extractionibus, prout deponunt testes in facto deducti, in specie de quibusdam navigiis, & in genere, quæ ex causa prædicta defecit solitum commercium, & hoc impedimentum incepit in mense . . . . & duravit per totum mensem . . . . & ex narratis in facto constat, ipsos Actores probasse damna illata per dictum D. Didacum cum commissione S.E. Instando providere, quod revocaretur commissio cum protestatione in forma contra Fiscum, & commissio non fuit revocata, nisi post damna passa per Actores ex dicta causa.

Et circa hanc primam causam, de jure nullum est dubium teneri Regium Fiscum non solum ad mercedis remissionem, verùm etiam ad reficien-
19 dum id, quod percepissent conductores, si impedimentum datum non fuisset, secundum regulam in hoc puncto traditam per *tex.in l.si fundus, ff. loc.* ibi: *Nam & si colonus tuus*, & per *Bald.in l.si de fundo, in princ. C. eod. tit. relat. à Marcello de Mauro alleg.*37.*n.*1.

Nec obstat, si dicatur, quod impedimentum prædictum deducitur in primo anno, in quo constat Arrendatores percepisse extaleum, imò, & ultrà.

Quia Actores probaverunt, quod si impedimenta prædicta non fuissent illata, alia navigia appulissent, quorum Domini deterriti recesserunt à cępto itinere pro oncrandis oleis, & aliis mercibus in dictis Provinciis, quo circa petitio Actorum de jure procedit, per *text.in l.qui cõmeatus ff.de re militari*, tenet *Alex.cons.*49. *num.*5.*vol.*2. & *Dec. cons.*454. *num.*6. *vol.*3. quos sequitur *Maur.d.alleg.nu.*2.

Nec opitulatur Fisco revocatio dicti Commissarii post menses quatuor, quia sufficit ad obtinendum mercedis remissionem pro damnis passis, & refectionem omnium diri&tuum, qui fuissent percepti, si impedimenta non adfuissent, fuisse probatum, quod durante dicto tempore, ex dicta causa non accesserunt navigia, & mercato-
20 res à solitis immissionibus, & extractionibus recesserunt, & sic sublatam fuisse commoditatem immittendi, & extrahendi, quod sufficiens est ad obtinendum, ex *decis. tex.in l.ne quandam, ff. de dolo*, in quo *tex.* consideratur solum impedimentum substulisse commoditatem eorum, qui ad res emendas concurrunt, quod similiter deciditur in *l.si in lege locationis, §. Colonus, ff. loc. vers.quod si paucis diebus*, ibi: *Omniaque Colono integra sunt*, &c. & hoc specialiter extat decisum

Digitized by Google

ciſum per *Ritum Regiæ Cameræ ſub tit. de ex-
computis, quæ proponuntur Curiæ à Gabellotis,*
21 *fol.mihi 36.àt.cap.de omnibus*, ſequentibus ver-
bis: *Item ſi damnum detur per factum Curiæ
Gabelloto, vel fiat per Curiam, ut non poſſit Ga-
bellotus exercere Gabellam, aut jus, ſeu diri-
ctum exigere, non tantùm tenetur ad exonera-
tionem mercedis pro rata, verùm ad intereſſe,
in quo venit etiam lucrum, & lucrari potuiſſet
conductor., ſi impeditus non fuiſſet exigere diri-
ctum.*

Et eò magis prædicta procedunt, quia fuerunt Fi-
ſco notificatæ proteſtationes, cum denunciatio-
ne damnorum, quæ à prædicto Commiſſario in-
ferebantur, & non fuit poſſibile opportunè de
remedio provideri, niſi elapſis quatuor menſi-
bus, infrà quod tempus damna jam illata fue-
runt, etiam reſpectu temporis futuri, prout in
facto pleniùs deductum eſt.

Secunda cauſa excomputi deducta in dicto primo
judicio, fuit bellum motum in Italia, & ſignan-
22 ter in Civitate Mantuæ, & ejus Statu de men-
ſe Martii, & Aprilis 1628. poſt contractum Ar-
rendamentorum inceptorum de menſe Januarii
dicti anni, quod bellum fuit inductum, & motum
à Miniſtris Suæ Catholicæ Majeſtatis, ex cujus
cauſa tota Italia commota eſt, cum exercitu Du-
cis Sabaudiæ, & Reipublicæ Venetæ, ſuperve-
niente etiam exercitu Gallico formato, qua de
cauſa mutato rerum ſtatu, quies Italica in in-
quietem reducta eſt, & ſolitum commercium
ceſſavit, & in facto probatum eſt, quod major
pars extractionum oleorum, aliarumque mer-
cium à Provinciis Arrendamentorum fiebat,
prout ſolitum eſt fieri, per illas partes ſtatus
Mantuani, ac Ferrarienſis, in quibus bellum vi-
guit præcipuè, prout eſt notorium. Et præter-
mittendo diſcurrere de cauſa belli, an juſta, vel
ne fuerit, quod ſoli Principi reſervatur, di-
cunt Arrendatores, quod ſufficit ad obtinen-
dum mercedis remiſſionem, quod bellum fuerit
inductum poſt contractum, & ſi dicatur fuiſſe
ex juſta cauſa, dum à Principe locatore, ſive
ejus principalioribus Miniſtris proceſſit, non
contingit dubitari mercedis remiſſionem pro ra-
23 ta temporis deberi, ex claris juris regulis de-
ſumptis ex apertis juribus in *l. item quæritur, §.
exercitu, ff.loc.& in l.ſi merces, §. culpæ, ff. locat.
l.ſi uno, in princ.* ibi: *& idem in vectigali damno
reſpondeo, ff.eod.l.licet, C.eod.l.ſi quis domum,
ff.eod.tit.* in quo *tex.* deciditur obligationem lo-
cationis tractum habere ſucceſſivum, quouſque
duret locationis tempus, quo uti frui liceat con-
ductori, & habetur in *cap. propter ſterilitatem*,
ubi *DD.*omnes, *extr.loc. & in l. ſi fundus, l. hæc
diſtinctio, l.ſi in lege, §.colonus, ff.loc.& per Surd.
in ſua dec.ſivè conſ.326.num.25.*

Idem in ſpecie in caſu belli extat deciſum per ſu-
pradictum *Rit. in cap. ſeq.* incip. *Et hæc intelli-
genda ſunt de impedimentis geſtis propter facta
ſupervenientia poſt emptionem, ſeu conductio-
nem, ut ſi Guerra ſuperveniſſet, & proptereà non
poſſet Gabellotus exercere gabellam, & merca-
tores non venirent, & mercantiæ non fierent,
adeò quod etiam ſi bellum ſine culpa Curiæ ſuc-
cederet, etiam ad excomputum tenetur, prout
in eodem Ritu deciditur in verbis ſubſequenti-
bus, ibi, licet ſine culpa Curiæ hoc ſit, tenetur
excomputare pro rata, ut dictum eſt, non potuit
prævideri hic caſus, quod guerra inſurgeret, &
ideò tenetur Curia ad excomputum, ut dicitur
dicta declaratione Federici, pro quo eſt, quod di-
citur in gloſ.C.loc.l.3.* ex quibus omninò excom-
putum ex dicta cauſa, etiam ex *Ritus* deciſione
deberi.

Nec immorandum cenſeo in eo articulo, quæ quã-
titas ſcilicet requiratur damni paſſi, pro obti-
24 nenda mercedis remiſſione, quia per Regiam
Cameram illa fuit recepta ſententia tamquam
communior, verior, & æquior id Judicis arbitrio
relinquendum eſſe, ut refert deciſum *Reg. Re-
verterius in ſua dec.17. tit. de remiſſione merce-
dis, quomodo, & quando fiat à locatore, & an Ju-
dicis arbitrio definiatur vol. 6. fol. mihi* 104. &
ideò pro rata temporis remiſſionem mercedis
illi conductori fuiſſe admiſſam, in modica quan-
titate, quæ neque ad dimidiam, neque ad ter-
tiam partem penſionis aſcendebat, ut *dict. deciſ.
propriè, fol.mihi* 108.*àt.* quod ex *dicti ritus* ſpe-
ciali deciſione cavetur, ſcilicet in caſu guerræ
pro rata temporis remiſſionem gabelloto eſſe
faciendam, & ſic in dies judicatur.

Imò per eandem Regiam Cameram fuit judicatum
eſſe reſolvendum ad credentiam contractum
25 Arrendamenti, in quo Arrendator fundici Ci-
vitatis Surrenti damnum paſſus fuerat ex cauſa
adventus Turcarum in Civitate Hydrunti, ut
conſtat ex *conſultatione Regiæ Cameræ*, de
menſe Maii 1483. in *part.24.fol.*201. ad notata in
*apoſtillis in marg.principii dicti Ritus de excom-
putis, &c.* de quo infra in ſecundo judicio latiùs
dicam.

Quod tempus belli incepit à dictis menſibus Mar-
tii, & Aprilis 1628. & duravit uſque in finem
arrendamenti, prout adhuc durant reliquiæ, non
ſine labefactatione Italiæ, & hujus Regni, ut eſt
notorium.

Et ſupervenit tertia cauſa deducta in dicto primo
judicio, quæ eſt peſtis, quæ ſucceſſit in tota qua-
26 ſi Italia, & extra in Regionibus exterorum Re-
gnorum, ex cujus cauſa emanatæ fuere Regiæ
Pragmaticæ, ac publica banna publicata in Ci-
vitate Neapolis, & in toto Regno, & præſertim
in dictis Provinciis Apuleæ, prohibendo com-
mercium, & acceſſum navigiorum, hominum,
ac mercium exterarum Regionum, qua de cauſa
ſolitæ immiſſiones, & extractiones mercium in
Provinciis prædictis omninò ceſſaverunt, &
conſequentèr directuum venditorum perceptio-
nes, prout eſt notorium, quod probatione non

eft opus, licet optimè ex abundanti probatum
fit. Quæ caufa peftis fuit adeo urgens ad impe-
diendum commercium, quod continuando in
pejus coacti fuere Arrendatores renunciare
arrendamenta, & proteftari, adminiftrationem
facere nomine Regiæ Curiæ ad credentiam, do-
nec fic declararetur per Reg. Cameram, ut pro-
ximè dicam circà fecundum judicium motum
pro contractus refolutione, quo fit, ut ex allega-
tis juribus, & in fpecie per *l. habitatores. ff. loc. &
per Carroc. de loc. tit. de remiffione mercedis qu.*
1. *&* 8. *num.* 1. *&* 18. omninò remiffio mercedis
facienda fit pro rata temporis.

Nec omicto, quòd in cafu noftro etiam totale in-
tereffe, in quo venit lucrum, iure prætendi po-
27 teft, quoniam peftis non fuit in Regno, qui re-
putaretur cafus opinatus; in quo debetur remif-
fio mercedis pro rata temporis: fed fuit extra
Regnum, & fuit per Regias Pragmaticas impe-
ditum, & prohibitum folitum commercium, eò
quòd dammum evenit facto Curiæ, ejufque im-
pedimento, in quo cafu ex fupradicti *Ritus* de-
cifione, etiam totale intereffe cum lucro peti
poteft, & admicti deberet.

Hæc fatis quoad primum judicium excomputi, feu
mercedis remiffionis.

Alterum, & fecundum judicium intentatum per
Gubernatores contra Fifcum fuit refolutionis
28 contractus locationis, fivè Arrendamentorum
ad credentiam, hoc eft dare Curiæ, id quod
durante tempore Arrendamentorum fuit perce-
ptum, deductis expenfis, prout fuit petitum
per Actores.

Hoc judicium fuit motum cum proteftatione, imò
reiteratis proteftationibus Regio Fifco notifica-
tis, in quibus afferendo continuationem impe-
dimentorum commercii mediantibus Reg. Prag-
maticis, bannis publicis, atque Superiorum or-
dinibus in Provinciis Arrendamentorum, ex
caufa peftis, & in toto Regno, qua de caufa
commercium jam omninò ceffaverat, renun-
ciantes Arrendamenta prædicta petierunt de-
clarari per Cameram, quod non tenerentur ipfi
ad extaleum, fed tantùm ad folutionem dirictuũ
percipiendorum, juxtà libros Credenzeriorum,
deductis expenfis folitis, & neceffariis, ftanti-
bus legitimis, & notoriis caufis impedimento-
rum, ex quibus impediebatur perceptio diri-
ctuum venditorum, cum expreffa proteftatio-
ne, quod durante provifione facienda fuper pe-
titis, & durante adminiftratione intelligantur
adminiftrari Arrendamenta nomine Regiæ Cu-
riæ ad credentiam, prout ex dictis proteftatio-
nibus liquet.

Et dato termino per Regiam Cameram, etiam fu-
per deductis in hoc judicio, atque legitimè com-
29 pilato proceffu, de duobus contingit dubitari.

Primo, an tempore proteftationum factarum
legitimæ adfuerint caufæ, ex quibus pof-
fit effe locus petitæ refolutioni contractus; ita
quod jure poffit decerni per Regiam Cameram,
juxtà petita per actores.

Secundo, quia poft proteftationes factas per Gu-
bernatores ipfimet continuaverunt adminiftra-
re (licet cum prædictis proteftationibus) num
30 poffint obtinere, ex quo factum fubfequens fuit
proteftationi contrarium, ex regula, *quod pro-
teftatio contraria facto non relevat proteftan-
tem.*

Circà primum conclufivè procedendo concludo,
tàm de jure communi, quàm de ftylo, & ex de-
cifione Regiæ Cameræ effe locum in cafu, de
quo agitur refolutioni contractus, dum caufæ
fuerunt probatæ, ex quibus commercium ceffa-
vit, & confequenter dirictuum venditorum
perceptio.

Siquidem de jure communi indubitata eft conclu-
fio, quod tàm ope exceptionis, quàm per viam
actionis refolvitur cõtractus, fi id deficiat, quod
31 principaliter movet ad contrahendum, quini-
mò contractus etiam nominatus corruit ob de-
fectum caufæ finalis, *l. cum te fundum*, ubi *Bald.
Salyc. & Caftrenf. C. de pact. inter empt. & ven-
dit. Abb. in c. verum, verf. unde conc. de cond. ap-
po.* & cæteri, quos refert, & fequitur *Surd. decif.*
220. *num.* 19. *decif.* 344. *num.* 18. 19. *&* 20. Quò
circà deficiente caufa finali contractus Arren-
damentorum, quæ eft exactio dirictuum, quæ
omninò ceffavit propter impedimenta timore
peftis, ut fuit probatum, res caret omni dubio
dari contractus refolutionem.

De ftylo Regiæ Cameræ extat decifus articulus
per præcitatam *confultationem* factam per ean-
32 dem Regiam Cameram in anno 1482. cum Ar-
rendatore Fundaci, & Dohanæ Civitatis Sur-
renti, qui renunciando Arrendamentum, petiit
refolvi contractuum ad credentiam, & hoc pro-
pter adventum Turcarum in Civitate Hydrun-
ti, qua de caufa fuerunt conductæ, & armatæ
hic Neap. naves, cum quibus difcefferunt mul-
ti homines dictæ Civitatis Surrenti, & locorum
circumftantium, qui negotiabantur cum diver-
fis induftriis, & mercibus, etiam quia ex dicta
caufa adventus Turcarum erat defraudatus ani-
mus aliorum, qui folebant accedere cum mer-
cibus, & utilitatem afferebant dicto Fundico,
& per Cameram die 1. Septembris dicti anni
fuit dictum; *quod adminiftraffet Arrendator in-
troitus dicti Fundici, quod in fine anni de jufti-
tia provideretur*, prout finito anno, conftito,
quod extaleum erat unciarum 54. & ex libris
conftabat exactionem importare uncias 41. tan-
tùm, & fic uncias trefdecim mimis extaleo, fuit
per Regiam Cameram decifum, *effe refolvendum
ad credentiam dictum Arrendamentum*, ut
ex dicta *confultatione* fub die 15. Maii 1482.
in part. 24. fol. 201.

Hæc decifio Regiæ Cameræ à fortiori procedit in
cafu noftro, tàm refpectu caufæ, propter quam
33 fuit refolutus contractus, quàm refpectu quan-
tita-

Digitized by Google

titatis damni paſſi, reſpectu cauſæ, quia illa fuit
minor, & quodammodo remota, nam Arren-
damentum erat in Civitate Surrenti, & adven-
tus Turcarum fuit in Civitate Hydrunti, & ex
eo ſolùm, quia aliqui Cives Civitatis Surrenti
diſceſſerunt cum navibus, & quia aliorum ani-
mus erat defraudatus ob adventum Turcarum
in dicta Civitate, & circa damnum aſcendebat
ad quartam partem tantùm extalei, quod erat
unciarum 54. & fuerunt perceptæ unciæ 41. &
ſic 13. unciæ minus extalco.

At in caſu noſtro, cauſa fuit major, & propriè pri-
vativa exactionis dirictuum, quoniam prohibi-
34 tio commercii fuit in propriis Provinciis Ar-
rendamentorum cum pœna mortis naturalis,
adeò quod ulla penitus extractio facta fuit per
extra Regnum, nec immiſſio permiſſa, imò fue-
runt combuſtæ naves cum mercibus, quæ ad-
venerant in portibus dictarum Provinciarum.

Reſpectu verò damni fuit ſine comparatione ma-
jus in caſu noſtro. Siquidem ſi attendimus
damna paſſa pro toto tempore Arrendamento-
rum, aſcendunt ad ducatos 183790. juxtà rela-
35 tionem Magnifici Rationalis Coppulæ, qui du-
cati 183790. important . . . . . partem to-
tius extalei pro toto tempore annorum qua-
tuor, & menſium . . . . . ad rationem duca-
torum 150200. ſingulis annis; Si verò attendi-
mus damnum paſſum poſt petitionem declara-
tionis Arrendamentorum ad credentiam de
menſe Octobris 1631. qui fuit ultimus annus
Arrendamentorum aſcendit ad ſummam duca-
torum 67120.10. prout ex levamento particu-
lari. *fol.* . . & ſic importat. . . .

Quò fit, ut omni ceſſante difficultate ſit judican-
dum pro petita reſolutione contractus ad cre-
36 dentiam, & ſucceſſivè Gubernatores non tene-
ri, niſi ad perceptos dirictus tempore eorum
adminiſtrationis, deductis expenſis liquidandis
per Regiam Cameram juxtà eorum petitionem
cum annexis proteſtationibus prædictis.

Deveniendo ad ſecundum, ſcilicet, quod cùm poſt
proteſtationes adminiſtraverunt Gubernatores
37 vitiatæ ſint proteſtationes per actum contra-
rium ſubſecutum, non ſolùm in continenti poſt
illas factas, & notificatas, ſed ex intervallo uſq;
ad finem Arrendamentorum, licèt prima facie
videatur obſtare regulam, quod proteſtatio con-
traria facto non relevat proteſtantem.

Tamèn prætermiſſis diſputationibus concluſivè
procedendo, breviter concludo, ex duobus re-
gulam prædictam in caſu noſtro non obſtare.

Primo, ex declaratis per *Bartolum in l. non ſolùm,
§. morte ejus, ff. de oper. nov. nunciat.* cum optima
diſtinctione qualitatis proteſtationum, quam
referunt, & ſequuntur *Jaſ. Alex. Caſtrenſ. Al-
beric.* & cœteri omnes communiter citato loco.

Secundò, ex qualitate facti in caſu noſtro, ex qua
omnis diſputatio reſolvitur.

Quoad primum concludit *Bart.* quatruplicem eſſe
proteſtationem, ſcilicet, quod quædam eſt de-
38 claratoria voluntatis, ſecunda prohibitoria, ne
aliquid fiat, tertia incitatoria, ut aliquid fiat,
quarta certificatoria alicujus quod ſit, vel non
ſit, & non eſt dubium, quod prima tantùm ſpe-
ctat ad caſum noſtrum, ſcilicet declaratoria vo-
luntatis, quam fecerunt Gubernatores prote-
ſtantes non intendere adminiſtrare, niſi ad cre-
dentiam, ad utile, & damnum Regiæ Curiæ,
quæ proteſtatio declaratoria non tollitur per
actum contrarium, qui ſecum compatitur, prout
concludit *Bart. cit. loco per text. in l. qui aliena §.
fin. ff. de acquir. hæred.* item, & *Bald. Jaſ. & DD.*
communiter in *d. l. non ſolum §. morte ejus, Bald.
in l. ſi cum ff. de ſervit. gloſ. in l. ut debitum in
gloſ. 1. & ibi Bal. C. de hæred. ac.* & hæc prote-
ſtatio declaratoria voluntatis, quæ dependet à
voluntate proteſtantis, non ſolùm per actum
contrarium non tollitur, imò actum ipſum de-
ſtruit *d. l. qui aliena §. fin. & l. ſi quis in principio
teſtamenti ff. de leg. 3. l. ſi mihi, & tibi §. in lega-
tis, & in l. ita ſcriptum ff. de leg. 1. DD.* commu-
niter, præcipuè *Bart. Bal. & Iaſ. in d. §. morte
ejus*, quò circà declarata voluntate Arrendato-
rum per proteſtationem nolle teneri ad exta-
leum, quia commercium omninò ceſſaverat ex
cauſa impedimentorum dependentium à Curia,
ſed renunciantes Arrendamenta inſteterunt
declarari ad aliud non teneri, niſi ad creden-
tiam, pendente adminiſtratione, illamque intel-
ligi facere nomine Regiæ Curiæ cum jurium
proteſtatione, certum eſt, quod actus ſubſe-
quentis adminiſtrationis non deſtruit proteſta-
tionem, imò ipſe actus deſtruitur præſervata
proteſtatione præcedenti.

His accedat, quod proteſtatio, imò proteſtationes
factæ per Gubernatores declaratoriæ eorum
39 voluntatis fuerunt factæ per verba generalia
reſpicientia directò tempus futurum, porrigun-
tur ad omnes actus futuros, *argum. l. ſi ita ſtipu-
latus ff. de fidejuſſorib.* & in caſu, de quo loquitur
Bart. in d. §. morte ejus n. 15. quod ſi quis fuerit
proteſtatus, quod ſi per aliquem actum, quem
continuaret ſe facturum non intendit adire
hæreditatem, ſed illud facit, ut negotiorum ge-
ſtor. *l. Neſennius, cum ſimilibus, ff. de neg. geſt.*
tunc proteſtatio illa non deſtruitur, *d. l. qui in
aliena §. fin.*

Prędicta roborantur ex eo, quod quando actus
eſt habilis ad duplicem ſenſum, proteſtatio ſem-
40 per trahitur ad ſenſum proteſtatum, ut docent
*Alex. & Bart. in d. l. non ſolum §. morte ejus in
verſ. actum contrarium*, adducens *Angel. in l. ju-
riſgentium §. quod ferè de pact.* quò circà licèt
Gubernatores præcedentibus proteſtationibus
in adminiſtratione Arrendamentorum perſiſte-
rint, debet hic actus adminiſtrationis trahi,
prout juris eſt ad ſenſum proteſtantis, hoc eſt
de adminiſtrando Arrendamenta nomine Re-
giæ Curiæ, pro qua proteſtati fuerunt admini-
ſtrare, & ſic non ſolum proteſtatio non eſt con-
traria facto, ſed cum ipſo compatitur, prout de-

cidit *Rip.in c.cum M.col.1.de conſt*, & refert, & ſequitur *Joc.Put.dec.115.lib.2.*

Nec obſtant prædictis allegata per *Bar.in 2. concluſ.in d.§.morte*, ſcilicet quia in iis, quæ de-
41 pendent, ex voluntate proteſtantis, & alterius, niſi fiat proteſtatio parti, & à parte acceptetur, vitiatur proteſtatio per actum contrarium, & ſic videntur limitari, quæ ſupradicta ſunt, quia reſpondetur cum *Jaſone ſuper d. §.morte nu. 14. verſ.ſecunda concluſio eſt*, limitationem intelligi quando proteſtatio fit abſente parte, ſed quando fit parte præſente, & acceptante, vel expreſsè contradicente, tunc actus ſubſequens non vitiat proteſtationem, quia jam denegatur conſenſus per proteſtationem precedentem, & hoc ſufficit, nec præjudicat contradictio proteſtanti; probatur per formalia verba *Jaſ.* citato loco ubi inquit: *Item adde pro iſta concluſione Bart. beneſacere, quod ſi aliquis in præſentia teſtium, proteſtatur expreſſe in futurum, quæ unquam dicet, vel ſaciet animo contrahendi matrimonium cum tali muliere, ſi poſteà cum ea matrimonium publicè contrahat, videtur ab omni proteſtatione receſſiſſe, & matrimonium valet, & tenet gloſ.no.& ord. in cap.tua nos in gloſ. 1. de ſponſ quæ gloſ.not.procedit, & limitatur, quando talis proteſtatio fuit facta in abſentia mulieris, prout etiam loquitur Bart. hic allegando l. ſi repetend.C.de condict.ob cauſ.ſecus ſi talis proteſtatio fuiſſet facta præſente ipſa muliere, & conſentiente illi proteſtationi, vel etiam expreſsè contradicente, tunc talis proteſtatio generalis, ſic directè concepta in futurum impedit matrimonium, quamvis poſteà publicè cum ea contrahat, ratio, quia talis proteſtatio oſtendit, quod abeſt conſenſus ipſarum partium, ſine quo contrahi non poteſt matrimonium, l.obligationum ſubſtantia §. fin. ff. de act.& obligat.* ex quibus verbis *Jaſonis* conſtat, quod etiam quando ſumus in iis, quæ dependent ex voluntate proteſtantis, & alterius, quando proteſtatio notificatur parti, licet contradicat, non vitiatur proteſtatio per actum ſubſequentem, quia deficit conſenſus, quæ ſententia à fortiori procedit in caſu noſtro, ex eo, quia licet proteſtatio non fuerit à Fiſco acceptata; tamèn illi contradixit, & ſuper proteſtatione, & contradictione fuit terminus impartitus per Regiam Cameram, ſuper quo jam fuit compilatus proceſſus.

Secundo, dixi ceſſare regulam prædictam ex facto deducto in proceſſu, ex quo omnis reſolvitur
42 diſputationis difficultas, & ſic omnia prædicta ad ſaturitatem dicta ſunt; conſtat enim ex proceſſu, quod proteſtationes Gubernatorum fuerunt Fiſco notificatæ cum renunciatione Arrendamentorum, & quia Fiſcus proteſtationem non acceptavit, fuit per Regiam Cameram datus terminus ſuper petitis, non rejiciendo proteſtationes, ad finem, ut deductis, & patefactis juribus inſtructo proceſſu potuiſſet judicare, an eſſet reſolvendus contractus, & ideò dùm adminiſtratio ſubſequuta ſucceſſit præcedentibus proteſtationibus, & durante compilatione proceſſus ſuper in illis deductis, non poteſt prætendi fuiſſe factum actum contrarium proteſtationibus, quæ removebant conſenſum ab actibus futuris, ex ſupra allegatis.

Et quoties actus declaratorius præcedens verè, vel præſumptivè removet conſenſum ab actu
43 poſteriori, actus poſterior vitiatur, ſi verè, vel præſumptivè non apparet mutata voluntas, quæ mutatio voluntatis non præſumitur ex actu poſteriori, per allegata per *Corneum conſ.191.nu. 2.circa med.& per text.in l.eum, qui mutata de probat.*

Et in caſu noſtro certè mutata voluntas per Gubernatores præſumi non poteſt poſt proteſtationes notificatas, imò illa ſemper continuata
44 probatur, dùm ſuper petitis inſteterunt compilari proceſſum, prout jam fuit compilatus, & ut utar verbis ejuſdem *Cornei d.conſ.num.2.in fin.* in caſu in terminis, dico, *Quod ſi non eſſent jura, & Doctores, qui allegatam theoricam probarent, ratio naturalis deberet nos trahere in hanc ſententiam, ſcilicet quod ubi proteſtatio removet conſenſum ab actu, qui dependet à voluntate proteſtantis, vitiaretur actus, ex quo actus ſine conſenſu vitiatur, & rationem naturalem (inquit Corneus citato loco) ſufficit allegare l. ſcire oportet, §. ſufficit de excuſat. tutor. facit. l. cum ratio ff.de bon.damn. licet in caſu ſupradictæ firmatæ concluſionis ſit text.in l.qui in aliena §.Celſus, & d.l.obligationum ſubſtantia §. fin. l.ſi quis in principio teſtamenti*, quæ jura allegat *Corneus eod.loco*, & ratio naturalis magis viget in caſu noſtro, in quo non contingit dubitari, ſi Gubernatores poſt proteſtationes mutaverint voluntatem, quia inſiſtendo in declarata voluntate de adminiſtrando ad credentiam nomine Regiæ Curiæ cum reiteratis proteſtationibus, & vacando compilationi proceſſus ſuper proteſtatis ad finem obtinendi, dicitur ſine ſcrupulo continuata ſemper voluntas, & confirmata, juxta contenta in proteſtationibus, ſicque omnis actus ſubſequutus ſemper dicitur vitiatus, ſalvis contentis in proteſtationibus prædictis, ex quibus concluditur ſine dubio non impedire declarationem, ſive decretum reſolutionis contractus per actum ſubſequutæ adminiſtrationis.

Accedat ſupradictis, quod quando actus ſubſequutæ adminiſtrationis non eſſet tàm clarus, quàm eſt in caſu noſtro, ſed ambiguus, itaut
45 non facilè dignoſceretur, ſi ſecundùm proteſtationem fuerit ſubſequutus, tunc declarandus eſſet per proteſtationem præcedentem, & ad ipſam trahitur, prout in caſu ambiguæ ſolutionis, præcedente proteſtatione, concludit *Gratian.diſcept.224.n.77.lib.2.* ea ratione, quia regula eſt in quolibet actu habente duplicem ſenſum

sum semper dari interpretationem secundum voluntatem protestantis, & ultra per me supra allegata, addit *Angel. in l. jurisgentium §. quod ferè ff. de pactis, & Rot. Genuens. decis. 6. n. 12.*

Et licèt ex prædictis dubitari non possit esse judicandum ad favorem actorum pro petita resolutione contractus. Tamen ut constet brevibus verbis illos esse omninò absolvendos à restanti debito extalei, concludo sic; quod vel judicandum est, prout omnino speratur, esse contractum resolvendum ad credentiam, prout aliàs fuit per Regiam Cameram judicatum, & certum est ad nihilum actores teneri, nisi ad directus perceptos, & jam solutos, imò Regia Curia tenetur reficere expensas necessarias, stante quod non posuerunt in exitu omnes expensas, quæ omninò necessariæ fuere.

Vel judicandum est per viam excomputi, & in hoc casu, quià tres sunt causæ deductæ.

Prima, impedimenti ex facto Curiæ, sive ejus Ministrorum.

Secunda, ex causa belli, quod, vel si à Curia, vel ab alio inferatur, ex *Ritus* decisione remissio mercedis debetur.

Et tertia, ex causa pestis extra Regnum, propter quam in Regno fuit commercium impeditum, ità & taliter, quod omninò immissiones, & extractiones mercium à dictis Provinciis cessaverunt, & similitèr remissionem mercedis pro rata temporis deberi dubitari non contingit, ità quod, vel illa, vel hac via omninò veniunt actores absolvendi à restanti debito extalei.

Aloysius Capacius ..

SUMMARIUM.

1 *Executivè potest agi contrà Conductores, sivè Arrendatores rerum fiscalium.*

2 *Additio redditnum fiscalium, quæ fit in publica subhastatione Hispano idiomate vocatur* Remate.

3 *Via executiva nedùm conceditur contrà principales Conductores, sed etiam contrà Socios, & Caratarios pro singulis portionibus divisis, inter quos nulla facta divisione, omnes tenentur insolidum.*

4 *Exceptio excomputi est exceptio requirens altiorem indaginem, & per consequens indiget termino, non impedita interim solutione.*

5 *Exceptio excomputi verificanda per brevem terminum, intelligitur de notoria excomputi exceptione.*

In §. 117. incip. *Y porque en virtud de los Remates de los Arrendamientos, &c.*

Mandatur procedendum esse via executiva contrà Conductores, Caratarios, sive Arrendatores rerum fiscalium, quibus remanserunt
1 redditus tamquam ultimis licitatoribus in publica subhastatione, & quod exceptiones excomputi, sive quæcumque aliæ, quæ in promptu, & infrà breviorem terminum non justificantur, reserventur in judicio ordinario.

Ad intelligentiam harum literarum Regalium mirificè conferunt tradita per *Consil. Carlev. de*
2 *Judic. lib. 2. tit. 3. disput. 10. nu. 3. & 4.* ubi quod additio reddituum fiscalium in publica subhastatione, quæ Hispano idiomate vocatur *Remate*, quemadmodum vocatur in hac *Pragm.* habet paratam executionem, nedum contra principa-
3 les Conductores, sed etiam contra Socios, & Caratarios, juxtà portiones inter ipsos divisas, pro quibus portionibus divisis tantùm contra eos agi potest, *Olea de cession. jur. tit. 3. quæst. 5. num. 18.* nulla tamen facta divisione, omnes tenentur insolidum, latè *Pisan. super Ritib. Reg. Cam. rubr. 25. num. 42. & 43.* ubi quod circà hoc nulla potest cadere dubitatio attenta hac *Prag. 75. in §. 109.* per quam Caratarii sunt nominandi antè, vel post captam Arrendamenti possessionem, ad hoc, ut approbentur per Reg. Cam. si idonei deprehendantur, juxtà requisita in eadem *Pragm.* notata; Accedit *Reg. Rovitus super Pragm. 37. de Offic. Procurat. Cæsar. num. 2.* ubi quod proceditur summariè ad significatorias, nedum contra Caratarios, sed contra quoscumque dictorum Arrendamentorum debitores, de quorum debito non dubitatur.

Quò verò ad exceptionem excomputi, sive aliam requirentem altiorem indaginem decisio hujus
4 *Pragm.* est conformis cum dispositione Juris communis, & juxtà Consuetudinem judicandi, quam supra tradidimus invaluisse in Reg. Cam. nempè ut proposita à Conductoribus exceptione remissionis mercedis datur terminus in causa, non impedita interim solutione, ut latè admonuit *D. Reg. de Marinis lib. 2. suar. resol. 187.* ubi allegat *Rot. & Molfes.* dicentes instrumenti executionem non posse impediri per hanc exceptionem requirentem altiorem indaginem.

Illud quod dicitur in his literis Regalibus, dummodò exceptio non verificetur per brevem
5 terminum, ibi: *Sino es quella esception, y escomputo, ò otra legitima opuesta por el Arrendador se prueve, y verifique dètre de un breve termino*, intelligenda est de notoria excomputi exceptione, vel de aliis exceptionibus, nempè solutionis, vel compensationis liquidæ, & de similibus, per quas recedi solet à via executiva, jux-

juxtà tradita per *Consil. Carlev. de Judic. tit. 2. disputat. 8. num. 39.* & per *Reg. Capyc. Latr. decis. 58. num. 13. lib. 1.*

S V M M A R I V M.

1 *Cedularium novum Baronum Regni fuit ordinatum fieri Anno 1634. vigore resultæ Regiæ Visitationis.*

2 *Decretum Reg. Cam. editum die 3. & 5. Martii 1650. adducitur pro regula Regii Cedularii.*

3 *Adobarum taxa quomodo fiat in Reg. Cam. pro corporibus secundarum causarum, vel Portulaniæ Siclæ, vel Bajulationis, quæ fuerunt acquisitæ separatim ab ipso feudo.*

In §. 123. incip. *Siendo como es, &c.*

DE hoc capite novæ reformationis Cedularii memor fuit *Reg. de Philippis dissert. 32. nu.* 67. & 68. & *Reg. Galeot. in respons. fiscal. 30. à*
1 *nu. 49. cum seqq.* ubi refert de ordine S.M. fuisse ordinatam confectionem novi Cedularii omnium feudatariorum Regni emendatis erroribus antiqui Cedularii, quod jam opera, & industria Præsidentis Jo: Jacobi Mercurii fuit cõfectum superintendente in illius confectione ipsomet Regente Galeota, ut constat ex ipsismet Regalibus instructionibus resultantibus ex Regia Visitatione Anni 1633.

Quomodo debeat regulari Cedularium circà alienationes, refutationes, successiones, permuta-
2 tiones, donationes, translationes, & registrationes feudorum, adest decretum generale Reg. Cam. editum die 3. & 5. Martii 1650. quod *est* 659. *apud Reg. de Marinis.*

Hic quoque congruit adnotare, quod quando Barones acquisiverunt jurisdictiones separatas ab
3 ipso feudo, nempè illam secundarum causarum, vel Siclæ ponderum, & mensurarum, vel bajulationis debent taxari in Cedulario pro nova adoha separata ad rationem ducatorum viginti sex, & quarti unius pro centenario redditum denunciatorum in ultimo relevio, & pro bajulationibus ad rationem ducatorum triginta, & eodem modo pro officiis Magistri Actorum, ut extat provisum per decretum generale Regiæ Cameræ editum sub die 19. Aprilis 1651. quod *est* 668. *in illis recollectis per Reg. de Marinis*, & de hac indubitabili praxi testatur *Consil. de Rosa in suis prælud. feudal. lectur. 6. à nu. 1. ad 14.*

S V M M A R I V M.

1 *Officialis quando possit per substitutum deservire in casu absentiæ, & infirmitatis, & n. 2.*

3 *Officialis minor nominatus in officio ab habente potestatem nominandi, an possit absque Regio permissu exercere per substitutum si habuerit hanc facultatem ei tributam in nominatione.*

4 *Refertur praxis per Reg. Cam. in substitutionibus faciendis in officiis per minores, & mulieres.*

5 *Officiales habentes potestatem substituendi debent nominare personas idoneas approbandas per Reg. Cam.*

6 *Officialis habens potestatem serviendi per substitutum, num cogatur certiorare Principem de persona substituenda, & quid servetur in praxi, quando personæ substituendæ non fuerunt repertæ habiles.*

7 *Assensus non requiritur in alienatione, vel substitutione officii concessi cum potestate alienandi, vel pro hæredibus.*

8 *Officialis habens potestatem sibi nominandi successorem in officio an possit uti facultate nominandi post sententiam condemnatoriam.*

9 *Quid si delictum fuerit commissum post nominationem.*

10 *Quid in officio concesso insolidum duobus, num delictum unius in officii administratione nocere possit Consocio.*

11 *Officio concesso patri, & filio, vel pro filio nominando, num patris delictum nocere possit filio nominato, vel nominando.*

12 *Officium emptum à communi patre, vel de communi pecunia, licet ponatur in capite unius ex filiis, qui in eo successit, tamèn istius delictum non nocet aliis fratribus participantibus in emolumentis quin possint petere esse admittendos ad transactionem pro culpis per fratrem commissis, translato officio in personam alterius fratris.*

13 *Officialis condemnatus in exilium num possit alium loco sui substituere.*

14 *Nominatio facta in officio num possit revocari alio nominato. Et num nominatio facta de officio per patrem in personam filii primogeniti mediante mandato procurationis in personam ejusdem pro obtinenda ampliatione à Sacra Catholica Majestate possit antè obtentam ampliationem revocari per secundam nominationem factam in personam filii secundogeniti, & quid si esset assensus impetratus super prima nominatione; refertur casus decisus.*

15 *Revocatio vigore* Constit. Constitutionem Divæ memoriæ *num habeat locum in officiis.*

16 *Revocationis notificatio parti facienda vigore* Reg. Pragm. *an requiratur in officiis, quemadmodum requiritur in feudis.*

17 *Revocationis scientia aliundè habita an sufficiat in terminis* Pragm. *requirentis legitimam notificationem.*

18 Decisio Reg. Sanfelic. 105. *in dubium revocatur.*

19 *Revocationis intimatio facta Procuratori non ha-*

Digitized by Google

habenti ſpeciale mandatum an ſufficiat.

20 *Revocatio an poſſit fieri per Procuratorem habentem mandatum ad vendendum feudum.*

21 *Officii emolumenta an poſſint alienari, hypothecari, & locari abſque Regio aſſenſu, reſolvitur cum diſtinctione, & refertur noviſſima deciſio S.R.C. de Anno* 1668.

22 *Officium ampliatum mediante nominatione an ſit obnoxium Creditoribus, & legatariis nominantis.*

23 *Officium conceſſum abſque qualitate hæreditaria cum poteſtate nominandi unum ex filiis, vel ſucceſſoribus, non poteſt gravari per Patrem, niſi in actu nominationis.*

24 *Nominatio poteſt fieri quocumque modo, & in quacumque ſcriptura publica, ſivè privata, & tam per actum ultimæ voluntatis, quàm inter vivos, niſi Dominus aliud in conceſſione expreſſerit, & num ſit admittenda, ſi fuerit facta in folio albo.*

25 *Facti ſeries proponitur cum motivis, & n.* 26. 27. *&* 28.

29 *Officia vacatura ad beneficium Reg.Cur. etiam poſt mortem alterius poſſunt concedi, & transferri, & ampliari ad vitam perſonæ nominandæ, & ceſſat votum captandæ mortis, & nu.* 30. *&* 55.

31 *Aſſenſus Regius non requiritur in ſubſtitutione perſonæ habilis ad exercitium officii, quando poſſidens officium eſt mulier, quæ habet facultatem ſerviendi per ſubſtitutum.*

32 *Revocationi ſubſtitutionis factæ in officiis non erit locus, niſi reſtitutis prius quantitatibus receptis, pro quibus datur retentio.*

33 *Nominatio dicitur in forma valida, quamvis ſcripta in Schedula privata, quando eſſet ſubſcripta propria manu nominantis cum authentica publici Notarii.*

34 *Notarii potius præſumitur error, & oblivio, quàm falſitas.*

35 *Scriptura approbata cenſetur ex ſubſcriptione, & in dubio præſumitur ſcientia omnium contentorum in ſcriptura ſubſcripta, non plenè probato contrario.*

36 *Nominatio non ſolùm poteſt fieri per ſubſcriptionem in ſcriptura privata factam, ſed ſolo nutu, & quomodocumque de voluntate appareat.*

37 *Nominatio facta in Schedula privata, de qua ſit mentio in Codicillis dicitur facta in Codicillis, & plenè probat abſque alia recognitione.*

38 *Subſcribens aliquam ſcripturam habetur, ac ſi totam ſcripturam virtualiter, & propria manu ſcripſiſſet.*

39 *Statutum faciens mentionem de ſcriptura propria manu ſcripta procedit in ſcriptura propria manu tantùm ſubſcripta.*

40 *Nominatio eſt actus facti, & non juris, & ſic declaratio animi nominare volentis.*

41 *Veriſimilitudo cedit veritati, quæ veriſimilitudo admittit probationem in contrarium per tres teſtes.*

42 *Nominari poſſunt in officiis etiam extranei, qui non ſunt hæredes, & extinguitur officium cum perſona conceſſionarii.*

43 *Arbitrio boni viri cenſetur remiſſum illud, quod fuit remiſſum arbitrium Cõfeſſarii, adeò ut Confeſſario non juſtè arbitranti ſit recurrendum ad Judicem ſuperiorem.*

44 *Officium emens propria pecunia pro perſona nominanda nominando extraneum, ſi nominatus acceptat nominationem tenetur ad reſtitutionem pretii.*

45 *Nominatio ſcripta in folio albo, ſeu vacuo ſuſtinetur, ſi fuerit ſubſcripta propria manu nominare debentis.*

46 *Nominato in officio præmoriente non devolvitur officium ad Dominum directum, ſed remanet poteſtas iterum nominandi, tamquam ſi nulla facta eſſet nominatio effecta caduca.*

47 *Officii titulus non eſt in commercio abſque aſſenſu, & proinde non eſt inconveniens, quod titulus ſit penès unum, & emolumenta penès alium.*

48 *Nominatus ab eo, cui nominatio eſt commiſſa cenſetur propriè nominatus à committente.*

49 *Nominandi, & eligendi jus non amittitur, niſi ſpatio* 30. *annorum.*

50 *Nominatio facta in folio albo, num importet commiſſionem nominationis perſonæ incertæ de incertis, & num.* 51.

52 *Procuratoris nominatio in folio albo permittitur de Conſuetudine.*

53 *Procurator tam generalis, quam ſpecialis admittitur ad nominandum, & eligendum.*

54 *Mandati vim habet folium album, quod propriè mandatum cenſetur.*

56 *Mandatum non extinguitur morte mandantis, quando actus perficiendus eſt actus, qui de neceſſitate debet fieri poſt mortem.*

57 *Nominatione facta officium ſtatim tranſit in nominatum, cui competunt remedia poſſeſſoria vigore dictę nominationis, & privilegiorũ.*

58 *Nominatio aſſumit naturam actus, per quem interponitur, nempè ſi fiat in teſtamento, vel codicillis aſſumit naturam teſtamenti, vel codicilli.*

59 *Exceptio falſitatis, & cæteræ requirentes altiorem indaginem non impediunt immiſſionem in poſſeſſione ad favorem nominati.*

60 *Nominatione non legitimè facta officium non devolvitur ad Reg.Cur. ſed ad hæredes.*

In §. 128 .incip. *Por Prematicas, &c.* & in §. 129. 130. & 132.

De obſervantia harum literarum Regalium teſtatur *Reg. de Philippis diſſert.* 13. *nu.* 75. *&* 76. *& diſſert.* 25. *num.* 95. *verſic. quibus.*

De

Digitized by Google

De consimilibus literis Regalibus testatur quoque
Reg.de Marinis in observat. ad decis.390. Reg.
1 *Revert.n.*8. ubi quod Serenissimus noster Rex
suis novissimis literis sub die 16. Junii 1629.
mandavit, non licere Officialibus per substitu-
tum deservire, nisi in casu absentiæ per unum,
vel duos menses cujuslibet anni, vel in casu in-
firmitatis per sex menses, & ubi major deside-
raretur dilatio, esset à S.C.M. obtinenda, ità
quod si infrà sex menses in Tribunali Reg.Cam.
hæc facultas non præsentatur, proceditur ad of-
ficii venditionem, & non invento emptore eli-
gitur persona habilis ad illud officium exercen-
dum.

De quibus literis Regalibus testatur quoque *Con-
sil.Rocc.de offic.rubr.4.à num.6.cum seqq.* latissi-
2 mè agit ad illorum interpositionem Reg.Domi-
nic. Petrone in *allegat.* penès *Gizz.in observat.
ad decis.*182.*Reg.Capyc.Latr.n.*14.15.19.20.23.
24.25.31.42.*&* 43.

Quibus literis Regalibus fretus dixit idem *Reg.de
Marinis* non licere Officiali infirmo, & minori
3 hæredi nominato in officio deservire per sub-
stitutum absque Regis permissu, etiamsi in em-
ptione officii facta pro persona nominanda fue-
rit nominatus minor, & tributa facultas servien-
di per substitutum, *Rocc.de offic.rubr.4.n.*18.

Praxis, qua utitur Reg. Cam. in substitutionibus
faciendis in officiis per minores, & mulieres, ha-
4 betur apud *Reg.de Philippis in differt.fiscal.*25.
*à num.*61. qui in calce *dictæ dissertationis num.*
125. adducit alias literas Regales de Anno
1663. quibus cavetur non licere minoribus, nec
fœminis in officiis substituere vigore facultatis
substituendi sine speciali Regis licentia.

Cæteri verò Officiales, qui habent potestatem
substituendi debent nominare, & substituere
5 personas idoneas approbandas per Reg. Cam.
aliàs providetur circà suspensionem eorum offi-
ciorum, ut habetur ex decreto generali *Reg.
Cam.*78.*in recoll.per Reg. de Marinis*, de quo
memores fuimus in *singul.*275.*num.*2.

Verùm ille, qui habet potestatem serviendi per
substitutum non cogitur certiorare Principem
6 pro eligendo substituto, vel pro novo assensu,
vel licentia in substitutione facienda secundum
praxim Regni, de qua testis est *Rocc.in citat.
Tract. de offic. rubr.* 4. *à num.* 40. *ad* 43. ubi
loquitur in officiis Magistri Actorum Regiarum
Audientiarum, quæ locantur nulla data notitia
Proregi, nec Præsidi Reg. Audientiæ de perso-
nis substituendis, attamen si dictæ personæ non
fuerunt repertæ habiles, repelluntur cum com-
minatione substituendi habiles, quamvis in
Tribunalibus Neapolitanis non admittantur
substituti, nisi prævia litera Reg.Coll.Cons.

Ratio hujus principalis conclusionis est, quia con-
cesso officio cum potestate alienandi, vel pro
7 hæredibus non requiritur assensus Regis in alie-
natione, vel substitutione, *Montan.de Regalib.
num.7.in fine, fol.*171.ubi sic decisum refert.

Sed *DD.* non sunt concordes in illo articulo, num
Officialis habens facultatem sibi nominandi suc-
cessorem in officio tam in vita, quàm in morte
8 uti valeat facultate nominandi post delictum, &
sententiam condemnatoriam ad officii priva-
tionem, ut habetur apud *Reg.Rovit.in cons.*104.
& 106.*lib.*2.& apud *Reg.de Marinis ad Revert.
decis.*440.*num.*1.*Consil.Rocc.de offic.rubr.3.à n.*
49. *cum seqq.*

Quæ officii privatio procedit etiamsi delictum
9 fuerit commissum post nominationem factam,
ut habetur decisum apud *Reg. Revert. dec.*375.
ubi *D.Reg.de Marinis in observ. & in dec.*168.
*num.5.lib.*1.

Contrarium tamen resolvendum est in officio con-
cesso duobus insolidum, in quo delictum unius
10 in officii administratione commissum nocere
non potest Consocio, quemadmodum fuit deci-
sum per Coll. Cons. apud *Reg. Revertér. decis.*
168.ubi *Reg.de Marinis nu.*4.

Idemque dicendum erit in officio concesso Patri,
& filio, vel in concessione facta pro uno filio
11 nominando, quià Patris delictum nocere non
potest filio nominato, vel nominando, ex *Mon-
tan.de Regal.Reg.de Marinis in cit.observ. n.*4.
latè distinguendo *Rocc. ubi supra rubr.*3. *nu.*4.
cum seqq.

Quæ adeò vera sunt, quod existente officio empto
à communi Patre in capite unius ex filiis, in quo
12 alii fratres fruuntur emolumentis, juxtà instru-
mentum inter eos initum, si acciderit fratrem,
qui habet officium in sui caput committere de-
lictum dignum privatione officii, poterunt alii
fratres participantes in emolumentis petere, ne-
dum esse admittendos ad transactionem pro
culpis per fratrem officium administrantem
commissis, sed officium transferri in personam
alterius fratris, quemadmodum per Regiam
Junctam institutam contra quendam Scribam à
mandatis de Anno 1667. decisum demonstrat
*Consil.Rocc.de offic.rubr.*18.*à num.*62.*cum seqq.*

Officialis tamèn missus in exilium debet alium sub-
stituere loco sui in officio, juxtà decretum ge-
nerale *Reg.Cam.*320.*apud Reg.de Marin.*quod
13 tamen procedit in delicto commisso extra offi-
cium, quià delicto commisso in officio suspendi-
tur exercitium officii, & persona substituitur per
Reg.Cam. vel per Dom.Proregem, & substitu-
to datur medietas salarii, & emolumentorum
provenientium ex officio, juxtà decretum Reg.
Junctæ, quod refert *Consil.Rocc.de offic. rubr.*4.
*num.*27.

Nominatione facta in officio, num possit nominari
alius revocata prima nominatione, videndus est
*Consil.Rocc.de officior.ampliat. rubr.*3. *num.*81.
ubi affimat in nominatione facta in testamento,
& per contractum nullum, quià potest fieri de
14 novo nominatio per actum validum, ex *Montan.
de Regolib.num.*48.*versic.si nominatio.*

Unde

Unde si pater habens officium spectans ad Regiam collationem nominaverit filium primogenitum, & illum procuratorem constituendo, ut posset S. C. M. adire pro obtinenda ampliatione, promittendo cum juramento,& sub bonorum obligatione mandatum, sive nominationem non revocare, si pater ipse antè obtentam ampliationem,nominationem revocaverit aliam faciendo in personam filii secundogeniti, substinetur hęc mandati revocatio, & firma, & valida remanet secunda nominatio, non obstante quod primogenitus hoc medio tempore impetrasset assensum super prima nominatione; quemadmodum decisum demonstrat per *Reg.Cam.Reg.de Marinis resol.jur.cap.*148.*lib.*2. ubi *num.* 10. adducit votum Præsidentis, postmodum Locumtenentis Reg-Cam.Bernardini de Sancta Cruce.

Fuit quoque in hac decisione habitum pro vero facultatem revocandi vigore *Constit. Constitu-*
15 *tionem Divæ memoriæ* habere locum in officiis, juxtà magis receptam sententiam, quam tuetur *Consil.Rocc.rubr.*19.*à num.*2.*ad* 13. ubi respondit ad contrariam decisionem Reg. Cam. in causa de Sadeolis.

Verùm ad hoc, ut substineatur,& jure fiat talis revocatio, principale requisitum, quod exigitur,
16 erit ut revocatio parti notificetur, juxtà *Prag.* 11.*in* §.75.*de offic.Judic.* quæ licèt loquatur in feudis, habet locum etiam in officiis Regalibus, *Horat.Montan.de Regalib.fol.*43.*num.*46. *Consil.Rocc.ubi supra num.*23.*&* 24.

Dubium tamèn contingere potest, num dicta notificatio requisita per *Pragm.*suppleatur per noti-
17 tiam, seu scientiam aliundè habitam, affirmat *Reg.Saufelic. decis.* 105. *num.* 18. maximè si habeatur plena scientia cum omnibus qualitatibus, *Marcian.consf.*8.*num.*9. *& consf.*45.*n.*8.*&* 9.

At decisio *Reg.Saufelic.* non transit sine controversia tamquam fundata in doctrina *Bart. in l.*
18 *denunciasse*, quæ loquitur in terminis simplicis denunciationis requisitæ à lege, sed nos sumus in terminis statuti requirentis legitimam notificationem,& proindè non sufficit scientia,sed requiritur intimatio per publicam scripturam, ex *Peregr.consf.*26.*nu.*16.*&* 17.*tom.*1.& aliis apud *Costam de fact. scient.& ignorant. inspect.*63. *num.*14.

Nec sufficit intimatio revocationis facta Procuratori non habenti speciale mandatum, quià in
19 *Pragm.*statuitur, ibi: *Le revocationi si debbiano notificare alle parti,*sed appellatione partium non comprehenditur Procurator, *Calder. consf.* 12.*in tit.de verb. significat.* quemadmodum revocatio nō potest fieri per Procuratorem etiam
20 habētem mandatum ad vendendū feudū, *Anna in Cōstitut.Constitutionē Divæ memoriæ n.*274. 275.*&* 246.*R.Capyc.Latr.consf.*108.*n.*26.*&* 27. *lib.*2. quamvis in contrarium contendat *Reg. Galeot.controv.*66. *num.*35.36.*&* 37. *lib.*2. ubi admittit revocationem per Procuratorem, qui vendidit feudum, videndus est *Theodor. allegat.* 96.*nu.*22.

Cumque hoc verum sit in venditione officiorum, videndum superest quid in locatione, seu dispo-
21 sitione, aliave contrectatione super fructibus, & emolumentis officiorum, & distinguit *Consil. Rocc. in cit.tractat.de offic.in tit.de alien. & hypothec. rubr.*18. *à num.*40. *ad* 45. inter dispositionem, seu locationem emolumentorum uti separatos, & separandos ab officio, & locationem officii principaliter cum ejus emolumentis, ut in primo casu substineatur contractus vigore, cujus cogitur Officialis actione personali fructus tradere, & in secundo non subsistat translatio fructuum, & emolumentorum in locatione facta officii absque Regio assensu, queadmodùm decisum refert per S. R. C. de Anno 1668. in causa Jo:Baptistæ de Cæsare, cū Carolo Papale.

Illud quoque attingendum erit, num in officio ampliato succedatur cum qualitate hæreditaria,
22 adeòquod remaneat obnoxium omnibus Creditoribus, & legatariis nominantis, affirmativè concludunt Regnicolæ omnes ex Consuetudine sic judicandi inducta post *R.Rovit.consf.*106. *vol.*2.*&* 104.*& decis.*72. *Consf.Staiban.resol.*19. *lib.*1. qui sic decisum refert sub die 5.Julii 1641. *Reg.Capyc.Latr.decis.*26. & alios, quos colligit *Rocc.de offic.rubr.*3.*num.*55. *& Consil.Prat.discept.forens.cap.*3.*tom.*4.

Verum mihi semper placuit distinctio illa, aut in privilegio de officio à Rege concesso fuit data potestas nominandi unum ex filiis, vel succes-
23 soribus, & tunc non potest nominans filium nominatum gravare, nec Creditores possint filium molestare in officio, cujus administratio erat tantùm penès Patrem nominantem, cujus morte fuit extincta, secus si concessio sit facta *cum potestate nominandi unum heredem*, quià cum sit adjectum *verbum heres*,nominatus non poterit habere officium cum alia qualitate, nisi cum illa hæreditaria, vigore cujus tenebitur ad onera sine assensu, & compellitur vendere officium, juxtà terminos *decis. D.de Franchis* 704. & alios passim, & hanc distinctionem agnovit acutissimus *Horat.Montan. de Regalib. offic.num.* 31.*&* 43. ubi addit, quod gravamen potest substineri si fiat specificè per Patrem in actu nominationis,sequitur ex recentioribus Scriptoribus *Dom.de Luca in sua metamorphos.bonor.ex binubatu qu.*120.*num.*12 *Reg.de Marinis ad Revert. observ.*185. *num.*4. qui *Montan.*non citat. Sed transit cum supratradita distinctione.

Restat denique videndum, num nominatio possit fieri verbo, codicillo,aut alio quovis modo,tam
24 ultimæ voluntatis, quàm inter vivos, aut quacumque scriptura publica, aut privata,semèl,aut pluries, *Horat.Montan.de Regal. offic. num.*48. *in fine* dixit posse fieri quocumque modo, dummodo legitimè probetur, nisi Dominus aliud in cōcessione expresserit, quià tunc forma expres-

Digitized by Google

sa à Domino in nominatione impleri debet; Et quid in nominatione facta in folio albo? & quia de his articulis latè, & doctè disseruit *Petrus Caravita in quodā suo Juris Responso* edito pro Augustino Francisco Verusio, cum Regio Fisco, & Clerico Julio Cæsare Mondiello, ideò tanti Viri præstantissimas lucubrationes hic typis tradendas curavi, ad hoc, ut in futuris causis deservire possint, & *Authori* debitus honor tribuatur.

Responsum Regii Consiliarii Petri Caravitæ.

POst mortem Dianæ Civitellæ, quæ possidebat officium Actuariatus S. C. statim comparuit in Reg. Cam. Augustinus Franciscus Verusius,
25 & exhibendo privilegium Cathol. Majest. Serenifs. Philippi III. continens potestatem Jo: Baptistæ de Mondellis concessam nominandi personam ad dictum officium post dies dictæ Dianæ, ac exhibendo nominationem factam in ejus persona per dictum Jo: Baptistam, petiit interponi decretum ad sui beneficium, & per Cameram fuit destinata persona Fabritii Solatii pro exactione emolumentorum, *salva provisione facienda respectu possessorii, etiam summariissimi, & hoc citra præjudicium Jurium Fisci, & Partium, tam in petitorio, quàm in possessorio*. Instat modo Augustinus Franciscus nominatus pro explicatione provisionis reservatæ, & revocari dictam personam destinatam, & omninò reintegrari, & quatenus opus est, ipsum immitti in possessionem officii prædicti. In quo tria sunt videnda.

Primò, quid validi habet Jo: Baptista de Mondella vigore dicti privilegii circa nominationem personæ in dicto officio post dies dictæ Dianæ.

Secundò, præsupposita valida potestate nominandi in personam ipsius Jo: Baptistæ, si nominatio exhibita per Augustinum Franciscum est in forma valida, authentica, & servata forma privilegii.

Tertiò, fundata validitate ejusdem nominationis in personam Augustini Francisci, quæ remedia possessoria ei competunt, & si in eis potest obtinere.

Circa primum. Verba privilegii sunt clara, ex quibus apparet post mortem dictæ Dianæ offi-
26 cium prædictum cum ejus salario, prærogativis, præheminentiis, lucris, gagiis, obventionibus, juribus, & emolumentis, etiam consuetis fuisse extensum, prorogatum, & ampliatum ad vitam unius personæ per dictum Joannem Baptistam de Mondellis nominandæ.

Item possessionem realem, civilem, & naturalem dicti officii, cum ejus salario, juribus, & emolu-
27 mentis prædictis ipso jure, ipsoque facto transferri post mortem dictæ Dianæ in personam nominandam à Jo: Baptista.

Item eamdem possessionem, ad solam ostensionem dicti privilegii personam, ut supra nomina-
28 tam posse continuare, nullo expectato mandato vel licentia Regis successoris, sive Proregis.

Ita posse dictum Jo: Baptistam nominationem prædictam facere verbo, codicillo, aut alio quovis modo, tam ultimæ voluntatis, quàm inter vivos, vel quacunque alia scriptura publica, vel privata, semel, aut pluries ad libitum ipsius Jo: Baptistæ, & de prædictis omnibus, tam Jo: Baptistam, quàm personam ab eo nominandam fuisse investitos, & investituram habere vim, robur, & efficaciam veræ, realis, corporalis possessionis, & effectualis assecutionis cum clausula *ex certa scientia, regia auctoritate, deliberatè, & consultò ex gratia speciali, ac matura Sacri Supremi Consilii deliberatione*.

Officium ergò prædictum Actuariatus S. C. vacaturū ad beneficium Regiæ Curiæ post mortem
29 Dianæ Civitellæ possedítricis est concessum, & translatum modo prædicto ad beneficium personæ nominandæ per Jo: Baptistam de Mondellis, quod in feudo fieri potest, *cap. moribus tit. si de feud. defun. content.* Item & in officiis est permissum ex communi consuetudine, maximè in Rege concedente, & cessat votum captandæ mortis, *Phœb. decis. 2. tom. 1. Steph. Grat. discept. forens. tom. 5. cap. 818. num. 36.* Nec morte concedentis concessio expirat maximè in officiis emptis, ut est istud *Bald. in cap. unic. tit. qui succ. ten. Mattienz. lib. 5. recopil. titul. 7. l. 2. glos. 2. n. 4.*

Quod in præsenti casu non habet difficultatem, dum Jo: Baptista de Mondellis habebat admini-
30 strationem officii prædicti durante vita dictæ Dianæ, & sic cessat votum captandæ mortis, quia intererat ejusdem Jo: Baptistæ, dies Dianæ esse longævos, ut ejus administratio magis duraret, in facto enim est deductum Dianam vendidisse emolumenta dicti officii eidem Jo: Baptistæ pro duc. 4500. tamdiù solutis, & pro aliis duc. 40. solvendis quolibet mense durante ejus vita, & ex quo ipsa poterat exercere per substitutū mediante privilegio Regio, & nominatione Reg. Cam. substituit, & concessit administrationem prædictam ipsi Jo: Baptistæ, ejusque hæredibus, & successoribus, & sic se obligavit ad substituendum vigore publici contractus, in quo non fuit necessarius Reg. Assensus, quia dum debebat Diana servire per substitutum non adest interesse Regis, qui substituatur si tamen habilis substituitur. *Cam. in cap. Imper. car. 11. lit. C.* & cessante interesse Regis cessat assensus, qui assensus erat necessarius tantùm in captura possessionis officii, quo tempore propriè cognoscitur habilitas substituti, ut in feudo, in quo successor tenetur petere investituram, *cap. 1. quo tempore miles*, & in hac substitutione Dianæ fuit semper observatum ab Anno 1595. in quo fuit celebratus dictus contractus substituendo,
31 prout sæper substituit Diana Jo: Baptistam, scilicet

cet vita durante, & poſt ejus mortem omnes
perſonas ab hæredibus nominatas, qui omnes
exercuerunt mediante decreto Præſidentis S.C.
loco aſſenſus, ut prius obſervabatur, & deinde
præcedentibus literis Collat. Conſ. ut poſtea
fuit ordinatum, quare verè, & realitèr Jo:Bapti-
ſta habebat adminiſtrationem officii vigore di-
cti contractus, in quo nullus requiritur Regis
aſſenſus ſecundùm prædicta, nec poterat à Dia-
na revocari. *Maurus ſenior allegat.75. num.6.*
Flores de Mena qu.22.num.30.Pinel. ſelect. in-
terp.juris lib.2.cap.15. num.9. Reinoſ. pract.ob-
ſerv. obſerv.38. num.9. plures deciſiones Supr.
Trib.refert *Franc.de Amicis in tit. de his, qui*
feud. dare poſſ. cap. incip.ex hoc etiam fonte, fol.
73.num.6.verſ.ego allegavi, quod illa lex de
communi in emphyteuſ.ſcribit Cald. de jure em-
phyt.lib.2.qu.10. num.19. & in fine. Imò non
admittebatur Diana ad revocandam dictam ſub-
ſtitutionem, & adminiſtrationem, quando po-
tuiſſet revocare; niſi reſtitutis prius dictis du-
32 catis 4500. pro quibus competebat etiam re-
tentio non obſtante revocatione. *Barthol.de*
Cap.& Pet.de Mon. For. in Conſt. Conſtitutio-
nem Divæ memoriæ num.9. Affl.num.4. Lanar.
conſ.40.num.51.Bal.in cap. ſi vaſſallus il 2.n.2.
& 3.Alvarot.num.3.Præpoſitus, & Affl. nu.6.
tit.ſi de feu.defun.contr.inter Dom.& Vaſſ. ſicut
jam fuit practicatum, quod dum prætendebat
Diana revocare ſubſtitutionem factam in perſo-
nam Fabritii Veruſii nominati ab hæredibus de
Mondellis, & obtinuiſſet literas Collateralis
Conſilii in perſonam Lucæ Antonii Ferrarii, Fa-
britius ex prædictis obtinuit *quod S.C. de juſti-*
tia provideret, & Diana obtinere non potuit re-
vocationem; Non poteſt igitur poni in dubium,
quod Joannes Baptiſta habebat adminiſtratio-
nem officii, quod, & in dicto Privilegio amplia-
tionis fuit aſſertum Regi, & non poteſt dici ſub-
reptitium, aſſertiva enim Privilegii dicit: *ut præ-*
dictum officium, quod habet in adminiſtratio-
nem Privilegio Regio, ac nominatione Reg.
Cam.Summariæ durante vita Dianæ Civitellę.
Privilegium enim Regium, & nominatio Reg.
Cameræ fuit, ut poſſet Diana exercere per ſub-
ſtitutum, ſecundum ſcripta per *Reg.de Ponte*
de poteſt.Proregis tit.de diverſ.proviſ.rub. de po-
teſt.ſubſt.in off.num.3. & ex hoc poterat conce-
dere adminiſtrationem ſicut conceſſit; & ſic ad-
miniſtratio erat penès Jo:Baptiſtam vigore dicti
contractus ex omni ſui parte validi, & oneroſi,
ut eſt dictum, ex quibus eſt ſatisfactum primo
quæſito de explicatione tenoris privilegii, & ejus
validitate.

Ad ſecundum, quod nominatio exhibita per Au-
guſtinum Franciſcum eſt in forma valida ſerva-
33 ta forma Privilegii, & eſt authentica, ut ei fides
omnino adhibenda ſit, apparet quia etſi ſcripta
in ſchedula privata, & non ſcripta manu Jo:Ba-
ptiſtæ de Mondellis, eſt tamen ſubſcripta pro-
pria manu ejuſdem Joannis Baptiſtæ cum au-
thentica publici Notarii, de qua ſubſcriptione,
& authentica non ſit difficultas, nec à Regio
Fiſco, nec à prætenſa parte adverſa, imò Reg.
Fiſcus præſentavit fidem nuper factam per Not.
Nardum Antonium Cavallarium, in qua teſta-
tur ſubſcriptionem, & ejus authenticam eſſe ve-
ram, non recordari tamen ob longinquitatem
temporis ſi corpus ſcripturæ fuit factum in ejus
præſentia, & ſic non dicit, quod non aderat ſcri-
ptum in corpore tempore ſubſcriptionis, & in
34 Notario præſumitur oblivio, & non falſitas,
Menoch.lib.9.præſumpt.32. num.3. Item eadem
nominatio coadjuvatur, & confirmatur ex alia
publica ſcriptura codicillorum, ſcilicet ejuſdem
Jo:Baptiſtæ, in quibus declaravit feciſſe jam no-
minationem ejus manuſcriptam authenticatam,
& roboratam manu Notarii Nardi Antonii Ca-
vallarii de Neap. & propterea illam confirma-
vit, & quicquid in ea declaravit, hæc nominatio
exhibita eſt authenticata manu Notarii prædi-
cti, ut in codicillis dicitur, nec alia exhibetur,
nec alia præſumitur, quia pluralitas ſcriptura-
rum facta mentione de una ſcriptura in teſta-
mento, vel codicillis non præſumitur. *Pariſ.*
conſ.19.num.15.lib.3.

Corroboratur ergo præſens nominatio ex propria
ſubſcriptione Jo: Baptiſtæ, quæ non negatur, ex
35 qua ſubſcriptione omnia ſcripta censētur appro-
bata. *Bar.com.receptus in l.emptor, §.Lucius, ff.*
de pact.Menoch.l.3.præſumpt.66.num.7.Maſcar.
de prob.lib.3.concl.1347. num.4. & 5.Cald.de
emphyt.l.3.cap.16.nu.31.& 32. Reinoſ. pract. ob-
ſerv.obſerv.44.in princ. & in dubio non plene
probato contrario præſumitur ſcientia in ſub-
ſcribente omnium contentorum in ſcriptura,
quam ſubſcripſit *Maſcard. d.concl.1347. nu.19.*
Menoch.d.præſumpt.66.num.29. Coſl. de juris,
& facti ſcient.cent.2. diſtint.45. num.2. plus di-
cunt *DD.* quod ceſſat omnis difficultas, ut præ-
ſumatur ſcientia, quando apparet, quod ſubſcri-
bens viderit ſcripturam. *Menoch. eadem præ-*
ſumpt.76.num.23. vel ſi ſubſcribens apud ſe
ſcripturam retinuit. Idem *Menoch. ibi num.26.*
quod contigit in præſenti caſu, dum in codicil-
lis Jo:Baptiſta confirmavit declaratum in dicta
nominatione, & ſic apparet, quod non erat nu-
da ſubſcriptio, item dixit nominationem con-
ſervari in ejus domo, & tamen nominatio erat
facta de menſe Januarii, & codicilli ſubſequun-
tur de menſe Martii, & ſic nominatio fuit penès
ſe retempta, ex quibus omnino ſcientia præſu-
mitur, & dum privilegium admittit quamlibet
nominationem Jo: Baptiſtæ, ſive verbo, ſive
36 cum ſcriptura privata, ſive quovis alio modo
non ſolùm nominatio poteſt fieri per ſubſcri-
ptionē *Cald.d.cap.16.* Sed ſolo nutu, & quomo-
docſique de voluntate appareat idem *Cald.d.lib.*
2.qu.1.nu.21. nominatio ergo eſt valida, & ſer-
vata forma Privilegii.

Præterea, & secundo prædicta nominatio corro-
boratur ex actu publico dictorum codicillorum,
in quibus de illa fit mentio, & Jo: Baptista co-
37 dicillator ad illam se remittit, ex quo vim habet
codicilli, & dum de ea constat nihil existente,
quod in contrarium urgeat, alia scriptura non
præsumitur, *Bart.in l.si ita scripsero, ff.de cond.
& demon.Paris.d.cons.29.num.12.& 15.Velas.
in Thes.Juris emphyt.quæst.7.num.15.vers.ve-
rumtamen*, ubi subdit, quod tali schedulæ pri-
vatæ, de qua fit mentio in testamento, vel in co-
dicillis in judiciis plena fides adhibetur, & alia
recognitio non requiritur, neque actus recogni-
tionis est necessarius, *Nic.de Gen.in tract. de
priv.script.lib.5.tit.de schedulis num.10. & lib.
1.in 2.concl.ad l.scripturas, C.qui pot. num.15.*
& ideo nominatio ista dicitur facta in codicillis,
quæ in Privilegio admittitur.

Hæc omnia veriora indubitata, & inconcussa ap-
parent respondendo singulis Fisci, & assertæ
Partis objectionibus, nam obiicitur primo hanc
nominationem non esse illam, de qua in codicil-
lis fit mentio, in quibus Io:Baptista confirmavit
nominationem sua manu scriptam, & hæc no-
minatio exhibita non scripta, sed subscripta
dumtaxat apparet, & sic non videtur esse illa
mentionata in codicillo: responsio est tamen ne-
dum facilis, sed clara. Vim, & robur conten-
torum in scriptura consistere in subscriptione,
quæ dum manu subscribentis facta est, suffi-
cit ad ostendendum, quod tota illa scriptu-
38 ra sit manu ejusdem scripta: licet subscri-
pta tantum appareat, & sufficit illud manu
subscribentis scriptum, in quo efficacia ver-
titur, ut totum ejus manu dicatur scriptum,
imò censetur propriè scribere, qui subscri-
bit, & habetur perinde, ac si totam scripturam
scripsisset, ac si propriè, & virtualiter omnia
contenta in scriptura, quam subscripsit propria
manu scripsisset, quare dicunt omnes nemine
excepto ex his, quos viderim statutum, & si pœ-
nale, & omnem dispositionem, faciendo men-
tionem de scriptura propria manu scripta pro-
cedere in scriptura propria manu tantum sub-
39 scripta, *Bar.per illum tex.in d.l. emptor, §. Lu-
cius, quem alii sequuntur Moscar.d.conc.1347.
num.4.& 5. Menoch.d.præsump.66.ante nu.10.
& num.12.& num.13.Cald.d.cap.16. à nu.31.
& 32.Reinos. d.obser.44.in princ.post Scac.Nic.
à Gen.de script.priv.rubr.de scriptura manu ter-
tii conscrip.num.70.* & adeo prædicta sunt vera,
ut data veritate subscriptionis scribẽs in corpo-
re, & si scribat aliquid ad sui commodum non
potest puniri neque contra eum quæstio crimi-
nalis proponi, *Bart.& Alb.in l.1.§.ad testamen-
tum, & §.inter filios, ff.de fals. Farin. ex comm.
tom.5.prax.crim.quæst.150.nu.201.& 202.* dũm
ergo in codicillis prædictis asseruit Io:Baptista
scripsisse nominationem sua manu satis proce-
dit, & verificatur in præsenti nominatione ejus
manu subscripta, de qua subscriptione non fit
difficultas.

Secundo obiicitur in codicillis fieri mentionem de
nominatione, quæ conservatur in domo codi-
cillantis, & hæc exhibita ab Augustino Francisco
Verusio non apparet desumpta, à prædicta do-
mo, & sic non videtur illa de qua est facta men-
tio, ut requirunt *DD. in l.nemo potest*, ubi *Rip.
num.31.ff.de leg.1.* nam respondetur codicillan-
tem loqui per verbum præsens, quod scilicet
tempore codicilli conservabatur in ejus domo,
quæ domus deinde per mortem codicillantis, &
ejus filiorum hæredum institutorum, ac Io:Phi-
lippone uxoris substitutæ remansit extincta, &
bona pervenerunt ad Venerab. M.S. Mariæ Ve-
ritatis Discalceatorum S. Augustini, quod Mo-
nasterium fuit institutum hæres à dicta Ioanna,
& sic non potuit amplius nominatio conservari
in domo testatoris, & sufficit cum ea concurre-
re signa notata, & expressa in dictis codicillis es-
se scilicet autenticatam manu Notarii Nardi
Antonii Cavallarii, nec alia exhibetur, & inscri-
ptio non difficultatur.

Tertio obiicitur dictam subscriptionem Io: Bapti-
stæ fuisse in folio blanco, & carta vacua, & no-
minationem Augustini Francisci Verusii fuisse
40 de recenti scriptam non procedente hoc ex vo-
luntate testatoris, & cum nominatio sit actus fa-
cti, & non juris, & sic declaratio animi, & vo-
luntatis nominare volentis, *Flores de Mena d.
quæst.21.num.2.* & qui debet nominare debet
ipse proprium nomen exprimere, vel exprimere
circumstantias, quæ habeant vices proprii no-
minis, vel aliter significare ejus voluntatem, ut
de nomine exprimendo appareat etiam per re-
lationem ad aliud, *Alex.in l.1.ff.de lib. & postb.
Aret.in l.tertium in 2.not.ff.si cer.pet.Flam.de
Rub.cons.82.num.50.lib.2.Matthien.lib.5.reco-
pil.tit.4.l.5.Glos.7. num.2.* quæ omnia non con-
currunt in folio blanco, & carta vacua habente
tantum subscriptionem nominatio non potest
dici legitime facta, augetur motiuum, quod di-
cta subscriptio omnino erat in folio blanco, quia
solent ita nominationes fieri, ut sit cautum nomi-
nare debenti, item apparet nominatus Verusius,
qui est extraneus Io: Baptistæ nominanti, & in-
cognitus.

Item Joannes Baptista habebat proprios filios,
quos debebat nominare, vel saltim Cl. Julium
Cæsarem prætensum conjunctum, ex quibus
ista nominatio Verusii fit inverisimilis, & non
est attendenda.

Ad hoc motivum, in quo Fiscus, & asserta pars ad-
versa figunt pedes clarissimè respondetur duo-
41 bus modis, primo verisimilitudinem cedere
veritati, & proinde verisimilitudo admittit pro-
bationem in contrarium, & sufficiunt tres testes
*l.si chirographus l.cum de indebito in princ.ff.de
probat.Menoch.lib.1.præsumpt.quæst.31.num.9.*
Veritas in præsenti casu non potest colligi ex
veri-

verisimilitudine , dum existentiam veram facti
habemus per dictos codicillos , ex quibus appa-
ret subscriptionem non fuisse in folio albo , &
carta vacua, ut prætenditur , sed fuisse scriptam
tempore codicillantis , dum confirmat omnia,
quæ declaravit in nominatione, si in nominatio-
ne aderant declarata cessat præsumptio folii al-
bi , & cartæ vacuæ , & aliter credere esset dex-
truere codicillos , qui , quod sint veri non dubi-
tatur. nec ambigitur , & esset credere , quod Jo:
Baptista dixit falsum in ipsis codicillis, & sic ve-
risimilitudo cedit huic veritati, & Judex &si su-
premus non debet recedere ob præsumptio-
nem , & verisimilitudinem à publicis scripturis,
& à veritate facti, quæ veritas eo magis coadju-
vatur considerando, quod hæreditas Jo: Bapti-
stæ devenit ad Joannam Filippone uxorem vi-
gore substitutionis , quæ Joanna conservavit
scripturas , & consignavit hanc nominationem
Verusio , & ut saluti ejus animæ , filiorum , &
mariti provideret , hæredem universalem insti-
tuit d. Monasterium , & hoc cum consilio Reli-
giosorum Patrum exemplaris vitę Ordinis Di-
scalceatorum S. Augustini, qui non permisissent
Joannam recedere à voluntate Jo: Baptistæ de-
functi in perniciem animæ ejusdem Joannæ , &
ipsorum Patrum consulentium , qui astiterunt
etiam , & consuluerunt dicto quond. Jo: Bapti-
stæ, & filiis, quare potius est censendum , ac fir-
miter tenendum omnia processisse secundum
voluntatem Jo. Baptistæ. Alia, quæ consideran-
tur pro inverisimilitudine , similiter diluuntur,
illud, quod erat Verusius incognitus , est falsum,
& non probatur, & quod erat extraneus, non
obstat quia in officiis possunt nominari etiam
42 extranei, etsi non hæredes, *Jacob. Maur. alleg.
33 in princ. Phœb. decis. 96. num. 4. lib. 1. D. Reg.
Rovitus cons. 106. n. 4. lib. 2.* & dum officium non
transit ad hæredes , sed extinguitur cum perso-
na concessionarii, *l. antepenul. ff. de tutel. Alex. in
l. quia tale n. 7. Barbos. n. 77. ff. sol. matr. Imol. in
l. maritus num. 2. Aret. nu. 3. ff. eod.* & concessum
etiam pro hærede est jus novum, & nova acqui-
sitio proveniens ex concessione Domini , ut no-
minatus nihil habeat à nominante , sed à Princi-
pe concedente, *Bald. in l. unica n. 77. C. ut actio
ab hærede Paul. de Castr. in l. continuus §. fin. n. 3.
ff. de verb. oblig. Paris. cons. 56. lib. 3. Barbos. in d.
l. quia tale nu. 21. Francis. Niger controv. 398. n.
4. lib. 2. D. Reg. Rovitus consil. 104. n. 2. lib. 2. Ste-
phan. Grat. discept. forens. lib. 4. cap. 771. n. 35. &
37.* non attenditur affectio nominantis , sed in-
tentio Principis concedentis , qui Princeps non
habuit magis intentionem ad conjunctum con-
cessionarii, quam ad quemlibet alium extraneum
Rainos. dicta observ. 15. n. 19. & dicere , quod
Verusius haberet officium gratis , contrarium
constat ex nominatione, in qua jam fuit apposi-
tum onus solvendi prætium, & si remissum arbi-
trio Confessarii Joannæ Philippone uxoris no-
minantis , hoc intelligitur arbitrio boni viri , ut
43 confessario non juste arbitrante , recurratur ad
Judicem superiorem, *l. 1. ubi plenè Bart. ff. de
leg. 2. Sarmien. lib. 8. select. interpr. ad d. l. 1. n. 24.*
& quatenus declaratio facienda per Confessa-
rium esset in totum reijcienda , non posset im-
pediri possessio officii , ut in eadem nominatio-
ne dicitur , nec Verusius haberet officium gra-
tis , dum est emptum pecunia Joannis Baptistæ
de Mondellis, qui est extraneus ipsi Verusio, &
vera est maxima , quod emens officium propria
pecunia pro persona nominanda , nominando
44 extraneum , si nominatus acceptat nominatio-
nem, tenetur ad restitutionem prætii, *Bart. in l.
quæ dotis num. 12. Jason. n. 57. ff. soluto matrim.
Berous cons. 178. n. 7. lib. 2. Honded. cons. 39. nu.
41. lib. 2. Castrac. in tract. de societ. in off. cap. 8. n.
32.* hoc est , quod dicitur nominatum in officio
non habere cum qualitate hæreditaria, & fundat
ex *Mauro sen. Georgio. & aliis doctissimus Fisci
Patronus Præcep. meus in cons. 105. nu. 7. lib. 2.
D. Reg. Roviti*, præterea illud de nominatione
non facta in personam filiorum , neque est in
consideratione , quia Io: Baptista habebat duos
filios Doct. Antonium, & Anellum , qui omnes
erant, ætate majores Diana Civitella, post cujus
obitum nominatio erat facienda , & propterea
non est mirum , quod non nominaverit ejus fi-
lios ætate majores plusquam annorum viginti,
ut apparet ex fidibus baptismatis jam exhibitis,
& tamquam ætate majores secundum naturam
per multos annos ante sunt Dianæ præmortui,
& Cl. Iulius Cæsar, qui prætendit esse conjun-
ctus, & Octavius frater similiter sunt ætate ma-
jores, ut ex aspectu apparet.

Secundò respondetur partem adversam , & Re-
gium Fiscum prætēdere dictam subscriptionem
fuisse relictam in folio blanco , ad finem , ut ibi
describeretur nominatio dicti officii hæc præ-
45 tensio licet sit vana, & inanis ex late in præce-
dentibus deductis , tamen non obstat , nec affi-
cit Verusio, qui apparet scriptus , & nominatus
in dicto folio subscripto manu Ioannis Baptistæ
nominare debentis, si quidem non esset res no-
va, & *Rota sub die 30. Octobris 1588. coram
Orano* admisit nominationem , quæ prætende-
batur scripta in cartis albis , & vacuis subscrip-
tis tamen propria manu nominare debentis , de
qua decisione *Rotæ* meminit *Stephan. Grat. lib.
1. discept. forens. cap. 162. num. 9.* quæ decisio ve-
ros Juris terminos habet , & comprobatur ex
verissimis Juris principiis , & receptissimis DD.
opinionibus.

Consideretur quæso , quid concessit Captolica
Majestas Ioanni Baptistæ de Mondellis , & ut
46 supra est dictum ampliavit officium cum emo-
lumentis , & lucris ad vitam unius personæ post
mortem Dianæ Civitellæ, & hoc mediante pre-
tio, ut est consuetum , Rex ergo vendidit hoc
officium pro una persona , quæ succedere de-
beat

Digitized by Google

beat dictæ Dianæ, & concessit eidem Io: Bapti-
stæ, qui solvit pretium,ut posset ipse dictam per-
sonam nominare , & hoc Rex fecit ex certa
scientia deliberatè, ac cum matura consilii deli-
beratione , ut possit igitur Io: Baptista gaudere
privilegio, & gratia concessa, sive empta censè-
tur habilitatus , ad faciendam nominationem
omni modo possibili , ut nominatus reperiatur
vivus , & possit gaudere officio post mortem
Dianæ, servata forma privilegii, ex his quæ scri-
bit *Capyc.decis.31.n.3.& Reg.de Pon.d. rub. de
potest.subst.in offic.n.3.* Hæc possibilitas consi-
deratur respectu Io: Baptistæ duobus modis, vel
eveniente casu mortis Dianæ ipso vivente , &
potest ipse nominare , & uti potestate concessa,
vel succedente casu mortis Dianæ , ut successit
post mortem Io: Baptistæ , & hoc casu non po-
test dici consultum Io: Baptistæ , quod potest
plures nominare , vel quia potest habere hære-
dem ab intestato , quia omnes nominati possent
decedere ante Dianam , sicut & deficere hære-
des ab intestato, & si adessent, possent venire
contra voluntatem, si potestas nominandi ad il-
los limitaretur, & sic nominatio efficeretur ca-
duca, & Io: Bapt. non gauderet gratia conces-
sa, & empta, & esset privilegium ei inutile , nec
potest dici privilegium fuisse utile , & eo Io:
Baptistam usum fuisse, dum nominavit, quæ no-
minatio, etsi deinde sit caduca , quia nominatus
prædecessit est casus fortuitus, & non in consi-
deratione,siquidem quod sit usus privilegio per
caducationem nominationis potestas non re-
mansit extincta, nec privilegium extinctum, ca-
ducata enim nominatione , quia nominatus in
officio præmoritur, non devolvitur officium ad
Dominum directum , sed remanet potestas ite-
rum nominandi , ac si nunquam esset facta ea
nominatio, quæ effecta est caduca , *Anna alleg.
139.Cald.d.lib.2.de emphiteusi cap.9.Seraph.de-
cis.989.Ricc.collect.*2017.*Flor.de Mena d. qu.22.
num.*31. semper igitur remanet potestas, & pri-
vilegium in personam privilegiati, & dum in of-
ficio adsunt emolumenta , radicato officio in
personam nominati emolumenta transmittuntur
ad hæredes nominantis, emolumenta enim offi-
cii æquiparantur bonis patrimonialibus , titulus
tamen officii non est in commercio absq; licen-
47 tia Principis, & non est Incōveniens,quod titu-
lus sit penes unum, & emolumenta penes alium,
Steph.Grat.lib.4.discept.forens.cap. 670. *nu.* 12.
& 16.*Camil.de Med.cons.*169 *num.*1. ex omni-
bus istis sequitur , quod dum Io: Baptista emit
officium vacaturum post mortem Dianæ ad vi-
tam unius personæ per ipsum nominandæ, & in
officio adsunt emolumenta , & Jura , quæ trans-
mittuntur ad hæredes , ut emptio non sit inuti-
lis, & privilegium inane , censetur actum , ut si-
cut illa principalis perceptio emolumentorum
est transmissibilis ad hæredes ita nominatio per-
sonæ , licet non sit transmissibilis , possit tamen
committi alteri personæ , quæ commissio , & si
non permissa vivente eo ,qui habet potestatem
nominandi , ut non recedatur ab ejus propria
voluntate, est tamen permissa post ejus mortem,
Bart.per illum tex.in l.si stipulatus fuerim nu. 3.
*ff.de verb.oblig.Lud.Papa decis.*456. *nu.* 4. *&* 5.
48 & nominatus ab eo, cui nominatio est commis-
sa censètur proprie nominatus à committente
*l.unum ex familia §.si falcidia ibi ac si nomina-
tim ei, qui postea electus est , ff. de leg.* 2. *Bart. q.*
13.*n.*9. Nec Jus eligendi,& nominandi per cur-
sum temporis ammittitur nisi spatio triginta an-
49 norum. *Bart.in l fin.§.sed & si quis n.*3. *C. com.
de leg.Paul.de Cast.in d.l.cum quidam n.* 7. *Po-
lid.Rip.obser.*50.*n.*2.*Riminal.Jun.cons.*163. *nu.*
29. *lib.*2.*Sarmien.l.lib.*8.*in interpret.ad d.l.p.ff.
de leg.*1.*n.*22. *Rebuff.in tract.de nomin.qu.*14.*n.*
32.*&* 37.*& q.ult.n.*15.
Dum Io:Baptista habet potestatem nominandi per-
sonam in d. officio,quæ supervivat Dianæ Civi-
tellæ , & officio gaudeat durante ejus vita post
mortem Dianæ , & hæc potestas post mortem
non extinguitur,quia alias privilegium esset inu-
tile, ut est dictum , potest nominatio fieri in fo-
50 lio albo , quia ille actus nominationis est expli-
candus post mortem nominare debentis , & no-
minator ignorat personas habiles,nec potest cer-
tiorari ab alio , & propterea ejus voluntas in fo-
lio albo admittitur, ut in individuo scribit *Boer.
decis.*274.*n.*6.*ex l.nominatim ff. de legatis* 3. ubi
nominatim legatum accipiendum esse , si à quo
legatum intelligitur, licet nomen pronunciatum
non sit.
Huic veritati dictam scilicet nominationem in fo-
lio albo factam, esse admittendam non repugnat
51 primo, quod esset committere nominationem
personæ incertæ de incertis,quod in executore,
tutore, & commissario fieri non potest, *Bart. in
l.quidam relegatus ff.de reb.dub.Bal.in l.id,quod
pauperibus nu.*15.*C. de Episcop. & Cleric. Mat-
thieu.lib.*5.*recompilat.tit.*4.*l.*5.*glos.*8 *nu.* 4. *Tell.
in l.*51.*Taur.* Siquidem in Procuratore de con-
suetudine est permissum , ut fieri possit in folio
52 albo , ut dicit *Boer.d.n.*6. Item Procurator sim-
pliciter ad eligendum , qui dicitur specialis ad
eligendum , & ad nominandum , licet non indi-
vidualis ad certam personam eligendam , & no-
minandam admittitur , *Bart.in d. l. si stipulatus
fuerim nu.*6.*Angel.n.*2.*Alex.n.*9. *Jas.n.* 7. *&* 9.
*Crot.in l.non solum §.morte nu.*57.*ff.de verb.obl.
Caldas.d.lib.*2.*q.*6.*n.* 26. ubi scribit etiam pla-
cuisse viris gravissimi nominis, Procuratorem
53 generalem admitti ad nominandum , & *Jas. d.
n.*9.*post Petr.de Bellut.* dicit Procuratorem con-
stitutum simpliciter ad eligendum censeri vali-
dè constitutum , quia verisimiliter est informa-
tus de voluntate constituentis, quem eligere de-
beat , & quod *Bart.* non loquitur de individuali
mandato,sed de mandato simplici ad eligendum,
quod dicitur speciale , maximè hæc procedunt
in

in habente potestatem eligendi proprio jure,
quia potest eligere per Procuratorem, ut in per-
sonis Ecclesiasticis, *cap. si quis justo de elect. in* 6.
& est casus pręsens, in quo Io: Baptista proprio
jure habet potestatem nominandi ex emptione
facta à Rege, & sic poterit per Procuratorem,
qui dum habet electionem liberam, poterit eli-
gere etiam personam non acceptam, nec cogni-
tam defuncto, *Paul. de Castr. in l. cum quidam
la 2. n. 1. ff. de leg. 2.* folium album habet vim man-
54 dati, & propriè mandatum censetur, *Menoch.
d. præsum.* 66. *num.* 13. ut propterea tanquam
mandatum, & voluntas procuratoria, & si in
personam incertam sit admittenda secundum
Boer. d. n. 6. Item ut mandatum speciale ad no-
minandum, & simplex, & non individuale ad
certam personam nominandam, similiter est ad-
mittendum secundum *Bart. Ang. Alex. Jas.
Curt. & Cald. superius citatos.*

Et cessant duo, quę considerantur à DD. ut com-
missio de persona incerta sit invalida, dicunt
primò, quod commissa electione de persona in-
certa, non facta electione venirent omnes de
mundo, hoc non procedit in folio albo, quia
non facta electione esset inutile, & nemo esset
vocatus, dicunt secundò, commissionem ele-
55 ctionis personę incertę, de incertis esse capta-
toriam, quia penderet ab alieno arbitrio, hoc si-
militer cessat in folio albo, in quo pręsumitur
scientia subscribentis, item voluntaş ejusdem
subscribentis, & est mandatum, in quo mandato
quicquid sit in ultimis voluntatibus, potest ele-
ctio incerta committi, & potest eligi etiam per-
sona non accepta, & incognita defuncto, ut est
dictum.

Item non obstat, quod mandatum morte mandan-
tis expiret, siquidem quando actus perficiendus
confertur post mortem, & est actus, qui de ne-
cessitate debet fieri post mortem, communis est
DD. resolutio, morte mandantis non extingui
56 mandatum, *Hieron. Gabr. lib. 2. com. conc. tit. de
procurat. concl. 2. n. 13. & 19.* ponit unum exem-
plum *Imol. in l. fin. n. 2. ff. de solut.* actus hujus
nominationis est perficiendus post mortem Io:
Baptistæ. Item est actus necessarius, & alio mo-
do non esset cautum, nisi cum folio albo, quia
quamvis haberet tēpore suę mortis hęredes, ta-
men tempore mortis Dianę hæres poterit defi-
cere, & posset hęres ab intestato venire de ne-
cessitate, & contra voluntatem, & sic officium
rediret ad Fiscum, & potestas nominandi esset
inutilis contra voluntatem Io: Baptistæ, qui po-
testatem emit, ut posset dare, cui vellet: hæc ex
abundanti dicta sunt, istis enim non egemus,
quia procederent, quando Fiscus esset in pro-
batis, dictam subscriptionem fuisse in cartis va-
cuis, & folio albo, & tunc esset pręsumendum
omnia processisse secundum voluntatem, &
mentem Io: Baptistę, dum bona pervenerunt
ad dictam Ioannam, & pręfatum Monasterium,
cum quibus ex rationibus ante dictis nulla est
fraus pręsumenda, eo magis, quia Ioanna scie-
bat voluntatem mariti, & habebat potestatem
alienandi, & disponendi ad libitum, nec Cleri-
cus Iulius Cęsar Mondiello, qui cum Fisco con-
currit, & nec ipse Fiscus aliquod habent interes-
se, ut clarè statim demonstratur in sequenti
quęsito.

Respectu tertii, & ultimi quæsiti, quę remedia pos-
sessoria competunt Verusio, vigore dictæ nomi-
nationis, & si in eis obtinere potest, in quo jura
57 sunt clara, & certa, quod stante nominatione
statim officium transit in nominatum, *Surd. dec.*
182. *n.* 18. *& decis.* 226. *Honded. d. cons.* 39. *nu.*
26. *Beltramin. ad Ludovis. Pap. decis.* 157. *n.* 24.
& dum officium transit vigore privilegii transit
eo modo, quo in privilegio exprimitur, scilicet
etiam quo ad possessionem, quod per privile-
gium fieri potest, *Bart. Aret. & alii in l. 1. ff. de
acquir. poss. Reg. Revert. decis. 9. n. 12. par. 6. inser-
ta in 2. volum. consiliorum Dom. Reg. Rovit.* qua-
re duo remedia possessoria competunt Verusio,
stante dicta nominatione, & privilegio. Compe-
tit scilicet remedium recuperandæ, sive reinte-
grandę, dum fuit destinata per Cameram, perso-
na Fabritii Solatii pro exactione emolumento-
rum, ex quo remanet spoliatus Verusius, *Re-
vert. d. num.* 12. *Dom. Theod. alleg.* 18. *num.* 68.
Item saltim competit remedium adipiscendę
possessionis, ex eodem privilegiu, *Revert. d. dec.*
19. *num.* 14. & non solum ex privilegio, sed ex
pręd ictis codicillis, verum enim est dicere, quod
58 nominatio assumit naturam actus, per quem
interponitur, & fit nominatio, & si fit in testa-
to, vel codicillo, assumit naturam testamenti, vel
codicilli, *Roman. cons.* 171. *num.* 6. *&* 7. *Molin.
lib. 2. de primogeniis cap. 4. num.* 36. *Gamm. decis.*
171. *Cald. d. lib. 2. quæst. 5. num.* 35. *& quæst.* 10.
num. 29. *Valasc. cons.* 61. *&* 102. *num.* 15. *Flor. de
Mena d. quæst.* 22. *num.* 6. *Phœb. decis.* 124. *nu.* 7.
lib. 2. hęc nominatio satis censetur facta in codi-
cillis, in quibus confirmatur, & ad illam codi-
cillator se refert, *Bart. communiter receptus in
d. l. si ita scripsero ff. de cond. & demonstr. Paris. d.
cons* 19. *n.* 43. *Valasq. d. quæst.* 7. *num.* 15. *vers. ve-
rumtamen*, & vocatus in codicillis habet bene-
ficium *l. fin. C. de edic. div. Adr.* & sic remedium
possessionis adipiscendæ, *Bald. in ead. l. fin. n.* 36.
Alex. num. 7. *Dec. n.* 26. *Jacobin. num.* 19. *Corn.
num.* 15. *Argel. de acquir. poss. quæst.* 8. *art.* 7. *nu.*
163. *& qu.* 11. *art.* 2.

In istis remediis possessoriis, sivè recuperandę, sivè
adipiscendę, debet Verusius obtinere, & revo-
cata dicta persona destinata, omnino reintegra-
ri, vel immitti, dum ipse possidet vigore privile-
gii, vel debet adipisci possessionem vigore ejus-
dem privilegii, & codicilli, quę immissio, &
reintegratio impediri non possunt ex pretensio-
nibus Regii Fisci, & Cl. Iulii Cęsaris, quia requi-
59 runt altiorem indaginem audito Verusio, &
inte-

interim non impediunt possessionem, sicut nec exceptio falsitatis, sivè per modum exceptionis, sivè principalis accusationis, quia possessorium adipiscendę pręfertur cognitioni falsitatis, *Glos. in l.2.in verb.aut falsum ubi Bart.Bald. Jas. & alii C. de edict. div. Adrian.* & judicavit Reg. Cam.in Coll.Conf.non impediri immissionem possessionis petitam à nominato in officio, ob prętensionem Fisci requirentem altiorem indaginem, & requirentem processum compilatum, audito nominato, *Revert.d.dec.19.Dom.Regens Rovit.in fine dec.56.par.4.Reg.Revert.num.24. vers. & post causam decisam impressa in fine 2. volu.consiliorum*, nec hęredes ab intestato Joannis Baptistę de Mondellis possunt prętendere dictum officium, stante dicta nominatione, per quam de ea specialiter est dispositum, & sic non venit in generali dispositione *legis conficiuntur, ff. de jure codicill.* Judicavit *Rota de anno* 1609. *Stefanus Gratianus lib.2.discept.forens.cap.221. num.11. usque ad finem.* Item stante hęrede ex testamento, ex quo cessat causa intestati, *Caldas*, qui de nominatione loquitur *d.lib.2.q.7.n.31.*

Regius Fiscus nullum habet interesse in pręsenti causa, dum prętendit nominationem non esse legitimè factam, quia officium non devolveretur ad Regiam Curiam, sed ad hęredes contra pretentionem fiscalem, *Anna singul.* 391. *Mastrill.de magistratib.lib.1.cap.8.n.53.Maurus senior alleg.43.n.9.Caldas.ex communi d.q.7.n.1. & 7.Dom.Fisci Patron.Pręceptor meus d. cons. 105.n.15.judicavit Rota in dec.149. num.8.post tractatum de interdictis Stafil. Pacif. & judicavit Regia Camera referente doctissimo Reg.Rov. tunc Pręf. in officio Magistr. Actor. quod tenebat Vincentius Grimaldus, ut refert in consil. 106.n.11.lib.2.& dicit esse indubitatum*, & passim observari, & si vellet prętendere Regius Fiscus, quod Augustinus Franciscus nominatus est juvenis, hoc est secundum mentem Jo: Baptistę, & non est contra privilegium, quod generaliter de persona nominanda loquitur, & sic Fiscus nihil prętendere potest.

60

Circa vero hęredes Io: Baptistę jam pendet lis in S.C.inter dictum Monasterium, & Cl. Iulium Cęsarem, & ipsos de Verusio cessionarios Monasterii, quorum justitia clarè apparet adversus dictum Clericum Iulium Cęsarem in allegationibus in eadem causa factis, & consignatis Dominis meis de Camera, supplicando revideri solum, addo respectu secundę nullitatis, *Ruin. cons.90.nu. 6.lib.2.Marth.de success.par.2.quęst. 3.art.6.n.8.& 9.Cephal.consil.416. Peregr. de fideicom.art.20.num.9.in fin.vers.3. casus, & cons.58.n.3.vers. eo autem lib.4.Flamin.de Rub. cons.42. Cioff.cons.7.n.* 26. Et quando Verusius cessionarius succumberet in dicta lite, quod non creditur, majus est ipsorum interesse, quod Iulii Cęsaris, quia in dicto officio saltim adest legitima filiorum Io: Baptistę, quę est dicti Monasterii, & ipsorum de Verusio cessionariorum, item habent creditum dotium, & antefati quondam Ioannę Philippone, item successionem dicti Io: Baptistę prętendunt dicti Cl.& Octavius frater, & tamen Octavius fecit cessionem ad beneficium Monasterii, & Monasterium cessit ad beneficium eorundem de Verusio, quare ante omnia Verusii habent tertiam partem dicti officii, item creditum dotium, & antefati, item & medictatem de eo, quod remanet ex persona dicti Octavii, & alia medietas esset dicti Cl.in casu victorię.

Quomodo igitur potest conqueri dictus Cl. Iulius Cęsar de nominatione in personam dicti Verusii taliter interessati, & suum interesse, respectu prętii remanet salvum, cum ad id teneatur Verusius, ut est dictum, omnino ergo Verusius debet obtinere, ut supplicatur. Neap.die 9. Augusti 1632.

Petrus Caravita.

SUMMARIUM.

1 *Concordant literę Regales Anni 1622. 1628. & 1659. cum pręsenti capite 133.*

2 *Literę Regales an incipiant ligare à die publicationis.*

3 *Facti series proponitur, & num.4.5.6.& 7.*

8 *Assensus Proregis non sufficit in translatione officii.*

9 *Expenduntur literę S.C. Majestatis A. 1622. & 1628.*

10 *Officium non discedit ab alienante ante expeditionem assensus Regalis.*

11 *Beneficium cujus fuit facta resignatio, nunquā abscedit à resignante, nisi post factam à Papa concessionem.*

12 *Officii resignatio facta penès Regem, an dicatur resoluta secuta morte resignatarii.*

13 *Literę Regales obligant post factam illarum publicationem in Regno, nec trahuntur ad pręterita num.14.*

15 *Assensus Proregis sufficiebat pro officii translatione ante Ann. 1628. ex quo ante dictum tempus non prohibebatur Proregibus assentiendi facultas.*

16 *Officii resignatione facta in manibus Reg. Curię, illaque acceptata, & translata possessione in renunciatarium, nihil remanet penès renunciantem.*

17 *Argumentum de feudo ad officium, an valeat.*

18 *Assignatur discrimen inter feudum, & officium.*

19 *Argumentum de officiis ad beneficia non valet ex diversitate rationis.*

20 *Officii concessione non secuta, an dicatur resoluta renunciatio.*

21 *Clausula* non aliter, nec alio modo, *importat conditionem.*

22 *Con-*

22 *Conditio*, nec alio modo *est potestativa, quia dependet à voluntate Regis*.
23 *Et an deficiat talis conditio, & habeatur pro impleta mortuo concessionario ante adimplementum conditionis*.
24 *Datum ut aliquid fiat non repetitur si moritur ille, in quem erat adimplendum*.

In §.133.incip.*Por ordines mias, &c.*

Concordant recentiores Regiæ ordinationes, quæ supervenerunt sub die 7.Octobris 1659. quibus fuerunt renovatæ istæ Regiæ literæ pro-
1 hibentes officiorum ampliationes, translationes, vel renunciationes absque assensu Regis, cui fuerunt solummodo reservatæ sub pœna nullitatis, ut habetur in *6.volum. Literarum Regalium existentium in Secretaria Reg. Cam.fol.* 244. concordant quoque priorea literæ, de quibus in *Prag.14.47. de officio Secretarii, & aliæ datæ sub die 22.Aprilis 1621. & sub die 19.Februarii 1628. publicatæ in hoc Regno sub die 20. Martii 1630.*
Hæsitatum fuit in terminis harum literarum Regalium Anni 1622. & 1628. num cœpissent obli-
2 gare à die publicationis, vel à die, quo fuerunt in Curia latæ, & insuper cum accidisset, quod facta resignatione officii in manibus Regiæ Curiæ, dummodo per S. M. vel per D. Proregem transferatur in personam nominatam; Concesso Assensu per S. Excell. soluta tamen quarta parte pretii in beneficium Regiæ Curiæ, & cum conditione impetrandi Assensum à Sac.Cathol. Majest.intra annũ: Si interim sequatur mors renunciatarii, in quem hoc modo fuit officiũ translatum fuit in dubium revocatũ, num posset ille, qui alienavit, prætendere officium ad se perti-
3 nere, vel remaneat in manibus Regis; Cumque Jo:Camillus Cacacius insignis sui temporis Jurisconsultus, & strenuus Regalis Patrimonii Advocatus scripserit satis doctè, & disertè demonstrando officium primi Credenzerii Regiæ Dohanæ majoris Neapolis remanere penès Regem stante morte renunciatarii, non obstante quod renuncians contenderet officium esse suum, nec potuisse transferri absque Regis Assensu; & ante illius expeditionem numquam officium ab eo abscessisse ad instar feudi, & resignationem fuisse resolutam ipso jure ob mortem resignatarii; Satis superque erit tanti viri *Responsum* hic typis tradere ad interpretationem harum literarum Regalium, & præsentis controversiæ resolutionem.

Responsum Regentis Jo:Camilli Cacacii.

Didaeus Nuñes de Palma, eum haberet officium Credenzerii majoris Regiæ Dohanæ majoris hujus Civitatis sub die 20. Februarii
4 1630. illud renunciavit in posse Regiæ Curiæ (in beneficium tamen, & commodum Didaci Canalis, & dummodo per Suam Catholicam Majestatem, seu per S. E. conferatur in personam dicti Didaci Canalis, & non aliter, nec alio modo, &c.)
Ratione cujus renunciationis eodem die alio publico instrumento cum dicto Canali convenio de pretio ducatorum mille.
Fuit supplicatum Proregi pro assensu, et facta ejus mandato consultatione per Regiam Cameram
5 fuit concessus assensus solutis Regiæ Curiæ ducatis 250. pro quarta pretii dicti officii: Et cum hoc, ut intra annum à Dom. nostro Rege etiam assensum impetraret, fuitque ei tradita possessio officii prædicti à die . . .
Adiit Regem Didacus Canalis, hæc omnia exposuit, atque assensum petiit his verbis. *Supplica*
6 *Vuestra Magestad sea servido mandar se le despache dello en su favor el Real Privilegio en la forma acostumbrada, y quando esto no oya lugar, mandese le buelvan los dichos dozientos, y cinquenta ducados, paraque los pueda remitir acà, para effecto del dicho Real Privilegio, y en el interim que no lo molesten acerca del ejercicio, y administracion del dicho su officio, que lo riciviarà por singular merced.* Rex autem ita respondit.
*T visto lo contenido en el inserto memorial hà parecido encargaros, y mandaros (como lo hago) Proveais, y deis orden à mi Regia Camera de la Sumaria, paraque se le restituya al suplicante lo que pagò por la renunciacion del dicho officio de Credenziero para acuda aqui dentro de seis meses con ello, y se le pueda despachar su Privilegio. La presente reste al presentante. Datum en Madrid à 27.de Octubre 163*1.
Interim sub die . . . . . mortuus est Didacus Canalis, qui officium prædictum tenebat:
7 Regia Curia ad manus suas illud recepit. Comparuit Didacus Nuñes de Palma contendens officium prædictum esse suum, in ejusque possessionem reponi debere: Et hoc ex quatuor infrascriptis assumptis.
Primum, quod assensus Proregis non sufficit, sed requiritur assensus Regis; tum quia in transla-
8 tione officiorum, seu venditione, & dispositione illorum, fuit semper provisum, quod adeant Catholicam Majestatem pro expeditione assensus, ut inquit *D.de Ponte decis.28. sub num.* 63. qui subdit, (quod hoc jure hodie utimur:) Tum etiam, quia specialiter hoc fuit provisum per Regias literas sub data 19. Februarii 1628. in

Ee exe-

executionem alterius ſub die 22. Aprilis 1622.
9 ubi ait Rex,(*No ſe concedan ay ampliaciones ni renunciaciones de officios, y en eſta conformidad advertireys à la Camera de la Sumaria lo execute, dando para ello la orden, que conbenga con aprecibimiento, que deſde agora doy por nulas, y de ningun valor, y efeto todas las renunciaciones, y ampliaciones, que concederen contra eſte orden, ſino que las Partes acudan aquì por eſtas gracias.*)

Secundum aſſumptum, quod hic Regius aſſenſus non fuit præſtitus à Rege, nec expreſsè, nec tacitè, nec præſumptè vigore literarum prædictarum ſub die 27. Octobris 1631. Quibus mandat tranſmitti in Hiſpaniam duc. 250. hic ſolutos pro ampliatione, ut ei privilegium expediri poſſit: ſed quod requiritur aſſenſus Regis in forma ſpecifica.

Tertium aſſumptum, quod ante prædicti Regii aſſenſus expeditionem officium prædictum nun-
10 quam abſceſſerit ab ipſo Didaco Nuñes de Palma, ſed apud eum ſemper remanſerit ad inſtar feudi, cujus utile dominium ante præſtitum aſſenſum, ſemper manet penès alienantem, ex dictis per *D. de Ponte conſ. 1. num. 41. & 43. vol. 2.* Potuiſſet etiam addere: et ad inſtar beneficii, cujus poſſeſſio, ac jus facta illius reſignatione ad beneficium alterius, nunquam abſcedit à reſignante, niſi poſt factam conceſſionem à Papa,
11 vel alio ſuperiore, in cujus manibus reſignat ipſi reſignatario, in cujus beneficium renunciavit, ut eſt communis ſententia, ſecundum quam ſæpius deciſum, & apud *Flam. Pariſ. de reſign. benef. par. 1. cap. 3. num. 7. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 159. à num. 21. & cap. 991. num. 20. Mant. deciſ. 173. num. 2.* Arguendo à beneficio, vel feudo ad officium, ut per *Frecc. de ſubfeud. lib. 2. qu. 51. & 56. Lupus in cap. per veſtras in introd. rub. n. 6. de donat. inter vir. & uxor. Dom. de Ponte deciſ. 28. num. 5.*

Quartum aſſumptum, quod etiam ſi officium illud fuiſſet abdicatum à perſona dicti Didaci, & re-
12 manſiſſet penès Regem, in cujus manibus facta eſt reſignatio: quia tamen facta eſt ad beneficium Didaci Canalis, in cujus perſonam, ſtante ejus morte, non poteſt amplius Rex concedere, nec aſſenſus privilegium impartiri: ipſo jure reſoluta eſt reſignatio, & proinde officium retransfertur in venditorem, ad dicta per *Bald. in l. Æmilius, ff. de minor. per Covar. varia. reſol. lib. 3. cap. 8. num. 7. Tiraq. de contract. conventio. §. 1. gloſ. 7. num. 15.* Et hoc vigore illius clauſulæ in reſignatione officii poſitæ (dummodo, &c. & non aliter, nec alio modo) quæ importat conditionem, qua non adimpleta actus reſolvitur.

Hæc ſunt, quæ in effectu pro ſe allegat Didacus Nuñes de Palma.

Pro Regio Fiſco.

Fiſcus vero è contra contendit per mortem Didaci Canalis officium prædictum ad illius beneficium in manibus Regis reſignatum, in manibus Regis remanere, nec in eo aliquid juris ad Didacum Nuñes de Palma ſpectare eo modo, ac perinde, ac verè in perſonam Didaci Canalis Regium privilegiũ fuiſſet expeditũ; & quidem.

Quoad primum aſſumptum dicit Fiſcus, & ſi Regiæ literæ expeditæ fuerint Anno 1628. publicatæ tamen ſunt hic 20. Martii 1630. poſt men-
13 ſem à die factæ præſentis reſignationis officii: eo enim die Proregis ordine Regiæ literæ fuerunt publicatæ: Legem autem à die publicationis obligare, & non antea omnes dicunt, quæ publicatio non ſufficit fieri in Curia Principis, ſed etiam in Provinciis facienda eſt, ut eſt *text. expreſſus in auth. ut factæ novæ conſtitutiones, tit. 16. collat. 5. per quem ita Alex. conſ. 181. n. 13. lib. 6. Plot. in l. ſi quando nu. 859. C. unde vi, Gabriel. conſ. 188. à nu. 54. lib. 2. Kiminal. jun. conſ. 108. à nu. 11. Aufrer. ad Cappell. Tholoſ. q. 455. Natt. conſ. 498. num. 21. Anchar. jun. qu. 59. nu. 2. lib. 2. Ozaſc. deciſ. 141. num. 2. ubi dicit communem, & Gram. deciſ. 47. num. 9. ex notatis in l. 3. C. de leg. & Menoch. de arbitr. lib. 2. centur. 2. caſu 185.* Cum ergo publicatio in Regno fuerit poſt factam reſignationem, non poteſt lex trahi
14 ad præterita, *l. leges 7. C. de leg.* Unde aſſenſus Regis requiritur tantum in reſignationibus officiorum, quę fiunt poſt 20. diem Martii 1630. quo die fuit Regius ordo promulgatus, nõ autẽ ante.

Neque obſtat dictum *D. de Pont. deciſ. 28. num. 63.* Quia, non dicit, quod Proreges non poſſint aſ-
15 ſentiri reſignationibus officiorum: Neque dicere id poterat, cum hoc nullo jure tunc prohiberetur ante dictas literas Regis Anni 1628. Nec eſſet unus de novem caſibus comprehenſis in *Pragm. 3. de feud.* quibus denegatur Proregibus aſſentiendi facultas: Dicit tantum *Dom. de Pont.* quod fuit ſemper proviſum, quod adeant Catholicam Majeſtatem pro expeditione aſſenſus, hoc intelligitur cumulativè, nempè quod licet aſſentiantur Proreges, ſolet tamen ordinari, quod impetretur etiam aſſenſus à Rege; at non dicit *D. de Pont.* quod ſi de facto Prorex aſsẽtiatur, quod aſsẽſus ille ſit nullus, & nihil ſit validũ antequam Rex conſentiat. Et in tantum eſt verum hoc, quod ſi nulla tunc fuiſſet reſignatio officii, vel diſpoſitio cum Proregis aſſenſu non opus erat, quod Rex per literas Anni 1628. illud ſpecificè ordinaret. Meritò dici debet, quod ante publicationẽ prædictarum Regiarum literarum valebat reſignatio, & diſpoſitio officiorum cum Proregum aſſenſu, quibus hoc non erat interdictum, ſed ampliſſima data facultas, ut omnia poſſent, quæ ipſe Rex; Unde ſi in hoc officio attendenda eſt poteſtas Proregis, prout eo tempore erat ante novum Regis ordinem prohibitivum: merito cum ejus aſſenſu validè offi-

Digitized by Google

officium hoc à Didaco Nuñes resignante ad Canalem emptorem erit translatum.

Ex stantibus prædictis corruent omnia ex adverso opposita. Quia, supponunt non adesse assensum, & proinde nullam fuisse resignationem.

Attamen quamvis nullus hic assensus esset interpositus, adhuc tamen dicit Fiscus tertium, & quartum partis assumptum non militare.

Quoad tertium assumptum, dicit Fiscus nullam adesse juris repugnantiam: quod facta resignatione officii à Didaco Nuñes de Palma in manibus Regiæ Curiæ, licet ad beneficium Didaci Canalis, & non aliter, nec alio modo statim omne jus, quod habebat in officio Nuñes transie-
16 rit ad Regem: Et hoc tanto magis, quia Regia Camera ex Proregis remissione resignationem acceptavit, imò in Didacum Canalem officii exercitium transtulit, ac quasi possessionem concessit, ita ut nihil remanserit apud renunciantem, ut ex *Abb. & aliis in cap. de multa de præbend. Alexan. consf. 106. col. 2. in fin. lib. 1. Tiraq. de retract. consang. §. 26. glos. 2. num. 10. Muta cap. 73. sub num. 12. to. 4. Regni Sicil.* docet *Mastrill. de Magistr. tom. lib. 1. cap. 24. nu. 28. faciunt notata in cap. rursus, ex quib. caus. feud. amit. & in cap. 1. de eo, qui fin. fec. agn.*

Nec argui potest à feudis ad officia quantum ad hoc, de quo agimus, siquidem in feudo duplex
17 dominium consideratur, videlicet directum, & utile, ut notatur in *cap. rei autem, de invest. de re aliena facta*, ubi *Isern. & Afflict. sub num. 6.* Quando ergo fit alienatio feudi, non fit resignatio illius in manibus domini, ut ille postmodum investiat alium, juxtà *text. in cap. 1. de eo, qui fin. fec. agna.* sed directè feudatarius vendit utile dominium feudi alteri cum Regis assensu impetrando, quo casu, quia in feudis sine assensu, nulla est dispositio, *cap. Imperialem, de prohib. feud. alien. per Feder.* meritò illud utile dominium non potest transire in emptorem ante assensum: Nec potest consolidari dominio directo, vel esse apud Regem, quia non fuit Regi refutatum, sed alienatum tertio: Nec potest volare per aerem, & stare in suspenso, ut dicit *Montan. in l. Imperialem num. 99. Dom. de Pont. in tract. de potest. Proreg. tit. de ass. Reg. §. 4. num. 19.* Unde oportet, ut donec Rex assentiatur penès ipsum alienantem remaneat, ex quo non potuit transire ad Regem ex defectu voluntatis alienantis, neque ad eum cui fit alienatio ex defectu potestatis: at in offi-
18 ciis non datur dominium directum, & utile, sed omne illorum dominium est penès Regem, exercitium tantum officii est penès officialem, prout dixerunt ex *Isern. in cap. 1. de feudo Marchiæ, Fran. de Amic. in cap. 1. de his qui de feud. dare poss. §. natura etiam officii, fol. 62. in fin. D. de Ponte decis. 28. nu. 7. D. Georg. in repet. feud. cap. 53. num. 25. post Capyc. decis. 77. num. 12. & decis. 121. num. 3. D. Theod. alleg. 41. num. 3. Mastrill. d. cap. 24. num. 37. lib. 1. & Montan. in l. Imperialem, §. præterea Ducatus, nu. 25.* qui omnes dicunt officiorum dominium ossibus Principis inhærere, ac solam administrationem officiali concedi personalissimam, ut ajunt. Hæc ergo administratio, seu jus hoc administrandi potest voluntate renunciantis ab eo avelli, ac ad Regem transire, ac apud eum remanere, donec Rex illud concesserit ei, in cujus beneficium facta fuit refutatio, cum concurrat voluntas resignantis, qui Regi resignavit, non Canali directo; & ipsius Regis, qui resignationem non respuit, sed non solùm per suos Ministros recepit, sed ipse per se non recusavit, dum pecuniam ad se transmitti voluit, ut posset de privilegio providere. Unde duplex diversitas consideratur inter resignationem officii, & alienationem feudi. Prima, quod in feudo alienatur utile dominium: in officio ceditur tantum illius administratio, vel ad summum jus administrandi. Secunda, quia in feudo alienatio utilis dominii fit privato directè; at in officiis resignatio directè fit Regi ad beneficium tamen privati: meritò quicquid sit in cæteris quantum ad præsens, ut ante assensum remaneat sicut feudi utile dominium apud resignantem argumentatio non procedit.

Nec etiam valet argumentum à beneficiis: Ex diversitate rationis, quæ inter officium, & beneficium intercedit; siquidem resignatio beneficii in favorem certæ personæ non potest fieri propter
19 commodum resignantis, aliàs esset simoniaca, & nulla, ex *text. in cap. tua 34. de sim. cap. 4. cap. fin. de pact. cum concord. per Garf. de benef. par. 11. cap. 3. num. 145.* Et proinde cum non possit proprium commodum intendere satis videtur spectare commodum resignatarii, & quod finalis sua intentio sit, ut ille omnino beneficium consequatur; At non sic in officiis, quæ in favorem alterius resignantur, data vel promissa pecunia, quod non est prohibitum, & in dies passim fit Rege sciente, & permittente, immo authorante cum quartam partem ejus pretii, pro assensu recipiat, ideo principalis intentio resignantis est habere pecuniam, vel sibi de ea cavere; Hinc oritur differentia, quia in primo casu, videlicet: in beneficiis; quia tota intentio resignantis est providere resignatario, nisi cum effectu ille beneficium obtineat; præsumitur, quod noluerit à se beneficium abdicare: at in officiis cum principalis intentio resignantis ratione pecuniæ est sibi ipsi providere, eo ipso, quod sibi providit solutione, vel cautione jam consecutus intentum non curat, apud quem sit officium, & proinde sua voluntate non præsumitur velle apud se retinere, donec resignatario conferatur, quia sibi sufficit pretium solutum, aut promissum, & proinde de voluntate resignantis poterit apud Regem esse: Nam præsumptio, quod voluerit apud se retinere, donec resignatarius obtineat, quæ militabat in beneficiis, cessat in officiis cessante ratione prædicta, ita punctuali-

ter confideravit *Rota apud Seraph.decif.389.n.
9.& fecutus fuit Gratian. difcept.forenf.c. 746.
num.25. tom.4.* licet in impreffione Colonienfi
litera fit corrupta, quia deficit negativa (*non*)
Quod tanto magis militabit in cafu noftro,quia
Didacus Nuñes facta renunciatione,quia fuit fi-
bi cautum de pretio ftatim dimifit poffeffionem
officii, feu exercitium, illudque Regis affenfu
non impetrato traditum fuit Didaco Canali,
quod fatis oftendit ex tunc animum ab officio
alienum fuiffe contentum pretio: Non fic re-
nuncians beneficio in favorem alicujus,quia do-
nec admiffa refignatione fuperior illud refigna-
tario concedat, remanet refignans in poffeffio-
ne,percipit fructus, & adminiftrat, nec ante
conceffionem Papæ poterit fe refignatarius in-
tromittere.

Suppofito igitur ex prædictis, quod ftatim, ac Di-
dacus Nuñes renunciavit in manibus Regiæ
Curiæ officium in beneficium Canalis, & fuit
admiffa renunciatio hic Neapoli, & Rex in Hi-
fpania eam non recufavit, imò tranfmiffa ibi pe-
20 cunia privilegium expediturum fe indicavit,
remanet difcutiendum quartum adverfarii af-
fumptum, videlicet,quod non fecuta conceffio-
ne Regis in Canalem dicatur refoluta renuncia-
tio officii facta per Nuñes, illiufque proprietas
ipfo jure reverfa in eum, & hoc vigore illius
claufulæ(*dummodo, &c.*)& (*non aliter, nec alio
modo*) fed longè aliter. Ideo

Quoad quartum dico, omnia ex adverfo allegata
procedere, quando verè ex non facta conceffio-
ne officii dicto Canali refolveretur renunciatio
officii, tunc enim fi ipfo jure fieret transferetur
officium in Nuñes. Quod autem non refolva-
tur, fed renunciatio facta Regi firma remaneat
in ejus beneficium, ex quo Canali conferri offi-
cium non potuit.

Fundatur primo, quia licet verum fit, quod clau-
fula (*non aliter, nec alio modo*) importat condi-
21 tionem, *Bald.in authen.ingreffi, fub num.7.C.
Sacrofanct.Ecclef.Jafon.in l.fin.num.142. C.de
jur.emphyt.*cum aliis per *Mart.de claufal.par.1.
clauf.74.num.7.& Barb.in remiffio.DD.tit.de
clauf.clauf.39. num.7.*Tamen quia hæc claufula
(*non aliter, nec alio modo*) recipit declaratio-
nem à principali difpofitione, ut decifum ait
apud *Rotam Marta ubi fupra num.6.citans Ro-
land.conf.61.num.54.lib.2.*Ideo in cafu præfen-
ti,qui cenfetur importare conditionem ejus fpe-
ciei, quæ actui convenit, nempè conditionem
poteftativam, hoc eft, fi Rex concefferit, feu
dummodo Rex conefferit officium Didaco Ca-
nali, fub hac enim conditione videtur facta re-
fignatio. Hæc conditin eft poteftativa, quia
22 dependet à voluntate Regis, cui refignatio fa-
cta fuit, & ab eo adimplenda, in cujus poteftа-
te eft adimplenda, ut ex *tex.in l. fi quis inftitua-
tur,§.1.ff.de hæred.inftit.Menoch. præfump.183.
nu.4.lib.4.Mant. de conjectur. ultim.volunt. lib.
11.tit.16. num.14.* Quæ conditio poteftativa
deficit cafu, quia antequam impleretur mortuus
eft Canalis, in cujus perfona erat adimplenda,
quo cafu habetur pro adimpleta, ex quo non
23 ftat per adimplere debentem, & ideo lucrum
non perditur,*tex.eft expreffus in l.quæ fub condi-
tione 8.§.quoties, ff.de conditio.inftit. ubi glof. &
DD.Bart.num.1.Dec.nu.7. Bal. num.8.in l.1.C.
de inftit.& fubftit. Menoch. ubi fupr. à num.19.
Mantica à num.14.& Fufar.de fideicom. quæft.
454. num.54.*

Secundo, dato,ut aliquid fiat,quod fi cafu fieri non
poffit datum non repetatur, fed remanet penès
24 recipientem, eft *text.in l.pecuniam,penult. C.de
cond.ob cauf.* Et in fpecie quando moritur ille,
in quem erat adimplendum, quod datum non
repetatur, eft *text.in l.tertia, §.idem, verf. fed fi
Sticchus, juncta glof.in verbo potuit, ff.de cond.
ob caufam*. Neque dici poteft, quod fteterit per
Regem non concedere officium Canali, dum
voluit pecuniam duc.250.pro refutatione offi-
cii Neap. folutam in Hifpaniam tranfmitti.Quia
refpondetur primo, quod hoc non fecit Rex tã-
tum in hac caufa, fed regulariter id voluit in o-
mnibus affenfibus fuper renunciationibus offi-
ciorum, jubens pecuniam in Hifpaniam tranf-
mitti. Et hoc optima ratione,ut ei folvatur pe-
cunia à quo impetratur gratia,& ibi folvatur,ubi
impetratur; debuit ergo hoc fcire, qui affenfum
requirebat, & cum parata pecunia Regem adi-
re; unde non poteft conftitui Rex in mora, fi ex
parte fua antea poftulans non implevit, ex no-
tatis in *l.lecta, verf. dicebam, ff. fi cert. petat.* &
aliis per *Tufch.tom.5.litera M.concl.375.& lite-
ra I. concl.325.tom.4.*

Secundo refpondetur, quod fupplicatio Regi fuit
alternativa,vel quod expediat privilegium, vel
mandet pecuniam in Hifpaniam tranfmitti. Hoc
ultimum elegit Rex,qui ex alternativis fibi pro-
pofitis electionem habebat, unde cum hoc fa-
ctum fuerit ex voluntate petentis,non poteft at-
tribui mora Regi, qui non fimpliciter, fed fuit
alternativè interpellatus.

Ex quibus refolutis omnibus per Didacum Nuñes
da Palma oppofitis, fatis conftat,quod cum ipfe
in manibus Regiæ Curiæ renunciaverit offi-
cium, ut de eo Didacus Canalis inveftiretur
cum abfque Regis culpa, ftante ejus morte hoc
fieri non potuit tanquam deficiente cafu, &
conditione, debet apud Regem officium rema-
nere, prout Fifcus expoftulat.

*Joan. Camillus Cacacius
Regii Patrimonii Advocatus.*

SUMMARIUM.

1 *Perceptores Provinciarum teneantur oftende-
re in redditione computorum feciffe diligen-
tiae*

Digitized by Google

tias pro exactione fiscalium decursorum, aliàs significantur.

2 Literæ Regales, *quæ supervenerunt de Anno 1639. adducuntur.*

3 *Decretum latum per Regiam Cameram sub die 7. Februarii 1645. pro executione, & declaratione harum literarum Regalium affertur.*

4 *Administratores Universitatum tenentur de proprio pro quantitatibus inexactis.*

5 *Universitas quæ solvit publico Exactori deputato per Principem an liberetur amissa pecunia, vel furto subtracta.*

6 *Universitas quæ assignavit redditus, seu taxam impositam pro solutione fiscalium, num liberetur dissipata, vel deperdita pecunia assignata, & refertur decisio Reg. Cam. Anni 1666.*

In §. 169. incip. *Quanto assi mismo, &c.*

PRæcipitur, ut Perceptores ostendant fecisse diligentias pro exactione functionum fiscalium decursarum, & non constito de diligentiis significentur in redditione computorum.

1

Concordat §. 102. & concordat *text.* de Jure communi in *l. missi opinatores, C. de exact. tribut. lib.* 10. cum aliis cumulatis per me in *Observat. ad sing.* 309. *mei Genitoris num.* 1. quibus accedit, quod per alias *literas Regales*, quæ superve-

2 runt *sub die* 22. *Februarii* 1639. injunctum fuit, ut fiat consultatio S.C.M. super observantia hujus *Capituli*, discusso negotio in Collat. Consil. cum interventu Reg. Cameræ, *ut in tertio vol. literarum Regalium existentium penès Secretar. ejusdem Tribunalis, fol.* 346.

Hinc fit, quod R. C. sub die 7. Feb. 1645. pro exe-

3 cutione istarum Regiarum ordinationum interposuit decretum generale, referente tum Præs. Joan. Camillo Cacace, quod est 647. in *recollectis per Reg. de Marin.* quo cautum fuit esse expediendas significatorias contra Regios Perceptores Provinciarum pro residuis, pro quibus non docent de diligentiis tempore præsentationis computorum; Pro residuis vero, pro quibus præsentantur diligentiæ statim procedendum esse ad illarum discussionem, recognitis scripturis, quibus non repertis sufficientibus, esse expediendas significationes de bilancio. Verum si exhibeantur diligentiæ requirentes altiorem indaginem, non impediatur declaratio, & liquidatio computorum, neque expeditio literarum significatorialium, cum termino duorum mensium ad procurandum discussionem, quo elapso, & discussione non facta, remaneat Minister significatus. Itemque observari mandatur respectu residuorum relictorum à prædecessoribus post lapsum Anni à die quo successori fuerunt consignata.

Ampliatur in Sindicis aliisque Deputatis ad guber-

4 nium, & exactionem collectarum Universitatis, qui tenentur de proprio elapso anno pro quantitatibus inexactis, pro quibus exigendis non adhibuerunt exactissimas diligentias *Pragm.* 5. *in §.* 10. *de administ. Universit. Capibl. sing.* 2. *post tract. de Baronib.*

Hæsitatum fuit num Universitas, quæ solvit pecuniam publico exactori deputato per Principem

5 liberetur si pecunia fuerit furto subtracta, affirmativè resolvunt *DD.* semper quod exactor à Principe, & non à Communitate fuit destinatus *Peregrin. de Jur. Fisc. lib.* 6. *tit.* 7. *de debitor. fiscal. nu.* 20. *vers. Item non intelligo, Dec. cons.* 437. *num.* 9. *Rot. Roman. decis.* 180. *recent. par.* 4. *to.* 1.

Quid quando Universitas assignavit Regio Perceptori redditus destinatos pro solutione functionum fiscalium, pro quibus imposuit taxam inter

6 Cives, qui juxtà eam jam persolverunt, num amissa, aut alitèr dissipata dicta pecunia, Regia Curia habeat actionem contrà Cives, & superesse actionem contra Administratores illius anni, decisum fuit per Reg. Cam. *sub die* 11. *Octobris* 1666. referente Præsidente Hortensio Pepe in causa Civitatis Neritonis, ut ex actis in Banca Diodesii penès Bortonum Scribam, quam decisionem refert *D. Mainer. de numer. secular. in miscellan. num.* 41. quam decisionem intelligo, dissipata pecunia per Sindicos, vel per Exactores, nominatos, vel electos à Sindico, juxtà terminos *decis. Reg. Sanfelic.* 179. *num.* 9. *tom.* 2.

SUMMARIUM.

1 *Magistri Actorum Supremorum Tribunalium capientes fidejussiones ratione officii eorum periculo, num possint exigere mercedem ultra pandectam.*

2 *Hæ literæ Regales, vel aliæ similes, quæ prodierunt de Anno* 1634. *non habuerunt executionem in Anno* 1637. *sed fuit facta consultatio tum per Reg. Cam. quam junctis Aulis S.R.C. & num.* 3.

4 *Facti series proponitur, & num.* 5. *&* 6.

7 *Sententia S.R.C. à qua fuit reclamatum infra decem dies non potest executioni demandari, nisi præstita cautione.*

8 *Sententia M.C.V. assistentiæ, & infrà summam ducatorum centum quinquaginta non executioni demandatur, non præstita cautione in casu retractationis.*

9 *Mutanda non sunt, quæ interpretationem certam habuerunt.*

10 *Actorum Magistri capientes fidejussiones loco fidejussoris habentur.*

11 *Fidejussores num possint tuta conscientia aliquid exigere pro fidejussionibus, quas suscipiunt ratione periculi, & num.* 12. 13. *&* 14.

15 *Contractus qui alioquin habetur pro illicito ex incertitudine, vel damno indicatur licitus.*

16 Bartol. in l. hoc jure, §. Labeo, ff. de donat. *ponderatur.*

17 Bald.

17 Bald. *verba in* l.antiqua nu.1. ad Vellejan. *adducuntur*.
18 Cardin.Mantica de tacit.& ambig. par.1.lib.6. tit.6.num.6.& par.2.lib.16.tit.2. *adducitur in præsenti specie*.
19 *Actorum Magistri tenentur ad solvendum de proprio quantitates in fidejussionibus contentas*.
20 *Fidejussori est licitum aliquid accipere ratione periculi imminentis non propter actum fideiussionis*.
21 Carol.Molin. *lectura interdicitur sub pœna excommunicationis tanquam Author damnatæ memoriæ*.
22 Caballin. *qui sequitur* Authorem damnatæ memoriæ *refellitur, & occurritur juribus per eum allegatis*.
23 Hering.de fideiuss.cap.26.nu.123.*declaratur*.
24 Pragm.18.de Actuar. *interpetratur*.
25 *Verba* Pragm.25.in cap.23.de offic.S.R.C. *inferuntur*.
26 *Fideiussio præstanda in casu retractationis differt ab aliis fideiussionibus*.
27 *Distinctio affertur inter diritium competentem pro stipulatione fideiussionis, & inter periculum, quod in se suscepit Actuarius capiendo fideiussionem*.
28 Pragm.25.de offic.S.R.C.edita de Ann.1534. *conciliatur cum legibus, & Doctoribus loquentibus de fideiussoribus, ad tollendam legum correctionem*.
29 *Actuarii onus est facere discussionem bonorum principalis, & fideiussorum infra quatuor menses, quibus elapsis de proprio solvunt*.

In §.176.incip. *Aviendose reconocido, &c.*

Statuitur in *hoc cap.* ut Magistri Actorum capientes fideiussiones capiendas ratione officii, tam In causis Regalis Patrimonii, quàm in cau-
1 sis civilibus, & criminalibus, cœterorum particularium non exigant ultra pandectam, nec ultra taxam *Reg.Pragm.* sub pœna quadrupli.

Occasione harum literarum Regalium Anni 1634. cum in Anno 1637. essent expeditæ provisiones per Reg.Cam.cum inserto tenore dicti Capituli, & per S.C.quoque esset tentata dictarum
2 Regiarum ordinationum observantia, insurrexit magnus rumor, adeoquod S.C. junctis Consiliariis omnium Aularum decrevit *esse faciendam consultationem Dom. Proregi pro suspensione executionis Regiæ ordinationis*, cui consultationi adhæsit pariter Reg. Cam. quæ Consultationes fuerunt adeò per Collat. Conf. approbatæ, quod nec ampliùs fuit de negotio locutum, ut testatur *Reg.de Marinis lib. 2.suar. resol. cap.7. nu.3.Consil.Staib.in observat.ad resol 119.à nu. 22.ad num.26.tom.2.*

Et quia pro consultatione facienda pro Actuariis Reg.Cam.& M.C.V.doctè scripsit D.Bartholo-
3 mæus Francus per celebris illius temporis Advocatus ponderando non minùs jura legalia, quam detrimentum, in quo versabatur publica utilitas placuit ejus integram *Consultationem*, quæ ad manus meas pervenit, hìc typis tradere; Hæc sanè sunt ejus verba.

Allegationes D. Bartholomæi Franchi.

De mense Julii instantis Anni 1637. fuerunt per Reg.Cam.expeditæ provisiones cum inserto tenore Capituli ordinationis factæ in
4 Reg. Cur. Civitatis Madriti de Anno 1634. in summa continentis, *quod Actuarii pro fideiussionibus capiendis non recipiant pecuniæ quantitatem ultra taxam factam per Reg.Pragm.* 18.*de Actuar.* in quibus provisionibus expressè mandatur observantia taxæ contenta in dicta *Prag.* 18. sub pœna quadrupli.

Et videntes Actorum Magistri S.R.C. Reg.Cam. & M.C.V. prædictas rigorosas provisiones deliberaverunt non ampliùs capere fideiussiones, ex qua deliberatione, & ipsius executione experientia docuit nonnulla damna, & pericula imminentia pessimum sortita fuisse effectum scilicet.

Fuerunt habilitati carcerati infirmi gravissimis infirmitatibus sub fidejussoria cautione, recusa-
5 verunt Actuarii fideiussiones capere, & ob id non valuerunt se curari facere in propriis domibus, & mortui sunt, quod aliàs successisse à seculo non est auditum.

Item fuerunt liberata nonnulla miliaria ducatorum per Tribunalia creditoribus ann. introituum facta retrovenditione, quæ fuit facta, & non potuerunt habere executionem, & Creditoribus, quibus fuerunt liberata deposita, stante retro-
6 venditione facta, non currunt amplius tertiæ, nec pecuniam potuerunt implicare in aliam emptionem, stante quod fuerunt liberata deposita cum fideiussione, & illam propter Actuariorum deliberationem prædictam non voluerunt adimplere, & deposita remanserunt otiosa in Banco.

Item sententiæ per S.C.& R.C. proferuntur, ab eis per victum reclamatur, victor non potest ad il-
7 larum executionem procedi facere, nisi priùs præstita fideiussione in casu retractationis, quæ est de forma, ut sententia possit exequi, quando reclamatio est interposita infrà dies decem, & quia illam non possunt præstare, executio sententiarum interim suspenditur.

Idem in sententiis M.C.V.assistentiæ, & infrà summam unciarum viginti quinque, quæ ob non
8 præstationem fideiussionis in casu retractationis non executioni mandantur, & sic totus Mundus invo-

involutus, & pauperes litigantes, & carcerati,
ut suprà, qui non peccaverunt in tali rigorosi or-
dinis dispositione pœnas patiuntur, proindè suc-
cedit juris dispositio, in *l. minimè 23. ff. de legib.*
in qua disponitur minimè esse mutanda, quæ in-
terpretationem certam habuerunt, ob quod
9 semper dici solet illud vulgare proverbium, *che
sempre si deve lasciare il Mondo, come si trova*,
proindè Excellentiss. Princeps hujus Regni Pro-
rex videns prædicta omnia fuisse per Excellen-
tiss. Retroproreges benè considerata, & con-
sulto tolerata, ut omnibus mederi, & consulto
provideri possit, ordinavit hujus Regni Supre-
mis Tribunalibus, & signantèr S.R.C. ut de præ-
dictis ipsum consulant, proindè supplicatur Do-
minis consulentibus, ut infrascripta conside-
rent.

In primis advertitur, quod facta exactissima dili-
gentia in perquirendo omnia volumina *Regiar.
Pragm.* tam antiqua, quam moderna, *Pragm.* sub
titulo *de Actuar.* non excedunt numerum de-
cem, & septem. & sic nesciunt ipsi Actuarii quid
in prædictis provisionibus contineatur, & quod
ipsis servari injunctum sit, dum non reperitur
prædicta *Pragm.* 18. *de Actuar.*

Item est advertendum, quod Actuarii, qui capiunt
fideiussiones eorum risico, & periculo dicuntur
approbatores fideiussorum, & stantibus Regiis
10 Pragm. contra ordinarias regulas juris commu-
nis, editis de anno 1603. & 1608. *tit. de Actuar.*
in quibus onus discussionis bonorum principa-
lis, & fideiussorum fuit translatum in ipsos A-
ctuarios dicuntur in omnibus, & per omnia fi-
dejussores, proùt per *text. in l. 1. in princip. ver.
sic. parvi enim refert ff. de Magistrat. conveniend.*
probat *Reg. Rovit. decis. 83. n. 12.* & est *text.* pun-
ctual. *in l. cum ostendimus 4. §. fidejussores ff. de
fidejussor. tutor.* In fideiussoribus autem DD. tra-
ctant articulum, si eis ratione periculi licitum
11 est aliqitid accipere, ut fideiubeant, & conclu-
dunt communitèr, quod licet, ad quod addu-
cunt *text. in l. hoc jure 19. §. Labeo ff. de donatio-
nib.*

In quo *text.* disponitur, quod si aliquod recipiam à
te, si Advocatus, vel Procurator pro te fuero,
12 vel fideiubendo pro te erit extrà causam dona-
tionum, sed erit contractus innominatus ex di-
cto *text. junctis glos. in verb. assevero, in verbo
dedero, & in verb. fuerit*, & idem dicit *Accurs.*
in positione casus, & sic videtur quod est de ju-
re permissum, & contractus non improbatur à
jure.

Idem disponitur in *l. si remunerandi 6. §. Maurus ff.
mandati*, in quo textu disponitur, quod si ali-
13 quis fidcussit accepta pecunia, & postcà debi-
tum, pro quo fideiussit, solvit, habebit actionem
contra principalem debitorem pro repetitione
quantitatis solutæ, nisi suo periculo fideiubeat.

Per quæ jura sic esse de jure indubitatum, & ratio-
nibus etiam, ac Doctorum authoritatibus opti-
mè probat *Surd. cons. 306. n. 1. & 2. & per tot. 3.
vol.* ubi fundat posse fideiussorem licitè pacisci,
14 & stipulari, & recipere aliquam pecuniæ quan-
titatem, ut fideiubeat, fundat etiam non esse lu-
crum, sed compensationem quandam imminen-
tis periculi, ubi cum innumeris Doctoribus gra-
vissimæ authoritatis arguit à simili, scilicèt quā-
do certum quid promissum est, ut navis adver-
sus nedum piratas, sed etiam tempestatem ma-
ris assecuretur, respectu cujus assecurationis
maris nulli dubium est esse permissum, proùt in
dies ità servatur, & DD faciunt tractatus parti-
culares *de assecurationibus navium, & aliorum
navigiorum*, & signantèr *Stracc. ubi nu. 4.* post
medium refert, & sequitur alios Doctores di-
centes hoc casu æstimari non solum servitium,
quod consequitur debitor, sed etiam periculum,
quod subit talis fideiussor, fieri enim potest,
quod debitore non solvente cogatur fidejussor
pro eo de proprio solvere, atque ità vel pecu-
niam ab alio capere sub usuris, vel rerum sua-
rum alienationem, aut jacturam aliam pati, ex
quibus longe plus damni consequeretur, quam
pro sponsione fuisset lucratus.

Dicit insuper idem *Surd.* addendo, quod etiam si
ex eventu nullum damnum sentiret, contractus
15 nihilominus esset validus propter incertitudi-
nem, quæ in eo versatur, & ad justificationem
contractus sufficit, quod indè possit damnum
evenire, & facit incertitudo, quod judicetur li-
citus contractus, qui alioquin haberetur pro il-
licito, quod etiam nonnullis authoritatibus pro-
bat, *& n. 5. circa medium* dicit hanc esse com-
munem sententiam ex *Didac. Covarr. variar. lib.
3.* quod etiam comprobat ex *Navarr. & aliis
Theolog.*

Et ante omnes *Bart. in d. l. hoc jure in d. §. Labeo ff.
de donationib. in princ.* notat *ex dicto text.* quod
16 licitè possum recipere pecuniam, ut sim fide-
jussor pro te, ad quod allegat etiam *text. in d. l.
si remunerandi §. fin. ff. mandati.*

Bald. in l. antiquæ num. 1. C. ad Vellejan. dicit in-
17 frascripta formalia verba, videlicet. *Nota pri-
mo, quod licitum est fideiussori aliquid suscipe-
re pro præmio sui suscepti oneris sic ff. mandati l.
si verò non remunerandi §. Maurus. Sed tunc
quæro si iste solvit pro debitore, an illud, quod
accepit pro fidejubendo computetur in eo, quod
à debitore repetit per actionem mandati, & vi-
detur, quod sic, quia quidquid accedit sorti est
usura, ergo extenuat sortem, contrarium dico,
quod est verum, quando accedit ex eadem causa,
hic accedit ex alia, nam hic primum consequitur
propter anceps periculum fidejussionis, non prop-
ter satisfactionem obligationis argument. ff. de
nautic. fænor. l. periculi.*

*Cardinal. Mantic. de tacit. & ambig. par. 1. lib. 6. tit.
6. num. 6.* similiter probat ex præfatis juribus,
18 & authoritatibus, quod fideiussor potest pecu-
niam accipere pro periculo fideiussionis, quod
etiam

Digitized by Google

etiam refert fuiſſe deciſum coram felicis memo-
riæ Pontifice Maximo *Clemente VIII.* tunc Sa-
cri Palatii Apoſtolici Auditore ſub die 2. De-
cembris 1579.

Idem *Mantic.in eod.tract. par. 2. lib. 16. tit.* 2. ubi
prædictam opinionem nonnullis juribus,& DD.
authoritatibus, & deciſionibus optimè probat,
ubi non adhæret limitationi prædictæ commu-
nis ſententiæ in illo caſu, quando fidejuſſor pro
divite omninò ſolvendo fidejuſſit infraſcripta
formalia verba dicens, videlicet: *Verum plonè
plerumque divites etiam ex fortuitis caſibus ære
alieno gravantur, & ad inopiam deducuntur, &
ſi nullum poſſet periculum ſubeſſe fruſtra fidejuſ-
ſores adhiberentur.*

Et ad confirmationem reprobationis prædictæ li-
mitationis animadvertendum eſſe cenſeo, quod
*D.Reg.Rov.in dec.*83.conatur probare, & deci-
19 ſiones afferre contrà Actorum Magiſtros, quos
dicit omninò teneri ad ſolvendum de proprio
quantitates in fidejuſſione contentas, etiam
quod principales, & fidejuſſores tempore fide-
juſſionis præſtitæ fuerint omninò ſolvendo, &
poſteà licet ex caſu fortuito fuerint affecti non
ſolvendo, quod dicit fundari ex præfatis *Regiis
Pragm.* editis de anno 1603.& 1608.

Quam communem ſententiam probat, & ità dua-
bus *Romanis deciſ.* deciſum refert quondam fe-
licis memoriæ tunc *Cardinalis Ludoviſius*, po-
ſteà effectus *Pontifex Maximus Gregorius XV.
in dec.76.n.4.& in deciſ.*161.*n.* 1. *cum ſeq.* ubi
Oliverius Beltraminus in addit.ad dictam deciſ.
161. id confirmat ex aliis deciſionibus Roma-
nis coram Illuſtriſs. Cardinalibus factis.

Eandem opinionem probat *Frater Angelus de
Clavaſio in ejus ſumma Angelica verb. fidejuſ-*
20 *ſor n.20.fol. mihi* 178. qui tamen hoc affirmat
eſſe licitum ratione periculi imminentis, non
autem propter actum fidejuſſionis, cujus etiam
opinionis fuit *Rota Romana in alleg.deciſ.Car-
dinalis Ludoviſii* 161.

Quam rectiſſimam communem ſententiam opti-
mis legum fundamentis, & authoritatibus pro-
bat *Pyrrus Maurus Aretinus in tract.de fide-
juſs.2.par.princip.ſect.2.cap.2.per tot.*

Nec prædictæ communi ſententiæ refragatur opi-
nio aliquorum contrariam tenentium ſenten-
tiam, nam licet allegetur, *Carolum Molineum*
21 authorem damnatæ memoriæ in contraria fuiſ-
ſe ſententia, tamen cum ordine Sanctiſsimi Do-
mini Pontificis fuerit, ſub pœna excommunica-
tionis latæ ſententiæ interdicta ejus operis le-
ctura, non poteſt videri in quo caſu loquatur,
ultra quod cum doctiſsimi Domini Judicantes,
& Conſulentes ſint omninò Catholici,& Fidem
Catholicam ſectantes non debent habere ra-
tionem Doctoris prædicti hæreſiarchæ, & om-
ninò damnatæ memoriæ, qui contra opinionem
communem tot graviſsimorum Authorum, &
tot deciſionibus Romanis confirmatam, cum
audacia conatus fuit loqui, eamque impugnare.

Nec eſt habenda ratio de opinione *Caballini*, qui
uti ſequax prædicti *Authoris damnatæ memoriæ*
dixit, prædictam communem ſententiam ſibi
22 non placere, & eſſe in contraria opinione, nam
prędictus *Caballin.* allegat omnia prędicta jura,
& caſus legum expreſſos pro nobis loquentes,
& *DD.* authoritates communitèr receptas in
favorem fidejuſſorum, & poſteà prędictis legi-
bus, & authoritatibus DD. non reſpondens di-
cit, eſſe in contraria opinione ſe fundans tan-
tummodo in ratione Philoſophię moralis, nec
etiam reſpondit rationi principali, ſuper qua
prędicta communis opinio eſt fundata, ſcilicèt
ratione periculi, quod ſuſcipit fidejuſſor fideju-
bendo.

Nec tandem obſtat doctrina *Heringii in tract. de
fidejuſſ.cap.26.n.*123.*cum ſeq.* nam licèt loqua-
23 tur contrà communem prędictam ſententiam,
tamen idem *Heringius* agnoſcens prędictam
rationem ex cauſa periculi ſuſcepti, ſuper qua
eſt fundata communis ſententia eſſe abſque re-
ſponſione, propterea in fine prędicti *Capituli*
26.*num.*144.*cum ſeq.* dicit, quod ratione peri-
culi, cui ſe exponit fidejuſſor, ei licitum eſt ali-
quid recipere.

Et ſtante prædicta communi ſententia non video,
quomodo poſſit dubitari, quin in judicando, &
conſulendo ſit recipienda, ex latiſſimè deductis
per *Sylv. Nupt.lib.*5.*num.*1.*cum ſeq.*

Et tandem dicitur, quod prædicta *Pragm.*18. *de
Actuar.* enunciata in prædictis proviſionibus
24 R.C. non adeſt in libro *Pragmaticarum*, prout
ſupra ponderavimus, attamen dato, & non con-
ceſſo, quod adeſſet, reſpondetur eam ipſis
Actuariis non obſtare ex infraſcriptis, videlicet.

Primò, quia poſt erectum Tribunal S. C. fuit facta
particularis pandecta,& taxa dirictuum exigen-
25 dorum per ipſos Actorum Magiſtros S.C. pro-
ùt in *Reg.Pragm.ſub die* 28.*menſis Novembris*
1534.*poſita ſub tit.de Offic. Sac. Conſ.Prag.*25.
in qua in *cap.*23. dicitur his formalibus verbis.

*Item per ciaſc'uno mãdato de parendo, e pleggiaria
in caſu retractationis per ciaſc'uno d'eſſi grana
diece,*& ſic non loquitur de aliis fideiuſſionibus,
& proindè non eſſent attendendæ in Tribunali
S.C. aliæ pandectæ in aliis Tribunalibus forſan
factæ, dum in dicto Tribunali eſt facta particu-
laris pandecta.

Item & ſecundo dicitur eſſe diverſum caſum in fi-
deiuſſione præſtanda in caſu retractationis ſen-
26 tentiæ S. C. ab aliis fideiuſſoribus, nàm in du-
bio præſumitur pro ſententia S.C. illam fuiſſe
juſtè latam, & non eſſe revocandam, quod non
eſt in aliis fideiuſſionibus.

Item & tertio animadvertendum eſſe cenſeo eſſe
diſtinguendum dirictum competentem pro ſti-
27 pulatione prædictæ fideiuſſionis,& tunc abſque
dubio ipſi Actorum Magiſtri dicunt ſe paratos,
& contentos recipere pro dicta ſtipulatione

tan-

tantùm grana decem. Aliud autem est periculum, quod in se suscipit Actuarius capiendo fideiussionem, & hoc casu est licita conventio, & receptio pecuniæ, prout melius Partes cum Actuariis se convenire possunt, prout supra fundatum est, & in hoc se conveniunt doctrinæ supra ponderatæ, scilicet *Clavasii in prædicta ejus Summa Angelica in verb. fideiussor nu.*20. *& Illustriss. Cardinalis Ludovisii in dicta decis.* 161. *& Heringii in dicto tract. de fidejussor. cap.*26. *num.*144. quod aut tractatur de actu fideiussionis, & cautio esset illicita, aut tractatur de conventione, & receptione pecuniæ ratione periculi, & tunc esset licitum.

Item etiam considerandum est, quod dum prædicta *Pragm.* edita est in Anno 1534. leges prædictæ
28 pro fideiussoribus loquentes erant conditæ, & tractatus prædictorum DD. prædictam communem sententiam tenentium erant jam impressi, & sic in dubio non est præsumendum S.C. Neapolitanum, in quo intervenerunt tam doctissimi Viri voluisse facere pandectam prædictam contra regulas juris, & contra prædictam communem sententiam, nam in dubio non est præsumenda legum correctio, juxtà *text. in auth. quas actiones, C. de Sacrosanctis Eccles.* quod confirmatur ex antiquissima observantia tamdiu tolerata, quæ consuetudo dicitur optima legum interpres, juxtà *text. in l. si de interpretatione, ff. de legib.*

Quæ omnia tandem confirmantur, nam prædictæ *Prag.* fuerunt editæ ante Annum 1603. & 1608.
29 quibus temporibus fuerunt factæ duæ Pragmaticæ contra ipsos Actuarios, in quibus onus discussionum bonorum principalis, & fideiussorum, quod priùs erat Creditorum translatum fuit in ipsos Actuarios, quod infra quatuor menses præcisè illam faciant, quibus elapsis de proprio solvant, ex quibus experientia docuit, quod nonnullæ domus Actuariorum ex causa fideiussionum per eos captarum post prædictas *Reg. Pragm.* in collapsum iverunt.

Ex quibus omninò consulendum supplicatur nihil esse innovandum, sed esse servandum id, quod hucusque servatum fuit, & Mundum relinqui in eo statu, in quo eum reperierunt Moderni, qui eum involvere tentant, ne in majora pericula, & damna incidatur, prout experientia docuit.

Bartholomæus Francus.

OBSERVATIO LVII.

SUMMARIUM.

1 Pragm. 76. de Offic. Procur. Cæsar. *lata fuit ad confirmationem, & extensionem decreti generalis Anni* 1544.

2 *Minor an restituatur adversus lapsum unius anni, & diei concessi ad denunciandam mortem feudatarii.*

3 *Curator Patrimonii decocti, vel hæreditatis jacentis, num restituatur adversus omissam denunciationem mortis feudatarii infrà tempus statutum, vel servandum sit illud, quod servatur in Tutore, & Balio, de quibus* Pragm. *loquitur.*

4 *Hæreditas jacens, num incidat in commissum ob non solutum Canonem.*

5 *Pœna duplicati relevii ob denunciationem non factam ad hoc, ut incurratur per Tutores, & Balios minorum requiritur, ut adsit dolus, & culpa, & enumerantur casus, in quibus pœna prædicta non incurritur, nu.* 6. 7. 8. 9. *&* 10.

11 *Praxis Reg. Cam. circa listam præsentari solitam introitnum feudalium cum clausula illa reservativa* citrà præjudicium informationis capiendæ *refertur, quam nihil aliud importare, nisi protestationem Regii Fisci circa veritatem introituum, & reservationem taxationis adobæ ostenditur* ex Consil. de Rosa consult. 30. num. 4. & 27.

12 *Pœna hujus Pragm. inflicta contra Tutores, & Balios, & alios feudatarios ob denunciationem redditunm non veridicè factam, num evitari possit per clausulas salutares, & reservativas* addendi, minuendi, & emendandi.

13 Pragm. *hujus dispositio concordat cum antiqua praxi Regiæ Cameræ.*

14 *Relevia habent maximam connexionem cum adoba, cujus taxatio regulatur à fructibus denunciatis in relevio.*

15 Dom. Consil. Petrus Fuscus *summis laudibus extollitur.*

16 *Casus, qui emersit disputandus in Regia Cam. proponitur.*

17 *Adobæ novæ taxationi sit locus devoluto feudo ad Reg. Cur. quia antiqua adobæ taxatio extinguitur per devolutionem, & extinctionem Feudi.*

18 *Feuda alienata in extraneum à feudatario carente legitimis successoribus, num subjaceant novæ adobæ taxationi.*

19 *Rex assentiendo alienationi factæ à feudatario carente legitimo successore, num videatur de novo investire.*

20 *Feudum quod transfertur in personam emptoris, vel extranei quamvis dicatur novum, non tamen potest dici, quod prima investitura feudi fuit resoluta, nec dicuntur extinctæ qualitates veteris adobæ, nec cæteræ conditiones, quæ insunt primæ investituræ, & num.* 21. *&* 22.

23 *Assensus reduci debet ad formam primæ investituræ, quando ab ea est difformis.*

24 *Feudum si perveniat ad Regem non ex lege feudi, sed tamquam institutus hæres à feudatario, qualitas feudalis penès Regem non dicitur extincta, ità quod si concedatur alteri,*

 quam-

quamvis feudum sit novum in personam concessionarii non erit de novo taxandum, & de ratione, n.35.

26 *Gratiæ concessæ in proposita specie Civitati, & Regno per* Imperat. Carol.V. Anno 1536. & 1538. *referuntur insertis illarum verbis.*

27 Amicangel. de feud. quæst. 5. num. 26. & 27. *refellitur tamquam loquens contra manifesta principia feudalia, & num. 37.*

28 *Clausula* sub contingenti feudali servitio, seu adoha, *quæ apponi consuevit in novis feudorum concessionibus quomodo differat à clausula illa reservativa*, fidelitate tamen Regia, feudali quoque servitio, seu adoha reservatis, *quæ apponi solet in assensibus, qui interponuntur super dispositionibus feudorum factis à feudatariis tam habentibus, quam carentibus successoribus.*

29 Decisiones Reg. Revert. 264. & 562. *explicantur, & num. 41.*

30 *Assensus impetratus ab eo, qui tacuit se non habere successorem, num censeatur subreptitius.*

31 *Relevium num exigatur à Reg. Cur. ab extraneo successore ob mortem prædecessoris feudatarii, qui carens legitimo successore relinquit in testamento feudum extraneo cum Regio assensu.*

32 *Relevium solvitur à successore, ut ei confirmetur vetus investitura, quam defunctus feudatarius habebat.*

33 *Privilegium Regii assensus concessum Anno* 1608. *Jo: Baptistæ Tocco, ut ipsi liceret nominare suum hæredem, unum ex familia etiam in gradu non successibili in feudo Montis Militum, & Montis Aperti refertur.*

34 *Feudum est simile homini dum nascitur, crescit, & moritur.*

35 *Prorogatio, vel additamentum sequitur naturam sui principalis.*

36 *Feudum ad hoc, ut dicatur propriè novum, quid requiratur, & num. 38.*

39 *Feudum num dicatur novum in personam fratris utrinque conjuncti, qui successit fratri primo acquirenti tamquam institutus ab eo exclusa nepte ex filia prædefuncta ex facultate concessa per gratiam redactam in* Pragm. 33. de feudis.

40 Dom. Consil. Flavius Gurgo *Collega in causa commemoratur.*

42 Pragm. 11. 18. 25. 29. & 34. de feud. *exornantur, & declarantur.*

43 *Feuda quæ obvenerant sive ex successione, sive ex refutatione personis admissis per novissimas gratias nunquam fuerunt judicata uti feuda de novo quæsita, sed uti vetera cum antiquo servitio, seu veteri adoha, & cum exactione relevii.*

44 *Feudum in persona admissa ad successionem per modum ampliationis, prorogationis, & extensionis non censetur de novo concessum extincta priori, & veteri investitura.*

45 *Feuda Montis Militum, & Montis Aperti non fuerunt translata in D. Carolum de Tocco uti nova, sed jure feudi antiqui, & refertur petitio porrecta S.C.M. & nu. 46.*

47 *Clausula taxativa*, & non aliter *quid importet.*

48 *Assensus concessus per S.C.M. super nominatione, & refutatione dictorum feudorum transcribitur.*

49 *Princeps si in specie non respondeat, nisi quibusdam ex supplicatis videtur omnia concessisse, si in fine adest clausula*, cõfirmamus omnia, & singula enarrata.

50 *Clausula*, quorum tenor habeatur pro inserto, *quid operetur.*

51 *Clausula*, quoad expressa tantùm, *quid importet.*

52 *Clausula*, quorum tenor habeatur pro inserto, *num includat pactum appositum, quod feuda censeantur translata non uti nova, sed jure antiqui feudi.*

53 *Clausula*, teneat feudum juxtà formam privilegiorum, *includere videtur naturam feudi antiqui.*

54 *Clausula*, feudi natura in aliquo non mutata, *sufficit ad excludendam novam adohæ taxationem.*

55 *Relevium non exigitur in feudis de novo concessis, quia releviorum petitiones ex diametro repugnant novæ concessioni.*

56 Reg. Jo: Camillus Cacacius *commemoratur.*

57 *Adoha exacta per Reg. Cur. per triginta annos, juxtà taxam antiquam declarat ità fuisse de mente concedentis.*

58 *Observantia quamvis non possit inducere præscriptionem, quæ non datur in Regno contra Regem absentem, nihilominus est efficacissima ad declarandum privilegia dubia.*

De Officio Procuratoris Cæsaris. Pragm. LXXVI.

Ancorche dalle Leggi, e costumi di questo Regno, &c.

BAlii, & tutores feudatariorum non denunciantes mortem infra annum, & diem nomine prædictorum tenentur pœna duplicati relevii absque spe repetitionis. Pupilli verò tenentur ad simplum. H. D.

Hæc *Pragm.* lata videtur ad confirmationem, & extensionem decreti generalis lati per modum
1 legis condendæ junctis omnibus Tribunalibus sub die 16. *Junii* 1644. cujus decreti tenorem reposuit *Reg. Rovit. in Comment. super Pragm. 1. de offic. Procurat. Cæsar. nu.* 4. ut latè habetur apud *Capan. de jur. relev. par. 5. quæst.*

21. à

Digitized by Google

*21.à n.15.cum ſeqq.& quæſt.31.num.*18. & 19.
unde hodie videtur ſublata quæſtio, quæ ade-
rat de jure communi, nempè ſi minor erat reſti-
2 tuendus adverſus lapſum unius anni,& diei con-
ceſſi ad denunciandam mortem ſeudatarii, &
petendam inveſtituram, de qua apud *Horat.
Montan.in cap.Imperialem §.præterea ſi quis in-
feudatus n.7.*ſequitur *R.de Marinis lib.1.ſuar.
reſol.cap.299.n.7. Præſ.de Ganaverro in dec.*32.
quem laudavimus *in Obſerv. ad ſing.* 310.&
311.*n.*2.

Difficultas inſurgere poterit an hæc *Pragm.* pro-
cedat in Curatore patrimonii decocti, vel hæ-
3 reditatis jacentis, & reſpectu Curatoris Patri-
monii in judicio deducti dubitat *D. Ageta in
annotat. ad Reg.Moles in §.21.de Jur.relev. nu.*
10.& 12.*lib.*3. Sed ego nullam agnoſco dubita-
tionem in Curatore Patrimonii decocti, in quo
militat eadem ratio, quæ viget in tutore, & Ba-
lio, de quibus *Pragm.* loquitur, & dum viget
eadem ratio, eadem debet eſſe juris diſpoſitio.

In Curatore itaque hæreditatis jacentis ſupereſſe
poteſt aliqua difficultas, cum ei non currat tem-
4 pus ſtatutum ad petendum reſtitutionem, nec
ad aliquid aliud faciendum juxta tradita, & de-
ciſa penès *Rovit. deciſ.*41. ſed in contrarium fa-
cere videtur, nam ſi hæreditas jacens poteſt in-
cidere in commiſſum ob non ſolutum canonem
directo Domino, ex allegatis *per Reg.de Mari-
nis lib.1.ſuar.reſol.cap.164.nu.*11. à fortiori te-
netur ad pœnam duplicati relevii ob mortem
non denunciatam infra legitima tempora, &
quod etiam à Curatore prodigi petenda eſt in-
veſtitura, *Capan.de jur.relevii par.5. quæſt.31.
num.20.& quæſt.22.num.4.* ubi quod datur mi-
nori, vel hæreditati actio contra Curatorem,
quando ex ejus negligentia tempus eſſet elap-
ſum.

Ad hoc tamen, ut ſit locus pœnæ duplicati relevii,
tam contra feudatarios majores, quam contra
5 Balios, & Tutores minorum requiritur, ut adſit
dolus, & culpa, & nulla proponatur legitima
cauſa excuſans à denunciatione non facta intrà
annum, & diem, cum multæ cauſæ in factorum
contingentiis conſiderari poſſint.

Prima ſi intra annum, & diem fuiſſet mota lis hæ-
redi ſuper ſucceſſione feudi, quia tunc lite pen-
6 dente non currit tempus petendæ inveſtituræ,
dummodo lis non ſit affectata, *DD. apud Ca-
pan.de jur.relev.par.4.quæſt.32.à n.12.ad* 20. &
quid ſi ignoretur ſucceſſio, vel controvertere-
tur gradus ſucceſſionis, videndus eſt idem *Ca-
pan.par.6.quæſt.28.n.*16.21.& 22.

Secunda cauſa, ſi poſſeſſio feudi tempore mortis
exiſtat penes alium, quià tunc feudatarius, pe-
7 nès quem remanet dominium feudi alienati, ſine
aſſenſu excuſatur à duplicato relevio, ſed tene-
tur ad ſimplum, quemadmodum deciſum in cau-
ſa Comitis Policaſtri retulit *Jo:Vincent.de An-
na in alleg.* 95. quem ſequitur *Reg. de Marinis
lib.2.ſuar.reſol.cap.182.num.11.ubi verſic.habes*
modificat concluſionem, quoties expedito aſ-
ſenſu per verbum *Fiat*: ſuper venditione feudi
ſuccederet emptoris mors infra biennium, quia
tunc diceretur dominium perfectè in emptorem
translatum, comprobat in *Obſervat.ad dec.*490.
Reg.Revert.num.3.& lib.1.reſol.jur. cap. 304.
*num.*5.& 6.

Tertia cauſa ſi feudatarius ignorabat qualitatem
feudalem, quià tunc ex capite juſtæ ignorantiæ
8 tempus non currit ad petendam inveſtituram,
quemadmodum deciſum in Camera Imperiali
teſtatur *Gaill.pract.obſervat.lib.2. obſervat.* 48.
*num.*11 latè *Capan.de jur.relev.par.5.quæſt.*28.
*num.*18.& 19.

Quarta cauſa excuſans Vaſſallum à lapſu temporis
erit impedimentum peſtis, ob quod non potuit
9 accedere, vel mittere ad petendam inveſtitu-
ram, juxtà *DD.* tam Ultramontanos, quam Re-
gnicolas, quos cumulat *Capan.in eod.tract. de
jur.relev.par.5.quæſt.33.à n.7.cum ſeqq.*

Quinta cauſa erit ignorantia mortis feudatarii,
ideò ſi hæres ſcientiam mortis feudatarii non
10 habuerit, tunc ſi illam non denunciaverit infrà
annum, & diem non tenetur ad duplicatum re-
levium, quia tempus decurrere non potuit, niſi
à die dictæ ſcientiæ, *cap.* 1. *quo tempore miles,
cap.1.quæ ſit prim.cauſ.beneſ.amitten. Capan. in
tract.de jure relevii p.5.qu.29. n.* 16. & judica-
tum per Reg.Cam.de anno 1559. teſtatur *Reg.
de Marin.in obſervat.ad deciſ.*280. *D. Reg. Re-
vert.n.*9.

Et quatenus in textu hujus *Pragm.* præcipitur,
ut in productione liſtæ introituum, & corpo-
11 rum feudalium præſentanda in Reg. Cam. tàm
à feudatariis majoribus, quam à Baliis minorum
ſit facienda denunciatio omnium corporum ve-
ri redditus uniuſcujuſque corporis, abſque di-
minutione aliqua ſub pœna dupli, ſub qua inclu-
duntur pariter Balii, & tutores, obſervandum
erit, quod praxis, quæ inolevit in eodem Tri-
bunali Reg. Cam. recipiendi liſtam juratam in-
troituum cum decreto illo continente clauſu-
lam reſervativam *citrà præjudicium informatio-
nis capiendæ, ſi vel ne omnes introitus ſunt in
liſta enumerati, Capan.de jur.relev.p.5. qu.* 32.
*n.*3.4. & 5. quam reſervationem informationis
capiendæ non continere, niſi ſimplicem prote-
ſtationem Regii Fiſci circa veritatem introi-
tuum, & reſervationem taxationis adohæ, dixit
Conſil.de Roſa conſult.30.n.4.& 27.

Reſtringendam tamen cenſerem pœnam hanc in-
flictam contrà Tutores, & Balios, quoties in
12 preſentatione liſtæ defectivæ cauti fuiſſent in
apponendo clauſulas reſervativas *ſalvo jure ad-
dendi, minuendi, & emendandi*, vel cœteras ſi-
miles, quemadmodum advertit *Capan. in citat.
tract.de jur.relev.quæſt.32.n.* 19. & hanc prote-
ſtationem prodeſſe etiam ad excuſandos Per-
ceptores à pœna nonupli dixit *Dom. Reg. de*

*Marinis ad Revert.obfervat.*260.*n.*7.*&* 8.*lib.*1.
Decifio hujus *Pragm.*concordare videtur cum ve-
tuftiffima praxi Reg. Cam. de qua teftatur *Ca-*
13 *pan.de jure relevii,p.*1.*q.*10.*nn.*3.10.14. 16.*&*
19. ad cujus *Pragm.* materiam videndus eft ex
noviffimis fcriptoribus *Reg. Confil. Altimar. de*
*nullit.rubr.*1.*p.*2.*q.*19.*n.*112.*&* 115.*verf.verum*
tom. 4.

Et quia releviorum materia habet maximam con-
nexionem cum adoha, cujus taxatio regulatur
14 habito refpectu ad relevium,& ad fructus in il-
lo denunciatos,ideò placuit hîc aliqua de adhoa
differere, & fignanter de illo articulo acriter
controverfo annis fuperioribus in Reg. Cam.
inter Regium Fifcum, & Principem Montis
Militum, nimirum an feuda cum affenfu S.C.M.
translata in extraneum à feudatario carente le-
gitimis fucceffforibus, remaneant cum antiquo
fervitio, vel fint de novo taxanda, in quo arti-
culo cum fatis doctè, & nervosè more folito
fcripferit digniffimus D. Confil. Petrus de Fu-
fco, qui tunc Advocati officio fungebatur pro
15 Principe Montis Militum, fatis erit,ut lucubra-
tiones tanti J.C. hic typis tradantur.

Confultatio Regii Confiliarii Petri de Fufco.

REm novam aggreditur Regius Fifcus con-
tendens, novæ taxationi adhoæ fubiici de-
bere feuda translata in extraneos cum affenfu
16 S.C.M.à feudatariis, qui non habebant legiti-
mos fucceffores, utpotè feuda ifta in perfonis
extraneis non vetera, fed nova cenfenda fint.
Atque prior de hac re quæftio movetur contrà
moderoum Principem Montis Miletti,& Comi-
tem Montis aperti,quę feuda delata fuerunt qu:
D.Carolo Tocco ejus Avo, ex difpofitione qu:
Jo: Baptiftæ Tocco,qui carens legitimis fucce f-
foribus impetravit à S.C.M. licentiam, & affen-
fum,ut in dictis feudis potuiffet nominare fuum
hæredem unum ex familia de Tocco,& in illum
de dictis feudis, fivè inter vivos, fivè in actibus
ultimæ voluntatis difponere.

Nos pro Principe Montismiletti primò demon-
ftrabimus, tametfi feuda ifta in perfona D. Ca-
roli effent nova, Fifci prætenfionem non fubfi-
ftere: Secundò evidentiffimè probabimus, feu-
da hæc in perfona D.Caroli non nova, fed vete-
ra cenfenda effe.

CAP. PRIMUM.

Feuda &fi in perfona D. Caroli effent nova; non tamen de novo taxari poffe.

UT clariffimè quæ ad hoc primum Caput at-
tinent, exequamur, illud principium cer-
tum, & indubitatum præmittimus: nempè ta-
xationi novæ adhoæ nunquam effe locum, nifi
vetus adhoa fuerit extincta per devolutionem,
17 & reverfionem feudi ad Regem; à quo iterum
alteri concedatur; cum enim taxatio adhoæ
femper fit eadem refpectivè ad quantitatem in-
troituum juxtà tempus primæ conceffionis, nec
habeatur ratio augmenti introituum ex decurfu
temporis; ideò taxatio antiqua femel facta re-
manet femper certa, & invariabilis; veluti qua-
litas, quæ ineft feudo: donec prima concefsio
refolvatur per devolutionem feudi ad Regem,
quo cafu, extincta qualitate feudali: cum penès
Regem non pofsit effe feudum: extinguitur
quoque vetus adhoa, & fervitium debitum; &
conceffo denuò feudo: taxatio adhoæ fit refpe-
ctivè ad introitus, qui reperiuntur tempore no-
væ concefsionis, nec infpicitur ampliùs antiqua
adhoæ taxatio,quæ fuit refoluta, & extincta per
refolutionem, & extinctionem feudi, ità docet
*Andr.in cap.*1.*§.de manfo nu.*17. *&* 18. *de con-*
trov.inveftituræ, junctis his, quæ tradit *in cap.*
1.*§.hujus autem generis n.* 12.*&* 13. *quibus ex*
caufis feudum amittatur, & in cap. Imperialem,
*§.firmiter col.*3.*verf. item videmus, de prohibit.*
*feud.alienation. per Frideric. & in cap.*1.*de va-*
fallo decrep.ætatis antè num. 2. *verf. item proce-*
dit, &c.Camillus de Curte in diverf.jur.feudal.
*par.*1.*in cap.incip.cum igitur fol.*40.*n.* 32.*& fol.*
41.*n.*59.60.*&* 62. *Reg.Moles tit. de jure adhoa*
*§.*4.*n.*51.*&* 52.*& quæft.*3.*à n.* 20.*& q.*6.*per tot.*
Francifc.de Amicis in tit. de his, qui feudum
dare poff.in cap.incipiente, & veniendo ad pri-
*mam quæftionem fol.*180. *in fine, & fol.* 181.
*Reg.de Ponte in decif.*3.*n.*1.*&* 2.*Jo: And. de*
*Georgio allegat.*4.*Marin.Frecc.de fubfeud.lib.*2.
*auth.*5.*n.*19. in illis verbis: *Quia illud fervi-*
tium eft extinctum, feudo ad Curiam aperto, &
quandò poftea de novo concedit, ut de eo feudata-
rius ferviat, non intelligitur concedere; prout
erat folitum præftari pro eo feudo, fed fecundum
morem, & confuetudinem Regni, nifi dicat in
fpecie.

Modò videndum eft, an hujus principii ratio pof-
fit trahi ad alienationem, & difpofitionem feu-
18 di, quæ fit in extraneum cum Regis affenfu à
feudatario. qui caret fucceffore; ut ex ea trans-
latione refolvatur prima concefsio, & invefti-
tura, ac videatur feudum retrotradi Regi, &
brevi manu à Rege de novo concedi extraneo,
ut indè pofsit dici, veterem taxationem adhoæ
fuiffe extinctam; atque ita fieri locum novæ a-
dohæ æftimationi, tanquàm pro feudo de novo
conceffo.Et quidem Fifcales prifcis temporibus
attentaverunt eam rationem trahere ad omnem
alienationem: non diftinguentes inter haben-
tem, vel non habentem fucceffores; moveban-
tur ex doctrina *And.in cap.*1. *n.* 6. *verf. ex præ-*
*miffis apparet, & n.*8. *qui fucceffores teneantur,*
ubi loquens de alienatione feudi, quæ fit à feu-
datario carente legitimis fucceffforibus, expref-
sè tra-

sè tradit, Regem conſentientem, & confirmantem illam alienationem videri donare feudum
emptori pro ſe, & hæredibus ſuis. Nam aſſenſus
habet vim novæ inveſtituræ, *And.in cap.1.§.&*
ſi clientulus,de alienat.feudi, *Bald.in cap.ſi facta, tit.ſi de feudo defuncti militis, &c. n.2.* in
illis verbis; *Sed ſi feudum vendidiſſet cum conſenſu Domini, tunc emptor ſuccedit in feudo ex*
perſona Domini; Et ſic per aſſenſum Rex dare
dicitur, ſervata tamen forma, *l. ſingularia ff. ſi*
cert.petatur, ut verba *Baldi* intelligit, ac ſupplet
Præpoſ.in dicto cap.ſi facta col. 3. Reg. Lanar. in
conſ.13. nu. 5. Addebant & alteram rationem;
nempè quod cùm Rex per ſuum aſſenſum concedit feudum emptori, & ejus hæredibus ex
corpore legitimè deſcendentibus; ex hac mutatione, & additione perſonarum extranearum
non comprehenſarum in prima inveſtitura, feudum efficitur omninò novum, & dè novo videtur concedi: juxtà *Oldrad.conſ.178.* Quas rationes in his terminis refert *Freccia de ſubfeudis*
lib.2.auth.5.n.28.in fine, his verbis. *Quià quandò feudum eſt novum, mutatur dominium de*
una perſona ad aliam, priores inveſtituræ ſunt
intercisæ, & nova naſcitur lex ex nova conceſſione, ſeu inveſtitura; at ſecus quandò idem dominium continuatur à defuncto in hæredem.

Verùm iſtæ Fiſcalium rationes fuerunt improbatę,
& exploſæ per Declarationes Regias in comitiis habitis ſub anno 1536. & 1538. quas inferius
commemorabimus; & optimo quidem jure. Ete-
19 nim doctrina *And.in d.cap.1.nu.6.& 8. qui ſucceſ.teneantur*, non ità accipienda eſt, ut Rex aſ-
ſentiendo, & confirmando alienationem factam
à feudatario carente legitimo ſucceſſore, videatur de novo inveſtire, ſicuti quandò feudum
conſtituitur in eſſe: vel cum Rex ſolus diſponit
de feudo vacaturo per mortem vaſſalli, *ut in d.*
cap.1.qui ſucceſſ.ten. ſed ut per aſſenſum intelligatur perficere, & validã reddere alienationem,
& diſpoſitionem: remittendo totum id, quod ipſe
poteſt tunc, vel poſſe ſperat in futurum; ut jus
illius, in quem de feudo diſponitur, maneat perpetuò firmum, & ſtabile; neque reſolvatur per
mortem alienantis, vel diſponentis abſque legitimo ſucceſſore; atque ità emptor, vel alter, in
quem transfertur feudum, non accipit illud à
Rege aſſentiente, ſed à feudatario; quià rem in
quantum rem feudatarius ipſe alienat, & de ea
diſponit; actum autem: ut valeat: perficit Dominus, qui aſſentiendo: in eo quod expreſſit, videtur dare feudatario poteſtatem faciendi omne
id, quod ſi aſſenſu opus non eſſet, poſſet facere,
ut egregiè docet *Camerar. in cap. Imperialem*
cart.43 litt.M.cum ſeqq. & litt. S. ubi ita declarat doctrinam *And.in d.cap.1.qui ſucceſſores teneantur*, latè *Liparul.ad And.in cap.Imperialem*
n.3. in verbo conſentire, de probib. feud. alienatione per Fridericum, *Loffredus in d.cap.1. qui*
ſucceſſor teneantur in verſ.prædicta verò, &c.
his verbis. *Et ad illud, quod dictum eſt ſuprà;*
quod conſentiens, & confirmans videtur donare
feudum: ſcito quod illa non eſt vera, & propria
donatio; patet enim, quod illa non valeret, ſi feudatarius non venderet, aut aliter alienaret; &
ideò aliud eſt vendere, & donare, quàm conſentire vendenti, & alienanti, &c. Reg. de Ponte
de poteſt.Proreg.tit.8.§.8.n.16.& 17. ubi ex verbis *And.in cap.1.qui ſucceſſores teneantur, & in*
d.cap.1.§. & ſi clientulus, quod Rex aſſentiens
habeatur, ſicut ſi principaliter conceſſiſſet, &
donaſſet, &c. infert non eſſe verè, & propriè
conceſſum, & donatum à Rege, quià ille, in
quem diſponit feudatarius, non accipit feudum
à Rege aſſentiente, ſed à feudatario diſponente;
Regis autem aſſenſus operatur confirmationem
diſpoſitionis, ut ſit valida, & ſtabilis: exemplo
hæreditatis, quæ ex teſtamento defertur, dicitur enim obvenire à lege, quatenus lex approbat, & confirmat diſpoſitionem teſtatoris: juxtà
terminos *l. lege obvenire ff. de verb. ſignificatione*, & in hoc decepti fuerunt *Bald. & Præpoſ.*
loquentes contra feudales terminos, ut ſubdit
Reg.de Ponte d.§.8.n.18.

Nec ex eo, quod feudum in perſona emptoris, vel
extranei, in quem transfertur, dicatur novum;
poteſt inferri, quod prima inveſtitura feudi ſit
reſoluta, & vetus adhoa, ac ſervitium debitum,
20 quod ineſt primæ conceſſioni, ſit extinctum; ut
poſſit eſſe locus novæ taxationi adhoæ. Id enim
repugnat concluſioni apud omnes Feudiſtas receptæ: nempè quod ex mutatione perſonarum,
& qualitatum feudalium, ſivè ex additione, vel
detractione illarum feudum dicitur novum reſpectu qualitatum additarum, vel detractarum
tantùm, quo verò ad omnia alia remanet feudum in eo ſtatu, in quo erat prius, nec mutatur
ejus natura, *Carol.Molinæus in conſuetud.Pariſ.*
tit.1.§.35.n.5. Vrſill.ad Afflict.deciſ.112. à n.17.
Anna ſingul.193. Tapia deciſ.Ital.2. in 3. art. à
n.256. uſque ad 310. Franch.in deciſ. 7. circa finem, ubi pluries ſic deciſum refert, *Reg. Reverter.in deciſ.158.circa finem*, *Jo:And.de Georgio*
allegat.8.n.11. Bilotta concluſ.feud.61. n. 2. latè
Camerar. in cap.1.de natura ſucceſſ. feudi lect.
33.n.16.& in cap.Imperialem cart.76.lit. A. B.
& D. ubi docet, quod & ſi feudum alienatum
extraneo cum aſſenſu dicatur novum in illius
perſona, non tamèn dicuntur extinctæ qualita-
21 tes veteris adhoæ, & ſervitii debiti, ac cæteræ
conditiones, quæ inſunt primæ inveſtituræ, ſed
cum eiſdem qualitatibus feudum tranſit in extraneum, qui in his repræſentat perſonam primi poſſeſſoris, à quo habet cauſam, ſubdens hæc
verba: *Quia quandò feudum eſt datum ſub certa*
lege, & qualitate, nunquam cenſetur per quamcumque alienationem natura rei immutata, argumento cap.primi de vaſſall.decrep. ætatis, &
cap.primi de eo, qui finem fecit agnationi, ubi notatur; præſumendum namque eſt, quod Rex con-

ſen-

*Marinit ad Revert.observat.*260.*n.*7.*&* 8.*lib.*1.
Decisio hujus *Pragm.*concordare videtur cum ve-
tustissima praxi Reg. Cam. de qua testatur *Ca-*
13 *pan.de jure relevii, p.*1.*q.*10.*nu.*3.10.14. 16. *&*
19. ad cujus *Pragm.* materiam videndus est ex
novissimis scriptoribus *Reg. Consil. Altimar. de
nullit.rubr.*1.*p.*2.*q.*19.*n.*112.*&* 115.*vers.verum
tom.* 4.
Et quia releviorum materia habet maximam con-
nexionem cum adoha, cujus taxatio regulatur
14 habito respectu ad relevium,& ad fructus in il-
lo denunciatos,ideò placuit hîc aliqua de adhoa
disserere, & signanter de illo articulo acriter
controverso annis superioribus in Reg. Cam.
inter Regium Fiscum, & Principem Montis
Militum, nimirum an feuda cum assensu S.C.M.
translata in extraneum à feudatario carente le-
gitimis successoribus, remaneant cum antiquo
servitio, vel sint de novo taxanda, in quo arti-
culo cum satis doctè, & nervosè more solito
scripserit dignissimus D. Consil. Petrus de Fu-
sco, qui tunc Advocati officio fungebatur pro
15 Principe Montis Militum, satis erit,ut lucubra-
tiones tanti J.C. hic typis tradantur.

Consultatio Regii Consiliarii Petri de Fusco.

REm novam aggreditur Regius Fiscus con-
tendens, novæ taxationi adhoæ subilci de-
bere feuda translata in extraneos cum assensu
16 S.C.M.à feudatariis, qui non habebant legiti-
mos successores, utpotè feuda ista in personis
extraneis non vetera, sed nova censenda sint.
Atque prior de hac re quæstio movetur contrà
moderoum Principem Montis Miletti,& Comi-
tem Montis aperti,quę feuda delata fuerunt qu:
D.Carolo Tocco ejus Avo, ex dispositione qu:
Jo: Baptistæ Tocco,qui carens legitimis succes-
soribus impetravit à S.C.M. licentiam, & assen-
sum,ut in dictis feudis potuisset nominare suum
hæredem unum ex familia de Tocco,& in illum
de dictis feudis, sivè inter vivos, sivè in actibus
ultimæ voluntatis disponere.
Nos pro Principe Montismiletti primò demon-
strabimus, tametsi feuda ista in persona D. Ca-
roli essent nova, Fisci prætensionem non subsi-
stere: Secundò evidentissimè probabimus, feu-
da hæc in persona D.Caroli non nova, sed vete-
ra censenda esse.

CAP. PRIMUM.

Feuda & si in persona D. Caroli essent nova; non tamen de novo taxari posse.

UT clarissimè quæ ad hoc primum Caput at-
tinent, exequamur, illud principium cer-
tum, & indubitatum præmittimus: nempè ta-
xationi novæ adhoæ nunquam esse locum, nisi
vetus adhoa fuerit extincta per devolutionem,
17 & reversionem feudi ad Regem; à quo iterum
alteri concedatur; cum enim taxatio adhoæ
semper sit eadem respectivè ad quantitatem in-
troituum juxtà tempus primæ concessionis, nec
habeatur ratio augmenti introituum ex decursu
temporis; ideò taxatio antiqua semel facta re-
manet semper certa, & invariabilis; veluti qua-
litas, quæ inest feudo: donec prima concessio
resolvatur per devolutionem feudi ad Regem,
quo casu, extincta qualitate feudali: cum penès
Regem non possit esse feudum: extinguitur
quoque vetus adhoa, & servitium debitum; &
concesso denuò feudo: taxatio adhoæ fit respe-
ctivè ad introitus, qui reperiuntur tempore no-
væ concessionis, nec inspicitur ampliùs antiqua
adhoæ taxatio,quæ fuit resoluta, & extincta per
resolutionem, & extinctionem feudi, ità docet
*Andr.in cap.*1.*§.de manso nu.*17. *&* 18. *de con-
trov.investiturae*, junctis his, quæ tradit *in cap.*
1.*§.hujus autem generis n.* 12.*&* 13. *quibus ex
causis feudum amittatur, & in cap. Imperialem,
§.firmiter col.*3.*vers. item videmus, de prohibit.
feud.alienation. per Frideric. & in cap.*1.*de va-
sallo decrep.ætatis antè num.* 2. *vers. item proce-
dit, &c.Camillus de Curte in divers.jur.feudal.
par.*1.*in cap.incip.cum igitur fol.*40.*n.* 32.*& fol.*
41.*n.*59.60.*&* 62. *Reg.Moles tit. de jure adhoa
§.*4.*n.*51.*&* 52.*& quæst.*3.*à n.* 20.*& q.*6.*per tot.
Francisc.de Amicis in tit. de his, qui feudum
dare poss.in cap.incipiente, & veniendo ad pri-
mam quæstionem fol.*180. *in fine, & fol.* 181.
*Reg.de Ponte in decis.*3.*n.*1.*&* 2.*Jo: And. de
Georgio allegat.*4.*Marin.Frecc.de subfeud.lib.*2.
*auth.*5.*n.*19. in illis verbis: *Quia illud servi-
tium est extinctum, feudo ad Curiam aperto, &
quandò posteà de novo concedit, ut de eo feudata-
rius serviat, non intelligitur concedere; prout
erat solitum præstari pro eo feudo, sed secundum
morem, & consuetudinem Regni, nisi dicat in
specie.*
Modò videndum est, an hujus principii ratio pos-
sit trahi ad alienationem, & dispositionem feu-
18 di, quæ fit in extraneum cum Regis assensu à
feudatario. qui caret successore; ut ex ea trans-
latione resolvatur prima concessio, & investi-
tura, ac videatur feudum retrotradi Regi, &
brevi manu à Rege de novo concedi extraneo,
ut indè possit dici, veterem taxationem adhoæ
fuisse extinctam; atque ita fieri locum novæ a-
dohæ æstimationi, tanquàm pro feudo de novo
concesso.Et quidem Fiscales priscis temporibus
attentaverunt eam rationem trahere ad omnem
alienationem: non distinguentes inter haben-
tem, vel non habentem successores; moveban-
tur ex doctrina *And.in cap.*1. *n.* 6. *vers. ex præ-
missis apparet, & n.*8. *qui successores teneantur*,
ubi loquens de alienatione feudi, quæ fit à feu-
datario carente legitimis successoribus, expres-

sè tra-

sè tradit, Regem consentientem, & confirmantem illam alienationem videri donare feudum emptori pro se, & hæredibus suis. Nam assensus habet vim novæ investituræ, *And.in cap.1.§.& si clientulus,de alienat.feudi*, *Bald.in cap.si facta, tit.si de feudo defuncti militis. &c. n.2.* in illis verbis; *Sed si feudum vendidisset cum consensu Domini, tunc emptor succedit in feudo ex persona Domini*; Et sic per assensum Rex date dicitur, servata tamen forma, *l. singularia ff. si cert.petatur*, ut verba *Baldi* intelligit, ac supplet *Præpos.in dicto cap.si facta col. 3. Reg. Lanar. in cons.13. nu. 5.* Addebant & alteram rationem; nempè quod cùm Rex per suum assensum concedit feudum emptori, & ejus hæredibus ex corpore legitimè descendentibus; ex hac mutatione, & additione personarum extranearum non comprehensarum in prima investitura, feudum efficitur omninò novum, & dè novo videtur concedi: juxtà *Oldrad.cons.178.* Quas rationes in his terminis refert *Freccia de subfeudis lib.2.auth.5.n.28.in fine*, his verbis. *Quià quandò feudum est novum, mutatur dominium de una persona ad aliam, priores investituræ sunt intercisæ, & nova nascitur lex ex nova concessione, seu investitura; at secus quandò idem dominium continuatur à defuncto in hæredem.*

Verùm istæ Fiscalium rationes fuerunt improbatę, & explosæ per Declarationes Regias in comitiis habitis sub anno 1536.& 1538.quas inferius commemorabimus; & optimo quidem jure. Ete-
19 nim doctrina *And.in d.cap.1.nu.6.& 8. qui succes.teneantur*, non ità accipienda est, ut Rex assentiendo, & confirmando alienationem factam à feudatario carente legitimo successore, videatur de novo investire, sicuti quandò feudum constituitur in esse: vel cum Rex solus disponit de feudo vacaturo per mortem vassalli, *ut in d. cap.1.qui success.ten.* sed ut per assensum intelligatur perficere, & validã reddere alienationem, & dispositionem: remittendo totum id, quod ipse potest tunc, vel posse sperat in futurum; ut jus illius, in quem de feudo disponitur, maneat perpetuò firmum, & stabile; neque resolvatur per mortem alienantis, vel disponentis absque legitimo successore; atque ità emptor, vel alter, in quem transfertur feudum, non accipit illud à Rege assentiente, sed à feudatario; quià rem in quantum rem feudatarius ipse alienat, & de ea disponit; actum autem: ut valeat: perficit Dominus, qui assentiendo: in eo quod expressit, videtur dare feudatario potestatem faciendi omne id, quod si assensu opus non esset, posset facere, ut egregiè docet *Camerar.in cap. Imperialem cart.43 litt.M.cum seqq. & litt. S.* ubi ita declarat doctrinam *And.in d.cap.1.qui successores teneantur*, latè *Liparul.ad And.in cap.Imperialem n.3.in verbo consentire, de probib.feud.alienatione per Fridericum*, *Loffredus in d.cap. 1. qui successor teneantur in vers.prædicta verò, &c.* his verbis. *Et ad illud, quod dictum est suprà, quod consentiens, & confirmans videtur donare feudum: scito quod illa non est vera, & propria donatio; patet enim, quod illa non valeret, si feudatarius non venderet, aut aliter alienaret; & ideò aliud est vendere, & donare, quàm consentire vendenti, & alienanti,&c. Reg. de Ponte de potest.Proreg.tit.8.§.8.n.16.& 17.* ubi ex verbis *And.in cap.1.qui successores teneantur,& in d.cap.1.§. & si clientulus*, quod Rex assentiens habeatur, sicut si principaliter concessisset, & donasset, &c. infert non esse verè, & propriè concessum, & donatum à Rege, quià ille, in quem disponit feudatarius, non accipit feudum à Rege assentiente, sed à feudatario disponente; Regis autem assensus operatur confirmationem dispositionis, ut sit valida, & stabilis: exemplo hæreditatis, quæ ex testamento defertur, dicitur enim obvenire à lege, quatenus lex approbat, & confirmat dispositionem testatoris: juxtà terminos *l. lege obvenire ff. de verb. significatione*, & in hoc decepti fuerunt *Bald. & Præpos.* loquentes contra feudales terminos, ut subdit *Reg.de Ponte d.§.8.n.18.*

Nec ex eo, quod feudum in persona emptoris, vel extranei, in quem transfertur, dicatur novum; potest inferri, quod prima investitura feudi sit resoluta, & vetus adhoa, ac servitium debitum,
20 quod inest primæ concessioni, sit extinctum; ut possit esse locus novæ taxationi adhoæ. Id enim repugnat conclusioni apud omnes Feudistas receptæ: nempè quod ex mutatione personarum, & qualitatum feudalium, sivè ex additione, vel detractione illarum feudum dicitur novum respectu qualitatum additarum, vel detractarum tantùm, quo verò ad omnia alia remanet feudum in eo statu, in quo erat prius, nec mutatur ejus natura, *Carol.Molinęus in consuetud.Paris. tit.1.§.35.n.5.Vrsill.ad Afflict.decis.112. à n.17. Anna singul.193. Tapia decis.Ital.2. in 3. art. à n.256.usque ad 310.Franch.in decis. 7. circa finem*, ubi pluries sic decisum refert, *Reg. Reverter.in decis.158.circa finem*, *Jo:And.do Georgio allegat.8.n.11.Bilotta conclus.feud.61. n. 2.* latè *Camerar. in cap.1.de natura success. feudi lect. 33.n.16.& in cap.Imperialem cart.76.lit. A. B. & D.* ubi docet, quod & si feudum alienatum extraneo cum assensu dicatur novum in illius persona, non tamèn dicùntur extinctæ qualita-
21 tes veteris adhoæ, & servitii debiti, ac cæteræ conditiones, quæ insunt primæ investituræ, sed cum eisdem qualitatibus feudum transit in extraneum, qui in his repræsentat personam primi possessoris, à quo habet causam, subdens hæc verba: *Quia quandò feudum est datum sub certa lege, & qualitate, nunquam censetur per quamcumque alienationem natura rei immutata, argumento cap.primi de vassall.decrep. ætatis, & cap.primi de eo,qui finem fecit agnationi,ubi notatur; præsumendum namque est, quod Rex con-*

sen-

ter consideravit *Rota apud Seraph.decis.389.n.
9.& secutus fuit Gratian. discept.forens.c. 746.
num. 25. tom.4.* licet in impressione Coloniensi
litera sit corrupta, quia deficit negativa (*non*)
Quod tanto magis militabit in casu nostro,quia
Didacus Nuñes facta renunciatione,quia fuit si-
bi cautum de pretio statim dimisit possessionem
officii, seu exercitium, illudque Regis assensu
non impetrato traditum fuit Didaco Canali,
quod satis ostendit ex tunc animum ab officio
alienum fuisse contentum pretio: Non sic re-
nuncians beneficio in favorem alicujus,quia do-
nec admissa resignatione superior illud resigna-
tario concedat, remanet resignans in possessio-
ne,percipit fructus, & administrat, nec ante
concessionem Papæ poterit se resignatarius in-
tromittere.

Supposito igitur ex prædictis, quod statim, ac Di-
dacus Nuñes renunciavit in manibus Regiæ
Curiæ officium in beneficium Canalis, & fuit
admissa renunciatio hic Neapoli, & Rex in Hi-
spania eam non recusavit, imò transmissa ibi pe-
20 cunia privilegium expediturum se indicavit,
remanet discutiendum quartum adversarii as-
sumptum, videlicet,quod non secuta concessio-
ne Regis in Canalem dicatur resoluta renuncia-
tio officii facta per Nuñes, illiusque proprietas
ipso jure reversa in eum, & hoc vigore illius
clausulæ(*dummodo, &c.*)& (*non aliter, nec alio
modo*) sed longè aliter. Ideo [illegible]

Quoad quartum dico, omnia ex adverso allegata
procedere, quando verè ex non facta concessio-
ne officii dicto Canali resolveretur renunciatio
officii, tunc enim si ipso jure fieret transferetur
officium in Nuñes. Quod autem non resolva-
tur, sed renunciatio facta Regi firma remaneat
in ejus beneficium, ex quo Canali conferri offi-
cium non potuit.

Fundatur primo, quia licet verum sit, quod clau-
sula (*non aliter, nec alio modo*) importat condi-
21 tionem, *Bald.in authen.ingressi, sub num.7.C.
Sacrosanct.Eccles.Jason.in l.fin.num.142. C.de
jur.emphyt.*cum aliis per *Mart.de clausul.par.1.
claus.74.num.7.& Barb.in remissio.DD.tit.de
claus.claus.39. num.7.*Tamen quia hæc clausula
(*non aliter, nec alio modo*) recipit declaratio-
nem à principali dispositione, ut decisum ait
apud *Rotam Marta ubi supra num.6.citans Ro-
land.cons.61.num.54.lib.2.*Ideo in casu præsen-
ti,qui censetur importare conditionem ejus spe-
ciei, quæ actui convenit, nempè conditionem
potestativam, hoc est, si Rex concesserit, seu
dummodo Rex conesserit officium Didaco Ca-
nali, sub hac enim conditione videtur facta re-
signatio. Hæc conditio est potestativa, quia
22 dependet à voluntate Regis, cui resignatio fa-
cta fuit, & ab eo adimplenda, in cujus potesta-
te est adimplenda, ut ex *tex.in l. si quis instituа-
tur,§.1.ff.de hæred.instit.Menoch. præsump.183.
nu.4.lib.4.Mant. de conjectur. ultim.volunt. lib.
11.tit.16. num.14.* Quæ conditio potestativa
deficit casu, quia antequam impleretur mortuus
est Canalis, in cujus persona erat adimplenda,
quo casu habetur pro adimpleta, ex quo non
23 stat per adimplere debentem, & ideo lucrum
non perditur,*tex.est expressus in l.quæ sub condi-
tione 8.§.quoties, ff.de conditio.instit. ubi glos. &
DD.Bart.num.1.Dec.nu.7. Bal. num.8.in l.1.C.
de instit.& substit. Menoch. ubi supr. à num.19.
Mantica à num.14.& Fusar.de fideicom. quæst.
454. num.54.*

Secundo, dato,ut aliquid fiat,quod si casu fieri non
possit datum non repetatur, sed remanet penès
24 recipientem, est *text.in l.pecuniam,penult. C.de
cond.ob caus.* Et in specie quando moritur ille,
in quem erat adimplendum, quod datum non
repetatur, est *text.in l.tertia, §.idem, vers. sed si
Sticchus, juncta glos.in verbo potuit, ff.de cond.
ob causam.* Neque dici potest, quod steterit per
Regem non concedere officium Canali, dum
voluit pecuniam duc.250.pro refutatione offi-
cii Neap. solutam in Hispaniam transmitti.Quia
respondetur primo, quod hoc non fecit Rex tã-
tum in hac causa, sed regulariter id voluit in o-
mnibus assensibus super renunciationibus offi-
ciorum, jubens pecuniam in Hispaniam trans-
mitti. Et hoc optima ratione,ut ei solvatur pe-
cunia à quo impetratur gratia,& ibi solvatur,ubi
impetratur; debuit ergo hoc scire, qui assensum
requirebat, & cum parata pecunia Regem adi-
re; unde non potest constitui Rex in mora, si ex
parte sua antea postulans non implevit, ex no-
tatis in *l.lecta, vers. dicebam, ff. si cert. petat.* &
aliis per *Tusch.tom.5.litera M.concl.375.& lite-
ra I. concl.325.tom.4.*

Secundo respondetur, quod supplicatio Regi fuit
alternativa,vel quod expediat privilegium, vel
mandet pecuniam in Hispaniam transmitti. Hoc
ultimum elegit Rex,qui ex alternativis sibi pro-
positis electionem habebat, unde cum hoc fa-
ctum fuerit ex voluntate petentis,non potest at-
tribui mora Regi, qui non simpliciter, sed fuit
alternativè interpellatus.

Ex quibus resolutis omnibus per Didacum Nuñes
da Palma oppositis, satis constat,quod cum ipse
in manibus Regiæ Curiæ renunciaverit offi-
cium, ut de eo Didacus Canalis investiretur
cum absque Regis culpa, stante ejus morte hoc
fieri non potuit tanquam deficiente casu, &
conditione, debet apud Regem officium rema-
nere, prout Fiscus expostulat.

Joan. Camillus Cacacius
Regii Patrimonii Advocatus.

SUMMARIUM.

1 *Perceptores Provinciarum tenentur ostende-
re in redditione computorum fecisse diligen-
tias*

tiat pro exactione fiscalium decursorum, aliàs significantur.

2 Literæ Regales, *quæ supervenerunt de Anno 1639. adducuntur.*

3 *Decretum latum per Regiam Cameram sub die 7. Februarii 1645. pro executione, & declaratione harum literarum Regalium affertur.*

4 *Administratores Universitatum tenentur de proprio pro quantitatibus inexactis.*

5 *Universitas quæ solvit publico Exactori deputato per Principem an liberetur amissa pecunia, vel furto subtracta.*

6 *Universitas quæ assignavit redditus, seu taxam impositam pro solutione fiscalium, num liberetur dissipata, vel deperdita pecunia assignata, & refertur decisio Reg. Cam. Anni 1666.*

In §. 169. incip. *Quanto assi mismo, &c.*

PRæcipitur, ut Perceptores ostendant fecisse diligentias pro exactione functionum fisca-
1 lium decursarum, & non constito de diligentiis significentur in redditione computorum.

Concordat §. 102. & concordat *text.* de Jure communi in *l. missi opinatores, C. de exact. tribut. lib.* 10. cum aliis cumulatis per me in *Observat. ad sing.* 309. *mei Genitoris num.* 1. quibus accedit, quod per alias *literas Regales*, quæ supervene-
2 runt *sub die* 22. *Februarii* 1639. injunctum fuit, ut fiat consultatio S.C.M. super observantia hujus *Capituli*, discusso negotio in Collat. Consil. cum interventu Reg. Cameræ, *ut in tertio vol. literarum Regalium existentium penès Secretar. ejusdem Tribunalis, fol.* 346.

Hinc fit, quod R. C. sub die 7. Feb. 1645. pro exe-
3 cutione istarum Regiarum ordinationum interposuit decretum generale, referente tum Præs. Joan. Camillo Cacace, quod est 647. in *recollectis per Reg. de Marin.* quo cautum fuit esse expediendas significatorias contra Regios Perceptores Provinciarum pro residuis, pro quibus non docent de diligentiis tempore præsentationis computorum; Pro residuis vero, pro quibus præsentantur diligentiæ statim procedendum esse ad illarum discussionem, recognitis scripturis, quibus non repertis sufficientibus, esse expediendas significationes de bilancio. Verum si exhibeantur diligentiæ requirentes altiorem indaginem, non impediatur declaratio, & liquidatio computorum, neque expeditio literarum significatorialium, cum termino duorum mensium ad procurandum discussionem, quo elapso, & discussione non facta, remaneat Minister significatus. Itemque observari mandatur respectu residuorum relictorum à prædecessoribus post lapsum Anni à die quo successori fuerunt consignata.

Ampliatur in Sindicis aliisque Deputatis ad guber-
4 nium, & exactionem collectarum Universitatis, qui tenentur de proprio elapso anno pro quantitatibus inexactis, pro quibus exigendis non adhibuerunt exactissimas diligentias *Pragm.* 5. *in* §. 10. *de administ. Universit. Capibl. sing.* 2. *post tract. de Baronib.*

Hæsitatum fuit num Universitas, quæ solvit pecuniam publico exactori deputato per Principem
5 liberetur si pecunia fuerit furto subtracta, affirmativè resolvunt DD. semper quod exactor à Principe, & non à Communitate fuit destinatus *Peregrin. de Jur. Fisc. lib.* 6. *tit.* 7. *de debitor. fiscal. nu.* 20. *vers. Item non intelligo, Dec. cons.* 437. *num.* 9. *Rot. Roman. decis.* 180. *recent. par.* 4. *to.* 1.

Quid quando Universitas assignavit Regio Perceptori redditus destinatos pro solutione functionum fiscalium, pro quibus imposuit taxam inter
6 Cives, qui juxtà eam jam persolverunt, num amissa, aut alitèr dissipata dicta pecunia, Regia Curia habeat actionem contrà Cives, & superesse actionem contra Administratores illius anni, decisum fuit per Reg. Cam. *sub die* 11. *Octobris* 1666. referente Præsidente Hortensio Pepe in causa Civitatis Neritonis, ut ex actis in Banca Diodesii penès Bortonum Scribam, quam decisionem refert *D. Mainer. de numer. focular. in miscellan. num.* 41. quam decisionem intelligo, dissipata pecunia per Sindicos, vel per Exactores, nominatos, vel electos à Sindico, juxtà terminos *decis. Reg. Sanfelic.* 179. *num.* 9. *tom.* 2.

SUMMARIUM.

1 *Magistri Actorum Supremorum Tribunalium capientes fidejussiones ratione officii eorum periculo, num possint exigere mercedem ultra pandectam.*

2 *Hæ literæ Regales, vel aliæ similes, quæ prodierunt de Anno 1634. non habuerunt executionem in Anno 1637. sed fuit facta consultatio tam per Reg. Cam. quam junctis Aulis S.R.C. & num.* 3.

4 *Facti series proponitur, & num.* 5. *&* 6.

7 *Sententia S.R.C. à qua fuit reclamatum infra decem dies non potest executioni demandari, nisi præstita cautione.*

8 *Sententia M.C.V. assistentiæ, & infrà summam ducatorum centum quinquaginta non executioni demandatur, non præstita cautione in casu retractationis.*

9 *Mutanda non sunt, quæ interpretationem certam habuerunt.*

10 *Actorum Magistri capientes fidejussiones loco fidejussoris habentur.*

11 *Fidejussores num possint tuta conscientia aliquid exigere pro fidejussionibus, quas suscipiunt ratione periculi, & num.* 12. 13. *&* 14.

15 *Contractus qui alioquin habetur pro illicito ex incertitudine, vel damno indicatur licitus.*

16 Bartol. in l. hoc jure, §. Labeo, ff. de donat. *ponderatur.*

17 Bald.

17 Bald. *verba in* l.antiqua nu. 1. ad Vellejan. *adducuntur*.
18 Cardin.Mantica de tacit.& ambig. par. 1.lib.6. tit.6.num.6.& par.2.lib. 16.tit.2. *adducitur in præsenti specie*.
19 *Actorum Magistri tenentur ad solvendum de proprio quantitates in fidejussionibus contentas*.
20 *Fidejussori est licitum aliquid accipere ratione periculi imminentis non propter actum fideiussionis*.
21 Carol.Molin. *lectura interdicitur sub pœna excommunicationis tanquam Author damnatæ memoriæ*.
22 Caballin. *qui sequitur* Authorem damnatæ memoriæ *refellitur, & occurritur juribus per eum allegatis*.
23 Hering.de fideinff.cap.26.nu.123.*declaratur*.
24 Pragm.18.de Actuar. *interpetratur*.
25 *Verba* Pragm.25.in cap.23.de offic.S.R.C. *inferuntur*.
26 *Fideiussio præstanda in casu retractationis differt ab aliis fideiussionibus*.
27 *Distinctio assertur inter dirictum competentem pro stipulatione fideiussionis, & inter periculum, quodin se suscepit Actuarius capiendo fideiussionem*.
28 Pragm.25.de offic.S.R.C. edita de Ann.1534. *conciliatur cum legibus, & Doctoribus loquentibus de fideiussoribus, ad tollendam legum correctionem*.
29 *Actuarii onus est facere discussionem bonorum principalis, & fideiussorum infra quatuor menses, quibus elapsis de proprio solvunt*.

In §.176.incip. *Aviendose reconocido, &c.*

Statuitur in *hoc cap.* ut Magistri Actorum capientes fideiussiones capiendas ratione officii, tam in causis Regalis Patrimonii, quàm in cau-
1 sis civilibus, & criminalibus, cœterorum particularium non exigant ultra pandectam, nec ultra taxam *Reg.Pragm.* sub pœna quadrupli.
Occasione harum literarum Regalium Anni 1634. cum in Anno 1637. essent expeditæ provisiones per Reg.Cam.cum inserto tenore dicti Capituli, & per S.C.quoque esset tentata dictarum
2 Regiarum ordinationum observantia, insurrexit magnus rumor, adeoquod S.C. junctis Consiliariis omnium Aularum decrevit *esse faciendam consultationem Dom. Proregi pro suspensione executionis Regiæ ordinationis*, cui consultationi adhæsit pariter Reg. Cam. quæ Consultationes fuerunt adeò per Collat. Cons. approbatæ, quod nec ampliùs fuit de negotio locutum, ut testatur *Reg.de Marinis lib. 2. suar. resol. cap.7. nu.3.Consil.Staib.in observat.ad resol 119.à nu. 22.od num.26.tom.2.*

Et quia pro consultatione facienda pro Actuariis Reg.Cam..& M.C.V.doctè scripsit D.Bartholo-
3 mæus Francus per celebris illius temporis Advocatus ponderando non minùs jura legalia, quam detrimentum, in quo versabatur publica utilitas placuit ejus integram *Consultationem*, quæ ad manus meas pervenit, hic typis tradere; Hæc sanè sunt ejus verba.

Allegationes D. Bartholomæi Franchi.

De mense Julii instantis Anni 1637. fuerunt per Reg.Cam.expeditæ provisiones cum inserto tenore Capituli ordinationis factæ in
4 Reg. Cur. Civitatis Madriti de Anno 1634. in summa continentis, *quod Actuarii pro fideiussionibus capiendis non recipiant pecuniæ quantitatem ultra taxam factam per Reg.Pragm, 18.de Actuar.* in quibus provisionibus expressè mandatur observantia taxæ contenta in dicta *Prag.* 18. sub pœna quadrupli.
Et videntes Actorum Magistri S.R.C. Reg.Cam. & M.C.V. prædictas rigorosas provisiones deliberaverunt non ampliùs capere fideiussiones, ex qua deliberatione, & ipsius executione experientia docuit nonnulla damna, & pericula imminentia pessimum sortita fuisse effectum scilicet.
Fuerunt habilitati carcerati infirmi gravissimis infirmitatibus sub fidejussoria cautione, recusa-
5 verunt Actuarii fideiussiones capere, & ob id non valuerunt se curari facere in propriis domibus, & mortui sunt, quod aliàs successisse à seculo non est auditum.
Item fuerunt liberata nonnulla miliaria ducatorum per Tribunalia creditoribus ann. introituum facta retrovenditione, quæ fuit facta, & non potuerunt habere executionem, & Creditoribus, quibus fuerunt liberata deposita, stante retro-
6 venditione facta, non currunt amplius tertiæ, nec pecuniam potuerunt implicare in aliam emptionem, stante quod fuerunt liberata deposita cum fideiussione, & illam propter Actuariorum deliberationem prædictam non voluerunt adimplere, & deposita remanserunt otiosa in Banco.
Item sententiæ per S.C.& R.C. proferuntur, ab eis per victum reclamatur, victor non potest ad il-
7 larum executionem procedi facere, nisi priùs præstita fideiussione in casu retractationis, quę est de forma, ut sententia possit exequi, quando reclamatio est interposita infrà dies decem, & quia illam non possunt præstare, executio sententiarum interim suspenditur.
Idem in sententiis M.C.V.assistentiæ, & infrà summam unciarum viginti quinque, quæ ob non
8 præstationem fideiussionis in casu retractationis non executioni mandantur, & sic totus Mundus invo-

involutus, & pauperes litigantes, & carcerati, ut suprà, qui non peccaverunt in tali rigorosi ordinis dispositione pœnas patiuntur, proindè succedit juris dispositio, in *l. minimè 23. ff. de legib.* in qua disponitur minimè esse mutanda, quæ interpretationem certam habuerunt, ob quod
9 semper dici solet illud vulgare proverbium, *che sempre si deve lasciare il Mondo, come si trova*, proindè Excellentiss. Princeps hujus Regni Prorex videns prædicta omnia fuisse per Excellentiss. Retroproreges benè considerata, & consulto tolerata, ut omnibus mederi, & consulto provideri posit, ordinavit hujus Regni Supremis Tribunalibus, & signantèr S.R.C. ut de prędictis ipsum consulant, proindè supplicatur Dominis consulentibus, ut infrascripta considerent.

In primis advertitur, quod facta exactissima diligentia in perquirendo omnia volumina *Regiar. Pragm.* tam antiqua, quam moderna, *Pragm.* sub titulo *de Actuar.* non excedunt numerum decem, & septem. & sic nesciunt ipsi Actuarii quid in prædictis provisionibus contineatur, & quod ipsis servari injunctum sit, dum non reperitur prædicta *Pragm.* 18. *de Actuar.*

Item est advertendum, quod Actuarii, qui capiunt fideiusiones eorum risico, & periculo dicuntur approbatores fideiussorum, & stantibus Regiis
10 Pragm. contra ordinarias regulas juris communis, editis de anno 1603. & 1608. *tit. de Actuar.* in quibus onus discussionis bonorum principalis, & fideiussorum fuit translatum in ipsos Actuarios dicuntur in omnibus, & per omnia fidejussores, proùt per *text. in l. 1. in princip. ver. sic parvi enim refert ff. de Magistrat. conveniend.* probat *Reg. Rovit. decis.* 83. *n.* 12. & est *text.* punctual. *in l. cum ostendimus 4. §. fidejussores ff. de fidejussor. tutor.* In fideiussoribus autem DD. tractant articulum, si eis ratione periculi licitum
11 est aliquid accipere, ut fideiubeant, & concludunt communitèr, quod licet, ad quod adducunt *text. in l. hoc jure 19. §. Labeo ff. de donationib.*

In quo *text.* disponitur, quod si aliquod recipiam à te, si Advocatus, vel Procurator pro te fuero,
12 vel fideiubendo pro te erit extrà causam donationum, sed erit contractus innominatus ex dicto *text. junctis glos. in verb. asi vero, in verbo dedero, & in verb. fuerit*, & idem dicit *Accurs.* in positione casus, & sic videtur quod est de jure permissum, & contractus non improbatur à jure.

Idem disponitur in *l. si remunerandi 6. §. Maurus ff. mandati*, in quo textu disponitur, quod si ali-
13 quis fideiussit accepta pecunia, & posteà debitum, pro quo fideiussit, solvit, habebit actionem contra principalem debitorem pro repetitione quantitatis solutæ, nisi suo periculo fideiubeat.

Per quæ jura sic esse de jure indubitatum, & rationibus etiam, ac Doctorum authoritatibus optimè probat *Surd. cons.* 306. *n.* 1. *&* 2. *& per tot.* 3. *vol.* ubi fundat posse fideiussorem licitè pacisci,
14 & stipulari, & recipere aliquam pecuniæ quantitatem, ut fideiubeat, fundat etiam non esse lucrum, sed compensationem quandam imminentis periculi, ubi cum innumeris Doctoribus gravissimæ authoritatis arguit à simili, scilicèt quādo certum quid promissum est, ut navis adversus nedum piratas, sed etiam tempestatem maris assecuretur, respectu cujus assecurationis maris nulli dubium est esse permissum, proùt in dies ità servatur, & DD. faciunt tractatus particulares *de assecurationibus navium, & aliorum navigiorum*, & signantèr *Stracc. ubi nu.* 4. post medium refert, & sequitur alios Doctores dicentes hoc casu æstimari non solum servitium, quod consequitur debitor, sed etiam periculum, quod subit talis fideiussor, fieri enim potest, quod debitore non solvente cogatur fidejussor pro eo de proprio solvere, atque ità vel pecuniam ab alio capere sub usuris, vel rerum suarum alienationem, aut jacturam aliam pati, ex quibus longe plus damni consequeretur, quam pro sponsione fuisset lucratus.

Dicit insuper idem *Surd.* addendo, quod etiam si ex eventu nullum damnum sentiret, contractus
15 nihilominus esset validus propter incertitudinem, quæ in eo versatur, & ad justificationem contractus sufficit, quod indè possit damnum evenire, & facit incertitudo, quod judicetur licitus contractus, qui alioquin haberetur pro illicito, quod etiam nonnullis authoritatibus probat, *& n.* 5. *circa medium* dicit hanc esse communem sententiam ex *Didac. Covarr. variar. lib.* 3. quod etiam comprobat ex *Navarr. & aliis Theolog.*

Et ante omnes *Bart. in d. l. hoc jure in d. §. Labeo ff. de donationib. in princ.* notat ex dicto *text.* quod
16 licitè possum recipere pecuniam, ut sim fidejussor pro te, ad quod allegat etiam *text. in d. l. si remunerandi §. fin. ff. mandati*

Bald. in l. antiqua num. 1. *C. ad Vellejan.* dicit in-
17 frascripta formalia verba, videlicet. *Nota primo, quod licitum est fideiussori aliquid suscipere pro præmio sui suscepti oneris sic ff. mandati l. si verò non remunerandi §. Maurus. Sed tunc quæro si iste solvit pro debitore, an illud, quod accepit pro fidejubendo computetur in eo, quod à debitore repetit per actionem mandati, & videtur, quod sic, quià quidquid accedit sorti est usura, ergo extenuat sortem, contrarium dico, quod est verum, quando accedit ex eadem causa, hic accedit ex alia, nam hic primum consequitur propter anceps periculum fidejussionis, non propter satisfactionem obligationis argument. ff. de nautic. fænor. l. periculi.*

Cardinal. Mantic. de tacit. & ambig. par. 1. *lib.* 6. *tit.* 6. *num.* 6. similiter probat ex præfatis juribus,
18 & authoritatibus, quod fideiussor potest pecuniam accipere pro periculo fideiussionis, quod etiam

etiam refert fuisse decisum coram felicis memoriæ Pontifice Maximo *Clemente VIII.* tunc Sacri Palatii Apostolici Auditore sub die 2. Decembris 1579.

Idem *Mantic.in eod.tract. par. 2. lib. 16. tit.* 2. ubi prædictam opinionem nonnullis juribus,& DD. authoritatibus, & decisionibus optimè probat, ubi non adhæret limitationi prædictæ communis sententiæ in illo casu, quando fidejussor pro divite omninò solvendo fidejussit infrascripta formalia verba dicens, videlicet: *Verum planè plerumque divites etiam ex fortuitis casibus ære alieno gravantur, & ad inopiam deducuntur, & si nullum posset periculum subesse frustra fidejussores adhiberentur.*

Et ad confirmationem reprobationis prædictæ limitationis animadvertendum esse censeo, quod
*D.Reg.Rov.in dec.*83.conatur probare, & deci-
19 siones afferre contrà Actorum Magistros, quos
dicit omninò teneri ad solvendum de proprio
quantitates in fidejussione contentas, etiam
quod principales, & fidejussores tempore fidejussionis præstitæ fuerint omninò solvendo, &
posteà licet ex casu fortuito fuerint affecti non
solvendo, quod dicit fundari ex præfatis *Regiis
Pragm.* editis de anno 1603.& 1608.

Quam communem sententiam probat, & ità duabus *Romanis decis.* decisum refert quondam felicis memoriæ tunc *Cardinalis Ludovisius*, posteà effectus *Pontifex Maximus Gregorius XV. in dec.76.n.4.& in decis.161.n. 1. cum seq.* ubi *Oliverius Beltraminus in addit.ad dictam decis.* 161. id confirmat ex aliis decisionibus Romanis coram Illustriss. Cardinalibus factis.

Eandem opinionem probat *Frater Angelus de
Clavasio in ejus summa Angelica verb. fidejus-
20 sor n.20.fol. mihi* 178. qui tamen hoc affirmat
esse licitum ratione periculi imminentis, non
autem propter actum fidejussionis, cujus etiam
opinionis fuit *Rota Romana in alleg.decis.Car-
dinalis Ludovisii* 161.

Quam rectissimam communem sententiam optimis legum fundamentis, & authoritatibus probat *Pyrrus Maurus Aretinus in tract.de fidejuss.2.par.princip.sect.2.cap.2.per tot.*

Nec prædictæ communi sententiæ refragatur opi-
nio aliquorum contrariam tenentium senten-
tiam, nam licet allegetur, *Carolum Molineum*
21 authorem damnatæ memoriæ in contraria fuis-
se sententia, tamen cum ordine Sanctissimi Do-
mini Pontificis fuerit, sub pœna excommunica-
tionis latæ sententiæ interdicta ejus operis le-
ctura, non potest videri in quo casu loquatur,
ultra quod cum doctissimi Domini Judicantes,
& Consulentes sint omninò Catholici,& Fidem
Catholicam sectantes non debent habere ra-
tionem Doctoris prædicti hæresiarchæ, & om-
ninò damnatæ memoriæ, qui contra opinionem
communem tot gravissimorum Authorum, &
tot decisionibus Romanis confirmatam, cum
audacia conatus fuit loqui, eamque impugnare.

Nec est habenda ratio de opinione *Caballini*, qui
uti sequax prædicti *Authoris damnatæ memoriæ*
dixit, prædictam communem sententiam sibi
22 non placere, & esse in contraria opinione, nam
prędictus *Caballin.* allegat omnia prędicta jura,
& casus legum expressos pro nobis loquentes,
& DD. authoritates communitèr receptas in
favorem fidejussorum, & posteà prędictis legi-
bus, & authoritatibus DD. non respondens di-
cit, esse in contraria opinione se fundans tan-
tummodo in ratione Philosophię moralis, nec
etiam respondit rationi principali, super qua
prędicta communis opinio est fundata, scilicèt
ratione periculi, quod suscipit fidejussor fideju-
bendo.

Nec tandem obstat doctrina *Heringii in tract. de
fidejuss.cap.26.n.123.cum seq.* nam licèt loqua-
23 tur contrà communem prędictam sententiam,
tamen idem *Heringius* agnoscens prędictam
rationem ex causa periculi suscepti, super qua
est fundata communis sententia esse absque re-
sponsione, propterea in fine prędicti *Capituli*
26.*num.144.cum seq.* dicit, quod ratione peri-
culi, cui se exponit fidejussor, ei licitum est ali-
quid recipere.

Et stante prædicta communi sententia non video, quomodo possit dubitari, quin in judicando, & consulendo sit recipienda, ex latissimè deductis per *Sylv.Nupt.lib.5.num.1.cum seq.*

Et tandem dicitur, quod prædicta *Pragm.* 18. *de
Actuar.* enunciata in prædictis provisionibus
24 R.C. non adest in libro *Pragmaticarum*, prout
supra ponderavimus, attamen dato, & non con-
cesso, quod adesset, respondetur eam ipsis
Actuariis non obstare ex infrascriptis, videlicet.

Primò, quia post erectum Tribunal S. C. fuit facta
particularis pandecta,& taxa directuum exigen-
25 dorum per ipsos Actorum Magistros S.C. pro-
ùt in *Reg.Pragm.sub die 28.mensis Novembris
1534. posita sub tit.de Offic. Sac. Conf.Prag.25.*
in qua in *cap.23.* dicitur his formalibus verbis.

Item per ciasc'uno mãdato de parendo, e pleggiaria in casu retractationis per ciasc'uno d' essi grana diece,& sic non loquitur de aliis fideiussionibus, & proindè non essent attendendæ in Tribunali S.C. aliæ pandectæ in aliis Tribunalibus forsan factæ, dum in dicto Tribunali est facta particularis pandecta.

Item & secundo dicitur esse diversum casum in fi-
deiussione præstanda in casu retractationis sen-
26 tentiæ S. C. ab aliis fideiussoribus, nàm in du-
bio præsumitur pro sententia S.C. illam fuisse
justè latam, & non esse revocandam, quod non
est in aliis fideiussionibus.

Item & tertio animadvertendum esse censeo esse
distinguendum directum competentem pro sti-
27 pulatione prædictæ fideiussionis,& tunc absque
dubio ipsi Actorum Magistri dicunt se paratos,
& contentos recipere pro dicta stipulatione

tan-

tantùm grana decem. Aliud autem est periculum, quod in se suscipit Actuarius capiendo fideiussionem, & hoc casu est licita conventio, & receptio pecuniæ, prout melius Partes cum Actuariis se convenire possunt, prout supra fundatum est, & in hoc se conveniunt doctrinæ supra ponderatæ, scilicet *Clavasii in prædicta ejus Summa Angelica in verb. fideiussor nu.20. & Illustrisi. Cardinalis Ludovisii in dicta decis.* 161. *& Heringii in dicto tract. de fidejussor. cap.26. num.*144. quod aut tractatur de actu fideiussionis, & cautio esset illicita, aut tractatur de conventione, & receptione pecuniæ ratione periculi, & tunc esset licitum.

Item etiam considerandum est, quod dum prædicta *Pragm.* edita est in Anno 1534. leges prædictæ
28 pro fideiussoribus loquentes erant conditæ, & tractatus prædictorum DD. prædictam communem sententiam tenentium erant jam impressi, & sic in dubio non est præsumendum S.C. Neapolitanum, in quo intervenerunt tam doctissimi Viri voluisse facere pandectam prædictam contra regulas juris, & contra prædictam communem sententiam, nam in dubio non est præsumenda legum correctio, juxtà *text. in auth. quas actiones, C. de Sacrosanctis Eccles.* quod confirmatur ex antiquissima observantia tamdiu tolerata, quæ consuetudo dicitur optima legum interpres, juxtà *text. in l. si de interpretatione, ff. de legib.*

Quæ omnia tandem confirmantur, nam prædictæ *Prag.* fuerunt editæ ante Annum 1603. & 1608.
29 quibus temporibus fuerunt factæ duæ Pragmaticæ contra ipsos Actuarios, in quibus onus discussionum bonorum principalis, & fideiussorum, quod priùs erat Creditorum translatum fuit in ipsos Actuarios, quod infra quatuor menses præcisè illam faciant, quibus elapsis de proprio solvant, ex quibus experientia docuit, quod nonnullæ domus Actuariorum ex causa fideiussionum per eos captarum post prædictas *Reg. Pragm.* in collapsum iverunt.

Ex quibus omninò consulendum supplicatur nihil esse innovandum, sed esse servandum id, quod hucusque servatum fuit, & Mundum relinqui in eo statu, in quo eum repererunt Moderni, qui eum involvere tentant, ne in majora pericula, & damna incidatur, prout experientia docuit.

Bartholomæus Francus.

OBSERVATIO LVII.

SUMMARIUM.

1 Pragm. 76. de Offic. Procur. Cæsar. *lata fuit ad confirmationem, & extensionem decreti generalis Anni* 1544.

2 *Minor an restituatur adversus lapsum unius anni, & diei concessi ad denunciandam mortem feudatarii.*

3 *Curator Patrimonii decocti, vel hæreditatis jacentis, num restituatur adversus omissam denunciationem mortis feudatarii infra tempus statutum, vel servandum sit illud, quod servatur in Tutore, & Balio, de quibus* Pragm. *loquitur.*

4 *Hæreditas jacens, num incidat in commissum ob non solutum Canonem.*

5 *Pœna duplicati relevii ob denunciationem non factam ad hoc, ut incurratur per Tutores, & Balios minorum requiritur, ut adsit dolus, & culpa, & enumerantur casus, in quibus pœna prædicta non incurritur, nu.* 6. 7. 8. 9. *&* 10.

11 *Praxis Reg. Cam. circa listum præsentari solitam introituum feudalium cum clausula illa reservativa* citrà præjudicium informationis capiendæ *refertur, quam nihil aliud importare, nisi protestationem Regii Fisci circa veritatem introituum, & reservationem taxationis adohæ ostenditur ex* Consil. de Rosa consult. 30. num. 4. & 27.

12 *Pœna hujus* Pragm. *inflicta contra Tutores, & Balios, & alios feudatarios ob denunciationem reddituum non veridicè factam, num evitari possit per clausulas salutares, & reservativas* addendi, minuendi, & emendandi.

13 Pragm. *hujus dispositio concordat cum antiqua praxi Regiæ Cameræ.*

14 *Relevia habent maximam connexionem cum adoha, cujus taxatio regulatur à fructibus denunciatis in relevio.*

15 Dom. Consil. Petrus Fuscus *summis laudibus extollitur.*

16 *Casus, qui emersit disputandus in Regia Cam. proponitur.*

17 *Adohæ novæ taxationi fit locus devoluto feudo ad Reg. Cur. quia antiqua adohæ taxatio extinguitur per devolutionem, & extinctionem Feudi.*

18 *Feuda alienata in extraneum à feudatario carente legitimis successoribus, num subjaceant novæ adohæ taxationi.*

19 *Rex assentiendo alienationi factæ à feudatario carente legitimo successore, num videatur de novo investire.*

20 *Feudum quod transfertur in personam emptoris, vel extranei quamvis dicatur novum, non tamen potest dici, quod prima investitura feudi fuit resoluta, nec dicuntur extinctæ qualitates veteris adohæ, nec cæteræ conditiones, quæ insunt primæ investituræ, & num.* 21. *&* 22.

23 *Assensus reduci debet ad formam primæ investituræ, quando ab ea est difformis.*

24 *Feudum si perveniat ad Regem non ex lege feudi, sed tamquam institutus hæres à feudatario, qualitas feudalis penès Regem non dicitur extincta, ità quod si concedatur alteri,*

*quamvis feudum sit novum in personam concessionarii non erit de novo taxandum, & de ratione, n.*35.

26 *Gratiæ concessæ in proposita specie Civitati, & Regno per* Imperat. Carol.V. Anno 1536. & 1538. *referuntur insertis illarum verbis.*

27 Amicangel.de feud.quæst.5.num.26. & 27. *refellitur tamquam loquens contra manifesta principia feudalia, & num.*37.

28 *Clausula* sub contingenti feudali servitio, seu adoha, *quæ apponi consuevit in novis feudorum concessionibus quomodo differat à clausula illa reservativa*, fidelitate tamen Regia, feudali quoque servitio, seu adoha reservatis, *quæ apponi solet in assensibus, qui interponuntur super dispositionibus feudorum factis à feudatariis tam habentibus, quam carentibus successoribus.*

29 Decisiones Reg.Revert. 264.& 562.*explicantur, & num.*41.

30 *Assensus impetratus ab eo, qui tacuit se non habere successorem, num censeatur subreptitius.*

31 *Relevium num exigatur à Reg. Cur. ab extraneo successore ob mortem prædecessoris feudatarii, qui carens legitimo successore relinquit in testamento feudum extraneo cum Regio assensu.*

32 *Relevium solvitur à successore, ut ei confirmetur vetus investitura, quam defunctus feudatarius habebat.*

33 *Privilegium Regii assensus concessum Anno* 1608. *Jo: Baptistæ Tocco, ut ipsi liceret nominare suum heredem, unum ex familia etiam in gradu non successibili in feudo Montis Militum, & Montis Aperti refertur.*

34 *Feudum est simile homini dum nascitur, crescit, & moritur.*

35 *Prorogatio, vel additamentum sequitur naturam sui principalis.*

36 *Feudum ad hoc, ut dicatur propriè novum, quid requiratur, & num.*38.

39 *Feudum num dicatur novum in personam fratris utrinque conjuncti, qui successit fratri primo acquirenti tamquam institutus ab eo exclusa nepte ex filia prædefuncta ex facultate concessa per gratiam redactam in* Pragm.33. de feudis.

40 Dom.Consil. Flavius Gurgo *Collega in causa commemoratur.*

42 Pragm.11.18.25. 29. & 34. de feud. *exornantur, & declarantur.*

43 *Feuda quæ obvenerant sive ex successione, sive ex refutatione personis admissis per novissimas gratias nunquam fuerunt judicata uti feuda de novo quæsita, sed uti vetera cum antiquo servitio, seu veteri adoha, & cum exactione relevii.*

44 *Feudum in persona admissa ad successionem per modum ampliationis, prorogationis, & extensionis non censetur de novo concessum extincta priori, & veteri investitura.*

45 *Feuda Montis Militum, & Montis Aperti non fuerunt translata in D.Carolum de Tocco uti nova, sed jure feudi antiqui, & refertur petitio porrecta S.C.M.& nu.*46.

47 *Clausula taxativa*, & non aliter *quid importet.*

48 *Assensus concessus per S.C.M. super nominatione, & refutatione dictorum feudorum transscribitur.*

49 *Princeps si in specie non respondeat, nisi quibusdam ex supplicatis videtur omnia concessisse, si in fine adest clausula,* cõfirmamus omnia, & singula enarrata.

50 *Clausula*, quorum tenor habeatur pro inserto, *quid operetur.*

51 *Clausula*, quoad expressa tantùm, *quid importet.*

52 *Clausula*, quorum tenor habeatur pro inserto, *num includat pactum appositum, quod feuda censeantur translata non uti nova, sed jure antiqui feudi.*

53 *Clausula*, teneat feudum juxtà formam privilegiorum, *includere videtur naturam feudi antiqui.*

54 *Clausula*, feudi natura in aliquo non mutata, *sufficit ad excludendam novam adohæ taxationem.*

55 *Relevium non exigitur in feudis de novo concessis, quia releviorum petitiones ex diametro repugnant novæ concessioni.*

56 Reg.Jo:Camillus Cacacius *commemoratur.*

57 *Adoha exacta per Reg.Cur.per triginta annos, juxtà taxam antiquam declarat ità fuisse de mente concedentis.*

58 *Observantia quamvis non possit inducere præscriptionem, quæ non datur in Regno contra Regem absentem, nihilominus est efficacissima ad declarandum privilegia dubia.*

De Officio Procuratoris Cæsaris. Pragm. LXXVI.

Ancorche dalle Leggi, e costumi di questo Regno, & c.

BAlii, & tutores feudatariorum non denunciantes mortem infra annum, & diem nomine prædictorum tenentur pœna duplicati relevii absque spe repetitionis. Pupilli verò teneutur ad simplum. H. D.

1 Hæc *Pragm.* lata videtur ad confirmationem, & extensionem decreti generalis lati per modum legis condendæ junctis omnibus Tribunalibus sub die 16. *Junii* 1644. cujus decreti tenorem reposuit *Reg. Rovit. in Comment. super Pragm.*1.*de offic. Procurat.Cæsar. nu.* 4. ut latè habetur apud *Capan.de jur.relev.par.* 5. *quæst.* 21.à

21.*à n.*15.*cum seqq.* & *quæst.*31.*num.*18. & 19.
unde hodie videtur sublata quæstio, quæ ade-
rat de jure communi, nempè si minor erat resti-
2 tuendus adversus lapsum unius anni, & diei con-
cessi ad denunciandam mortem feudatarii, &
petendam investituram, de qua apud *Horat.
Montan. in cap. Imperialem §. prætereà si quis in-
feudatus n.*7. sequitur *R. de Marinis lib.* 1. *suar.
resol. cap.*299.*n.*7. *Præs. de Ganaverro in dec.*32.
quem laudavimus *in Observ. ad sing.* 310. &
311.*n.*2.

Difficultas insurgere poterit an hæc *Pragm.* pro-
cedat in Curatore patrimonii decocti, vel hæ-
3 reditatis jacentis, & respectu Curatoris Patri-
monii in judicio deducti dubitat *D. Ageta in
annotat. ad Reg. Moles in §.*21.*de Jur. relev. nu.*
10. & 12.*lib.*3. Sed ego nullam agnosco dubita-
tionem in Curatore Patrimonii decocti, in quo
militat eadem ratio, quæ viget in tutore, & Ba-
lio, de quibus *Pragm.* loquitur, & dum viget
eadem ratio, eadem debet esse juris dispositio.

In Curatore itaque hæreditatis jacentis superesse
potest aliqua difficultas, cum ei non currat tem-
4 pus statutum ad petendum restitutionem, nec
ad aliquid aliud faciendum juxta tradita, & de-
cisa penès *Rovit. decis.*41. sed in contrarium fa-
cere videtur, nam si hæreditas jacens potest in-
cidere in commissum ob non solutum canonem
directo Domino, ex allegatis *per Reg. de Mari-
nis lib.*1.*suar. resol. cap.*164.*nu.* 11. à fortiori te-
netur ad pœnam duplicati relevii ob mortem
non denunciatam infra legitima tempora, &
quod etiam à Curatore prodigi petenda est in-
vestitura, *Capan. de jur. relevii par.* 5. *quæst.*31.
*num.*20. & *quæst.*22.*num.*4. ubi quod datur mi-
nori, vel hæreditati actio contra Curatorem,
quando ex ejus negligentia tempus esset elap-
sum.

Ad hoc tamen, ut sit locus pœnæ duplicati relevii,
tam contra feudatarios majores, quam contra
5 Balios, & Tutores minorum requiritur, ut adsit
dolus, & culpa, & nulla proponatur legitima
causa excusans à denunciatione non facta intrà
annum, & diem, cum multæ causæ in factorum
contingentiis considerari possint.

Prima si intra annum, & diem fuisset mota lis hæ-
redi super successione feudi, quia tunc lite pen-
6 dente non currit tempus petendæ investituræ,
dummodo lis non sit affectata, *DD. apud Ca-
pan. de jur. relev. par.*4.*quæst.*32.*à n.*12.*ad* 20. &
quid si ignoretur successio, vel controvertere-
tur gradus successionis, videndus est idem *Ca-
pan. par.*6.*quæst.*28.*n.*16.21. & 22.

Secunda causa, si possessio feudi tempore mortis
existat penes alium, quià tunc feudatarius, pe-
7 nès quem remanet dominium feudi alienati, sinè
assensu excusatur à duplicato relevio, sed tene-
tur ad simplum, quemadmodum decisum in cau-
sa Comitis Policastri retulit *Jo: Vincent. de An-
na in alleg.* 95. quem sequitur *Reg. de Marinis
lib.*2.*suar. resol. cap.*182.*num.*11.*ubi versic. habes*
modificat conclusionem, quoties expedito as-
sensu per verbum *Fiat*: super venditione feudi
succederet emptoris mors infra biennium, quia
tunc diceretur dominium perfectè in emptorem
translatum, comprobat in *Observat. ad dec.*490.
*Reg. Revert. num.*3. & *lib.*1. *resol. jur. cap.* 304.
*num.*5. & 6.

Tertia causa si feudatarius ignorabat qualitatem
feudalem, quià tunc ex capite justæ ignorantiæ
8 tempus non currit ad petendam investituram,
quemadmodum decisum in Camera Imperiali
testatur *Gaill. pract. observat. lib.*2. *observat.* 48.
*num.*11. latè *Capan. de jur. relev. par.*5.*quæst.*28.
*num.*18. & 19.

Quarta causa excusans Vassallum à lapsu temporis
erit impedimentum pestis, ob quod non potuit
9 accedere, vel mittere ad petendam investitu-
ram, juxtà *DD.* tam Ultramontanos, quam Re-
gnicolas, quos cumulat *Capan. in eod. tract. de
jur. relev. par.*5.*quæst.*33.*à n.*7.*cum seqq.*

Quinta causa erit ignorantia mortis feudatarii,
ideò si hæres scientiam mortis feudatarii non
10 habuerit, tunc si illam non denunciaverit infrà
annum, & diem non tenetur ad duplicatum re-
levium, quia tempus decurrere non potuit, nisi
à die dictæ scientiæ, *cap.* 1. *quo tempore miles,
cap.*1.*quæ sit prim. caus. benef. amitten. Capan. in
tract. de jure relevii p.*5.*qu.*29. *n.* 16. & judica-
tum per Reg. Cam. de anno 1559. testatur *Reg.
de Marin. in observat. ad decis.*280. *D. Reg. Re-
vert. n.*9.

Et quatenus in textu hujus *Pragm.* præcipitur,
ut in productione listæ introituum, & corpo-
11 rum feudalium præsentanda in Reg. Cam. tàm
à feudatariis majoribus, quam à Baliis minorum
sit facienda denunciatio omnium corporum ve-
ri redditus uniuscujusque corporis, absque di-
minutione aliqua sub pœna dupli, sub qua inclu-
duntur pariter Balii, & tutores, observandum
erit, quod praxis, quæ inolevit in eodem Tri-
bunali Reg. Cam. recipiendi listam juratam in-
troituum cum decreto illo continente clausu-
lam reservativam *citrà præjudicium informatio-
nis capiendæ, si vel ne omnes introitus sunt in
lista enumerati, Capan. de jur. relev. p.* 5. *qu.* 32.
*n.*3.4. & 5. quam reservationem informationis
capiendæ non continere, nisi simplicem prote-
stationem Regii Fisci circa veritatem Introi-
tuum, & reservationem taxationis adohæ, dixit
*Consil. de Rosa consult.*30.*n.*4. & 27.

Restringendam tamen censerem pœnam hanc in-
flictam contrà Tutores, & Balios, quoties in
12 presentatione listæ defectivæ cauti fuissent in
apponendo clausulas reservativas *salvo jure ad-
dendi, minuendi, & emendandi*, vel cæteras si-
miles, quemadmodum advertit *Capan. in citat.
tract. de jur. relev. quæst.*32.*n.* 19. & hanc prote-
stationem prodesse etiam ad excusandos Per-
ceptores à pœna nonupli dixit *Dom. Reg. de
Mari-*

Marinis ad Revert.observat.260.n.7.& 8.lib.1.
Decisio hujus *Pragm.*concordare videtur cum ve-
tustissima praxi Reg. Cam. de qua testatur *Ca-*
13 *pan.de jure relevii,p.1.q.10.nn.3.10.14. 16.&*
19. ad cujus *Pragm.* materiam videndus est ex
novissimis scriptoribus *Reg. Consil. Altimar. de*
nullit.rubr.1.p.2.q.19.n.112.& 115.vers.verum
tom. 4.

Et quia releviorum materia habet maximam con-
nexionem cum adoha, cujus taxatio regulatur
14 habito respectu ad relevium,& ad fructus in il-
lo denunciatos,ideò placuit hîc aliqua de adhoa
differere, & signanter de illo articulo acriter
controverso annis superioribus in Reg. Cam.
inter Regium Fiscum, & Principem Montis
Militum, nimirum an feuda cum assensu S.C.M.
translata in extraneum à feudatario carente le-
gitimis successoribus, remaneant cum antiquo
servitio, vel sint de novo taxanda, in quo arti-
culo cum satis doctè, & nervosè more solito
scripserit dignissimus D. Consil. Petrus de Fu-
sco, qui tunc Advocati officio fungebatur pro
15 Principe Montis Militum, satis erit,ut lucubra-
tiones tanti J.C. hic typis tradantur.

Consultatio Regii Consiliarii Petri de Fusco.

Rem novam aggreditur Regius Fiscus con-
tendens, novæ taxationi adhoæ subiici de-
bere feuda translata in extraneos cum assensu
16 S.C.M.à feudatariis, qui non habebant legiti-
mos successores, utpotè feuda ista in persona
extraneis non vetera, sed nova censenda sint.
Atque prior de hac re quæstio movetur contrà
modernum Principem Montis Miletti,& Comi-
tem Montis aperti,quę feuda delata fuerunt qu:
D.Carolo Tocco ejus Avo, ex dispositione qu:
Jo: Baptistæ Tocco,qui carens legitimis succes-
soribus impetravit,à S.C.M. licentiam, & assen-
sum,ut in dictis feudis potuisset nominare suum
hæredem unum ex familia de Tocco,& in illum
de dictis feudis, sivè inter vivos, sivè in actibus
ultimæ voluntatis disponere.

Nos pro Principe Montismiletti primò demon-
strabimus, tametsi feuda ista in persona D. Ca-
roli essent nova, Fisci prætensionem non subsi-
stere: Secundò evidentissimè probabimus, feu-
da hæc in persona D.Caroli non nova, sed vete-
ra censenda esse.

CAP. PRIMUM.

Feuda & si in persona D. Caroli essent nova; non tamen de novo taxari posse.

Ut clarissimè quæ ad hoc primum Caput at-
tinent, exequamur, illud principium cer-
tum, & indubitatum præmittimus: nempè ta-
xationi novæ adhoæ nunquam esse locum, nisi
vetus adhoa fuerit extincta per devolutionem,
17 & reversionem feudi ad Regem; à quo iterum
alteri concedatur; cum enim taxatio adhoæ
semper fit eadem respectivè ad quantitatem in-
troituum juxtà tempus primæ concessionis, nec
habeatur ratio augmenti introituum ex decursu
temporis; ideò taxatio antiqua semel facta re-
manet semper certa, & invariabilis; veluti qua-
litas, quæ inest feudo: donec prima concessio
resolvatur per devolutionem feudi ad Regem,
quo casu, extincta qualitate feudali: cum penès
Regem non possit esse feudum: extinguitur
quoque vetus adhoa, & servitium debitum; &
concesso denuò feudo: taxatio adhoæ fit respe-
ctivè ad introitus, qui reperiuntur tempore no-
væ concessionis, nec inspicitur ampliùs antiqua
adhoæ taxatio,quæ fuit resoluta, & extincta per
resolutionem, & extinctionem feudi, ità docet
Andr.in cap.1.§.de manso nn.17. & 18. de con-
trov.investituræ, junctis his, quæ tradit *in cap.*
1.§.hujus autem generis n. 12.& 13. quibus ex
causis feudum amittatur, & in cap. Imperialem,
§.firmiter col.3.vers. item videmus, de prohibit.
feud.alienation. per Frideric. & in cap.1.de va-
sallo decrep.ætatis antè num. 2. vers. item proce-
dit, &c.Camillus de Curte in divers.jur.feudal.
par.1.in cap.incip.cum igitur fol.40.n. 32.& fol.
41.n.59.60.& 62. Reg.Moles tit. de jure adhoæ
§.4.n.51.& 52.& quæst.3.à n. 20.& q.6.per tot.
Francisc.de Amicis in tit. de his, qui feudum
dare poss.in cap.incipiente, & veniendo ad pri-
mam quæstionem fol.180. in fine, & fol. 181.
Reg.de Ponte in decis.3.n.1.& 2.Jo: And. de
Georgio allegat.4.Marin.Frecc.de subfeud.lib.2.
auth.5.n.19. in illis verbis: *Quia illud servi-*
tium est extinctum, feudo ad Curiam aperto, &
quandò posteà de novo concedit, ut de eo feudata-
rius serviat, non intelligitur concedere; prout
erat solitum præstari pro eo feudo, sed secundum
morem, & consuetudinem Regni, nisi dicas in
specie.

Modò videndum est, an hujus principii ratio pos-
sit trahi ad alienationem, & dispositionem feu-
18 di, quæ fit in extraneum cum Regis assensu à
feudatario. qui caret successore; ut ex ea trans-
latione resolvatur prima concessio, & investi-
tura, ac videatur feudum retrotradi Regi, &
brevi manu à Rege de novo concedi extraneo,
ut indè possit dici, veterem taxationem adhoæ
fuisse extinctam; atque ita fieri locum novæ a-
dohæ æstimationi, tanquàm pro feudo de novo
concesso.Et quidem Fiscales priscis temporibus
attentaverunt eam rationem trahere ad omnem
alienationem: non distinguentes inter haben-
tem, vel non habentem successores; moveban-
tur ex doctrina *And.in cap.1. n. 6. vers. ex præ-*
missis apparet, & n.8. qui successores teneantur,
ubi loquens de alienatione feudi, quæ fit à feu-
datario carente legitimis successoribus, expres-
sè tra-

aè tradit, Regem conſentientem, & confirmantem illam alienationem videri donare feudum emptori pro ſe, & hæredibus ſuis. Nam aſſenſus habet vim novæ inveſtituræ, *And.in cap.1.§.& ſi clientulus,de alienat.feudi*, *Bald.in cap.ſi facta, tit.ſi de feudo defuncti militis, &c. n.2.* in illis verbis; *Sed ſi feudum vendidiſſet cum conſenſu Domini, tunc emptor ſuccedit in feudo ex perſona Domini*; Et ſic per aſſenſum Rex date dicitur, ſervata tamen forma, *l. ſingularia ff. ſi cert.petatur*, ut verba *Baldi* intelligit, ac ſupplet *Præpoſ.in dicto cap.ſi facta col. 3. Reg. Lanar. in conſ.13. nu. 5.* Addebant & alteram rationem; nempè quod cùm Rex per ſuum aſſenſum concedit feudum emptori, & ejus hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus; ex hac mutatione, & additione perſonarum extranearum non comprehenſarum in prima inveſtitura, feudum efficitur omninò novum, & dè novo videtur concedi: juxtà *Oldrad.conſ.178.* Quas rationes in his terminis refert *Freccia de ſubfeudis lib.2.auth.5.n.28.in fine*, his verbis. *Quià quandò feudum eſt novum, mutatur dominium de una perſona ad aliam, priores inveſtituræ ſunt intercisæ, & nova naſcitur lex ex nova conceſſione, ſeu inveſtitura; at ſecus quandò idem dominium continuatur à defuncto in hæredem.*

Verùm iſtæ Fiſcalium rationes fuerunt improbatæ, & exploſæ per Declarationes Regias in comitiis habitis ſub anno 1536.& 1538.quas inferius commemorabimus; & optimo quidem jure. Ete-
19 nim doctrina *And.in d.cap.1.nu.6.& 8. qui ſucceſ.teneantur*, non ità accipienda eſt, ut Rex aſſentiendo, & confirmando alienationem factam à feudatario carente legitimo ſucceſſore, videatur de novo inveſtire, ſicuti quandò feudum conſtituitur in eſſe: vel cum Rex ſolus diſponit de feudo vacaturo per mortem vaſſalli, *ut in d. cap.1.qui ſucceſſ.ten.* ſed ut per aſſenſum intelligatur perficere, & validã reddere alienationem, & diſpoſitionem: remittendo totum id, quod ipſe poteſt tunc, vel poſſe ſperat in futurum; ut jus illius, in quem de feudo diſponitur, maneat perpetuò firmum, & ſtabile; neque reſolvatur per mortem alienantis, vel diſponentis abſque legitimo ſucceſſore; atque ità emptor, vel alter, in quem transfertur feudum, non accipit illud à Rege aſſentiente, ſed à feudatario; quià rem in quantum rem feudatarius ipſe alienat, & de ea diſponit; actum autem: ut valeat: perficit Dominus, qui aſſentiendo: in eo quod expreſſit, videtur dare feudatario poteſtatem faciendi omne id, quod ſi aſſenſu opus non eſſet, poſſet facere, ut egregiè docet *Camerar. in cap. Imperialem cart.43.litt.M.cum ſeqq. & litt. S.* ubi ita declarat doctrinam *And.in d.cap.1.qui ſucceſſores teneantur*, latè *Liparul.ad And.in cap.Imperialem n.3.in verbo conſentire, de probib.feud.alienatione per Fridericum, Loffredus in d.cap.1. qui ſucceſſor.teneantur in verſ.prædicta verò, &c.* his verbis. *Et ad illud, quod dictum eſt ſuprà; quod conſentiens, & confirmans videtur donare feudum: ſcito quod illa non eſt vera, & propria donatio; patet enim, quod illa non valeret, ſi feudatarius non venderet, aut aliter alienaret; & ideò aliud eſt vendere, & donare, quàm conſentire vendenti, & alienanti, &c. Reg. de Ponte de poteſt.Proreg.tit.8.§.8.n.16.& 17.* ubi ex verbis *And.in cap.1.qui ſucceſſores teneantur, & in d.cap.1.§. & ſi clientulus*, quod Rex aſſentiens habeatur, ſicut ſi principaliter conceſſiſſet, & donaſſet, &c. infert non eſſe verè, & propriè conceſſum, & donatum à Rege, quià ille, in quem diſponit feudatarius, non accipit feudum à Rege aſſentiente, ſed à feudatario diſponente; Regis autem aſſenſus operatur confirmationem diſpoſitionis, ut ſit valida, & ſtabilis: exemplo hæreditatis, quæ ex teſtamento defertur, dicitur enim obvenire à lege, quatenus lex approbat, & confirmat diſpoſitionem teſtatoris: juxtà terminos *l. lege obvenire ff. de verb. ſignificatione*, & in hoc decepti fuerunt *Bald. & Præpoſ.* loquentes contra feudales terminos, ut ſubdit *Reg.de Ponte d.§.8.n.18.*

Nec ex eo, quod feudum in perſona emptoris, vel extranei, in quem transfertur, dicatur novum; poteſt inſerri, quod prima inveſtitura feudi ſit reſoluta, & vetus adhoa, ac ſervitium debitum,
20 quod ineſt primæ conceſſioni, ſit extinctum; ut poſſit eſſe locus novæ taxationi adhoæ. Id enim repugnat concluſioni apud omnes Feudiſtas receptæ: nempè quod ex mutatione perſonarum, & qualitatum feudalium, ſivè ex additione, vel detractione illarum feudum dicitur novum reſpectu qualitatum additarum, vel detractarum tantùm, quo verò ad omnia alia remanet feudum in eo ſtatu, in quo erat prius, nec mutatur ejus natura, *Carol.Molinęus in conſuetud.Pariſ. tit.1.§.35.n.5.Vrſill.ad Afflict.decis.112. à n.17. Anna ſingul.193. Tapia deciſ.Ital.2. in 3. art. à n.256.uſque ad 310.Franch.in deciſ. 7. circa finem*, ubi pluries ſic deciſum refert, *Reg. Reverter.in deciſ.158.circa finem*, *Jo:And.de Georgio allegat.8.n.11.Bilotta concluſ.feud.61. n. 2.* latè *Camerar. in cap.1.de natura ſucceſſ. feudi lect. 33.n.16.& in cap.Imperialem cart.76.lit. A. B. & D.* ubi docet, quod & ſi feudum alienatum extraneo cum aſſenſu dicatur novum in illius perſona, non tamèn dicuntur extinctæ qualita-
21 tes veteris adhoæ, & ſervitii debiti, ac cœteræ conditiones, quæ inſunt primæ inveſtituræ, ſed cum eiſdem qualitatibus feudum tranſit in extraneum, qui in his repræſentat perſonam primi poſſeſſoris, à quo habet cauſam, ſubdens hæc verba: *Quia quandò feudum eſt datum ſub certa lege, & qualitate, nunquam cenſetur per quamcumque alienationem natura rei immutata, argumento cap.primi de vaſſall.decrep. ætatis, & cap.primi de eo, qui finem fecit agnationi, ubi notatur; præſumendum namque eſt, quod Rex con-*

ſen-

sentiendo cum eisdem qualitatibus velit dare, quià alteratio investituræ non potest fieri, nisi expressè, & quià semper censetur capere, sicut alter tenebat; optimè, & egregiè *Reg. de Ponte in decis. 3. n. 23.* in illis verbis: *& licèt non possit negari, non intervenisse quandam alterationem propter novitatem investituræ, & personarum, tamèn dixit subtilis Bald. in d. cap. 1. quod hoc operatur virtus subrogationis, ut assumat pristinam qualitatem, non obstante prædicta mutatione*, & loquitur *Reg. de Ponte* in terminis qualitatis veteris adhoæ, & servitii debiti; ut patet ex *n. 21. & 22.* & meliùs *nu. 28.* ubi subdit hæc verba: *sequitur, quod remaneat titulus emptionis particularis, & consequenter remanet feudum sub sua primæva natura, quià nunquam devolutum, nec incorporatum, vel saltem non possessum alio titulo, quàm repræsentante Octavium Cataneum primum possessorem, & Dominum, ergò sub servitio antiquitùs imposito solito, & consueto.* Porrò cum feudum sit simile homini, & vulgò dicatur homo mutus; prorogatur illius vita, dum jure permittente, scilicèt cum consensu Domini fit dispositio, commutatio, aut alia quævis alienatio, nec unquam moritur, nec extinguitur antiquum servitium, seu adhoa, nisi aperiatur Regiæ Curiæ, ut docet idem *Reg. de Ponte lect. 21. n. 5.*

Idque adeò verum est: nempè quod per alienationem, & dispositionem feudi in extraneum non
22 resolvatur prior investitura; sed cum eadem natura, qualitate, & conditione, quæ inest primæ investituræ, feudum transeat ad extraneum: ut si venditor habuisset feudum pro se, & hæredibus; assensus verò super venditione fit concessus pro emptore, & ejus hæredibus ex corpore; assensus reduci debeat ad formam primæ inve-
23 stituræ, quam habebat auctor, *Freccia de subfeud. lib. 2. in qq. super materia assensus, qu. 12. n. 15. fol. 195. Franch. dec. 716. num. 8. Bammacar. in cap. si minori qu. 6. num. 26. tit. si de feudo defuncti, &c. Anna Singul. 563. Reg. Reverter. in decis. 89. Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. 10. §. 1. in fine.*

Sed & quamvis feudum principaliter concederetur à Rege: eo tamen tempore, quo prior investitura non esset resoluta, & extincta; puta quia feudum pervenisset ad Regem, non ex lege feudi, sed quia fuisset institutus hæres à feudatario,
24 & Rex feudum istud concederet alteri, quamvis feudum sit novum in persona concessionarii: non tamen est de novo taxandum, sed remanere debet cum antiquo servitio; quia dum pervenit feudum ad Regem, non titulo singulari: scilicet non ex lege feudi, sed titulo universali, tanquam hæres institutus à feudatario, qualitas feudalis penes Regem non fuit resoluta, atque ità vetus adhoa non fuit extincta, ut docet *Andr. in cap. 1. §. hujus autem generis num. 12. ex quibus causis feudum amittatur*, quem ità intelligunt *Reg. de Curt. in diversor. juris feudal. p. 1. in cap. incip. cum igitur fol. 40. num. 32. & fol. 41. num. 62. Francisc. de Amicis tit. de his, qui feud. dare possunt in cap. incip. & veniendo ad primum quæsitum fol. 180. in fine & fol. 181. Reg. de Ponte decis. 3. num. 25.*

Qualitas igitur feudi novi non est sufficiens, ut feudum de novo taxari possit, sed requiritur, ut qualitates, & conditiones, quæ insunt primæ
25 investituræ, sint omninò resolutæ, & extinctæ per reversionem feudi ad Regiam Curiam, & incorporationem ex lege feudi, & deindè feudum devolutum, & incorporatum concedatur alteri, nec sufficeret momentanea incorporatio: vel acquisitio non omninò ut Regia Curia sibi acquireret, sed ut alteri daret, tunc enim feudum eo modo datum quamvis in persona ejus, cui datur, sit novum, nihilominus non est de novo taxandum, quia remanet pristina qualitas, & natura feudi, ideò remanere debet cum antiquo servitio, nec sit locus novæ taxationi, ut latissimè docet *Reg. de Ponte in decis. 3. num. 21. & 22. usque ad num. 28.* post *Afflict. in dict. cap. 1. nu. 53. vers. quarè concludo tit. quibus ex causis feudum amittatur.*

Hinc patet, rationes Fiscalium pro taxandis de novo feudis, quæ alienabantur, cum ob mutationem personarum: sive ob adjectionem, vel detractionem qualitatum, feuda veluti de novo concessa reputari contenderent, fuisse rectissi-
26 mè, ac jure optimo improbatas, & explosas à Cæsarea, & Catholica Majestate Imperatoris, & Regis Nostri Caroli Quinti, supplicantibus Civitate, & Regno in comitiis habitis Anno 1536. & 1638. ut ex *libro Capitulorum, fol. 104. cap. 10. & fol. 124. cap. 2.* verba supplicationis, & declarationis in hunc modum se habent.

Item, perche alcuni Baroni del Regno hanno alienato feudi, & intrate feudali, & castelle libere, & in perpetuum, & alcuni cum pacto de retrovendendo, & la adoba di detti feudi se trova taxata secondo la taxa antiqua, e la Regia Camera della Summaria pretende far nova taxa, & secondo la nova taxa astrengere li compratori ad pagare la adoba, & tanto in detti feudi, & intrate feudali alienate, quanto in quelle che dequa avanti se alienaranno trà Baroni, e feudatarii V. M. farà gratia mandare, che non si innova taxa alcuna, ma che se exiga l'adoba, secondo la taxa antiqua, secondo la quale si pagava per li venditori, seu venditore. Placet Cæs. & Cath. Majest. ut in alienationibus feudorum deinceps nulla sit differentia in æstimatione adohæ inter venditionem, seu aliam alienationem, & successionem, sed idem jus servetur, & eadem æstimatio fiat in adoba in casu prædicto venditionis, seu alienationis, quę servatur, & fit in successione, &c.

Item, per togliere le difficultà che potesse ponere la Regia Camera se supplica se degne declarare che

tut-

tutti quelli che teneno terre, caſtelle, ſeudi, & intrate ſeudali, per compra, e qualſivoglia altro contratto de alienatione, & banno promeſſo de vendere, ſeu retrovendere tam incontinenti, quam ex intervallo, etiam ſe lo patto, ò promiſſione predetta ſe eſtingueſſe, & reſtoſſero libere, debbiano pagare lo adobamento ſeu donativo ſecondo la taxa antiqua tantùm di detti ſeudi, etiam per ad quaſcunque manus ſeuda ipſa ambulaverint cum eadem promiſſione ſeu pacto, & quando ſe paga lo adobo, ò donativo in pecunia como è de juſtitia ſe intenda preſtito à S. M. pro illo anno militare ſervitium perſonale, quod pro ſeudo deberetur. Placet Cæſareæ, & Cathol. Majeſt. & ita jubet obſervari prout fuit conceſſum per Suam Majeſt. Cæſar. in parlamento Neapoli celebrato. Placet etiam quod pro illo anno, quo ſolvetur adoba, intelligatur præſtitum militare ſervitium perſonale, quod pro ſeudo deberetur, &c.

Undè etiam conſtat, nil facere ad hanc rem doctrinam *Amicangeli de ſeudis qu.5. num.26. & 27.*
27 (qua nititur Dominus Fiſci Patronus.) Etenim id tantùm *Amicangelus* tradit: nempè quod cùm qualitas feudalis mutatur ex pacto novo: putà ſi feudum juris Francorum, quo primogenitus ſuccedit, mutatur ex novo pacto, ut omnes filii recipiantur: feudum iſtud in perſonis filiorum cenſeatur novum; ſicuti quandò feudum antiquum alienatur cum Regis aſſenſu, feudum iſtud penès acquirentem efficitur novum: Hæc doctrina, (de qua etiàm infrà) tametſi illam concederemus, nil pertinet ad novam adohæ taxationem, cui ut fiat locus, non ſufficit qualitas feudi novi: ſed requiritur, quod prima inveſtitura ſit omninò reſoluta, & extincta per reverſionem feudi ad Regiam Curiam, & quod poſt devolutionem, & incorporationem non momentaneam res illa, quæ fuit feudalis, denuò in feudum concedatur; ut ſupra latiſſimè demonſtravimus; Atqui prior inveſtitura non reſolvitur, nec extinguitur ob mutationem qualitatum, nec ob pacta nova, quæ non reſpicerent ſubſtantialia feudi; ſed naturalia tantùm, qualis eſt alteratio, vel ampliatio ſucceſſionis, ut idem *Amicangel.* tradit *in d.qu.5. num.22. & 23. Joan. Andr. de Georgio allegat.4. nu.4. Reg. de Ponte in conſ. 131. num.63. & 64. vol.1.* his verbis: *Ampliatio ſucceſſionis non reſpicit ſubſtantiam contractus feudalis; ſucceſſio enim etiam ſi alteretur, non immutat contractum feudalem in aliam ſpeciem contractus, ſed remanet feudum habens in hoc tantùm naturam alteratam, ut in cap.1. §. fin. autem, & §. hoc autem tit. de his qui feud. dar. poſſunt; & ſic cum prædicta omnia non reſpiciant ſubſtantialia infeudationis prædictæ, non poteſt prætendi factam eſſe novationem; Imò dicenda ſunt, hæc omnia eſſe additamenta prædictæ infeudationi facta, adeoque ſequuntur naturam principalis contractus, ut l. inter ſocerum, §. cum inter, ff. de pactis dotalibus; Et licèt adhuc in perfidia perſiſtendo allegaretur ſaltem mutatam eſſe feudi naturam, & ex hac qualitate nova, novum feudum fieri juxtà conſ. Oldrad. 178. tamen nemo eſt, qui dicat, quod dominium ex præcedenti inveſtitura quæſitum, ex hac additione retranslatum dicatur, ſed retento eodem dominio, prout antè erat penès feudatarium, in ſucceſſione tantũ ſit alterata natura, & qualitatẽ in hoc feudi novi habeat, nõ tamen de novo quæſitũ dici poterit.* Sic & cũ pater habens feudum antiquũ maſculinum, carens liberis maſculis, à Domino impetrat, ut ad fœminas, ſeu filias illius, & earum hæredes tranſeat; hæc mutatio reſpicit ſolum qualitates, non ſubſtantialia feudi, undè feudum non extinguitur; ſed illius natura manet, alterata ſolùm reſpectu illius qualitatis; ut docet *Roſental. de feud. cap.2. concluſ.25. & in Gloſ. lit. A.* Et ſic procul dubio concludendum eſt; feuda translata in extraneos cum aſſenſu Regis à feudatariis carentibus legitimo ſucceſſore, quamvis in illorum perſonis uti nova cenſenda eſſent, non tamen debere ſubiici novæ taxationi adohæ, quia priores inveſtituræ non fuerunt extinctæ, nec reſolutæ.

Quæ concluſio ex eo confirmatur; quod in novis feudorum conceſſionibus apponitur clauſula non reſervativa: ſed inductiva novæ adohæ ta-
28 xationis: *Sub contingenti feudali ſervitio, ſeu adohæ*; at verò in privilegiis Regiorum aſſenſuum ſuper diſpoſitionibus feudorum factis à feudatariis carentibus ſucceſſore apponitur ſola clauſula reſervativa, quæ pariter ſolet adiici Regiis aſſenſibus ſuper alienationibus feudorum factis à feudatariis carentibus ſucceſſore, qualis fuit adjecta privilegio aſſenſus, de quo agimus, *Fidelitate tamen Regia, feudali quoque ſervitio, ſeu adoha, regiiſque aliis, & alterius cujuslibet juribus ſemper ſalvis, & reſervatis, fol. 21. à ter. lit. D.* & repetitur in omnibus gratiis ſubſequentibus, *fol.31. in fine, & fol.40. à ter. proceſſ. currenti*, quæ clauſula fuit introducta in Regno ad evitandam quæſtionem illam, an Rex conſentiendo alienationi, & diſpoſitioni videatur remittere antiquum ſervitium, ſeu veterem adoham ei debitam ex prima inveſtitura, *And. in cap.1. §. ſed nec alia juſtior num.38. quæ ſit prima cauſa beneficii amittendi, & in cap. Imperialem in 1. addit. num.11. Camerar. in d. cap. Imperialem, fol.75. lit. D. Reg. Lanar in conſ.40. nu.1.* Atque ità ex clauſula prædicta videtur reſervatum antiquum ſervitium, ſivè adhoa vetus, quæ vigore primæ inveſtituræ debetur, & excluditur nova adohæ taxatio; nam reſervatio juris nihil novi tribuit ex *l. ſi in venditione, ff. communia prædiorum*, & ſic in ſpecie deciſum refert per Regiam Cameram *Loffred. in cap.1. verſ. ibi ſed ſi dicatur antiquum, &c. de vaſſall. decrep. ætatis, Reg. Lanar. in conſ.40. num.2.3.*

Eademque concluſio, quod feuda translata in extraneum cum Regio aſſenſu à feudatario carente, le-

te,le-

te legitimis successoribus non possint de novo taxari: fuit habita pro certa, & indubitata per
29 Regiam Cameram in causa Regii Fisci, cum D. Jacobo Caracciolo, cui Alphonsus Caracciolus Comes Burgentiæ carens legitimis successoribus reliquit feuda Valvani, & Recigliani cum Regio assensu, ut refert *Reg. Reverter. in decis.* 562. de qua infra. Ac passim Regia Camera conclusionem istam veram, & indubitabilem profitetur, sicuti per immemorabile tempus servavit; cum enim aliquis feudatarius non habens successorem vult alienare feudum, quod est ære alieno gravatum, adeò ut in casu devolutionis feudum esset vendendum, & pretium integrum solvendum foret creditoribus cum assensu, nec Regiæ Curiæ superesset aliquid, nisi prætensio novæ adhoæ taxationis, Regia Camera sciens, quod si præstaretur assensus alienationi, quam faceret feudatarius, non sequeretur devolutio per illius mortem; atque ità omninò deficeret prætensio adhoæ de novo taxandæ, introduxit stylum novissimis temporibus, ut antequam concedatur assensus: fiat transactio cum Regia Curia de omni eo, quod posset Fiscus prætendere pro nova adohæ taxatione in casu devolutionis, ac post perfectam transactionem eadem Regia Camera consultationem dat Regi, ut assensum præstet, in qua transactione habetur etiam ratio istius juris dubii, an propter clausulam in investituris apponi solitam *ad vendendum, alienandum, & disponendum cum nostro assensu* teneatur Rex assentire feudatario, qui carens successore vult allegare, quod est satis controversum, ut patet ex *Reverter. decis.* 264.
30 & fortasse opinio affirmativa est verior, & communior, ut nequeat censeri subreptitius assensus impetratus ab eo, qui tacuit, se non habere successores: ex pluribus decisionibus, quas referunt *Jo: Baptista Thoro comp. dec. Regni par. 1. verbo, Assensus an valeat, nec dicatur, &c. Reg. de Ponte in conf. 2. num. 60. vol. 1.* ubi adducit rationem, ob quam in causa Hieronymi de Sangro Regium Collaterale Consilium, & Regia Camera censuerunt, esse consulendam S. C. M. de qua causa etiam agit *Reg. Reverter. in dec.* 264. optimè idem *Reg. de Ponte in cons. 42. num. 15. vol. 2 post Camerar. in cap. Imperialem carta 30. lit. I. & carta 47. lit. B. & Paul. de Castro in cons. 329. num. 3. vol. 2. Laratha theatr. feudal. par. 8. dilucidat. 66. tom. 1.* Cæterùm cùm Rex ex certa scientia, ac speciali gratia consentit alienationi, & dispositioni, quæ fit à feudatario carente legitimis successoribus; tunc quia ob mortem alienantis non fit locus devolutioni, juxtà doctrinam *And.* communiter receptam in *cap. 1. num. 6. & 8. qui successores teneantur*, nunquam fuit prætensum: nec somniatum, quod feudum de novo taxari possit.
Hùc accedit, quod cùm feudatarius carens legitimo successore relinquit in testamento feudum extraneo cum Regis assensu; Regia Curia solet
31 exigere relevium ab extraneo successore ob mortem prædecessoris feudatarii: juxtà stylum Regiæ Cameræ, de quo testatur *Afflict. in decis. 248. num. 8. & 9.* ubi agit de legato feudi relicto sorori à fratre cum Regis assensu, quæ soror erat incapax successionis feudi juris Longobardorum: tanquam maritata, & dotata à fratre; ita ut ob mortem feudatarii non habentis filios, feudum fuisset aperiendum Regiæ Curiæ; & quamvis *Afflict.* putet, feudum esse novum in persona sororis; nihilominus refert, sororem solvisse relevium ob mortem fratris juxtà Regię Cameræ stylum. Ex hac solutione relevii necessariò inferuntur duo: Alterum quod qualitas feudi novi non infert extinctionem prioris investituræ, quia relevium solvitur à successore, ut ei confirmetur vetus investitura, quam defunctus feudatarius habebat, *Loffred. in §. sed & res col. 3. in fine, post versic. sed circa hanc &c. per quos fiat investitura, Franch. in decis. 121. n. 7. Anell. Amatus cons. 14. num. 5.* Alterum, quod assensus super legato feudi collato in tempus, quo feudatarius disponens non habet successores, non judicatur sicut si principalis investitura, ac feudi nova concessio facta fuisset legatario à Rege assentiente; Id enim est incompatibile cum solutione relevii, quia relevium non solvitur pro prima investitura, quando feudum de novo conceditur, *Andr. in cap. 1. §. similiter num. 4. vers. illud relevium, &c. de capitulis Corradi, Loffred. in cons. 15. n. 15. Petr. Gregor. de concess. feudi p. 8. quæst. 16. num. 4.*

CAP. SECUNDUM.

Feuda in persona D. Caroli non nova, sed vetera censenda esse.

Veniamus modò ad secundum caput: nempè quod in persona D. Caroli feuda ista non nova, sed vetera censenda sint, utpotè quæ ex speciali gratia à Rege concessa potuerit Jo: Bap-
32 tista Tocco transferre in D. Carolum titulo hereditario, ac jure successionis. Ut hinc pateat, nec opus nobis fuisse recurrere ad Regias Declarationes, quas retulimus supra, pro excludenda nova taxatione adhoæ. Porrò antiquis temporibus illud solùm fuit à Fiscalibus controversum: scilicet an feuda, quæ alienabantur, de novo taxanda essent: tanquam nova effecta in personis emptorum: vel acquirentium, & quæ videbantur retrotradi Regi, ac brevi manu à Rege de novo concedi extraneis: prioribus investituris intercisis, ac resolutis. Cæterum feuda, quæ titulo hereditario; vel successionis alicui deferebantur, nunquam fuit attentatum, quod de novo taxari deberent: Imò concedebant Fiscales, quod in personis hæredum remanerent feuda cum antiquo servitio, ex vulgari illo axiomate

Digitized by Google

mate *feuda vetera serviant, ut consueverant*, quod *And.* tradidit in *cap. Imperialem §. firmiter col.2.de probib.feud.alienat.per Frider.*& notavit *Ioan.Vinc.de Anna in cap.* 1. *de vassal. decrep.ætatis,num.* 155. Quod & patet ex verbis ejusdem Regiæ declarationis, *Nulla sit differentia in æstimatione adhoæ inter venditionem, seu aliam alienationem,& successionem,sed idem jus servetur, & eadem æstimatio fiat in adhoa in casu prædictæ venditionis, seu alienationis, quæ servatur, & fit in successione*. Implicat enim in terminis, quod tu habeas feudum uti hæres Titii, & quod illud habeas à Rege, tanquàm tibi de novo concessum: resoluta, & extincta priori investitura; undè quandò dominium continuatur à defuncto in hæredem, non potest esse locus novæ adhoæ taxationi, quia continuatur eodem modo, quo defunctus habebat, & sic cum antiquo servitio. Idque tanquàm certum, & induhitatum luculenter tradit *Marin.Freccia de subfeud.lib.2.de auctor.Baron.auctor.5. n.* 20 *in fine*. Atqui Joannes Baptista Tocco non habens successorem in feudo Montis Miletti cum sub anno 1608. supplicasset S.C.M. ut in dicto
33 feudo Montis Miletti,& in feudo Montis Aperti, quod empturus erat à Marco Antonio Capano, ipsi liceret nominare suum hæredem unum ex familia de Tocco, etiam in gradu non successibili, ac in illum de dictis feudis sivè inter vivos, sivè in actibus ultimæ voluntatis disponere: obtinuit à Rege gratiam, & assensum: etiam per modum ampliationis, extensionis, & prorogationis,his verbis.

*Tenore igitur præsentium ex certa nostra scientia, Regiaque autoritate nostra deliberatè, & consultò, ac ex gratia speciali, maturaque Sacri nostri Supremi Consilii accedente deliberatione, prædicto Joanni Baptistæ de Tocco Principi Montis Miletti facultatem concedimus, & elargimur,ut casu quo ipse sine liberis, seù successore legitimo decesserit, seù obierit, dictam suam Terram, & statum Montis Miletti cum titulo Principatus in unum de familia sua de Tocco Refrancorum quamvis non sit in gradu successibili, tam donatione inter vivos, quàm in articulo mortis, & in ultima voluntate transferre valeat, ac item de dicto titulo Comitatus, quo dicta Terra hactenus decorata extitit in Terram Montis Aperti ab ipso emendam translato, possit, & valeat similitèr disponere, modo quo supra in favorem alterius de dicta familia de Tocco Refrancorum, quem ipse voluerit; ità quidem, ut post obitum, & nominationem, cessionem, & ampliationem per dictum Principem Joannem Baptistam de dictis terris, & titulis in unum de dicta familia sua de Tocco, ut præfertur, faciendam: naturalis, & civilis possessio eorum sit,& esse debeat in eundem hæredem, pro se suisque hæredibus, & successoribus in perpetuum, & in feudum translata, liceatque ipsi, sicut præfertur nominando ad solam præsentium ostensionem dictam terram, & statum ingredi cum eisdem juribus, antelationibus, & prærogativis, ac eo modo, & forma, quibus dictus Princeps Joannes Baptista de Tocco, eamdem terram, & statum tenet, & possidet, & naturalem, & civilem possessionem præsentium auctoritate in ipsum translatam continuare, apprehendere, & sibi tueri facere nullo alio à nobis, seù successoribus nostris, vel à nostra ipsorumve Prorege dicti Citerioris Siciliæ Regni requisito, seù expectato mandato, & licentia, quod mandatum, & licentiam ex nunc pro tunc, & contrà damus, concedimus, & impartimur; investientes propterea dictum Principem Joannem Baptistam de Tocco, & præfatum hæredem per ipsum nominandum de hujusmodi gratia, & concessione per præsentium expeditionem, ut moris est, quam investituram, vim, robur, & efficaciam veræ, realis, & corporalis possessionis,& effectualis assecutionis ipsius volumus, & decernimus obtinere: declarantes expressè, quod præsens nostra ampliatio, propagatio, & extensio sit, & esse debeat dicto hæredi, nominando pro se, suisque heredibus, & successoribus in perpetuum, & in feudum stabilis, realis, valida, atque firma, juxtà formam bonorum feudalium successionis prædicti Regni Neapolitani, & non aliter, nec alio modo, nullumque in judiciis, aut extra sentiat impugnationis objectum fol.*19. *&* 20. *proc. currenti.*

Ex his verbis, & clausulis manifestè patet,mentem Regis non fuisse facere novam investituram, sed veterem prorogare, nè extingueretur;vetus enim concessio, quæ fuisset extinguenda, per prorogationem durat, & crescit; ut loquitur *Paul.de Castr.in cons.* 389.*per tot.vol.*1. ubi demonstrat: aliud esse, aliquid de novo fieri:aliud, quod factum est crescere, vel extendi, exemplo hominis, qui cum parvulus nascatur, & quotidiè crescat, non diversificatur,sed usque ad centum annos, & dum vivit, idem homo est. Feu-
34 dum enim est simile homini, dum nascitur, crescit, moritur, atque ita dùm possidetur, semper vivit: cum præexistat in suo esse, ac prorogatur illius vita, dum jure permittente: scilicet cum consensu Domini fit dispositio, ut eleganter dicebat *Reg.de Ponte in lectionibus feudal.lect.*21. *num.*5. Sanè tunc dicitur quid novum, cum primum totaliter extinctum est, & reviviscit: juxtà tradita per *And.in cap.*1.*num.*1.*de vassall.decrep.ætatis*. Cum ergò prior investitura non esset extincta tempore, quo accessit prorogatio, ideò adhuc durat eadem cum omnibus suis qualitatibus, quamvis sit aucta, & extensa, quia ampliatio novum quid non facit; & additamentum judicatur non per se, sed secundum illud, cui accedit, ac sequitur naturam sui principalis; quarè perindè est, ac si in prima investitura fuisset à principio posita, & comprehensa persona D. Caroli Tocco conjuncta, & continuata cum

prædecessoribus feudatariis, nullo medio interveniente; Idque etiam important verba illa privilegio adiecta, *eo modo*, *& forma*, *& cum eisdem juribus continuare*, *&c. juxtà formam bonorum feudalium successionis*, *&c.* prout hæc omnia satis benè probat *Paul.de Castr. in d.cõs. 389.per tot.vol.1.Reg.de Ponte in cons.131.num. 103.& 104. vol.2.Ruin.in cons.168.n.5.vol.1.* qui agens de investitura prorogata à Domino, tempore quo nondum erat extincta, sed jam de proximo fuisset extinguenda: manifestè probat, non novam judicari debere; sed remanere eandem veterem cum omnibus suis qualitatibus, ex *l.sed si manente ff.de precario, & l.4.in princip.ff.de damno infecto*, quia prorogatio, vel additamentum sequitur naturam sui principalis,
35 ut diximus suprà. Qua ratione cum Rex concedit feudatario aliam rem in augmentum feudi, hæc res tanquàm additamentum sequitur naturam feudi, cui accedit, ac proindè non est de novo taxanda, sed remanet cum antiquo servitio debito ex feudo, cui additur: ut docet *Andr.in cap.1.§. de manso nu. 19. de controvers. investituræ, Jo:And.de Georg.alleg.4.nu.2.& 3.* post *Liparul.& Anton. Capyc.* quos allegat.

Cum ergò voluerit Rex, ut D.Carolus Tocco nominatus à D. Joanne Baptista Tocco potuisset habere feuda uti hæres illius, ac titulo successionis: veluti persona addita priori investituræ, sequitur necessariò, ut in persona D.Caroli feuda hæc non nova, sed vetera censenda sint, qualia sunt omnia feuda, quæ successione deferuntur *cap. 1. §. successione tit.de feudi cognit.* ubi *And.* id notat, *Glosa Marini de Caramanico in Constit.Regni, Ut de successionibus, in verbo, vel quolibet titulo*: ubi latè tradit, quod ut feudum
36 sit propriè novum in persona alicujus, requiritur, quod illi proveniat feudum jure suo: idest opera, & diligentia sua, & ex suo contractu; secus si obveniat ex persona alterius: jure scillcèt hæreditario; tunc enim feudum non novum, sed antiquum censeri debet. Et quamvis feudum antiquum paternum dlcatur illud, quod fuit parentis agnationis communis; respectu tam succedentis, quàm ejus, cui succeditur *cap.1.de natura success.feud.Andr.de vassall.descrepitę ætatis, in principio*, nihilominùs id intelligendum est; inspecta recta natura feudorum; sivè cùm successio fit ordinario modo, quo descendentes à primo acquirente succedunt, & hoc respectu vetus feudum dicitur paternum, *cap.1.de natura success.feud.* Cæterum si Dominus fecit gratiam, quod extraneus, idest non descendens à primo acquirente succedat in feudo, vel si ab initio constituti feudi sit sibl præscripta talis natura, tunc in persona hujus extranei non descendentis à primo acquirente feudum ei delatum ex successione, non novum, sed vetus est judicandum, ut docet *And. in tit.de feud. cognitione sub num.5.* cujus dicta declarat *Horat.Montan. de regalibus §.fin.n. 21.fol. 348.* his verbis: *Nihilominùs Andr.in tit.de feud. cognit.sub nu.5. exponens verba tex. successione acquiritur feudum: dicit, quando est extraneus hæres, puta, erant cohæredes, & feudum antiquum. Hæc positio Andr. stare non potest juxtà rectam naturam feudi, dùm dicit, quando est extraneus hæres: nisi subintelligatur, quod dominus fecit gratiam, quod extraneus, idest non descendens à primo acquirente succedat: vel quod ab initio feudi constituti sit sibi præscripta talis natura, & in hac successione extranei Andr. admittit, dari feudum antiquum, ergò feudum antiquum datur nedùm inter descendentes à primo acquirente, ut in d.§. his verò, sed etiam inter extraneos successores admissos ex gratia, vel quia sic erat feudi natura: scilicet quod alter alteri succedat, ut in cap.1.de benef.fratr.& cap.1.de fratr.de nov.benef.invest.* Quæ conclusio ab omnibus recepta est, ut constat ex *Rosenthal.de feud.par.1.cap.2. conclus.12.n.1. Reg.Rovit.decis.94.à n.26.usque ad 98. Reg.de Ponte cons.131.n.108.vol.2.* egregiè *Struvius syntagm.jur.feudal.cap.3. aphor.2. num.3.* his verbls: *Quæri autem solet 1.utrum vetus, an novum feudum dicendum sit, quod ex conditione alicui concessum, ut eo mortuo sine hæredibus, ad collaterales, veluti fratrem ejusvè liberos transeat, cujusmodi pactum aliquando investituris adiici constat ex Jur.feud.lib. 1.tit.1. §.cum verò Conradus 14.§.si duo fratres lib.2.tit. 18. Novum dici non potest, cum non capiat initium ab ipso fratre, ejusque filio fratri succedente, sed beneficio primi acquirentis: fratris scilicet defuncti acquiratur. Rectè verò dicitur vetus, quià vetus feudum est; quod per successionem defertur: Successio verò illa vel fit ordinario modo, quo descendentes à primo acquirente succedunt, quo respectu feudum vetus dicitur paternum, Juris feudal.lib.2. tit. 5. vel extraordinario modo ex singulari pacto, quo frater fratri, qui primum acquisivit, succedit. d. lib. 2. tit. 14.in fine, verbo unus alii succedat per pactum: Cujusmodi feudum vetus, ut in specie à paterno distinguatur, Joh. Thom.de Marinis vocat fraternum d.feud.tom. 12. Rosenthal. collaterale d. cap.2.concl.12. Et Bocerus extraneum tr.d.feud. distrib.c.5.n.85. limitat tamen hanc sententiam Rosenth.d.l.in fin.eumque sequens Henric. Zoesius d.jur.feud.c.2.n.9.nisi ipse frater alter una acquisiverit ea conditione, ut fratre sine hærede defuncto ad se pertineret: tunc enim cum jure sui contractus id consequatur, in ejus persona novum censebitur feudum Add.lib.1. Juris feudal.tit.20.Joh.Thom.de Marin.d.l.n. 12.13.14. 15.16.*

Neque huic conclusioni Fiscus objiciat ea, quæ tradit *Amicangelus d.q.5.nu.26.* nempè, cum mutatur qualitas feudalis, purà si feudum juris
37 Francorum, quo primogenitus succedit, ex novo pacto mutatur, ut omnes filii recipiantur; pu-

tat

Digitized by Google

tat *Amicangelus* feudum quoad istos filios successores novum censeri debere; Porrò *Amicangel.* loquitur, quando hæc mutatio facta est cum filiis, ex nova concessione ipsis facta à Domino, atque ita etiam intelligitur *Zasius*, quem allegat, *de feud.par.3. nu. 4.* ut advertit *Rosenthal.de feud.cap.2.conclus.25.* Cæterum si mutatio facta fuisset cum prædecessore feudatario: putà si pater habens feudum antiquum masculinum, carens liberis masculis, à Domino impetrat, ut ad fæminas transeat, quamvis feudum, quoad qualitatem fæmineam sit novum in persona patris, quia ipse pater illam qualitatem acquisivit: nihilominus respectu filiarum, quę patri in feudo succedunt, feudum rectè dicitur antiquum paternum, ut ex communi omnium sensu tradit *Rosenthal.de feud.cap.2.conclus.25.* optimè *Camerar.in cap. 1. de natur.success.feud. lect.33.n.28.* his verbis: *ex quo habes, quod si feudum esset in primo pro masculis tantum, & postea alteraretur in personam unius masculi etiam pro suis fæminis; quia ista alteratio fuit in persona patris, judicabitur in persona filiæ, uti paternum, quia doctrinæ istę intelliguntur, quando ipsa fæmina investitur, quod nota per tex. in d.cap.1. de eo, qui sibi, & hæredibus suis, ubi omnes alii capiunt feudum, ut paternum, licet antiquum, ex quo pro fæminis illud capit, licet alia fæmina postea successerit.* Si verò *Amicangelus* aliter intelligeretur, preterquàm quod cum *Camerario, & Rosenthalio* juris feudalis magistris non esset comparandus, qui caret propria, & aliena auctoritate: præter eam, quam illi præstitit Dominus Fisci Patronus, adducendo librum ejus in aulam; loqueretur ipse *Amicangelus* contra manifestas regulas, & principia feudalia; siquidem feudum novum personam acquirentis non egreditur; statim enim quod transit per successionem, non amplius dicitur novum, sed antiquum, undè
38 cum pater qualitatem illam acquisivit, & sic in persona ejus qualitas erat nova, certè nova illa qualitas personam ipsius non egreditur, ut *Rosenthalius, & Camerar.* ratiocinātur; optimè *glos. Marini de Caramanico in constit.Regni, ut de successionibus, in verbo ex quolibet titulo*, his verbis: *tandiù ergo dicitur feudum novum quandiù non transit, nam statim desinit esse novum, & incipit esse antiquum, &c.* Illud verò animadvertendum est, quod cum mysterio *Rosenthal. & Camerar.* dixerunt tale feudum in personis fæminarum esse antiquum paternum, quià pater masculis carens impetravit à Domino illam qualitatem, ut ad fæminas transiret; nam si collateralis, vel alius prædecessor id impetrasset, tale feudum non diceretur antiquum paternum, sed simpliciter antiquum; hoc enim respectu feudum antiquum, & paternum distinguuntur, ut ex *And.Horat.Montan.Reg. Rovit.* eodemque *Rosenthalio, & Struvio*, diximus suprà.

Similiter non refragantur ea, quæ fuerunt disputata in causa D.Celidoniæ Pappacoda cum Regio Fisco circa devolutionem feudi Massafræ; quod
39 cum acquisivisset primus D. Artusius Pappacoda emptionis titulo: moriens deindè sine liberis masculis, sed cum una tantùm nepte ex filia prædefuncta, instituit hæredem in feudo D.Antonium suum fratrem utrinque conjunctum, excludendo fœminam proximè successuram ex facultate concessa per gratiam redactam *in Prag. 33.de feudis*, cumque D. Antonius, qui in feudo successit, obiisset absque descendentibus: superstite D. Celidonia amita; contendebat amita succedere in feudo: tamquam antiquo in persona D. Antonii, & pro Fisco contra amitam respondit *Reg.Galeota resp.fiscal.3.4.& 5.* ubi conatur probare, feudum fuisse novum in persona D. Antonii, qui successit fratri primo acquirenti: tanquam institutus ab eo vigore præfatę gratiæ, ac proindè amitam, quæ non descendebat à primo acquirente, minimè posse succedere, ex *Afflict.in dec.248.* (qui tamen loquitur de feudo translato cum Regio assensu in aliam personam non titulo hæreditario, sed ex legato, ut diximus supra) *Marta de success.legali p.3.qu.3. art.2.n.16.Surdo in cons.353.n.10.Cyriac. controv.4.n.27.* Verum (ut diximus) non refragantur, quia *Reg.Galeota*, & DD. ab eo allegati censent feudum esse novum respectivè ad amitam illius, qui ex gratia successit; quamvis enim feudum in persona admissa ad successionem ex gratia Principis censetur antiquum, nihilominus respectu alterius Collateralis non descendentis à primo acquirente; qui vellet succedere per mortem possessoris admissi ex gratia, feudum non dicitur antiquum, sed nouum, ut succedere nequeat, tanquam non descendens à primo feudi acquisitore, ut declarat *Reg.Rovit.* qui in eadem causa edidit *decisionem 94.à n.26.& nu. 36.* concludit his verbis: *Qua de re D. Celidonia, quæ non est de linea descendenti D. Artusi primò acquirentis, sed de linea collaterali tantum, videtur quod nullo modo possit succedere in hoc feudo, quantumvis antiquo in persona D. Antonii ultimi possessoris defuncti*, qui & *n. 28.* declarando doctrinam *Bald.in cap.1.in princip. si de feudo defuncti militis* rectissimè tradit, quod cum feudum transit ad novam personam, vel ad novam lineam, quamvis ob novitatem personæ, & lineæ feudum dicatur nouum, non tamen ex illo transitu perdit qualitatem antiqui feudi.

Quæ omnia confirmantur auctoritate rei judicatæ per Regiam Cameram apud *Reg.Reverter.in d.decis.562.* (qua nitebatur hujus causæ prædecessor Advocatus, doctissimus, & insignis Jure-
40 consultus Dominus Flavius Gurgus collega, & amicus noster.) Porrò in specie illius decisionis præsupponitur, D. Alphonsum Caracciolum Comitem Burgentiæ, qui carebat filiis, instituisse hæredem in duobus ejus oppidis, nempè

Digitized by Google

Valvani, & Recigliani D. Jacobum suum nepotem ex fratre cum regio assensu (quià eo tempore nepotes ex fratre nondum erant admissi ad successionem feudorum primi acquirentis) Fiscus ob lineam feudatarii finitam, possessionem dictorum feudorum cœpit vigore *cap. ex præsumptuosa*; & contendente D. Jacobo, dispositionem de feudis in sui beneficium validam esse, utpotè Regio assensu vallatam; tandèm prodiit sententia pro Regio Fisco, licèt contra justitiam, ut exclamat *Reg. Reverter.* qui una cum Dominis Cicco Loffredo, & D. Hieronymo Albertino fuerunt in voto contrario; cumque D. Jacobus à sententia reclamasset, tandèm inter eum, & Regium Fiscum fuit inita transactio, per quam solvit D. Jacobus Regiæ Curiæ du. 12. m. & habuit feuda; in quorum possessione cum existeret, Regius Fiscus institit de novo illa taxari: tanquam feuda nova, vel ex eo maximè, quod cum fuissent declarata devoluta ad Regiam Curiam, posteà ex nova causa: scilicèt ex titulo transactionis cum Regia Curia, D. Jacobus feuda acquisiverit; At per Regiam Cameram, nemine ex Dominis Præsidentibus dissentiente, fuit judicatum contra Fiscum: nempè non esse locum novæ adhoæ taxationi, quià ex clausula, *feudi natura in aliquo non mutata*, apposita in transactione videbantur tradita feuda Jacobo: prout ad eum spectabant titulo hæreditario, & successionis, & sic uti antiqua, non nova, quamvis in persona Comitis Burgentiæ certum esset, feuda illa fuisse nova: non antiqua, nam aliàs nepos ex fratre ab intestato successurus fuisset, ut advertit *D. de Marin. in observ. ad dictam decis.* 562. Et sic habitum fuit pro indubitato, feu-
41 da translata in extraneum titulo hæreditario ex dispositione feudatarii carentis legitimo successore: Regio assensu vallata; in illius persona censenda esse non nova, sed vetera, ac proinde non posse de novo taxari; solum enim in illam speciem incidit dubium ex eo, quod cum fuissent feuda declarata devoluta per sententiam, à qua pendebat reclamatio; titulo transactionis Jacobus videretur habuisse feuda, ut patet ex *Reverter. in dicta decis.* 562.

Denique obstat Regio Fisco certa interpretatio ab immemorabili tempore pro feudatariis servata; Porrò per gratias huic Regno concessas diversis temporibus fuerunt habilitatæ, vel certæ personæ, vel gradus, qui anteà erant in feudis insuccessibiles; & sic per additiones qualitatum, & personarum, fuerunt investituræ feudorum alteratæ. Et primò ex gratia concessa ab Imperatore Carolo Quinto fuit admissus fra-
42 ter patruelis masculus ex masculo descendens à primo Domino, & stipite feudi, ut ex *Pragm.* 11. *de feudis*: Deindè sub anno 1570. non obstante communi forma investiturarum, cum clausula *pro se, & hæredibus ex corpore*, fuerunt habilitati fratres ejus, qui cum non haberet filios, emeret feuda nedùm à Regia Curia, ut anteà fuerat concessum, sed etiam à particularibus, cum expressa tamen conditione, *dummodò tempore emptionis careat liberis*, ut ex *Pragm.* 18. Et sub anno 1586. fuerunt habilitati fratres, & sorores emptoris, & nepotes ex eis, sive tempore acquisitionis emptor haberet filios, sivè non haberet, ut ex *Prag. 25. de feudis*. Demùm sub anno 1589. fuerunt admissi, etiam fratres, & sorores consanguinei, ac uterini, ac nepotes ex eis, ut ex *Pragm. 29. de feudis*. Et ex novissimis gratiis fuit habilitatus totus quartus gradus collateralium, descendentium tamen à primo acquirente absque distinctione sexus, & lineæ, ut ex *Pragm. 34. de feudis*, ac etiam fuit extensa successio ad personas quinti gradus, masculini tamen sexus, & generis; ex alia gratia, quę non est impressa, sed servatur in Regestis Regiæ Cancellariæ hujus Regni, & in archivo hujus fidelissimæ Civitatis Neapolis. Et tamen feuda, quæ his personis ex gratia admissis obvenerunt, sivè ex successione, sivè ex refutatione, fuerunt
43 judicata semper non uti de novo quæsita, sed uti vetera in eisdem personis, quæ fuerunt descriptæ in cedulario cum antiquo servitio, seù veteri adhoa: Imò Regia Curia à successoribus admissis ex gratia exegit relevium, quod non potuisset exigere, si in illis fuissent reputata feuda: uti de novo quæsita, sivè ex nova concessione; ut benè advertit *Mariu. Frecc. de subfeud. lib. 2. auth. 5. n. 20. circa finem.* Unde minimè mutanda sunt ea, quæ certam habuerunt interpretationem *l. minimè ff. de legibus*; præsertim in hac materia feudalis servitii, sivè adhoæ. *And. in §. similiter in fine; antè additionem, de capitaneo, qui cur. vendidit, Cumia in cap. si aliquem, verbo, consueti servitii n.* 91. *Jo. And. de Georgio allegat. 4. n. 15. vers. Quinto adduco, &c.*

Sed res est evidentissima in nostro casu, ubi persona D. Caroli fuit admissa ad successionem per modum ampliationis, prorogationis, extensio-
44 nis, & continuationis, juxtà formam successionis bonorum feudalium Regni Neapolitani; quibus in terminis non invenimus Doctorem, qui somniaverit dicere, feudum in persona admissa censeri, uti de novo concessum extincta priori, & vetere investitura: Id enim repugnaret ex diametro verbis prorogationis, continuationis, & formæ successionis bonorũ feudalium, ut demonstravimus supra. Accedat clausula; *cum eisdem juribus, antestationibus, & prærogativis, & eo modo, & forma, quibus Princeps Jo. Baptista tenet, & possidet, &c.* quæ verba æquipollent clausulæ, *jure antiqui feudi. Jo. Ant. Bellon. consf.* 9. *n.* 16. *&* 17. nec dissentit, ubi sunt hæc verba ita ampla, *Rosenthala de feudis cap. 2. conclus. 22. in Glos. litt. B.*

Insuper ex gratiis, quas Joannes Baptista Tocco obtinuit post primam expeditam sub anno 1608.
45 superius à nobis relatam, videtur expresse fuisse de-

se declaratum, quod feuda Montis Miletti, & Montis Aperti intelligerentur translata in D. Carolum, non uti nova, sed vetera, ac jure antiqui feudi. Etenim Joannes Baptista cum post priorem gratiam emisset feudum Montis-Aperti à Marco Antonio Capano, ex facultate, quam habebat vigore prioris gratiæ, nominavit D. Carolum Tocco suum hæredem, & successorem in feudo Montis aperti, ac in uno, eodemque instrumento celebrato sub anno 1613. donavit, & refutavit oppidum Montis aperti cum ejus titulo Comitatus purè, & simpliciter ipsi D. Carolo tanquam proximo, & immediato successori, ac jure feudi antiqui, quià per nominationem præfatus D. Carolus jam effectus erat proximus, & immediatus Joannis Baptistæ successor, ut patet ex dicto instrumento nominationis, & refutationis *fol. 98. lit. A. process. antiquo*. Rursus per aliud instrumentum celebratum sub anno 1614. præfatus Joannes Baptista nominavit suum hæredem, & successorem eundem D. Carolum in feudo Montis Miletti, eodemque instrumento contemplatione matrimonii inter D. Carolum, & D. Ippolitam Caracciolam ipse Joannes Baptista ex nunc pro tunc secuta ejus morte donavit, & refutavit oppidum Montis Miletti cum suo titulo Principatus eidem D. Carolo jure feudi antiqui *fol. 31. in fine, & at. & fol. 32. at. lit. A. proc. antiquo.*

Demum sub anno 1616. præfatus Joannes Baptista in supplici libello porrecto S.C.M. narrans
46 hæc omnia, scilicèt prædictas nominationes, refutationes, & donationes in beneficium D. Caroli factas jure feudi antiqui vigore gratiæ, & assensus impetrati anno 1608. ac exhibendo instrumenta continentia totum tenorem illarum, *fol. 29. lit. D. & fol. 29. at. lit. A. process. curr.* supplicavit Regi, ut dignaretur confirmare prædictas nominationes, donationes, ac refutationes factas in beneficium D. Caroli jure antiqui feudi, vigore prioris gratiæ, & quatenus opus esset denuò dictam gratiam concedere, *fol. 29. at. process. currenti*. Rex autem confirmavit, & quatenus opus est de novo concessit, juxtà formam prioris gratiæ, & non aliter, & juxtà formam nominationis, & donationis factæ per Joannem Baptistam omnia, & singula in ea contenta, & declarata, *fol. 30. lit. D. & at. & fol. 31. & fol. 32. lit. D. process. currenti.*

At cum ex verbis hujus gratiæ posterioris relativis ad priorem gratiam cum illa clausula taxati-
47 va, *& non aliter*, non videretur fuisse apertissimè expressum, quod feuda translata in D. Carolum censerentur jure antiqui feudi; sed totum id dependere ex juris dispositione resultante ex priori gratia; propterea denuò Joannes Baptista, & Carolus cum intenderent confirmari à S. C.M. perpetuum majoratum in dictis feudis, cum vocatione masculorum de familia de Tocco descendentium ex D. Carolo etiam remotiorum, & in gradu insuccessibili, dummodò ultimus possessor haberet legitimos successores in feudis, & quo casu deficeret linea masculina D. Caroli, licitum fuisset Joanni Baptistæ disponere in alios masculos de familia; qua dispositione non facta, succederet agnatus proximior; cum expresso pacto, quod D. Carolus, & ejus descendentes masculi habeant dicta feuda, & ad illos perveniant non uti nova, sed uti antiqua, & jure antiqui feudi; quem majoratum instituerunt D. Ioannes Baptista, & D. Carolus in præfato instrumento donationis contemplatione matrimonii celebrati sub anno 1614. cum reservatione assensus, & confirmationis S. C. Majestatis, & quo casu assensus non impetraretur, voluerunt expresè, quod non intelligeretur institutus dictus majoratus, sed remaneret firma nominatio, donatio, & refutatio dictorum feudorum vigore prioris gratiæ; supplicaverunt S. C. M. ut dignaretur impartiri ejus regale beneplacitum, & assensum super capitulis dicti majoratus, & super omnibus contentis in dicto instrumento donationis, adijcientes precibus totum tenorem præfatorum capitulorum majoratus, cum expresso pacto, quod D. Carolus, & ejus descendentes masculi habeant dicta feuda, & ad illos perveniant non uti nova, sed antiqua, ac jure antiqui feudi, & quod primogeniti masculi descendentes ex dicto D. Carolo, succedant in dictis feudis uti vocati à prædicto Ioanne Baptista ad illorum successionem, *fol. 36. à ter. lit. A. usque ad fol. 37. & fol. 39. lit. A. proc. curr.* Rex autem concessit assensum super majoratui, vinculationi, dispositioni, ac omnibus prædictis, & aliis contentis in dicto instrumento donationis, cum clausula, *quorum tenor habeatur pro inserto, & quoad expressa tantùm*, derogans præcedentibus assensibus, & gratiis, quatenus huic novæ,
48 & postremæ gratiæ contradicerent, *fol. 39. à t. circa finem, & fol. 40.* his verbis: *Tenore igitur præsentium ex certa scientia, Regiaque authoritate nostra deliberatè, & consultò, ac ex gratia speciali, maturaque Sacri nostri Supremi Consilii accedente deliberatione jam institutioni, dispositioni, & vinculationi bonorum prædictorum feudalium factæ, seù faciendæ per dictum Principem Ioannem Baptistam de Tocco in favorem prædicti D. Caroli, & filiorum suorum masculorum primogenitorum, & omnibus prædictis, & aliis pactis, precariis, & constitutis appositis, & apponendis in cautelis, & instrumentis desuper confectis, seu conficiendis, quorum tenorem hic haberi volumus pro inserto quoad expressa tantum, dum tamen ritè, rectèque processerint, partesque tanguntur, veris quidem existentibus prænarratis, non obstante, quod super bonis feudalibus, etiam titulatis, & magni momenti processum, seu procedendum sit, dummodò non fiat divisio vassallorum, & jurisdictionis bonorum prædictorum feudalium, nec in aliquo natura eorum*

rum mutetur, & quoad eos, qui successorem habent in feudis, non obstante alio quocumque assensu à nobis in contrarium impetrato, seu impetrando assentimus, & consentimus, nostrumque præstamus beneplacitum pariter, & assensum, ac decretum interponimus, quæ omnia sint, & esse debeant prædictis Principi Joanni Baptistæ, & Carolo de Tocco, eorumque hæredibus, & successoribus ex corpore legitimè descendentibus, secundum tamen constitutiones, & jura dicti nostri citerioris Siciliæ Regni, stabilia, realia, valida, atque firma, in reliquis tamèn quoad successionem firmis remonentibus constitutionibus, capitulis, pragmaticis, necnon gratiis Regno concessis in parlamentis ad petitionem, & instantiam prædicti Regni, nullumque in Judiciis, aut extra sentiant impugnationis objectum, defectus incommodum, aut noxæ cujuslibet alterius detrimentum, sed in suo semper robore, & firmitate persistant, fidelitate tamèn nostra, feudali quoque servitio, seu adhoa, nostrisque aliis, & alterius cujusvis Juribus semper salvis, &c.

Undè nil est, quod possit dubitari, quin Rex expressè confirmaverit, & concesserit, quod feu-
49 da translata in D. Carolum censerentur jure antiqui feudi; juxtà notissimam regulam in concedeodis gratiis passim servatam, quam tradit *Camerarius in cap. Imperialem fol. 45. lit.* O. his verbis: *Unum tamen è mente tua non decidat, nempè ut licèt Princeps in specie non respondeat, nisi quibusdam, si tamèn in fine adest clausula confirmans omnia, & singula enarrata, & in verbis præfationis adest expresso petitio partis, ut per hanc clausulam præter concesso per Principem, reliqua suppleantur, ut videatur omnia concessisse, videte Alex. cons. 17. in 4. vol. post dicta Bart. & aliorum, quos ibidem citat*, sequitur *Liparul. ad Andr. in cap. 1. qui success. teneantur n. 7. verb. quia taxavit, & limitavit, Reg. Rovit. in decis. 32. num. 3.* Accedit clausula illa; *Quorum*
50 *tenor habeatur pro inserto*; per quam olim secundum formam antiquam dicebantur concessa, & confirmata omnia, & singula contenta in instrumento, per relationem ad illud; At cum multoties eveniret: ut instrumenta, super quibus assensus præstabatur cum ea clausula, continerent pacta extranea, & nimis præjudicialia, ideò Inolevit stylus, ut apponeretur clausula
51 *quoad expressa tantum*, per quam relatio restringitur ad id solum, quod narratum, & expressum est Regi, *Marin. Freccia de subfeud. lib. 2. quæst. 15. per totam fol.* 199. *Reg. de Marin. ad Reverter. decis. 106. num. 1.* Quarè sub clausula, *Quo-*
52 *rum tenor habeatur pro inserto &c.* includitur pactum appositum in instrumento, quod feuda censeantur translata in D. Carolum non uti nova; sed jure antiqui feudi. Illud enim fuit expressum, & narratum Regi in memoriali; per hæc verba, *Pervenga al detto Conte D. Carlo, e suo figlio primogenito, e da primogenito in primogenito mascoli in perpetuum, & in feudo in natura però di feudi antichi, e non nuovi, conforme alli privilegii, e gratie, che n'apporeno, li quali primogeniti succedano ex eorum propria persona come chiamati dal detto Principe Gio. Baptista alla successione di quelli, e non come figli, e descendenti dal detto Conte fol. 36. à ter. litt. A. usque ad fol. 37. & fol. 39. litt. A. process. currenti.* Verba illa relativa ad privilegia, & gratias intelliguntur in aliis, quam in expressis; si fortasse privilegia, & gratiæ contradicerent ad evitandam repugnantiam, ut tradit *Reg. de Ponte cons. 15. num. 6. in fine, & num. 7. vol. 1.* Sed & eadem verba relativa, sicuti clausula, *teneat feudum juxtà for-*
53 *mam privilegiorum*, magis fundant naturam feudi antiqui: nam qui se refert ad priorem investituram non videtur novum constituere feudum; nec intelligitur resolvere, & extinguere primam investituram, sed confirmare, *Jo. And. de Georgio allegat. 4. num. 15. Petrus de Gregorio de concess. feudi p. 5. quæst. 3. num.* 11. ubi adducit decisionem de Marchionatu Heracliæ, *Intrigliol. de feud. cent. 1. quæst. 24. n. 29.*

Et ad excludendam novam adhoæ taxationem sufficeret sola illa clausula apposita, *feudi natura*
54 *in aliquo non mutata*, quæ etsi non referatur ad ea, quæ sunt expressa, & narrata Regi, ut probat *Lanarius consil. 13. num. 9. Freccia de subfeud. lib. 2. quæst. 12. num. 13. fol. mihi* 194. *Camill. de Medic. cons. 2. num. 49. & 50. Jo: Vinc. de Anna allegat. 41. à num. 23.* nihilominus ex illa clausula remanet firma prior feudi investitura, nec potest dici, quod sit extincta, & resoluta, atque ita manet in suo esse feudum, quale erat prius, & consequenter cum antiquo servitio, ut in terminis tradunt *Jo: And. de Georgio allegat. 4. num. 11. & nu. 15. Reg. Reverter.* qui ità per Regiam Cameram decisum refert in dicta *decis.* 562. ubi *D. de Marinis* alios adducit.

Denique habemus specialem observantiam, & interpretationem Regii Fisci, quod feuda ista in personam D. Caroli fuerint habita uti vetera, non veluti de novo concessa. Nam per mortem Jo: Baptistæ sub Anno 1631. Fiscus instituit contra D. Carolum pro solutione relevio-
55 rum, veluti hæredem, & successorem in dictis feudis, quæ releviorum petitio ex diametro repugnat novæ concessioni; Siquidem ex feudis de novo concessis non exigitur relevium, juxtà morem Regni, *Freccia de subfeud. lib. 2. de author. Baron. onctor. 5. nu. 20. circà finem.* Et hanc instantiam successivis temporibus prosecuti sunt Fisci Patroni etiam doctissimi, & diligentis-
56 simi, inter quos magni nominis vir ille Dominus Jo: Camillus Cacacius inspectis, & cognitis verbis gratiarum, ac Regiorum assensuum in actis productorum, contendente D. Carolo, non teneri ad relevia, quia in vita Jo: Baptistæ feuda ipsi obvenerunt, per anticipatam successionem; nempè per refutationes ei factas à Jo: Baptista

sin-

Digitized by Google

sincerè, & absque fraude cum assensu S. C. M.
absque clausula, *quod per mortem refutantis, vel
refutatarii ad electionem Regii Fisci exigatur
relevium*, ut ex allegationibus tunc editis mani-
festè patet: Itemque Regia Curia per 30. annos
antè novissimam litem motam exegit à D. Ca-
rolo veterem adhoam, prout illam prius exige-
bat à Jo: Baptista, undè præsumitur, sic fuisse
57 mentem concedentis assensum dispositionibus
dictorum feudorum, ut eo modo D. Carolus
serviset, sivè ut veterem adhoam solveret *And.
in §. similiter de capitaneo, qui Curiam vendidit
in fine, antè additionem, Camia in cap. si aliquem,
verbo, consueti servitii n. 91.* latè *Jo. And. de
Georgio allegat. 4. num.* 16. *&* 17. ubi etiam de-
monstrat; quod etsi hæc interpretatio, & obser-
vantia non valeat ad inducendam præscriptio-
nem contrà Regem absentem à Regno; nihilo-
minus efficacissima est ad declaranda privilegia
58 etiam si essent dubia, qualia non sunt in specie,
de qua agimus. Et ità indubitati juris esse cen-
semus, sub correctione, &c. Neap. die 8. Novem-
bris 1678.

Petrus Fuscus.

OBSERVATIO LVIII.

SUMMARIUM.

1 *Dohanæ Regiæ Tribunal, de quibus differen-
tiis cognoscat, per quot regatur, & de ejus di-
rictibus.*
2 *Vectigolia de Jure doganæ.*
3 *Jus plateæ, vel exactionis plateæ quid sit.*
4 *Jus fundaci comprehenditur nomine Doganæ.*
5 *Merces aliis datiis non sunt obligatæ ad jus
fundaci.*
6 *Res, quæ nunquam solverunt fundacum in ali-
quo loco, tenentur ad fundaci solutionem.*
7 *Doganæ sub nomine, continetur etiam jus no-
væ gabellæ.*
8 *Dogana sub suo generali nomine includit jus
salmarum, & alio nomine jus reficæ.*
9 *Jus etiam exituræ duplex exigitur in Dogana.*
10 *Doganæ sub nomine continetur jus ponderatu-
ræ, & mensuræ.*
11 *Ancoragium, hoc est jus portus antiquissimum
exigitur etiam in Dogana.*
12 *Tribunal Dohanæ pro exactione istorum ju-
rium est erectum, & ad cognoscendum diffe-
rentias, quæ oriri possunt in exactione dirі-
ctuum.*
13 *Dohanæ, seù majoris fundaci officium Neapo-
lis, circa quæ versatur, & quomodo Regius
Dohanerius se gerat in votando cum Creden-
zeriis causas interceptorum.*

De Officio Procuratoris Cæsaris. Pragm. LXXVIII.

Essendo con particolari relationi &c.

De origine Tribunalis Regiæ Dohanæ, seu
majoris Fundaci hujus Civitatis, de quibus
differentiis cognoscat, & per quos regatur, & in
1 specie de origine exactionum, seu dirictuum,
agit *Camill. de Curte in diversf. jur. feud. cap. 3. à
n. 94. ad n. 105. par. 2.* Cujus verba pernecesse
hìc registranda putavimus, cum liber non sit de
facili reperibilis, & sunt tenoris sequentis.

*Et primo de jure dohanæ, de quo aliqua hoc anno
currenti 1603. dum Commissarius ipsius sum, ob
2 infirmitatem Collegæ Commissarii dictæ Doha-
næ excerpsi, ex Ritibus, & observantiis, & primo
de origine ipsius, quod quidem Jus est antiquissi-
mum ante Imperatorem Federicum in Regno
introductum, & cognitum de jure communi licet
sub alio vocabulo, juxta terminos textus in l. in-
ter publica de verb. & rer. sig. quod quidem jus
Dohanæ, sive Dohana dupliciter capitur. Primò
ut nihil specificè significet, sed sit universale no-
men comprehendens sub se jura omnia, quæ in
Dohana exiguntur.*

*Secundo, in specie pro jure exactionis plateæ, hoc
est jus illud quod exigitur à contractantibus mer-
3 ces, quod jus secundum const. Reg. Jus plateæ, si-
vè plateaticum appellatur in constit. Magistror.
Camerarii, per Ritum nostrum jus Dohanæ pro-
priè dicitur, & hoc jus solvitur pro cōtractatione,
ut dicit Ritus, & toties debetur, quoties contra-
ctatur, itaut si millies fieret contractus, toties
exigeretur istud jus, & è converso, quando non
sit contractus, non exigitur, & quia respicit con-
tractum jus istud, ab utroque exigitur, tam à
venditore, quam ab emptore, & exactio istius ju-
ris fit ad rationem granorum decem, & octo pro
qualibet untia, nam appretiantur merces per un-
tiam, & pro qualibet untia solvuntur grana de-
cem, & octo, de jure communi erat ista exactio
pro octava parte valoris mercium, ut dicit text.
in l. ex prælatione C. de vectigal. & cont. quod
quidem jus plateæ, sivè Dohanæ ab omnibus sol-
vitur, nec aliquis est ab ea immunis, nisi tan-
tum Civis in sua Patria, qui contractantes non
solvunt istud jus; sub isto nomine Dohanæ com-
4 prehenditur jus fundici, quod quidem jus solvi-
tur ad rationem granorum quindecim pro quali-
bet untia, & hoc jus non erat cognitum per di-
spositionem juris communis, sed illud introdu-
ctum per Imperatorem Federicum, qui jussit,
quod omnes merces in fundico Regio introduce-
rentur, sub pœna amissionis illarum, & pro al-
bergo, & pro hospitio solvitur jam dicta quanti-
tas, ut dicit Const. Regn. magistros fundacarios, à*

quo

quo jure fundaci non funt exempti Cives, ficut
funt exempti à jure Dobanæ, quod jus folvitur
non à venditore, fed ab emptore tantùm, cum jus
Dobanæ ab utraque exigatur, & quia eft jus rea-
le non exigitur, nifi femel tantum, cujus contra-
rium eft in Dobana, quæ exigitur toties, quoties
contrectatur. Et aliud notandum, quod fi fint mer-
ces, quæ fubjectæ funt aliis datiis, non funt obli-
5 gatæ ad jus fundaci, ut eft fericum, fal, ferrum,
aciarium, pix. Aliquæ autem funt res, quæ ab hoc
jure funt immunes, ut funt animalia viva, quæ
non funt obftricta ad folutionem fundaci, And. in
conft. Reg. magiftros fundicarios. Item generali-
ter pro omnibus victuariis, & comeftibilibus ad
ufum defervientibus, non folvitur jus fundaci,
argumento eorum, quæ traduntur in l. fi publica-
6 nus §. 1. ff. de publican. illud tamē notandum, quod
res, quæ nunquam folverunt fundacum in aliquo
loco, dummodò non fint de proximè enarratis, te-
nentur ad fundaci folutionem contra difpofitio-
nem text. in l. locatio §. eorum ff. de public. & fic
femper judicamus. Multoties contingit perfonam
vigore privilegii effe immunem à folutione fun-
daci per Curiam, & hoc eft quod nos dicimus,
quod habetur pro foluto, etfi habetur pro foluto,
fequitur inde, quod quia non nifi femel folvitur,
amplius poftea prætendi non poteft; eft tamen ve-
rum, quod fi perfona vendentis fit immunis, ab
emptore, qui non eft immunis, folvetur jus fun-
daci, pro quo text. in l. licitatio §. fin. ff. de publican.
& pro hoc ratio, quia ficut in cafu oppofito, quan-
do emptor qui eft immunis, cum ab emptore fol-
vatur, facit quod Curia amittat jus fundaci,
fic in cafu contrario, fi is qui vendit eft immunis,
emptor autem minimè, ab emptore folvatur.

Aliud etiam eft ftatutum, quod fi merces non con-
tractantur in loco fundaci, & perfona, quæ im-
mifit eft immunis, & illam vult extrahere extra
Regnum, non debetur quicquam Curiæ, quia
emptor erit non fubditus Regi, fi tamen hic im-
munis extrahit merces fundicatas per infra Re-
gnum, tenetur de jure ftricto cavere, illafque de-
ducere ad fundicum Regium, fed quia omni mo-
do folvendus eft fundicus pro futuro emptore, hac
de caufa in eodem loco folvitur, ut evitentur cir-
cuitus; in alio cafu non folvitur jus fundaci,
quando fcilicet portantur res tempore feriarum,
in illis fcilicet feriis, quæ funt franchæ, & ibi eft
fundicus, quia habetur pro foluto, ftante immu-
nitate.

Sub ifto nomine Dobanæ continetur etiam jus no-
væ gobellę, quod exigitur ad rationem granorum
7 fex pro untia, quod eft jus novum (ut dicit Ritus)
introductum à Rege Carolo, fed de illis tantum
rebus exigitur, quæ immittuntur, feu extrahun-
tur per Mare, & ratio quare jus iftud, & exa-
ctio fuit impofita, fuit pro triremibus cuftodiendis
ad defenfionem Regni, quod jus ad inftar funda-
ci non folvitur, nifi femel, etiam quod millies im-
mittantur, & extrahantur.

Inter alia jura, quæ exiguntur fub ifto nomine ge-
nerali Dobanæ eft jus falmorum, quod quidem
8 alio vocabulo appellatur jus reficæ, & exigitur
ab illis mercibus, quæ veniunt per mare, & ex-
trahuntur per terram, vel veniunt per terram,
& exeunt per mare, & hæc fieri non poffunt, nifi
cum oneratione, vel exoneratione falmarum, hac
de caufa hic traficus vocatur jus reficæ, illudque
exigitur ad rationem granorum viginti feptem
pro qualibet falma, & toties exigitur, quoties one-
rantur, & exonerantur merces, & fi fæpius hæc
fiant.

Adeft etiam aliud jus, quod exigitur in Dobana,
quod eft jus exituræ, quod dupliciter confidera-
tur, jus exituræ fimpliciter, & exigitur à merci-
bus, quæ à Regno exeunt, & eft ad rationem du-
catorum decem pro centenario, pro quo fequitur
Ritus fub rubrica de Jure exituræ §. fin. Confi-
deratur fecundo jus ultimæ exituræ, & eft quan-
do merces per terram exeunt à Regno, & eft fim-
pliciter ad rationem decem pro centenario, & fic
appellatur jus decimi, & pro cuftodia iftarum exi-
turarum funt deputati Cuftodes, quos nos vulgò
Capitoneos graffæ nuncupamus.

Aliud fub nomine Dobanæ continetur jus, fcilicèt
ponderaturæ, & menfuræ, quod exigitur à mer-
10 cibus, quæ in pondere, menfurave confiftunt,
merces enim, quæ contrectantur, ut non defrau-
detur Regia Curia menfurantur, & ponde-
rantur, & pro jure ponderaturæ diverfa fit exa-
ctio fecundum qualitatem mercium, & fi femel
facta fuit ponderatio, vel iterum vellet, quod illa
fieret folvet grana duo pro cantario, quod jus ap-
pellatur jus imbarcaturæ.

Denique exigitur ancoragium, quod eft antiquiffi-
mum ante Imperatorem Federicum, quod eft jus
11 portus, de quo text. & ibi And. in §. portus in §.
ripatica, quæ fint regal. de quo etiam Ritus de ju-
re ancoragii, & exigitur iftud, quando navis an-
coras in portu immittit, & exactio fit fecundum
qualitatem navis, aliud etiam confideratur jus
ancoragii introductum à Carolo III. pro navibus
fecundum capacitatem earum, etiam quod anco-
ram non jaciant.

Pro exactione iftorum jurium, quæ fub nomine Do-
banæ comprehenduntur, eft erectum Tribunal,
12 quod cognofcit de omnibus differentiis, quæ ori-
ri poffunt in exactione iftorum dirictuum, &
etiam de interceptis, & funt feptem Credenzerii,
qui omnes habent eorum officia diftincta, &
præeft Regius Dobanerius, adfunt & homines,
qui vulgò dicuntur sballatores, ponderator infu-
per, & menfurator, habetque actuarium particu-
larem, & ftantibus negotiis magnæ importantię,
quæ ibi tractantur, cum fit unus de principalio-
ribus corporibus regiorum introituum, & gabel-
larum, juffum ac ordinatum fuit, quod Commif-
farius, qui eft pro tempore deputatus, faltem femel
in hebdomada accedere habeat, una infimul cum
Fifci patrono, quod mihi hoc anno contingit fæ-
piùs

pius facere dum munere Commissarii dictæ Dohanæ functus fui.

Accedunt novissimè scripta per *D. Ageta in annotat. ad Reg. Moles §. 6. de Jure Doban. memb. 9. à n. 4. cum seqq. tom.* . . ubi nulla facta mentio-

13 ne de his, quæ scripsit *D. de Curte* tradit quale sit officium Regii Dohanerii, & in quibus consistat officium septem Credenzeriorum, & quod versatur officium Dohanerii circa exactionem omnium diri&tuum, & jurium Regiæ Dohanæ, ubi judicat qualibet die causas interceptorum, una cum septem Credenzeriis in banca assistentibus; & quod servatur in dicto Tribunali stylus Regiæ Cameræ in votando, & Regius Dohanerius demum concludit juxtà majorem numerum votorum.

Cætera videnda sunt apud *Tasson. de antephat. vers. 3. obs. 3. n. 322.* ubi connumerat hoc Tribunal inter decimum sextum Tribunal hujus Civitatis, & quod regitur à Dohanerio vita durante, & ab ejus decretis appellaturad Regiam Cameram Summariæ.

OBSERVATIO LIX.

SUMMARIUM.

1 *Dohanæ Apuliæ vectigal fuit institutum à Rege Alphonso.*

2 *Dohanæ Apuliæ itinera, vulgò* tracture *declarantur.*

3 *Dohanæ Apuliæ Locati sunt immunes à solutione passus, Pontium, & Scapharum.*

4 *Immunitas, quæ competit Locatis circa venditionem lanæ, & fætus, an extendatur ad emptores.*

5 *Officiales Regiæ Dohanæ an possint deputari in Terris Regiis, vel Baronum, in quibus non adsunt Locati, nec oves accedentes ad sumendum pascua in Apulea.*

6 *Jurisdictio Regiæ Dohanæ Menepecudum Apuliæ est privativè concessa quoad alios Judices, etiam cum derogatione* legis unicæ, C. quand. Imper.

7 *Et an procedat privilegium fori respectu causarum dependentium à Dobana, & byemali tempore tantùm.*

8 *Dohanæ Menepecudum instructiones, quæ continentur in* cap. 28. *fuerunt declaratæ de anno* 1576. *ad favorem Dohanerii, & reiicitur contraria intelligentia tradita* per Cafar.

9 *Locati Regiæ Dohanæ habitantes in Terris Baronum, an remittantur ad Barones pro delictis antea commissis.*

10 *Auditores Regiæ Dohanæ Apuliæ prohibentur decreta diffinitiva, & diffinitivi vim babentia domi interponere, & nec non probibentur pro illis exigere diri&tus.*

11 Pragm. 6. in §. 23. de off. Just. *declaratur.*

12 *Appellatio interponitur ad Regiam Cameram à Tribunali Reg. Dohanæ.*

13 *Salarium Commissariis Doctoribus est solvendum ad rationem carolenorum decem pro qualibet dieta in negotiis non requirentibus ministerium Doctoris.*

14 *Dietæ non sunt solvendæ à reis non condemnatis.*

15 *Et quid si fuerit dictum quod* Carcer cedat in pœnam, *vel reus obtinuerit gratiam.*

16 *Et quid constita de delicto, ex informatione capta, sed non secuta sententia.*

17 *Dietæ solutæ Commissariis per Regiam Curiam sunt reintegrandæ eidem, ex effectibus delinquentium.*

De Officio Procuratoris Cæsaris. Pragm. LXXIX.

Desiderando noi, &c.

Traduntur instructiones, & ordines necessarii pro bono regimine Regiæ Dohanæ Menepecudum Apuliæ pro executione literarum Regalium Suæ Catholicæ Majestatis.

Aliæ instructiones fuerunt editæ de anno 1574. cum consilio Dominorum Regentium *Revertevii, & Moles*, quæ fuerunt publicatæ in *Pragm. 28. capitum lata* de ordine *Cardin. de Granvela.*

De origine hujus vectigalis Regiæ Dohanæ videndus est *D. Reg. Moles in decis. Reg. Cam. in tit. de*

1 *Doban. Menepec. Apul. §. 1. ubi à n. 8. ad 13.* tradit fuisse hoc vectigal institutum in anno 1442. ab Alphonso I. Rege post indictas in Regno functiones fiscales, comprobat *D. Ageta in adnotat. ad eundem n. 15. & 16. tom. 2.* eruditè *Consil. de Rosa consultat. 70. n. 3. 4. & 5.*

Dum in §. 1. incip. *Essendosi da alcuni anni, &c.* mandatur ut Locati liberè fruantur demaniis vulgò *tracturi* pro usu pecudum descendentium

2 ab Aprutio in Apuleam, & redeuntium ab Apulea in Aprutium, observandum erit, quod hoc tracturum fuit introductum quoque ab Alphonso Rege, ut declarat idem *Reg. Moles in §. .. n. 2.* sub his verbis: *Quando Rex Alphonsus prædictam conventionem iniit, propria, & distincta itinera prædictis Pastoribus constituit soluto pretio per ipsum Regem Dominis locorum, per quos fiebat transitus, quod vulgari vocabulo*, lo tratturo delle pecore *vocatur, & hoc ne per aliena loca transeuntes, damnum inferrent Dominis, & ab ipsis expellerentur*; & demum idem *Author n. 3.* subdit, *quod tractuum triplex est, & enumerat loca uniuscujusque.*

Concordat hæc *Pragm.* cum *Const. Regn. Cum per partes Apuleæ*, quatenus mandat, ut possint Lo-

3 cati transire, & pernoctare cum animalibus per spatium 24. horarum.

Cum §. 3. incip. *I pagamenti, che i Locati patiscono,* concordat privilegium Regis Alphonsi, & Ca-

 roli

roli V. Cæsaris , & instructiones Cardinalis
Granvelæ, mandantes, ut Locati tractentur im-
munes à solutione passus , pontium,& scapharii,
de quibus meminit hæc *Pragm. D. Reg. Moles*
in §.2.n.3.& novissimè *D.Ageta in annotat. ad*
§.3.n.12.
Et quod immunitas concessa Locatis Apuleæ circà
venditionem lanæ , & fœtus , & circa alia , quæ
4 proveniunt ex grege , extendatur ad emptores,
testatur *Reg. Tap.* qui hoc decisum refert *de*
constit.Princip.par.2.c.3.n.4. quem refert *Thor.*
in compend. decis. V. immunitas concessa Locatis
*par.1.fol.*262.
Ad §.10. incip.*Perche intendiamo.* Mandat ut Tri-
bunal Regiæ Dohanæ non possit destinare Ju-
dices, & Officiales in Terris , & locis , ubi non
5 adsunt subditi Regiæ Dohanæ , nec existunt
oves accedentes ad sumendum pascua in Apu-
lea : & in locis , in quibus possunt destinari, de-
stinetur unus Officialis tantùm cum uno Scri-
ba, & Alguzerio, & in casu contraventionis sta-
tuit , quod acta sint nulla , & Officiales cogno-
scant per eorum Judices ordinarios tam Re-
gios , quàm Baronales ; Conferunt scripta per
Horat. Montan. controv. 66. qui scribendo in
consimili articulo disputato inter Comitem
Cerreti , & Regium Fiscum , refert provisum
per Cameram , quod servetur solitum circa de-
putationem Judicis Dohanæ in Castris infeuda-
tis pro cognitione descriptorum in Dohana.
Et ad fruendam exemptionem à jurisdictione
requiritur ut numerus ovium non sit exiguus,
sed excedat quinquaginta oves , dixit idem
Montan. num.4. & Scialoya de for. compet. cap.
20.*num.*15.voluit, quod animalia sint in nume-
ro ducentum , & quod accedant ad pascua su-
mendum .
Ad §.38. incip. *Perche da S.M.&c.* in quo deman-
datur observantia inviolabilis fori Locatorum
6 Regiæ Dohanæ, & quod S.Cons.Mag.Cur.Vic.
& cætera Tribunalia , & Curiæ inferiores non
se ingerant in causis Locatorum , tam civilibus,
quàm criminalibus, & mixtis, sed obediant lite-
ris hortatorialibus expediendis à Regia Doha-
na , transmissa ibi gratis informatione ; Accedit
quod jurisdictio Tribunalis Regiæ Dohanæ est
privativa quoad cæteros alios Judices tam in
causis activis, quàm passivis, & sic tam , quando
subditi agunt, sed etiam quando conveniuntur,
vel offenduntur, trahunt quamlibet personam
alterius fori ad dictum Tribunal , non obstante
electione forsan facta in aliis Tribunalibus per
personam privilegiatam habentem privilegium
l.unicæ , cum privilegium Regiæ Dohanæ sit
tributum cum derogatione dictæ *legis*, juxtà
exempla relata per *D. Reg.de Marin.in observ.*
*ad Reg.Revert.obs.*526.*à n. 6. ad* 17. ubi tradit
novissimum decretum latum per viam legis
condendæ per Reg. Cam. sub die 12. Septem-
bris 1657. & quamvis contra *de Marin.* insur-
rexerit *Cæsar.in specul.pereg.qq.q.*15. illius opi-
nionem in dubium revocando,tam respectu de-
cisionis hujus articuli generalis , quàm respectu
exceptionis fori, quam dicit non competere ni-
si in causis à Dohana emergentibus, & tempore
tantum hyemali , quo Locati in Apuleam de-
scendunt, juxtà *capit.28.instructionum ejusdem*
Regiæ Dohanæ , de quo fuit insertus tenor per
eundem de *Marin. & Cæsar.* qui tradit plures
intellectus , & decisiones ad illius declaratio-
nem *à n.5.ad* 48.*& n.*21. ubi subdit declarando,
7 quod etiam tempore hyemali delictorum co-
gnitio,quę cōmictuntur extra loca ubi Dohanati
moram trahunt , non sit Dohanerii ; sed Baro-
8 num: tamen aberrat , quia contrarium legitur
declaratum per Coll. Cons. de anno 1576. ut
apud eundem *de Marin.n.* 12. nempè ut cogni-
tio Dohanerii extendatur pro quolibet crimine,
etiam non tangente Regiam Dohanam, & com-
missum in quocumque loco , etiam extra terri-
torium assignatum à Regia Curia , non obstan-
tibus quibusvis declarationibus in contrarium
factis à quibusvis Tribunalibus contra formam
dicti *Capituli* , quod clariùs confirmatum habe-
mus per hanc novissimam sanctionem,per quam
indistinctè demandatur observantia dicti *Capi-*
tuli, nulla distinctione adhibita.
Sed advertendum erit , quod fidati Regiæ Doha-
næ habitantes in Terris Baronum , pro delictis
9 commissis antequam essent fidati : remictuntur
pro cognitione ad eosdem Barones , ut patet ex
arresto Reg.Cam. 554. *apud Reg.de Marin. ad*
Revert.lib.2.
Ad §.40.incip.*Dalfar decreti in casa* , *&c.* Dum
prohibentur Auditores Regię Dohanæ domi
interponere decreta diffinitiva , vel diffinitivi
10 vim habentia , videntur tantùm permissa domi
decreta interlocutoria , & acta ordinatoria, jux-
tà provisiones Coll. Cons.ad favorem Audito-
rum Provinciarum Regni , quas reposuit *Dan-*
*za de pugn.DD.in tit.de off.Audit.cap.*1. *nu.* 13.
*tom.*1.Quæ provisiones prodierunt ad declara-
tionem *Prag.6.in §.23.de off.Just.*per quam san-
11 citum erat, ut Auditores Provinciarum nulla-
tenus decreta, vel alia acta domi interponerent,
sed omnes causas in Tribunali expedirent audi-
to Fisco, sub pœna nullitatis ; Quibus accedit,
quod dicti Auditores Regiæ Dohanæ nihil ac-
cipere possunt ratione diritus pro decretis in-
terlocutoriis , sivè diffinitivis proferendis , ut
extat provisum per decretum generale Regiæ
Cam.sub die 2.Aprilis 1562. quod est 258. *in*
recollectis per Reg.de Marin.
Appellatio est interponenda ad Reg.Cam.à decre-
tis Tribunalis Regiæ Dohanæ,juxtà *Pragm.*61.
12 *in §.4.de off.Proc.Cæs.*& desumitur ex *alleg.* 14.
Jo:And.de Georg.in princip.
Ad §.45.incip. *Essendosi altercato*, *&c.* Concordat
Pragmatica 64. §.67. *de off. Judic.* & decisio
relata per *Rovit.in Prag.6.num.*11.*de Commiss.*
per

Digitized by Google

13 per quam fuit introducta praxis taxandi dietas ad rationem carolenorum decem Commissariis Doctoribus in negotiis non exigentibus dictam qualitatem, quamvis novissimis temporibus contrarium servatum extitisset per Reg.Cam.in negotiis concernentibus liquidationem relevio-rum,juxtà decisiones,quas adduximus *observat.* 55.*num.* 45.*vers. verum Regia Camera,sub hoc titulo.*

Circa illud, quod statuitur non posse reos molestari pro dietis, nisi prius fuerint condemnati;

14 concordant literæ Regales, quæ repositæ sunt *in Pragm.*10.*de Commiss.* & apud *Consil. Rocc. de offic.in addit.ad rub.*19.*fol.* 556. Sed difficultas est, quando reus non fuit absolutus,nec condemnatus, sed dictum, quod *Carcer cedat in*

15 *pœnam*, vel obtinuerit gratiam,juxtà illud quod perpendimus in *obs.ad sing.*320.*à n.*3.*ad*7.

Quæ literæ Regales quamvis statuant dietas esse solvendas ab inquisitis consticto de delicto, & aliquando DD.Proreges præviis rescriptis ita mandare soleant, tamen semper receperunt in-

16 telligentiam, ut rei condemnati, & transacti dietas solvere teneantur, juxtà sensum aliarum Regiarum sanctionum, nè oriatur inconveniens per me consideratum in *obser.ad sing.*89.*n.* 6. & quod sit æquitati consonum; ut expectetur sententia, videndus est *Rainal. observ. crimin. cap.* 37.§.4.*&* 5.*n.*206.*cum seqq.tom.*3.

Harum literarum Regalium, & Pragmaticarum observantia fuit demandata per alias literas Re-

17 gales editas sub die 20. Septembris 1672. *in cap.*11.*& sub die* 3. *Decembris* 1676. in quibus quoque mandatur, quod dietæ solutæ per Regiam Curiam Commissariis pro Fisco destinatis, reintegrentur eidem Regiæ Curiæ in Arca militari ex effectibus delinquentium,qui resultarent rei ex informatione capta, ut habetur *in* 9.*vol. literarum Regalium existentium penes Secretarium Regiæ Cameræ.* sed contradicere videtur *Pragm.*8.*sub tit.de condemnat.pro delict.*

OBSERVATIO LX.

SUMMARIUM.

1 *Sententia S. R. C. confirmans sententiam M. C. V. vel aliarum Curiarum Regni non admittit reclamationem,si causa est infra summam ducatorum* 200.

2 *Et quid si dicatur sententiam fuisse latam ex falsis testibus, vel instrumentis.*

3 *Sententia non redditur nulla ex falsa causa, vel errore non expresso in sententia, sed datur restitutio in integrum.*

4 *Sententia lata à Judice impetrato per falsum rescriptum, vel falsas literas est ipso jure nulla.*

5 *Restitutio in integrum ad hoc ut detur ex capite falsitatis adversùs sententiam, an sufficiat allegare testium falsitatem.*

6 *Sententia, sive decreta interposita ex causa partim falsa, & partim vera, an possit pro parte sustineri.*

De Officio Sacri Regii Consilii. Pragm.XXXXI.

Nuper, &c.

AD §. 3. hujus *Pragmaticæ* accedunt ea, quæ adnotavimus ad *Pragm.*2. *de causis decidendis.*

Quatenus *in* §. 4. jubetur, quod in causis infra summam ducatorum 200. sententia M. C. V. Regiæ Audientiæ,vel aliarum Curiarum Regni,

1 quæ fuit confirmata per aliam sententiam diffinitivam S. C. habeat vim ultimæ sententiæ, à qua non possit appellari, neque reclamari, aut aliter recursus haberi, nisi allegata falsitate scripturarum,quia tunc auditur allegans falsitatem, sententia prius executioni demandata,observan-

2 dum erit, quod aliter praxis recepta se habet in casibus, in quibus proponitur adversus executionem sententiæ exceptio falsitatis, quę in promptu justificatur, quià tunc est suspendenda executio sententiæ,quæ proponitur fuisse latam ex falsis instrumentis, vel testibus, ex *text. in l. judicati* 4.*C.si ex falsinstrument.* decisum refert junctis Aulis *Consf.Carlev.de Judic.tit.*2.*disp.* 8. *num.*40. quem adduximus in nostra *praxi cap.* 18.*n.*9.*&* 11. Unde quoties falsitas requirit al-

3 tiorem indaginem, vel error non est expressus in sententia, præscribit sibi locum dispositio hujus *Pragm.* quia falsa causa non reddit sententiam nullam ipso jure, prout est in decreto; Sed est postulanda restitutio in integrum adversus sententiam, ex *text.in l.Divus ff.de re judic.* & ex communi opinione docet *Rovit.sup.Prag.* 44.*n.*11.*&* 12.*de offic.S.R.C.R.de Marin.in observat.ad decis.*86.*R.Reverter.n.*2.accedit *Bruneman.in commentar. ad lib.* 5. *Pandectar.tit.* 1. *de judiciis, & propriè ad tex.in l.si Prætor* 75. *n.* 3.*&* 4.ubi distinguit inter præsentem,& habentem procuratorem, vel absentem,ut contra præsentem sententia sit rescindenda per in integrum restitutionem;contrà verò absentem sententia sit ipso jure nulla.

Accedit supradictis, quod non erit postulanda restitutio in integrum adversùs sententiam, quo-

4 ties proponitur illam fuisse latam cum vitio falsitatis commissionis, seu rescripti in personam Judicis, quia tunc sententia esset ipso jure nulla ex insanabili defectu jurisdictionis, ut post antiquiores Canonistas resolvit *Fagnan.in comm.ad cap.super eo,de crim.fals.n.*1.*&* 2.*lib.*5.*Decret.*

Restitutio in integrum ad hoc ut competat adver-

Digitized by Google

sùs sententiam latam sub prætextu falsorum te-
5 stium, vel instrumentorum, an sufficiat solùm allegare testium falsitatem, absque quod probetur testes fuisse pecunia corruptos; Vide affirmativè resolutum per *Viv.opin.*938. *num.* 2. semper quod proponens hoc remedium non se restrinxerit ad utrumque proponendum.

Et quid si decretum fuerit interpositum ex causa partim falsa, & partim vera, an possit pro parte
6 sustineri; esse nullum, decisum, & de communi testatur *Vivius opin.* 175. sed in contrarium attenta æquitate stat *Reg. de Marin. ad Revert. decis.*256.*num.*2.*&* 3.*& lib.* 2.*suar. resolut. cap.* 163.*n.*9.*&* 11.

OBSERVATIO LXI.

SUMMARIUM.

1 *Memorialia, & supplicationes, quæ non fuerunt præsentatæ eadem, vel sequenti die reiiciuntur.*

2 *Appellationis, & reclamationis supplices libelli, si non fuerunt præsentati eadem die, vel sequenti non reiici debent virtute hujus Prag. & num.* 3.

4 *Appellationis remedium continet defensionem.*

5 *Appellationis libellus cum decretatione de verbo faciendo à decreto domi lato, si monitus, illum exhibere recusaverit, videtur appellationi renunciasse.*

De Officio Sacri Regii Consilii. Pragm. XXXXII.

Siamo stati avvertiti, &c.

MAndatur, ut memorialia porrecta Domino Proregi in Collaterali Consilio super gravaminibus, quæ proponuntur illata in litibus pendentibus in S.C.non admictantur, nisi præsententur infrà tres dies à die datæ. Concordat *Pragm.*86.*in* §.3.*& Pragm.*88.§.3. quæ sunt decreta generalia edita per Præsides S. R. C. Andream Marchesium, & D. Benedictum Trelles
1 Marchionem Toralvæ, quibus injungitur Magistris Actor.S.R.C. ut supplicationes lectæ, & subscriptæ debeant præsentari eadem die, vel sequenti, aliàs de eis nulla habeatur ratio, sub pœna ducatorum duodecim.

Observa, quod hæc decreta generalia, quatenus sint in observantia, non comprehendunt libellos
2 supplices, seu supplicationes, cum quibus appellatur ad S. C. à decretis interpositis à M. C. V. vel ab illis domi latis per Consiliarios causæ Commissarios continentes decretationem Spectabilis Præsidis S.R.C. de verbo faciendo.

Nec comprehendere possunt supplices libellos, cũ quibus reclamatur à decretis S. C. in casibus,
3 quibus datur reclamatio, quia cum effectus appellationis, & reclamationis, importet defensionem, rejectio supplicationum continentium dicta remedia, esset virtualiter tollere defensionẽ, ad notata *per DD. in l.*1.*de appellat. & in cap. cum inter de except. & in rub.ext. de appellat. Fontanell.decis.*460.*n.*11.*tom.*2.*latè Borrell. in summ.decis.tit.*33.*de appellat.à n.*1222.*ad* 1227. ubi quod in dubio est facienda interpretatio, quod appellatio procedat, cum sit defensio, quæ
4 dicitur præsidium innocentiæ, ex *cap. cum speciali* §.*porrò ext.de appell.* & per statutum tolli non potest.

In praxi admictendam tantùm putarem decretorum observantiam in casu quo ille, qui obtinuit supplicationem de verbo faciendo à decretis domi latis, fuisset monitus ad Partis adversæ instantiam ad illam exhibendũ infra biduum pe-
5 nes acta, cum comminatione, quod termino elapso, nulla de ea habeatur ratio, juxtà praxim per me traditam *in observat. ad sing.* 348. *mei Genitoris n.*2. quia tunc si huic præcepto injuncto per Spectabilem Præsidentem S.C.parere noluerit, jure supplicatio haberetur pro rejecta, & appellationi renunciatum, cui potest fieri renunciatio tacitè, & expressè, ut ex *Robert. Marant.*docet *Camill.Borrell.in sum.decis.tit.capit.* 33. *de appellat.n.*1186.*&* 1187.

OBSERVATIO LXII.

SUMMARIUM.

1 *Appellationes à causis criminalibus, vel ab incidentibus illarum non possunt interponi ad S.C.à Curiis Regni.*

2 *S.C.non cognoscit de causis criminalibus, nisi in gradu appellationis à M. C. V. & in causis Apparitorum vulgò* Portieri *ejusdem S.C. & necnon in causis Scribarum, Actuariorum, cæterorumque Officialium S.R.C. & n.*3.

4 *Et quid si fuerit renunciatum foro Spectabilis Præsid.S.R.C.*

5 Pragm.37. de Off. S. R. C. *concordat cum hac* Pragm.43.& 47.

6 *S.C.potest cognoscere de causa criminali, quando delictum fuit commissum in territorio, quod est controversum in eodem S.C.inter duos Barones, & refertur casus novissimè decisus per S.C.*

7 *Et quid existente præventione ex parte unius ex dictis Baronibus.*

8 *Et quid in causa criminali oriente à causa civili commissa in Sacro Consilio.*

De Officio Sacri Regii Conſilii. Pragm. XLIII. & Prag. XLVI.

Perche ſiamo informati, &c.

Molte volte accade, &c.

MAndatur, ut appellationes in cauſis crimi-
nalibus, vel ab incidentibus cauſarum cri-
minalium non interponantur ad S. C. à Curiis
1 inferioribus Regni, ſed remittantur decidendæ
per M.C.V.

Sanè S. C. non eſt Judex cauſarum criminalium,
niſi in gradu appellationis, *Dom.de Franch. de-*
2 *ciſ.*358.*Reg.Sanſel.dec.* 67. *à n.*2.*ad* 6. & nec-
non cognoſcit de cauſis criminalibus Apparito-
rum, vulgò *Portieri* ejuſdem S.C. juxta *deciſio-*
nem 37.*Reg.de Ponte.* Accedit *Conſ.Rocc. de of-*
fic.tit.de præcedent.inter Præſidentem S.R.C.&
Locumtenentem Reg.Cam.§.10.*à n.*13.*ad* 16.ubi
tradit juriſdictionem Præſidis S.R.C. nedum
verſari circa cognitionem cauſarum Apparito-
rũ,ſed Scribarum,Magiſtrorũ Actorum,& cæte-
rorum Officialium S. R. C. qui quando contin-
3 gerit citari ad informandum per S.R.C. poſſunt
comparere coram Præſide S.R.C. non obſtante
Rit.M.C.V. 269. ſed Præſes ſolus non poterit
cognoſcere, ſed cauſas commictere debet Re-
giis Conſiliariis, & unà ſimul procedere, & ita
teſtatur ſervaſſe, & ſervatum vidiſſe.

Et quid ſi fuerit renunciatum foro Spectabilis Præ-
ſidentis S.R.C. an ſit remictenda cauſa liquida-
4 tionis inſtrumenti ad M. C. V. Vide affirmative
deciſum *per Thor. in compend.deciſ.p.*3. *tit.*2.*V.*
*liquidari an poſſit inſtrumentum fol.*45.*&* 46.

Concordat *Pragm.*37. *in fin.* ubi excipitur caſus,
niſi aliud urgenti ex cauſa eidem S. C. viſum
5 *fuerit*, ex quibus verbis voluit *Reg. Tap. lib.* 3.
*jur.Regn.in annot.ad Pragm.*1.*ubi de crim. ag.*
*oport.n.*13.*&* 14.quod poſſit S.C.cauſam crimi-
nalem ſibi avocare exiſtente controverſia inter
duos Barones de cognitione carcerati delin-
quentis in territorio, de cuius juriſdictione al-
tercatur in eodem S.C. cum tunc non poſſit al-
ter ex dictis Baronibus de hoc cognoſcere, nec
erit remittenda cognititio ad M.C. & ita firmat,
& deciſum refert his verbis: *Quod tamen non*
procederet, quando illi duo Domini litigarent de
ſubjectione carcerati, vel de juriſdictione illius
loci, quia tunc non poteſt interim alter eorum co-
gnoſcere, & ideò S.C. litigante Principe Caſer-
tæ cum Duce Magdalonis ſuper remiſſione quo-
rundam carceratorum, qui delinquerant in quo-
dam loco, de cujus juriſdictione dubitabatur, ju-
dicavit interim eſſe procedendum in S.C. ne car-
cerati longo tempore defatigarentur, donec arti-
culus juriſdictionis territorii fuerit deciſus, à
quo decreto dum eſſet reclamatum, fuit iterum
confirmatum per S. C. in quo fuit proceſſum ad
dandas defenſiones dictis inquiſitis, quoniam li-
cet cauſæ criminales ſint remittendæ ad M.C.V.
attamen id ceſſat, quando ex urgenti cauſa aliun-
*de Sac.Conſ.videbitur, ut habetur in Prag.*37.
de Off.S.R.C. in fin. comprobat *Thor. in com-*
*pend.deciſ.par.*1.*V.S.R.Conſ.fol.* 491. & ſecun-
dùm hanc deciſionem, & doctrinam *Reg. Tap.*
6 iterum judicavit S.C. *ſub die* 23. *Octobris* 1698.
in cauſa inter Ducem Soræ, & Regale Mona-
ſterium Caſſinenſe, ubi referente D. Conſilia-
rio de Gaeta ſedente in Aula criminali M.C.V.
fuit dictum, *quod pendente deciſione articuli ju-*
riſdictionis territorii deducti in S.C. procedatur
in eodẽ S.C.& carcerati, qui deliquerunt in ter-
ritorio controverſo detineantur nomine ejuſdem
S.C. à quo demum datis defenſionibus reis, car-
cerati fuerunt in exilium damnati, exiſtente
Cauſæ Commiſſario piiſſimo, & integerrimo
Conſ. Petro Fuſco, ut ex actis in banca Paler-
7 mi penes Scribam de Amato. Et quid exiſtente
præventione pro parte unius ex dictis Baroni-
bus, videndus eſt *Capib.lib.*2. *de autorit. Baron.*
*cap.*60.*à n.*1.*ad* 4. ubi refert fuiſſe remiſſam cau-
ſam à Regia Audientia ad Curiam Baronis præ-
venientis, *citra præjudicium litis vertentis in*
S.R.C.ſuper controverſia Territorii.

Et quod S.C. ubi eſt commiſſa cauſa civilis, cogno-
ſcat de criminalitate veniente ex eadem cauſa
8 civili, nempe ſi Partes occaſione dictæ litis de-
venerunt ad arma, cum *Reg.Sanſel. & Card. de*
Luca diximus *in obſerv.ad ſing.*151.*nu.* 4.*noſtri*
Genitoris.

OBSERVATIO LXIII.

SUMMARIUM.

1 *Præſidente S. C. ſuſpecto in delegando, Deca-*
nus S.C. decernit ſuper ſupplicationibus.
2 *Præſide S.C. infirmo, vel impedito per paucos*
dies, ſupplicationes leguntur, & decernuntur
per Conſiliarios, qui ſunt capita Aularum.
3 *Præſide S. C. mortuo, infirmo, aut abſente*
per longum tempus eſt in arbitrio Proregis
eligere Propræſidentem Decanum, vel alium.
4 *Verba Jo:Dominici Taſſoni afferuntur ad pro-*
poſitum, & exempla antiqua comprobantur re-
centionibus Anni 1667. *&* 1703.

De Officio Sacri Regii Conſilii. Pragmatica LXXIII.

Eſſendo li giorni paſſati, &c.

STatuitur per hanc *Pragm.* juxtà antiquam ob-
ſervantiam, ut ſuſpecto Præſide S.R.C. etiam
in delegando ſupplicationes legantur in Aula
Deca-

1 Decana, vel Decano absente in Aula sequenti,
& decernatur habito colloquio cum Dominis de
Aula, & cum causæ Commissario existente in
alia Aula, si opus fuerit, & quod Decanus non
se subscribat, sed dicatur *provisum per S.R.C.*

In casu infirmitatis, absentiæ, vel mortis Præsidis
aliter servatum comperimus, nam si impedi-
2 mentum infirmitatis est paucorum dierum, &
tunc supplicationes leguntur in S.C. unitis Con-
siliariis, qui sunt capita Aularum, à quibus non
subscribuntur decretationes, sed per unum ex
Magistris Actorum dicitur, *provisum per S.R.C.*
ut notatur in hac *Pragm.*

Si verò infirmitas est longi temporis, vel mors se-
quatur, & tunc exescet Decanus S. C. vel Do-
3 minus Regni Prorex eligere solet Propræsiden-
tem Decanum, Subdecanum, vel alium, ut fuit
servatum tempore Gubernii Ducis Ossunæ, qui
dum esset Decanus S.R.C. Dominus Præsidens
de Franchis, elegit Propræsidentem Consilia-
rium Hieronymum Olcignanum, ut testatus
*Reg. Tap. lib. 2. Jur. Regn. sup. Pragmat. de Offic.
S.R.C. num.* 40. 161. plenè *Tasson. de antephat.
vers. 3. obs. 3. num.* 119. *& vers. 14. observ. 2. nu.*
14. 15. *&* 16. *fol. mihi* 607. ubi cum diversi-
4 modè observatum vidisse testetur, ideò ejus ver-
ba hic duximus adnotanda, cum alibi adnotata
non reperiantur: *Et cum eadem ratione potest
etiam providere Tribunalibus de Propræsidente
in S.C. vel Prolocumtenente in Reg. Cam. Sum-
mariæ, nam quoad Regentem, aut Proregen-
tem in M. C. V. suum est providere, ut aliàs no-
tavimus vers. 3. observ. 3. num. 204. in quibus di-
gnitatibus poterit, vel Officiales ejusdem, vel al-
terius Tribunalis constituere, ut ei meliùs visum
fuerit; quandoque verò providere solet, ut sup-
plicationes legantur in S.C. per Aularum Deca-
nos, servata forma text. in Auth. quæ supplicatio,
C. de prec. Imper. offerend. ibi, vel eorum Consi-
liarii, sed ut plurimum solet eligi in Propræsi-
dentem S. C. Decanus ejusdem: Verùm in Do-
mini Proregis arbitrio relinquitur, tempore enim
Præsidatus D. Petri de Vera ab Aragonia, ob
ejus absentiam fuit in Propræsidentem electus
Joannes Thomas Salamanca Consiliarius De-
canus integerrimus, qui inde ad Supremum
Italiæ Concilium fuit Regens creatus, ubi ex
hac vita secessit; fuit etiam post mortem ejusdem
D. Petri de Vera in Propræsidentem creatus
Consiliarius D. Joannes Sanchez de Luna De-
canus, qui per multum tempus feliciter, & expe-
ditè suum officium explevit: Verùm in Anno*
1612. *mortuo Præsidente Camillo de Curte,
qui vix per dies undecim officium exercuit cum
magna expectatione, Dominus Regni Prorex
Lemensium Comes voluit Decanum eligere
in Propræsidentem, sed per quatuor Aularum
Decanos fuit officium prædictum conjunctim
expletum per multum tempus, uniebatur enim
in una ex S.C. Aulis, & omnes insimul suppli-
cationes decretabant, & alia incidentia provide-
bant, & nemo ex eis firmabatur, sed decretatio-
nes, & incidentia firmabantur per unum ex
Magistris Actorum S.R.C. dicendo: Provisum
per Sac. Reg. Cons. & ità observatum fuit usq; ad
adventum ex Hispania D. Marci Antonii de
Ponte Præsidentis S.C. & Sancti Angeli Mar-
chionis: quo etiam tempore idem accuratissi-
mus Prorex constituit Prolocumtenentem in
Regia Camera Summariæ Regentem D. Pe-
trum de Castellet, durante impedimento Locum-
tenentis illius temporis Suarez, absentati ordine
Proregis prædicti.*

Et tandem in Anno 1623. 20. *Februarii justissimus
Dominus Alvæ Dux Regni Prorex, de quo su-
5 pra fuit mentio facta, ad regendum officium
Præsidentis, transmisit nunquam satis laudatum
virum D. Joannem Baptistam Valenzuelam Va-
lasquez Regentem Regiam Cancellariam, &
priùs Consiliarium dignissimum in eodem S. C.
In discessuque prædicto ab eodem Domino Pro-
rege Alva fuit creatus Propræsidens D. Di-
dacus Lopez Suarez, qui tunc temporis in Col-
laterali Consilio reperiebatur Proregens, & Sac.
Cons. Subdecanus erat, stante impedimento D.
Felicis de Januario Decani, rexitque insimul
officia Proregentis, & Propræsidentis cum cele-
ri expeditione, ac sagacitate.*

Et Nos quoque hoc practicatum vidimus in Anno
1667. dum ob mortem Præsidentis Didaci Ber-
6 nardi Zufia per D. Petrum de Aragona tunc hu-
jus Regni Gubernium sustinentem fuit promo-
tus ad munus Propræsidentis D. Antonius Na-
varretta Marchio Latertiæ, uti S.C. Decanus, &
postmodum cum fuisset transmissus à Sua Ca-
tholica Majestate ad regendum hoc Præsiden-
tis officium D. Felix Ulloa Lanzina, & illud lau-
dabilitèr, & non sine omnium admiratione exer-
cuisset per curriculum annorum 36. vita de-
mum functo de mense Martii currentis Anni
1703. à Domino hujus Regni Prorege Marchio-
ne de Villena fuit creatus Propræsidens D. Fran-
ciscus Gascon dignissimus Consiliarius Subde-
canus ob absentiam doctissimi D. Petri Antonii
Ciavarri Decani, existentis in Gubernio Civita-
tis Capuæ.

OBSERVATIO LXIV.

SUMMARIUM.

1 *S.R.C. quarta Aula quando fuit instituta.*
2 *Literæ Regales S. C. Majestatis circa erectio-
nem quartæ Aulæ S.R.C. fuerunt executioni
demandatæ sub die 22. Decembris 1600. sub
gubernio Comitis de Lemos, cujus ordinatio-
nes inseruntur, & num. 3.*
4 *S. R. C. tertia Aula quando fuerit instituta
ignoratur.*
5 *Consiliariorũ numerus quantus sit, & quomodo
distribuatur in Aulis.*

6 Con-

6 *Consiliarii consecuntur salarium à die captæ possessionis per exercitium, & non à die præstiti juramenti per Procuratorem.*

De Officio Sacri Regii Consilii. Pragmat. LXXIV.

Viose la carta, que me escrevistes, &c.

DE his Regiis Literis, quibus fuit instituta quarta Aula in S.C. agit *Top.de origin. Tribunal.Urb. Neap.par.2.lib.1.cap.5.num.7.* & la-
1 tiùs *lib.2.cap.1. à nu.1.* cujus quartæ Aulæ erectio fuit postmodum executioni demandata per Comitem de Lemos sub die 22. Decembris
2 1600. ut habetur ex ordinibus registratis in libris notamentorum S.R.C. sequentis tenoris.

Philippus II. &c.

Illustris, & Magnifici Viri Collateralis, & Consiliarii Regii fideles dilectissimi. Come sapete, havendo S. M. Cattolica ordinato, che s'erigesse un'altra Rota al numero di quattro in questo S.C. essendosi posta già in esecutione, rimasero per
3 *ordine nostro l'infrascritti Consiglieri nelle trè Rote, cioè in una D.Pietro di Vera d' Aragona, Scipione di Curte, Fabio Riccardo, Felice di Gennaro, Gio: Domenico Imparato, in un'altra Gio:Tomaso Salamanca, D. Gio: Sances de Luna, Gio:di Mestanza, & Antonio Catalano, perche ci manca il luogo del quon. Marcello Fornaro non ancor provisto, in un'altra Rota Cola Antonio Gizzarello, Alonzo Scimenes, il quale è già passato da questa vita, Marco Antonio d'Aponte, Carlo de Tapia, & Alonso Arevalo Sedegno, & in la quarta furno mandati gli Consiglieri Ottaviano Cesare, Giulio Palermo, D. Diego di Vera, Fabio d'Anna, e Scipione di Costanzo, e per alcuni rispetti moventi la mente nostra fù mutato detto Consigliero Felice di Gennaro dalla Rota di D.Pietro in la Rota di Ottaviano, & in suo cambio da detta Rota d'Ottaviano fù mandato il Consigliero D.Diego in quella di D.Pietro, quali Consiglieri mutati, ogn'uno si portò con se li suoi processi, e di poi le Rote nell' unirsi per le cause di due Rote si sono andate unendo, come si faceva per il passato, cioè la Rota dove risiedeva Salamanca con la Rota dove risiede Gizzarello, e come ch'adesso s'è aggiunta la quarta Rota predetta, quella di Gizzarello s' unisce con la Rota dove risiede il Consigliero Ottaviano Cesare, e la Rota dove risiede il detto Ottaviano con quella di D.Pietro, e parendoci, che così si debbia continuare per la presta, e più facile espeditione de' negotii ci hà parso con voto, e parere del Regio Collateral Conseglio appresso di Noi assistente; & con intervento anco del Magnifico, e Circonspetto Presidente di questo Sacro Conseglio farvi la presente, per la quale vi dicemo, ordinamo, e comandamo, che debbiate continuare, e fare continuare l'unione di dette Rote nel modo, e forma sopradetta, e di più, ch' ogn'uno di detti Consiglieri proveda nelle cause à ciascuno di essi commessa in quelle Rote, dove si trovano designate, e risiedono al presente, non ostante, che le fussero state commesse, quando stavano nell'altre Rote, e così anco andavano continuando per le relationi, e decisioni di cause di due Rote in quelle Rote, che seguono insieme, come di sopra è detto, il che si haverà da osservare tanto in le cause principali, come in quelle di reclamationi, di nullità, che così conviene, e procede da nostra mente per la più presta, e facile speditione de liti, e negotii. Datum Neap. die 22. Decembris 1600.*

El Conde de Lemos.

Vidit Gorostiola Reg. Vidit de Ponte Reg. Vidit de Castellet Reg.

Salazar Secretarius.

Quando fuerit instituta tertia Aula in S.C. non habetur in Regiis Pragmaticis, ut advertit *Top.de*
4 *origine Tribunal.cap.5.num.6.* Sed colligitur ex Regiis *Pragmaticis* fuisse erectam tertiam Aulam ante Annum 1596. dum in literis Philippi Secundi Regis, quæ prodierunt *sub die 24. Octobris ejusdem Anni typis mandatis in Prag. 68.de Offic.Procurat.Cæsar.* leguntur hæc verba: *Come se ha ydo dividiendo en el Consejo de Capuana, que se ha ydo dividiendo primiero en*
5 *dos Salas, despues en tres.* Tempore Regis Ferdinandi Primi Consiliarii non erant nisi novem, *Pragm.2.in §.4.de Offic.S.R.C.* quorum numerus fuit auctus in duobus aliis à *Carolo V. Anno 1536.Prag.41. de Offic. S.R.C.* Sed hodie post institutam quartam Aulã, Cõsiliariorum numerus est auctus ad 23. Consiliarios, quorum duæ partes sint Regnicolæ, & tertia ad electionem Regis, & distribuuntur in dictis quatuor Aulis, nempè quinque pro unaquaque Aula, duo mittuntur in Aula criminali M.C.V. ad mitigandum illius rigorem, & alter ad exercendum Gubernium Civitatis Capuæ, qui singulo biennio mutantur, vel confirmantur, ut accuratè observavit *D.Tasson.sup.Prag.de antepb. vers.3.obser.3. num.68.& 168.*

Illud postremò observandum superest, quod Regius Consiliarius, qui est absens, & juramentum præstat per Procuratorem, quando Neapoli ac-
6 cedit ad exercendum non capit salarium à die præstiti juramenti, sed à die administrationis, ut ex *Reg.Revert.* decisum ostendit *Tasson. de antepb.vers.3. observ.2. num.31.* quæ decisio *Revert.* est hodie 162. in recollectis per *Reg. de Ma-*

Marin. qui concurrit cum' dicta *decisione*, & tantummodo illam restringit *nu.4.* quoties provisus extitisset in Regis servitio, quia tunc ei debetur salarium à die datæ privilegii, seu præstiti juramenti.

OBSERVATIO LXV.

SUMMARIUM.

1 Pragm.21. de Vectigal. *& literæ Regales Ann.* 1684.*concordant cum hac* Pragm.

2 *Jus dirictus ducati unius cum dimidio pro jure sententiæ, quod exigitur virtute litterarum Regalium, num exigatur à decretis interponi solitis*, quod expedit, *& quibus declaratur emptiones esse tutas, & refertur observantia num.3.*

4 *Et quid causis transactis non expectata sententia.*

5 *Refertur casus, qui emersit disputandus Anno* 1703.

6 *Salarium, seu dirictus pro jure sententiarum, & decretorum S.R.C. debetur pro decretis diffinitivis interpositis dato termino.*

7 *Et an idem dicendum sit de decretis habentibus vim diffinitivi.*

8 *Decretum interlocutorium super possessorio, num habere dicatur vim diffinitivi.*

9 *Decretum, seu præceptum de solvendo, num habeat vim diffinitivi, & quid quando adest controversia super validitate, vel invaliditate instrumenti, & fuerunt rejectæ exceptiones propositæ adversus instrumentum num.* 10.

11 *Diffinitivum dicitur decretum, quod diffinit articulum substantialem causæ, & illud, quod profertur absque litis contestatione, dicitur interlocutorium, habens vim diffinitivi n.* 12.

13 *Decreta, quæ absolvunt ab observatione judicii, & quæ diffiniunt totum negotium non directò, sed per obliquum dicuntur interlocutoria mixta.*

14 *Decretum, per quod declarantur acta nulla, dicitur interlocutorium.*

15 *Decretum preambuli habetur pro interlocutorio.*

De Officio Sacri Regii Consilii. Pragm. LXXIX.

El Duque de Alba nuestro, &c.

STatuitur dirictus ducati unius cum dimidio pro centum pro jure sententiarum, & decretorum diffinitivorum S.R.C. executionem habentium in augmentum salarii Regiorum Consiliariorum.

Concordat *Pragm.21. in §.7.* incip. *& in quanto de*
vectigal. concordant *literæ Regales* 18.*Septem-*
1 *bris* 1684. quæ fuerunt editæ occasione ultimæ
generalis visitationis Regentis Danesii Casati in-
sertæ in *Pragm.13. de Official. & quæ iis probib.*
tom.4. vers. per Real despacho, ubi in §. seq. incip.
Annade'il Visitador, reservatur provisio capien-
da facta relatione in S. R. C. respectu dirictus
exigendi à decretis interponendis per S.C. *quod*
expedit minoribus, Curatoribus patrimoniorum,
2 vel hæreditatum jacentium, aliisque similibus
personis contrahere volentibus, pro quibus sta-
tuendum censent, quod possit fieri exactio pro
medietate, & nec non reservatur provisio re-
spectu approbationum emptionum faciendarum
ex pecunia implicanda in emptionem, nihilomi-
nus passim observavi, & servatum vidi fieri exa-
ctionem similium dirictuum, quemadmodum
constat ex processu pro curatore hæreditatis qu:
3 Scipionis Sebastiani, cum hæredibus qu: Pauli
Errici, & Magnificis DD. Nicolao Luparella, &
Mutio Formosa in banca Rubini apud Majonum
Scribam *fol.* 19.

Idemque servatur causa transacta, nempè si Partes
non expectata sententia, vel causa existente in
calculo ferendæ sententiæ, devenerint ad tran-
4 sactionem, seu concordiam, forsan quia transa-
ctio similis est rei judicatæ, *l. non minorem* 20.
C. de transact. Valeron. de transact. tit.2. q.1. n.3.
& magis in terminis accedit *Gratian. discept. for.*
cap.561. n.34.35. & 36. tom.3. ubi quod salarium,
quod debetur Judici, ex forma statuti post latam
sententiam, debetur quamvis sententiam non
tulerit, ob causam transactam, & laudat pro hac
sententia *Speculat. Franc. Dec. Jason. Marsil.*
Roman. Bart. Mandos. & Borgnin. qui sic deci-
sum testatur *dec.41. n.48. par.1.*

Cumque in currenti Anno 1703. accidisset casus
exactionis hujus dirictus in transactione causæ
5 pendentis in S.C. inter D. Dominicum, & D. Ca-
millum Pagano fratres creditores Marchionis
Orioli in annuis ducatis 53818. pro quibus ex-
titerat relaxatum sequestrum ducatorum 6666.
existentium in Banco S. Jacobi, & demum ordi-
nata liberatio S. C. prævio decretò interposito
ad relationem D. Consiliarii D. Petri Mussones,
sub die 29. Januarii ejusdem A. 1704. mandavit
liberari Secretario ejusdem S. R. C. ducatos
808. 3. 13. pro jure dirictus, non habito respe-
ctu ad jus sententiæ pro solis ducatis 6666. libe-
ratis, & dissequestratis, sed pro integris cre-
ditis transactis. Et cum conquæsta fuisset fidelis-
sima Civitas, & pro ea Deputati pro observan-
tia Capitulorum porrexerunt preces S. M. &
D. Proregi exponendo non esse exactionem ju-
re factam pro integra summa, sed tantum potuis-
se S.C. pretendere ducatos 99.4.19. pro dirictu
ducatorum 6666. dissequestratis, & proinde es-
se restituendas summas indebitè exactas contra
supratraditas Regias ordinationes mandantes
exactionẽ juris sententiæ fieri tantummodò pro

illis

illis sententiis, & decretis diffinitivis executioni
demandatis; Verùm quamvis obtinuissent re-
scripta pro restitutione quantitatum exactarum;
nihilominus S.C. non censuit esse obtemperan-
dum, sed congregatis quatuor Aulis ob negotii
gravitatem decrevit *esse faciendam consultatio-
nem D. Proregi, pro opinione negativa*, qua fa-
cta, & transmissa non fuit ampliùs de negotio
tractatum.

Dum literę Regales loquuntur de diffinitivis, intel-
ligendæ sunt de decretis interpositis dato ter-
6 mino, quæ dicuntur diffinitiva, *Staib. resol.* 154.
num. 6. *tom.* 2. Sed exquirendum sæpè contigit,
num idem dicendum sit de habentibus vim dif-
finitivi, & affirmativè resolvit *Reg. Rovit. decis.*
81. *n.* 13. *&* 14. cum habens vim diffinitivi idem
7 sit, quod diffinitivum, *Fontanell. decis.* 383. *n.* 6.
par. 2.

Vim diffinitivi habere dicuntur, decreta, seu in-
terlocutoria super possessorio prolata, *Borrell.*
8 *in summ. decis. de sentent. & decret. interlocut.*
tit. 29. *n.* 56. *tom.* 2.

Vim diffinitivi habere quoque videtur pręceptum
de solvendo factum ad simplicem creditoris re-
9 quisitionem, juxtà declarationem ejusdem *Bor-
rell. cit. loc. n.* 9. sed difficultas maxima insurgere
potest in decretis, seu præceptis, quod conven-
ti solvant tertias ante rescissionem contractus,
quę decreta interlocutoria, & non diffinitiva
esse firmavit *Reg. Rovit. in Pragm.* 1. *de assistent.*
num. . . sed hoc non esse simpliciter verum,
sed tantùm procedere in casu, in quo non adest
10 controversia super validitate, vel invaliditate
instrumenti, secùs si adversus decreta fuissent
oppositæ, & rejectæ exceptiones solutionis, si-
mulationis, vel nullitatis, vel aliæ similes, quià
tunc haberent vim diffinitivi, *Reg. Capyc. latr.*
decis. 96. *à n.* 20. *ad* 25. *tom.* 1.

Vim diffinitivi dicitur habere sententia, vel de-
cretum, quod diffinit articulum substantialem
11 causę, ut exemplificatur per *Hieronym. de Leo-
ne decis. Valent.* 229. *à n.* 10. *lib.* 2. *Fontanell. dec.*
383. *n.* 20. *Camill. Borrell. in summ decis. tit.* 29.
num. 18. *tom.* 2. & regulariter dicuntur interlocu-
toria habentia vim diffinitivi omnia illa decre-
12 ta, quæ proferuntur absque litis contestatione,
Staiban. resol. 113. *à n.* 10. *ad* 14. *cent.* 2.

Decretum absolvens ab observatione judicii non
est merum interlocutorium, sed mixtum habens
13 vim diffinitivi, *Borrell. in summ. decis. de appel-
lat. tit.* 30. *n.* 408. *& tit.* 29. *n.* 40. *Alex. Trētacinq.*
var. lib. 2. *resol.* 13. *de appellat. n.* 17. ubi tradit alia
exempla, & tandem tradit regulam, quod sen-
tentia illa dicitur interlocutoria habens vim dif-
finitivæ, quando diffinit totum negotium non
directò, sed per obliquum.

Interlocutorium dicitur decretum, per quod de-
clarantur acta nulla, *Guid. Papa decis.* 220. *Bor-
14 rell. in summ. decis. tit.* 33. *de appellat. num.* 320.
tom. 2. *& tit.* 29. *n.* 40. *&* 41.

Interlocutorium dicitur quoque decretum pręam-
15 buli, *Reg. Capyc. latr. decis.* 139. *n.* 20. *lib.* 2.

Alia ad materiam pertinentia videnda sunt *in ob-
servat. ad Pragm.* 81. *hoc tit. n.* . .

OBSERVATIO LXVI.

SUMMARIUM.

1 *Advocati num sint subiiciendi examini in Sac. Cons.*

2 *Hæc Prag. fuit lata prævia consultatione S.M. & congregatis omnibus Tribunalibus in Coll. Cons. & cur non habuerit executionem. n.* 3.

4 *Reg. Jo. Camillus Cacacius, qui efformavit supplicem libellum ad tutamen Advocatorum, summis laudibus extollitur.*

5 *Regales literæ exponuntur.*

6 *Almum Neapolitanum Collegium institutum à Regina Joanna II. pro promovendis Doctoribus, est celeberrimum, nedum in Italia, sed per totam Europam.*

7 *Advocationis munus ad hoc, ut expleri possit, sufficit praxis forensis cum mediocritate doctrinæ, & affertur discrimen inter Advocatos, Judices, & Cathedraticos, n.* 8.

9 *Advocati satis approbati censentur per causarum patrocinia.*

10 *Commemorantur insignes, & celeberrimi Jureconsulti, qui Neapoli floruerunt in patrocinandis causis, in gerendis Magistratibus, & libros typis tradendo.*

11 *Advocati cur novo examini subiici recusent.*

12 *Affertur ad propositum casus, qui accidit Parisiis, & proponitur inconveniens, quod Neapoli oriretur in casu examinis, & num.* 13.

14 *Advocatorum plura germina distinguuntur in Supremis Neapolitanis Tribunalibus.*

15 *Advocati officium exigit varia naturæ talenta, nempè doctrinæ, eloquentiæ, prudentiæ, notionem praxis forensis, & longævæ experientiæ, quorum magna pars non cadit sub examine.*

16 *Advocati naturalis timiditas quomodo emendari possit.*

17 *Advocati audaces, & petulantes pollent magis memoria, quàm ingenio, & eruditione.*

18 *Neapolitana Civitas abundat delitiis, quibus ut plurimum Juvenes blandiuntur studiis derelictis.*

19 *Advocatus nunquam bonus esse potest cum sola theorica absque praxi, & experientia rerum, quæ acquiritur longo usu, & negotiorum multitudine.*

20 *Dux Alcalanorum, & Comes Mirandæ, qui moderabatur hoc Regnum Anno* 1586. *noluerunt, ut aliquid innovaretur circa examen Advocatorum.*

21 *Praxis examinandi Advocatos non viget in aliis Regnis subjectis nostro Regi.*

22 *Unaquaque Provincia suo sensu abundat.*

23 *Advocati officium poteſt exerceri ab illis, qui non ſunt Doctores.*
24 *Et quid in ſubſcribendis nullitatibus contra expreſſum caſum legis.*
25 *Quid in Procuratoribus Doctoribus.*
26 *Quid in ſubſcribendis ſupplicationibus.*
27 *Procuratoris officium non poteſt exerceri ab illis, qui non ſunt approbati, vulgò* matricolati.
28 *Nulla an ſint acta à Procuratoribus non matriculatis facta.*

De Officio Sacri Regii Conſilii. Pragmat. LXXX.

Havendo S.M. &c.

STatuitur, ut Advocati etiam Doctores, & Procuratores non admittantur ad exercendum officium, niſi practicaverint per triennium, & fuerint examinati à Spectabili Præſide S.C. in una ex Aulis ejuſdem S.R.C.

Hæc *Pragm.* exorbitat ab illa edita tempòre Ducis
de Alcalà, nam in *§. ejuſdem Pragm.* ſancitum fuit,
1 ut Advocati non Doctores eſſent ſubiiciendi
examini, illis verò, qui receperunt inſignia Do-
ctoratus, permitteretur liberè patrocinari in
Conſilio. De qua *Pragm.* memor fuit *Camill. Sa-
lern. in proœm. Napod. ad conſuetud. Neapol. in
add. incip. Doctoratus, fol. 2. & 3.* ubi quod fuit
publicata in hoc Regno ſub die 5. Junii 1566.
cum cœteris ſententiis Regiæ Viſitationis tem-
pore Philippi II.

Hæc *Pragm.* publicata fuit ſub die 10. Decembris
1629. prævia conſultatione facta S. M. convo-
2 cato toto S. C. in Coll. Conſ. coram ipſo Dom.
Prorege, & Dom. Viſitatore Generali D. Fran-
ciſco Antonio de Alarcon. Verùm nullam ha-
buit executionem circa examen Advocatorum,
& juramentum ab ipſis præſtandum; ſiquidem
nedum inſurrexit totus Advocatorum cœtus,
pro quorum parte dicebatur nunquam fuiſſe uſu
receptum ipſos jurare, vel ſubiici examini, niſi
in gradu Doctoratus, ideòque Advocati, & Pro-
curatores non accedebant ad Tribunalia, & cau-
ſæ decidebantur abſque patrocinio, ut docet
Taſſon. de Anteph. verſ. 7. obſer. 1. à num. 11. ſed
inſurrexit quoque Princeps Abellinatum Ma-
3 gnus hujus Regni Cancellarius porrigendo pre-
ces Dom. Proregi, ne in perniciem ſui officii ali-
quid innovaretur ipſo inaudito ſuper executio-
ne *Literarum Regalium*, ut patet ex præſtantiſ-
ſimis Reſponſis editis, nempè pro Dominis Ad-
vocatis per *Franciſcum de Petr.* quod eſt *conſ.
1. inter ſua conſilia*, & pro Principe Abellina-
tum per famigeratiſſimum illum tunc temporis
Advocatum, poſtmodum Regium Conſiliarium
Petrum Caravita, cujus Reſponſum reperitur
typis impreſſum per *Lagonar. in Comment. ad
Reg. Revit. ſuper Pragm. 22. de Offic. S. R. C.* &
nos hìc quoque imprimendum duximus ſequen-
tem celebrem ſupplicem libellum elaboratum
ad tutamen Advocatorum per inſignem illum
Jureconſultũ, poſtmodum digniſſimũ Regentem
4 *Jo: Camillum Cacaciam*, qui cum tendat in maxi-
mum Advocatorum decus, meretur ut poſteri-
tati tradatur, prout merentur cœtera tanti Viri
monumenta.

Illuſtriſſimo, & Eccellentiſſimo Signore.

HAvendo inteſo tutto il ceto degl' Avvocati
Napolitani, & anco di quelli, che già dotto-
5 rati nel Collegio de Napoli, pratticando di pre-
ſente nelli Regii Tribunali s'apparecchiano à
queſto eſercitio; che S.M. con ſue Reali lettere
habbi ordinato, che ſe facci conſulta, ſe quelli,
che hanno da eſſere Avvocati, ò Procuratori
nelli Regii Tribunali, conviene, che ſiano eſa-
minati; Et che inviandoſi li Voti, che fra-
tanto ſi eſequiſca quello, che per la Prammati-
ca del Rè Ferdinando I. ſtà proviſto: vengono
per mezzo de' loro Deputati à ſupplicare V.E.
che prima di eſequire alcuna coſa intorno à
quello, che forſi ſopra di ciò foſſe riſoluto come
degniſſimo herede, non ſolo della Caſa, Stati,
Dignità, & Officio; ma anco della gran pruden-
za, e bontà del quondam Eccellentiſſimo Signo-
re Duca d'Alcalà, già ſuo predeceſſore, e nel go-
verno di queſto Regno in ogni tempo celebra-
tiſſimo, ſi degni col ſuo acutiſſimo giuditio con-
ſiderare quanto in queſto foglio ſe li rappreſen-
ta: acciò ſi degni proteggere la riputatione, e
ſtato di eſſi Avvocati, quali perciò grandemen-
te confidati à V.E. ſperano col ſuo favore, che
non s'habbia à permettere novità alcuna, e
communicandolo (ſe così li parerà) col Rè No-
ſtro Signore, ottenere quella proviſta à benefi-
cio degli Avvocati del Regno, e di queſta Cit-
tà, lontana da ogni novità, e diſturbo.

Prima, il Collegio di Napoli con gran prudenza
inſtituito dalla Regina Giovanna II. con nume-
6 ro conveniente di Dottori, frà quali ve ne ſono
ſtati in ogni tempo, e ſono al preſente molti, co-
sì Prelati di Santa Chieſa, come Regii Miniſtri
anco del Supremo Conſeglio, dal tempo della
ſua fondatione per ſpatio d'anni 200. hà pro-
moſſo al grado di Dottore, con precedere du-
plicato eſamine, uno particolare dal Promoto-
re, e l'altro de tutti i Collegiati, col quale per
tutto queſto, indifferentemente ſi ſono ammeſ-
ſi li Dottorati, non ſolo all'officio d'avvocare,
ſenza altra eſamine; ma anco alle publiche Ca-
thedre, e publici Magiſtrati per ogni grado an-
co alle dignità Eccleſiaſtiche, tutto con autori-
tà Regia per lo Gran Cancelliero del Regno, e
ſuo

Google

ſuo Viceeancelliero eſercitata. Queſto Colleg-
gio ſtimatiſſimo, non ſolo in Regno,mà per tut-
ta Italia, anzi Europa: verria molto diminuito
d'autorità,e di ſtima, quãdo gli approbati da lui
ſe riputaſſero all'Avvocatione non ſufficienti,
onde con nuovo eſamine foſſe neceſſario pro-
varli: Poiche moſtreria negli Eſaminatori del
Collegio,ò ignoranza in non ſaperli,ò negligen-
za in non voler gli baſtantemente eſaminare;on-
de inſuſpettiti à chi toccaſſe, non ammetterebb-
bono li Dottorati in quello, nè alle Cathedre,
nè à Magiſtrati, nè à Chieſe; coſe ſenza dubio
maggiori del difendere cauſe,mentre S.M.tiene,
e ſuoi Miniſtri credono, che per l'Avvocare,che
7 è meno, l'eſſame fatta dal Collegio,ſia manche-
vole.

E veramente come potrà eſſere ammeſſo alla Ca-
thedra,ò all'officio,chi per l'Avvocatione non ſi
giudica ſufficiente? quando in queſta baſta l'uſo
forenſe, accompagnato con mediocre ſcienza,
baſta il probabile, & il perſuadere, ſenza molta
acutezza d'ingegno, ò nova inventione di dot-
trina, ove perche ſi raggiona con Giudici, che
per ordinario ſono huomini dotti, baſta con
ogni mediocrità rappreſentare la ragione di chi
ſi difende, havendo nel di più à ſupplire il Giu-
dice col ſuo ſapere: Mà nel Magiſtrato il Giudi-
8 ce hà da inventare la verità, per accertare, che
la ſentenza hà da diſcernere trà il probabile, &
il demonſtrativo,hà da ſupplire quello,ove l'Av-
vocato non giunge, e di molte coſe, che di am-
bedue le Parti le ſono allegate, ruminatele ben
tutte col ſuo buon giuditio applicarſi alle me-
gliori. Et nelle Cathedre dovendoſi inſegnare
ſcolari, biſogna nel Maeſtro, che inſegna,facon-
dia conveniente, per inſegnare coſe nuo-
ve, eligere le migliori, acuire gli uditori, inſe-
gnarli il vero, e communicarlo con chiarezza:
Dunque ſe l'eſame del Collegio per inſegnare,e
giudicare, ſarà baſtante per l'avvocare, che è
menor,come può dubbitarſi, che ſia inſufficiẽte?

E ſe baſtante è, è gravezza à coloro, che per quel-
lo ſon paſſati, havendoſi ad un nuovo eſame à
ſottoponere,e tanto maggiormente ſaria à quel-
li, che già introdotti nel foro, han dato baſtan-
tiſſimo ſaggio di loro ſteſſi, con la voce, con lo
ſcritto, con le continue difeſe, parlando di ra-
9 gione, e di fatto,in coſpetto de' Regii Miniſtri,
a' quali ogni cauſa da loro difeſa, è una maniſe-
ſta approbatione del loro valore: E gli altri,
che nell'eſame del Collegio ſono riuſciti, ri-
putato ſempre per l'addietro baſtante anco per
l'avvocare,ſottoponendoli ad un nuovo eſame,
ſaria gravarli, quando à ſufficienza per ogni mi-
ſtiero nel primo, e nel ſecondo che ſi fà nel
Collegio già ſono paſſati.

Nè può dubitarſi, che l'eſame del Collegio non
ſia baſtante, mentre con quello ſolo in tanto
tempo, ſono riuſciti huomini illuſtri, lumi di
queſto Regno,anzi del Mondo,nominati per tut-
te le parti della Chriſtianità, Avvocati valentiſ-
ſimi, Dottori illuſtriſſimi, Magiſtrati digniſſimi,
10 Scrittori famoſiſſimi, così ſono ſtati Afflitto,
Capece, Antonio di Gennaro, Antonio d'Aleſ-
ſandro, li due Loffredi, li due de Ponte, Came-
rario,Freccia, Vincenzo de Franchis, Fabio
Marcheſe, li due Camilli,de Medici, & Curtis,e
gli altri, che per brevità ſi laſciano; de' quali nè
Sua Maeſtà, nè ſuoi Miniſtri potranno non di-
co ſperare, mà nè deſiderare col nuovo eſamine
haverne migliori, e ſi contentarebbono vederne
alcuno del pari; quali ſe à tanta fama,& eminen-
za arrivorno ſenza nuova approbatione, fuor-
che del Collegio, e ſù quella baſtante à farli ta-
li, ben ſi potrà ſperare, che per l'avvenire non
atterrita la gioventù da nuovi rigori, ſia per
aſpirare à fama, & eruditione à queſti ſomi-
gliante:

S'aggiunge à tutto ciò il publico danno, poiche
gli Avvocati preſenti cõtenti di tante eſperien-
ze fatte delle loro perſone,e conoſcendo quan-
to avventurino incontro al poco che poſſono,
con la nuova approbatione avanzare, non vor-
11 ranno mettere la loro riputatione in berſaglio,
e di buona voglia, più preſto laſciaranno il foro,
che avventurare l'honore: & li giovani con l'eſ-
ſempio di queſti,tanto più fuggiranno l'arringo;
onde le cauſe reſtaranno ſenza defenſori, il foro
ſenza cauſidici, li Giudici ſoli non potranno
ſupplire ſenza ajuto de' defenſori alla fatiga, le
querele de' litiganti anderanno alle ſtelle; quali
non vorranno confidare le loro fortune, e lo
ſtabilimento del loro eſſere in mano d'huomini
nuovi, e di giovani ineſperti, ſe pure ve ne ſarà
alcuno, che vorrà eſponere ſe ſteſſo all'evento
dubbioſo di queſta novità.

E non è gran coſa, che ciò ſucceda in Napoli in
minor numero de cauſidici ſtimati, quando al-
tra volta in trecento e ſette Avvocati, ſucceſſe
in Pariggi,ove quel gran numero non ſoſtenen-
12 do novità,ne i loro guadagni propoſta, s'aſten-
nero da Tribunali di commune conſentimento,
e dalla prattica conoſcendoſi non convenire l'
oſſervanza della legge, fatta per non impedire
la giuſtitia, che ſenza Avvocati non può ammi-
niſtrarſi, ſe hebbe per bene di revocare l'editto.

Che ſe pure alcuni ſi ritrovaſſero, che s'eſponeſ-
ſero al rigore, ſtimando più il guadagno, che il
decoro, queſti aſſequito il fine, che preteſero,
reſtando padroni della campagna, correrebbo-
no ſenza ritegno il campo dell'avaritia, e fatti
13 tiranni di poveri litiganti, non ſi contentareb-
bono da defenſori delle liti, diventare compa-
gni de clientuli, e poco loro parrebbe dividere
per metà; ſe all'uſo della caſa del giuoco, tutto
il guadagno in loro non reſtaſſe; anzi occupati
da i più potenti, e nelle cauſe più gravi, chi
manco deſſe ò poteſſe, reſtarebbe indifeſo, &
abbandonato, dormirebbono le cauſe de pove-
ri, e ſolo i ricchi trovarebbono qualche difenſo-
re; e Dio sà quale.

Bisogna nell'infinita moltitudine de liti, che in questo Regno (per nostra miseria) sono, picciole, mediocre, grandi; de ricchi, de poveri; de grandi, de piccioli; de potenti, e d'impotenti; che vi siano defensori di ogni classe e d'ogni
14 qualità, non possendo l'Avvocato famoso badare à negotii piccioli, e non havendo il povero che dare à sofficienza all'Avvocato eminente, la diversa qualità delle liti e de litiganti, richiedono qualità diverse de defensori: L'Avvocato principiante, che vuole acquistare nome, difenderà le cause senza denari, l'Avvocato di poca stima, difenderà le cause di poca summa: l'Avvocato povero, si contenterà de pochi quatrini; e nella varietà di questo ordine, ogni litigante trovarà il suo difensore: Et hoggidì si vede, che anco li grandi, & huomini potenti, tengono Avvocati di diversa qualità, alcuni di maggiore eminenza per li negozii maggiori, altri di meno per li manco importanti: Questo disturba l'esamine, ove molti non andando, ò non passando, ridottosi il negotio à pochissimi, mancherà così buona commodità a' litiganti, mancando la copia de defensori.

Si aggiunge un'altro danno di gran consideratione, già che nell'officio di Avvocato, varii talenti sono di bisogno, nè questi ritrovandosi in tutti, non facendo la Natura in gran numero huomini eccellenti, alcuni de gli Avvocati saran
15 buoni per la dottrina, altri per la prattica forense, altri per l'esperienza lunga de'Tribunali, alcuni per l'eloquenza, chi per ritrovar nuovi motivi, chi per lo giuditio, molti per la prudenza; è certo che alcune di queste parti non cadranno sotto l'esame, nella quale solo si considerarà ò la dottrina, ò la prattica Forense, le quali se si ritroveranno manchevoli in quelli, che saranno delle altre parti dotati, e perciò per disgrazia dal S.C. non ammessi, mancheranno gran numero di quelli Avvocati, che haveranno parti assai necessarie, per lo bisogno delle cause, nelle quali si è infinite volte per esperienza visto più giovare la facondia, & eloquenza d'uno accorto Avvocato, che una grande allegatione da huomo dotto con gran fatica composta.

Succederebbe ancora inconveniente di consideratione, molti di loro di natura timidi e pusillanimi, li quali pian piano introdotti in negotii, van perdendo quella timidità naturale, e diven-
16 tano buoni al mistiero; e se per la loro timidità mancano in qualche cosa in alcuna causa, procurano emendarla nell'altra, con l'esercitio corrigendo l'imperfettione della natura; e perche da una attione non dipende il loro stato, e con la difesa di una causa, ò due, non vi và tutto il resto della riputatione, se per forte inciampano in qualche fosso, non lasciano il corso, finche se moderi quella fiacchezza naturale; mà quando da una sola attione dipende la loro fortuna, ò non anderanno ad avventurarsi, ritirati dalla loro timidità, ò non riuscendoli, benche per altro sufficienti, disperati per la vergogna, lasciaranno il foro, e l'esercitio, e si perderanno molti, e molti buoni, e con speranza di riuscire otti-
17 mi, soffocati dalla nativa timidità: Et all'incontro molti di natura audaci, & arroganti, nelli quali la memoria più potente dell'ingegno, e dell'eruditione, facendo con vana pompa maggior testimonio di quello, che sia la vera habilità, li farà riuscire, restando gli altri più litterati addietro, che per timidità non hebbero fortuna di sapersi rappresentare: E molti già Dottorati apprendendo il negotio per periculosissimo, nè assicurandosi di passare per l'incude, e martello, lascieranno la professione, ò dandosi à gli officii, ove haveranno occasione esercitare il talento, ove assai s'avanza nella scienza legale; E quelli, che ò sono adesso negli studii, ò hanno fantasia de studiare, vedendo che bisogna passare per tante esami, che la fatica se gli accresce; essendo naturalmente questa Città delitiosa, ove la gioventù volentieri inclina al piacere; spaventati dal travaglio, allettati dalle delitie, seguendo l'instinto, abbandoneranno gli studii: Et ecco che nell'otio, nel quale marcirà la gioventù con incentivo de vitii, mentre non havendo la gioventù dove applicarsi, si darà alle dissolutio-
18 ni, inquietarà le loro case, consumerà la robba, diventeranno rissosi, e seditiosi, con danno notabile del publico, e disservitio della Maestà divina, & humana: Et è cosa molto facile alla gioventù inclinata al piacere, il luoco ove sono mille occasioni di prenderlo, sotto scusa di non confidarsi à riuscire, per le novità à loro tempi introdotte, far vane le speranze de' padri, non curarli tirate inanzi se stessi, e le loro case; e per li vitii, abandonare le virtù.

Si pone anco in consideratione à V.E. che l'Avvocato non è possibile à riuscire buono con lo solo studio, se non vi accompagna la prattica, &
19 esperienza delle cose; quale s'acquista col tempo, e con la moltitudine de negotii maneggiati assiduamente, nè per molto che si veggano trattare da altri, se impara quanto; quando l'istesso Avvocato li maneggia. Hora havendo à passare l'Avvocato giovane per l'esamine, non potrà prima che cominci sapere quello, che con l'esperienze s'impara; e se per disgratia sopra quelle cose ancora non imparate, esaminato non riuscisse; non ammesso à negotiare, perde l'occasione d'imparare quelle cose donde gli Avvocati vengono à perfettione, e non potendo impararle prima nella prattica, nè essendoli permesso di pratticare, si perdono ottimi sugetti per lo publico, e per desiderio di havere Avvocati buoni, si chiuderà la strada de farli, quali se desiderano. Et è assai meglio, che comincino con poca dottrina, avanzandosi sempre più con l'avidità della gloria, e del lucro, e con la prattica de negotii, che per volerli da principio perfetti,

fetti,

Digitized by Google

fetti, non haverli col tempo di forte alcuna.

Cose con matura prudenza considerate dalla felice memoria del Signor Duca d'Alcalà passato, on-
20 de à suo tempo non volse intorno à questo permettere novità alcuna; sicome nè meno la permise il Conte de Miranda nell'anno 1586. rinovandosi di nuovo questa prattica, vedendosi gl' inconvenienti che ne nascevano. E se di presente alcuno insofficiente forsi se ritrovasse, o di non buoni costumi, ben vi sono modi, che senza usare novità possono rimediare, con l'ammonitioni, con le pene, e quando è disperato il caso, con proibirli l'esercitio, senza che ne patiscan gli altri, ò habili al presente, ò che saranno con la fatica per l'avvenire.

Questa prattica da esaminare gli Avvocati, massimamente quando sono passati dal Collegio non
21 è stata mai introdotta in Regno, non si prattica negli altri luoghi d'Italia soggetti à S. M. In Milano basta l'età de 20. anni, in Sicilia un semplice giuramento, in Fiandra solo l'essere licentiato, così in Borgogna, & in Parigi, in Navarra se richiede solo studio, e prattica, & in Castiglia istessa s'esaminano quelli, che non han passato per lo grado di Dottore: ò se pure questo costume particolare fosse in quel paese, non hà perciò da essere traspiantato negli altri Regni di S. M. e particolarmente in questo, ove vi è tanto cumulo de liti, che anco ne i supremi Tribunali de picciolo momento si trattano; ove non vi sono Baccillieri, nè Licentiati, come in Castiglia; mà tutti si Dottorano; ove le genti più imparano con la prattica negotiando, che con lo studio, che perciò ogni Provincia deve ritenere li suoi costumi; e sicome questo Regno tiene distinte leggi, & uso nell'altre cose da Castiglia, così in questo non hà da imitarlo, essen-
22 do verissimo il detto della Scrittura, *Quod unaquaque Provincia suo sensu abundat.* & come l'esamine in Castiglia sarà forsi instrumento atto, perche riescano buoni Avvocati; così quà l'esperienza de tempi passati hà chiarito, che senza l'esamine sono riusciti valenti: quali e così la gioventù vedendosi da ogni novità liberi col favore di V.E. procureranno per servitio d' Iddio, di S.M. del publico, e per bene de loro stessi avanzarsi più, e di buoni, riuscire megliori.

Gio: Camillo Cacace.

Sed quod Advocati officium possit exercere etiam ille, qui non fuit assecutus gradum Docto-
23 ratus, probatur ex *Const. Regn. Advocatorum officium*, ut dixit *Amicang. de regalib. offic. post qq. feudal. q.* 19. *n.* 11. qui *num.* 12. adducit exemplum *Sebastiani Napodani*, qui suis comentariis illustravit *Consuet. Neapol.* tempore quo non erat Doctor, ut ipsemet testatur *in princ. proem. dictar. Consuetudinum.*

Fallit tamen in nullitatibus contra casum legis, quę debent subscribi ab ordinariis Causæ Advocatis habentibus insignia Doctoratus, *Pragm.* 5. *de di-*
24 *lat.* ut clarè deducitur ex illis verbis, *non convenendo, che uno, che non è Dottore ardisca di dire, che una determinatione fatta da Consegli, ne' quali intervengono huomini gravissimi, e dottissimi, ista* contrà casum legis, *non potendo un Procuratore, ò un Principale non Dottore allegare in Jure*, concordant rationes allatæ *per Reg. Matthei de regimine Regni Valentiæ cap.* 12. *§.* 5. *n.* 30. ubi quod ridiculum videtur audire
25 Tyronem Causidicum arguentem de nullitate, sententiam à Senatu gravissimo fuisse prolatam. Quarè apud *Thor. in supplem. V. Doctor qui officium fol.* 164. fuerunt rejectæ nullitates propositæ per quendam Procuratorem Doctorem, de qua decisione memor fuit *Reg. Dux Vasti Girardi, super Rit. M.C.* 100. *n.* 24. *qui in Commentariis super Rit.* 265. *num.* 35. *tom.* 3. refert duas alias determinationes ejusdem S.R.C. de Anno 1666. & 1675. quod reijcerentur nullitates non subscriptæ ab ordinario Causæ Advocato. Aliam refert *Consil. Staiban. resol.* 113. *n.* 16. *tom.* 2. Sed Ego vidi diversimodè observatum forsan, quia refragari videntur illa verba *Pragmaticæ, non potendo un Procuratore, ò un Principale non Dottore*, ideoque quoties Procuratores habent insignia Doctoratus, admicti debent ad proponendum nullitates contra casum legis adversùs sententias S.R.C.

Idemque servatur in supplicationibus subscribendis, quas quamvis statutum fuerit esse subscri-
26 bendas in extrema pagina propria Advocati manu *per Pragm.* 26. *in §.* 3. *Pragm.* 81. *in §.* 1. & *Pragm.* 86. *§.* 2. *hoc tit.* nihilominus illas passim subscribi videmus à Procuratoribus.

Est tamen in viridi observantia in S.C. dispositio hujus *Pragm.* 86. *in §.* 20. *sub hoc tit.* circa exa-
27 men Procuratorum, qua cavetur ut nullus admictatur ad exercitium Procuratoris in Tribunalibus hujus Civitatis, nisi fuerit approbatus per S.C. & quod Actuarii non possint illos admittere absque fide matriculæ, de qua constare debet per fidem Magnifici Secretarii ejusdem S.R.C. Verùm si acciderit procedi ad ulteriora cum Procuratore, cujus persona non fuit legiti-
28 mata cum fide matriculæ, non per hoc acta erunt nulla, ut decisum fuit apud *Thor. in supplem. decis. V. nullitates obstare an videantur, fol.* 445.

OBSERVATIO LXVII.

SUMMARIUM.

1 *Actuarii S. R. C. non possunt recipere supplicationes, nisi subscriptas propria manu Advocatorum, & quid servetur in praxi detecta supplicatione non subscripta.*

2 *Sub-*

2 Subreptionis, vel obreptionis pœna est ducatorum duodecim.

3 Actuarii S.R.C. non possunt procedere ad ulteriora in causis, nisi legitimata persona actoris, prævio mandato procurationis, vel præviis sollemnibus tutelæ existentibus pupillis, vel minoribus in judicio.

4 Procurationis mandatum præsumptum cum ratihabitione principalis, an sufficiat in terminis hujus Pragm. & quid quando reus citatus nominaverit suum Procuratorem in calce citationis, & num. 5.

6 Pragm. hæc quatenus requirat sollemnia tutorum in judicio comparentium pro minoribus, est conformis cum dispositione juris communis.

7 Text. in l. 3. C. in quibus causis restitut. in integr. non est necessar. & l. in dubium, C. de tutorib. vel Curat. qui satis non dederunt, ponderantur.

8 Nullitas processus ex defectu sollemnium resultat adhuc si à Partibus non fuerit opposita.

9 Ritus M.C.V. 294. num correctus sit per dispositionem hujus Pragm.

10 Balius an dicatur persona legitima, si non doceat de sollemnibus.

11 Tutor conventus, qui non curat exibere sollemnia compellitur captis pignoribus, & proviso pupillo de Curatore ad lites.

12 Mandata justificata num possint expediri extra Civitatem Neapolis.

13 Actuarii non facientes præsentatas in scripturis literis integris, sed per abacum, num committant nullitatem.

14 Reclamatio adversùs decreta S.R.C. absque clausula executo decreto, sed habito colloquio cum Dominis de Aula, num possit concedi per Præsidem S. C. tamquam casus omissus à Regia Pragm. & quid in sententiis diffinitivis, num. 15.

16 Reclamatio à decretis interlocutoriis admittitur suspensa executione, quoties agitur de gravamine irreparabili, quod regularitèr consideratur in iudiciis criminalibus; & quid in causis civilibus, num. 17.

18 Decreta interlocutoria continentia gravamina irreparabilia, quæ sint.

19 Decretum mandans esse reiiciendas exceptiones dilatorias respicientes defensiones, vel esse admittendos, vel reiiciendos articulos, num comprehendatur sub his interlocutoriis.

20 Decretum latum super Iudicis competentia est merè interlocutorium respectu inquisitorum, & querelantis, ideoquod non committitur causa in S.C. sed deciditur ad relationem M.C. & quid in remissione petita, vel Episcopo, vel instante D.F.P. M.C.V. & nu. 21.

22 Reclamatio an admittatur à sententia M.C.V. confirmata per S.C. si fuerit additum de solvendo interesse.

23 Sententiæ difformitas non consideratur quando M.C.V. condemnavit ad furcarum suspendia, & S.C. ad truncationem capitis.

24 Reclamatio an recipiatur à sententia S. R. C. confirmante sententiam M.C.V. latam in iudicio criminali ex novitèr deductis.

25 Reclamatio an competat à decreto M.C.V. lato in causa civili, quod in prima sententia S. C. fuit revocatum, sed confirmatum in reclamatione.

26 Reclamatio denegatur adversus sententias, quorum una condemnat in centum, altera in quinquaginta, quia dicuntur conformes in minori summa.

27 Reclamationis causa petita adversùs sententias, quomodo, & cum qua clausula sit committenda alteri Commissario, & quid si fuerit ordinatum per Dom. Præs. S. C. quod fiat verbum loco reclamationis simpliciter, vel tractetur de aliquo capite omisso in sententia, & num. 28.

29 Praxis committendi causam reclamationis alteri non viget in Coll. Cons. & R. Cam. sed qui fuit Commissarius in prima instantia, erit Commissarius causæ reclamationis etiam in causis criminalibus, quæ decernuntur ad relationem M. C.

30 Et quid in decretis diffinitivis, vel incidentibus causarum civilium S.C.

31 Cautio præstanda in casu retractationis sententiæ S.R.C. tunc erit præstanda, impedita executione sententię, si extiterit reclamatum infra decem dies à die latæ sententiæ.

32 Reclamatione interposita adversùs sententiam condemnantem ad quantitatem liquidandam, non erit locus cautioni, neque executioni sententiæ, nisi facta prius liquidatione, & casus decisus refertur, & num procedi possit in causa reclamationis non executa sententia S.R.C. per liquidationem prius factam, & nu. 33.

34 Reclamationis Commissarius num sit Judex sententiæ confirmatæ in gradu reclamationis non executæ in prima instantia.

35 Aularum unio quomodo petenda sit, & decernenda per Præsidem S.R.C. & in quibus causis sit concedenda, & num. 36.

37 Aularum unio est petenda infra dies quindecim post factam conclusionem in causa, & an simplex petitio impediat processum ad ulteriora.

38 Aularum, & adjunctorum petitio cum decretatione, quod intimetur Parti, num impediat cursum causæ, & quid in quæstionibus de Commissario, & num. 39.

40 Aularum unio an procedat in incidentibus, & emergentibus, & quid in causis suspitionum, & num. 41.

42 Decretationes Præsidis S.R.C. Regentium Regiam Cancellariam, & Consiliariorum non possunt scribi eorum propria manu, quod fundatur jure communi, num. 43.

44 Literis executorialibus expeditis non erit locus reme-

remediis executionem impedientibus; Et quid formato creditorum concursu coram alio Commissario, num.45.

46 Præses S. R. C. quando decrevit, quod causa Commissarius verbum faciat à decretis domi latis, vel in aliis casibus, potest semper cognoscere super revocatione dicti verbi faciendi prævio recursu alterius Partis,& quid servat praxis num.47.

48 Præses S.R.C. non potest addere in decretationibus verbi faciendi clausulam, quod interim nihil innovetur, vel alteram respicientem causam principalem.

49 Depositum perventum ex bonis debitoris decocti deducti in S. C. non potest liberari nisi discussa graduatione, juxtà anterioritatē uniuscujusque ex creditoribus.

50 Pragm. hac habens liberationem depositi esse faciendam, juxta ordinem graduationis, & non per gratificationem, num sit conformis dispositioni juris communis, & num.52. Et quid attenta praxi Regni Hispaniæ, num.53.

51 Graduationis creditorum judicium tam super consecutione crediti, quàm super prælatione, num exigat judicium ordinarium, vel summarium.

54 Praxis liberandi pecuniam in concursu creditorum cum cautione non jure, sed æquitate fuit introducta, & quid respectu cautionis in casu evictionis rei emptæ, num jure teneantur creditores illam permittere, num.55.

56 Ccreditor anterior comparens post venditionem sub hasta, num valeat agere directè super re vendita, vel de æquitate debeat priùs agere contra creditores posteriores.

57 Creditor anterior an possit avocare pecuniam liberatam creditori posteriori ex deposito facto per emptorem sub hasta, cum conditione solvendi creditori posteriori.

De Officio Sacri Regii Consilii. Pragm. LXXIX.

La suprema autorità del Sacro Reg.Conseglio di Capuano,&c.

HÆc Pragm. continet plura capita, in quibus datur certa forma observanda pro recto gubernio S.R.C. quam cum nec Reg. Rovit. nec Jo: Mar. Novar. suis doctissimis Commentariis illustraverint, illam exornandam duxi præcticabiliora attingendo.

In primo capite incip. che li Mastrod'atti &c. in quo præcipitur ut Actuarii S.R.C. conficiant
1 Codicem, in quo scribant omnes supplices petitiones cujuscumque generis, nec recipiant supplicationes, nisi subscriptas propria manu Advocatorum, observandum erit, quod hęc Prag. est in viridi observantia respectu subscriptionis Advocati, adeoquod quando detegitur supplicatio non subscripta habito recursu ad Spectabilem Præsidem, passim mandatur, quod *nulla habeatur ratio de tali supplicatione*, juxta praxim traditam per me *in annotat. & observ. ad sing.*348.& *ad Pragm.hanc in* §.5.*n.*2.

Hinc fit, quod presentantes, vel subscribentes supplicationes expresso mendacio, vel suppressa
2 veritate plectuntur pœna ducatorum duodecim ob subreptionem, vel obreptionem, *Pragm. 66. sub hoc tit.* & Præses S.C.cognoscit de hac subreptione, *Tappon.de antef.versic.*3.*observ.*3.*num.* 136.*versic.*26.*cognoscit fol.*129.

In §.5. incip. *Ordinamo*, in quo statuitur, ut commissis causis in S.C. Actuarii non possint proce-
3 dere ad ulteriora in causa, imò neque ad expeditionem primæ citationis, vulgò *controsupplicata*, nisi legitimata persona actotis prævio mandato procurationis, vel præviis sollemnibus à jure requisitis, quando actor foret pupillus, vel minor sub pœna nullitatis actorum ultra aliam ab Actorum Magistris Incurrendam.

Decisio hujus *Pragm.* respectu hujus capitis exhibitionis mandati in principio judicii videtur es-
4 se correctoria juris communis, per quod sufficit mandatum præsumptum, & ratihabitio principalis etiam post litem contestatam, ad finem validandi acta, juxta *text.in l.licet* 56.*ff.de judic.* & decisa apud *Reg.Reverter.decis.*200.*n.* 2. ubi *D. Reg. de Mariniis* in dubium revocat dispositionem juris communis, attenta dispositione hujus *Pragm.* in terminis cujus *Pragm.*decisum retulimus in *observ.ad sing.*348.*n.* 8. sufficere mandatum præsumptum cum ratihabitione principalis, quam decisionem postmodum comperii relatam per *Consil.Ducem Vasti Girardi in Comment.ad Rit.*295.*n.*204.*tom.*4. quibus accedunt tradita per *Andreol.* loquentem in terminis consimilis statuti *in controv.*195.*n.* 2.3.& 4.& *per Reg.Matthæi de regimin.Regn.Valent. cap.*10.§.1.*à n.*240.*usque ad n.*248. ubi admittit ratihabitionem mandati, si fiat antequam illius defectus opponatur, aliàs acta erunt nulla, secundùm quamplurimas decisiones, quas ipse cumulat.

Præterea dum in hoc eodem §. statuitur esse idem observandum respectu rei conventi, qui si exi-
5 stat in partibus, & in actu intimationis institerit intimari suum Procuratorem constitutum in aliis causis penes acta, procèditur cum eodem Procuratore si constitutus reperiatur, advertendum erit, quod Procuratoris constitutio resultat ex simplici replicatione facta in calce primæ citationis, cum qua nominatur certa persona notificanda pro procuratore, ut quotidiana docet praxis,& habemus ex casibus decisis apud *Thor. in compend.decis.par.*3.*sect.*2. *verb. mandatum Procuratorium an probetur per verba assertiva.*

Respectu vero minorum in judicio comparentium me-

mediante persona tutorum constituentium pro-
6 curatorem, dum *Pragm.* requirit sollemnia tu-
telæ, est conformis dispositioni juris communis;
in quibus terminis processus factus cum tutore,
qui sollemnia non adimplevit, est nullus, nec est
7 opus remedio restitutionis in integrum, ad *text.*
in l.3.C.in quib.cauf.restit.in integr. necess. non
est.l.in dubium C.de tutor.vel curat.qui satis non
dedit, ibi: *Si tutor tuus, qui tutelari officio non*
caverat judicio expertus est, adversus eum lata
sententia juri tuo officere non potuit, nec ea, quæ
ab eo gesta sunt, ullam firmitatem obtinent, fru-
stra igitur auxilium restitutionis in integrum
desideras, quando ea, quæ ab eo gesta sunt, ipso
jure irrita sunt; Quemadmodum vidisse multos
processus annullari ex capite istius nullitatis te-
statur *Muscatell. in prax.S.C. glos. intimato nu.*
52.& 53. adhuc si à Partibus non fuerit opposi-
8 tum *Affl.dec.262.D.de Franchis decis.206. n.8.*
9.& 10. & passim judicatum novissimis tempo-
ribus per S.C. testatur *Gizzarell.decis.12.à n. 1.*
ad 15. quem sequitur *Reg.de Marinis lib.1.suar.*
resol. cap.193.num.8.in fine,& lib.2.cap.18. nu.
17.& 18.

Unde attenta hac *Pragm.* videtur confirmata hæc
dispositio juris communis, & correcta disposi-
9 tio *Ritus* 294. per quam admittuntur tutores, &
curatores ad contestandum litem absque sollem-
nibus, dato postmodum termino ad docendum
de sollemnibus facta litis contestatione, & dato
termino, quem *Ritum* esse contrarium juri com-
muni, dixit *Caravita in suis commentar.* quam-
vis juris communis contradictionem salvare co-
netur *Muscatell.in prax.S.C.p.3. glos.comparen-*
*tis n.*18.19.& 20.

Idemque procedere affirmamus in balio, qui ad
hoc, ut dicatur legitima persona in judicio, te-
netur antè omnia docere de sollemnibus, ut col-
10 ligitur ex traditis per *Reg.de Marinis in obser-*
vat.ad decis.563.D.Reg. Revert. n. 2. & 3. ubi
rejecta videtur opinio ejusdem *Reg. Reverter.*
opinantis balium in feudalibus, absque alia sol-
lemnitate administrare posse, *ex cap.Regni Feu-*
datarius, comprobat *R.Marcian.disput.71. nu.*
27.tom.2. & pro hac opinione facere videntur
tradita per *D.de Luca in melioratian.ad cap.137.*
ejusdem de Marinis lib. 1. ubi posuit formulam
obligationis fidejussoris balii, quæ est ad instar
fidejussionum, quæ prestatur in M.C. per tuto-
res, *Gallup.in prax.S.C.p.1.cap.5.n.78.* & dixi-
mus *in sing.232.n.5.*

Verùm ad tollendam hanc nullitatem adinventa
fuit in praxi cautela illa compellendi Balium, vel
11 Tutorem, etiam captis pignoribus ad exhiben-
dum sollemnia, vel proviso pupillo de Curato-
re ad lites; Si sollemnia nullo modo fuerint con-
fecta, juxta *Affl.dec.256.Muscatell.in prax. p.3.*
glos.comparentis n.21.erga finem, & in glos.in-
timato n.47.à 1. ubi dicit hoc esse advertendum,
ex quo vidit infinitos processus annullari ex ca-
pite istius nullitatis, & non sit habenda ratio de
hac nullitate minoribus illam non proponenti-
bus, videndus est *Vivius decis.536.n.1. & 4.*

In §.5. incip. *Ordinamo espressamente*, in quo ex-
pressè cavetur non posse expediri mandata justi-
12 ficata contrà existentes extrà hanc Civitatem,
nisi ad instantiam personarum privilegiatarum,
observanda sunt ea, quæ deduximus in *observat.*
ad sing.82.& ad hanc eandem Pragm.

In §.7. incip. *Ordinamo, che li Mastrod' Atti &c.*
ubi prohibentur fieri exhibitiones vulgò *presen-*
tate per abacum concordat cum *Pragm.* 10. *in*
§. 80. *de offic.Judic.* de qua memores fuimus in
observ.ad sing.200.n.19. verum non insurgere
13 nullitatem, ex quo presentatæ non fuerunt ex-
tensæ literis integris, etiam si versemur in judi-
cio syndicatus, cum per *Pragm.* non statuatur
nullitas actus, docet *Consil. Dux Vasti Girardi*
in comment.sup. Rit. 295.*n.*201.202.& 203.*t.*4.

§.9. hujus *Pragm.* incip. *Ordinamo, che dalli decre-*
ti &c. quo cavetur non esse admictendas suppli-
14 cationes de verbo faciendo loco reclamationis
adversùs sententias, vel diffinitiva decreta S.C.
illis non executis, exornatur per *Illustriss. Epi-*
scop.de Affl.controversiar.jur.cap.1.à n.11. cum
seqq. qui addit esse comprehensam sub disposi-
tione dictæ *Reg.Pragm.* decretationem illam,
quam Dom. Preses concedere consuevit sub for-
mula *habito colloquiò cum Dominis de Aula*, ar-
guendo prohibitionem hanc ex verbis *Regiæ*
Pragm. quæ inducunt omnimodam impossibi-
litatem, ibi, *non si possa ammettere supplica per*
via di reclamatione.

Sed contrariam praxim inolevisse in casu hoc non
proviso à *Reg.Pragm.* testatur *D. Consil. Dux*
Vasti Girardi super Rit.288.n.96.tom.4. qui *nu.*
15 97. non admictit hanc praxim in sententiis dif-
finitivis, in quibus non potest concedi decreta-
tio *loco reclamationis habito colloquio*, sed inter-
loquendum, *quod notetur dies, & facta execu-*
tione providebitur, juxtà §. 10. *hujus Pragm.* Ve-
rùm apparente de errore, vel injustitia senten-
tiæ solet provideri etiam de verbo faciendo su-
per re decisa per sententiam diffinitivam, ut fun-
dat, & exemplis confirmat *Consil. Altomar. de*
nullitat.rub.1.quæst.5.n.64.tom.1.

Respectu decretorum interlocutoriorum, in qui-
bus *Pragm.* mandat observandum esse jus com-
16 mune, & sic non esse admictendam supplicatio-
nem suspensivam executionis, nisi in casu gra-
vaminis irreparabilis, sciendum est, quod jus
commune est *text.in l. 1. §. quæsitum ff. de appel-*
lat.in l.2.ff.eod.tit.l.ante sententiam, ubi DD.C.
quor.appell.non recipiant.l.intra utilem, in princ.
ff.de minor. & est quoque ità definitum de jure
Canonico *per S.C.Trid.sess.24.cap.20.& sess.13.*
cap.1.de reformat. ad cujus intellectum quando
dicatur decretum continere gravamen irrepa-
rabile, videndus est *Giurb. dec.* 46. Per hanc
Pragm. in casu gravaminis irreparabilis, manda-

tur

Digitized by Google

tur ut ſuperſedeatur in executione, expectato
exitu reclamarionis, per quam confirmato pri-
mo decreto, non erit amplius locus reclamatio-
ni, adde *Pragm.32.hoc eod.tit.* & actus irretra-
ctabilis conſiderari propriè poteſt in cauſis cri-
minalibus, nempè ſi tractaretur de exequenda
ſententia capitali, aut mutilationis membri, aut
torturæ, aut carcerationis, juxta *deciſ. Dom. de
Franchis* 139.*Carlev.de judic.tit.3.diſput.*16. *n.*
45.*verſic.ſublimita tamen*.

Reſpectu cauſarum civilium non dari gravamen
irreparabile in ſententiis,& in executione in bo-
17 nis facienda, ſed benè in decretis interlocuto-
riis, juxta diſtinctionem hujus *Pragm.* conſide-
rat *Conſil.Staib.lib.1.reſol.50.à n.42.*ſed hoc in-
fra plenius declarabimus.

Decreta ſanè interlocutoria non admittunt regula-
liter appellationem, niſi in caſu gravaminis irre-
18 parabilis, qui caſus excipitur tam attento jure
canonico, quàm attento jure communi appro-
bato de jure Regni per hanc *Pragm.* prout ſu-
prà tetigi, & tetigit oculatiſſimus *D.Conſil. de
Altomar.de nullit.rubr.5.qu.*11. *n.* 17. *uſque ad*
56. ubi collegit duodecim gravamina, quæ non
poſſunt reparari in diffinitiva.

Inter has interlocutorias comprehenditur decre-
tum mandans eſſe reijciendas exceptiones re-
19 ſpicientes defenſiones, ut determinatum fuit
apud *Dom.de Franchis deciſ.*637.*D. Conſil. de
Altomar.ubi ſuprà nu.*38. *&* 39. in quibus locis
admittit etiam quando fuit pronunciatum eſſe
admittendos, vel non admittendos articulos,
ſed non quando articuli, vel probationes ſunt
omninò impertinentes, vel admiſſæ per Judi-
cem cum clauſula, *ſalvo jure impertinentium*,
quià tunc non cadit appellatio, & ita decisum
refert per S.C.

Comprehenduntur pariter decreta interlocutoria
lata ſuper Judicis competentia, ex cumulatis
20 per *Reg.Merlin.controv.forenſ.cap.*15.*n.*6.*lib.*1.
unde cauſa talium decretorum,quæ conſideran-
tur uti interlocutoria reſpectu inquiſitorum, &
querelantis non committitur in S. C. ſed decer-
nitur ad relationem M. C. *Pragm.* 77. *de Offic.
S.R.C.* quę loquitur in articulo repoſitionis ad
Eccleſiam, remiſſionis Vaſſallorum, vel clerico-
rum.

Habent tamen vim diffinitivorum cum remiſſio
fuerit petita à Barone, ſeu Epiſcopo, juxta ſty-
21 lum, de quo teſtatur *D.Reg.Sanfelic. deciſ.* 4. *à
num.*18.*ad* 27.ubi praxim hanc involvere vide-
tur firmando,quod aliquando cauſa Fiſci Patro-
no inſtante,vel reis appellantibus ſolet commit-
ti, & dari terminus *ad non poſita ponendum*, &
multotiès remittitur cauſa eidem M.C.*quæ pro-
videat, quod detur de novo terminus* ad fundan-
dam, vel excludendam exceptionem Clerica-
tus.Verùm dictæ deciſiones non ſunt attenden-
dæ, quia prodierunt de anno 1612. & ſic ante
promulgationem citatæ *Pragm.*quæ fuit edita
anno 1623. ut dixit *Pragm.*13. *de appellationi-
bus.*

Denegatur reclamatio à ſententia M. C. V. confir-
mata per S.C.in cauſis capitalibus, non obſtan-
22 te,quod in ſententia confirmante fuit additum
*de ſolvendo intereſſe.D.de Franch. deciſ.*510.*nu.*
17. ubi deciditur ſententias eſſe conformes,
quoad pœnam capitalem; & quoad caput inte-
reſſe poſſe reclamari, *ex Theſaur.deciſ.*122. *n.*7.

Nec conſideratur difformitas inter ſententiam
M.C.V. & illam S.C. quando M.C. condemna-
23 vit Nobilem ad furcarum ſuſpendia, & S.C. ad
truncationem capitis, quia utraque tendit ad
pœnam mortis naturalis, *Dom.de Franchis dec.*
569.

Reclamatio quoque prohibetur à ſententia S. C.
confirmante ſententiam M. C. V. in criminali-
24 bus ex noviter deductis, nempè ſi M. C. con-
demnaverit reum pœna triremium, & S. C. ob
penæ modicitatem cenſuerit eſſe inferendam
torturam, per quam non evacuatis indiciis pro-
tulerit novam ſententiam condemnando reum
ad eandem pœnam, qua M. C. V. condemnave-
rat, quià ſemper ſententiæ ſunt conformes, non
obſtante quod confirmatio ſequatur ex noviter
deductis. *D.de Franch.deciſ.*664.*n.*15. Sed con-
tradicere videtur *Cujac.*quem laudat *Rovit. ſup.
Pragm.*61.*n.*6.*de offic.S.R.C.*

Idemque procedit in cauſis civilibus, in quibus de-
cretum M.C. V. decernens cauſæ remiſſionem,
25 quod prius extiterat revocatum per S. C. exti-
tit poſtmodum confirmatum in gradu reclama-
tionis. *Reg.Sanſelic.dec.*4.*n.*14.quià attento præ-
ſenti ſtatu dicuntur duo decreta conformia. Sed
quid in nullitatibus, vide deciſionem per me
relatam in *obſervat.ad ſing.*342.*n.*10.

Idemque aſſeverandum erit in duabus ſententiis
S.R.C. quarum una condemnat in centum, al-
26 tera in quinquaginta, quia ſemper dicuntur
conformes in quinquaginta,& deneganda venit
reclamatio, ut reſolutum habetur per Collate-
rale Conſilium apud *Reg. Sanſelic. deciſ.* 304.
*tom.*2.

Ad §.10. incip. *Ordinamo, che le ſuppliche &c.* in
quo ſtatuitur, quod in ſupplicationibus, in qui-
bus petitur commiſſio cauſæ reclamationis ad-
versùs ſententias diffinitivas non poteſt decerni
commiſſio cauſæ alteri Commiſſario,etiam cum
27 clauſula *citra præjudicium executionis*, ſed
quod fiat ſolita, & antiqua decretatio, *quod no-
tetur dies,& facta executione providebitur*; Cũ-
que conſulitur Parti reclamanti infra decem dies
per cautionem in caſu retractationis, adde,
quod hæc decretatio ſemper fuit in uſu in S. C.
tam antiquis, quàm modernis temporibus, quo-
ties fuit petita commiſſio cauſæ reclamationis,
ut teſtatur *Reg.Rovit.deciſ.*21.*n.*22. adeò quod
interpoſita reclamatione à ſententia, licet per
Spectabilem Præſidentem fuerit ordinatum,
quod *fiat verbum loco reclamationis*, non tamen

debet fieri dictum verbum ordinatum, sed cau-
sa debet committi alteri, qua commissa, peracta-
que executione compilatur novus processus in
causa reclamationis, juxtà decisiones relatas per
Gizz.in observat.ad decis.72.D.Reg.Capyc.La-
*tr.nu.*10. & per *Tasson.de antephat. versic.3.ob-*
*servat.3.n.*136.*fol.* 129. quando tamen proponi-
28 tur adesse in sententia aliquod caput omissum,
solet concedi supplicatio de verbo faciendo *ad*
finem prædictum, ut vidi practicatum.
Hæc tamen observantia S.C. committendi alteri
causam reclamationis non jure fundatur, nec vi-
get in R.C.S. nec viget in Collat.Cons. ut testa-
29 tur, *Reg.Sanfelic.decis.4.n.3.16.& 17.* ubi quod
qui fuit Commissarius in prima instantia est
Commissarius in causa reclamationis, etiam
quando tractatur causa reclamationis in causis
criminalibus ad relationem M.C.V.
Hæc commissio causæ facienda alteri Consiliario
ejusdem Aulæ, an procedat in decretis diffiniti-
30 vis, prout in sententiis, vide affirmativè deci-
sum apud *Staib.resol.*164.*nu.*41. *lib.*2. Sed non
procedere in incidentibus ex inveterato stylo
S.R.C. testatur *Laratha cons.89.num.5.& in fi-*
ne, sic decisum refert.
Cautio tamen præstanda in casu retractationis sen-
tentiæ, de qua fit sermo in hac *Pragm.* erit præ-
31 standa, impedita interim executione sententiæ
si fuerit reclamatum infra decem dies compu-
tandos à die latæ sententiæ, non expectata ali-
qua illius intimatione prævio mandato de pa-
rendo, aliàs interposita reclamatione post de-
cem dies, sed infra biennium, non erit opus ali-
qua cautione, juxtà inveteratissimam praxim
S.R.C. verùm si prolata sententia condemnante
ad quantitatem liquidandam fuerit reclamatum
32 infra decem dies, & prætendatur non posse pro-
cedi ad ulteriora in termino liquidationis, nisi
præstita cautione per victorem in casu retracta-
tionis, erit procedendum ad ea, quæ incumbunt
circa compilationem termini super liquidatio-
ne, nulla præstita cautione, quæ præstanda erit
tempore liquidationis, quia hæc sententia ad
quantitatem non potest exequi, nisi facta priùs
liquidatione, *Capyc.decis.*17. *num.*10. *Boer.de-*
*cis.*295. *num.*15. & juxtà has doctrinas fuit de-
cisum per S. R. C. sub die 4. mensis Julii 1678.
& in gradu restitutionis in integrum sub die 6.
Octobris ejusdem anni in causa D. Antonii Pi-
gnatelli Episcopi Lyciensis, postmodum S.R.E.
Cardinalis Archiepiscopi Neapolitani, & San-
ctissimi Summi Pontificis Innoc. XII. cum Cura-
tore, & Creditoribus Patrimonii Principis Mon-
dervini, in qua fuit dictum, *quod cautio præstanda*
præstetur tempore liquidationis sententiæ, ut ex
actis in banca Laviani.
His sic stantibus erit advertendum, quod si fuerit
reclamatum à sententia S.R.C. condemnante
ad quantitatem liquidandam, neque procedi po-
33 terit ad ulteriora, tam in causa reclamationis,
quàm in causa liquidationis, sed priùs erit exe-
quenda sententia S.C. per liquidationem, ad hoc
ut terminata liquidatione, & secuta effectiva
sententiæ executione procedi possit in causa re-
clamationis, juxtà determinationem S. R. C.
quam tradit *D.Reg.de Marinis lib.2. suar.resol.*
*cap.*178.*num.* . . .
Illud tamen scire non erit omittendum, quod exe-
cutio sententiæ confirmatæ in gradu reclama-
34 tionis spectabit ad Commissarium reclamatio-
nis, & non ad primum Judicem, qui sententiam
protulit, *Dom. de Franchis decis.*335. *D.Rovit.*
super Pragm.de Offic.S. R. C. D.de Luca in ob-
*servat.ad decis.*510.*D.de Franchis.*
Ad §.11. incip. *Probibemo espressamente*, statuitur
non posse Præsidem S.C. decernere super unio-
35 ne Aularum, nisi lectis supplicationibus Parti-
bus auditis, vel præcedente Partis intimatione
prævia illa solita decretatione, *quod intimetur*
Parti. Verùm recursus ab iis decretationibus
non erit amplius ad eundem Præsidem, sed spe-
ctat ad Coll. Cons. Præses S. C. arbitrabitur si
causa erit decidenda junctis Aulis, *Pragm.41.de*
offic.S.R.C. in cujus, & Dom. Proregis arbi-
trio remanet decernendum, an causa sit tra-
ctanda junctis Aulis, ex quo excedit summam
ducatorum bis mille, vel ex alia justa causa,
Pragm.66. eod. tit. quod procedit in prima in-
stantia, quoniam in causa reclamationis, quoties
agitur de summa ultrà ducatos 2000. duæ Au-
36 læ sunt concedendæ ex necessitate, ut statui-
tur in dictis *Pragm.* Quid si capitale esset duca-
torum mille, & interesse aliorum ducatorum
mille, an possit prætendi unio Aularum, vide
negativè apud *Tasson.de anteph.versic.3.observ.*
*3.nu.*116. *versic.* incipiente *novò arbitrabitur*,
*f.*123. Sed quod causa sit videnda junctis Aulis
existente summa capitalis 1900. legitur decisum
in margine Capitulorum, & Privilegiorum hu-
jus Civitatis. fol. mihi 103.
Aularum unio est petenda infra dies quindecim
post factam conclusionem in causa, quo termino
37 elapso non admittitur supplicatio, aut memo-
riale cum concessione dictæ unionis, neque
per viam restitutionis in integrum, & Commis-
sarius causæ procedere valet ad expeditionem
causæ tali decretatione non obstante, nisi in
specie sit dispensatum dictæ *Pragm.65. de offic.*
S.R.C. quarum unio petita non impedit proces-
38 sum ad ulteriora in causa, cum qua concordat
Pragm.4.§.6.de dilation. & literæ Regales, de
quibus in *Pragm.84.in §.5.de offic.S. R. C.* in
quibus præcipitur observantia dictarum *Prag.*
prohibentium impediri cursum causæ per peti-
tionem unionis Aularum, vel Adjunctorum,
quod fuit etiam ampliatum, & extensum in quæ-
stionibus de Commissario, in quibus prohibe-
39 tur similiter decretatio facienda, *quod interim*
nihil innovetur; in cæteris verò casibus præter
hos non procedere videtur dispositio harum le-
gum,

gum, sed semper impediret provisio, *quod inti-
metur Parti*, *Consil. Theodor. allegat. 65. n. 2. & 3.*
Illud quoque sciendum erit, quod incidentia cau-
sarum erunt etiam decidenda junctis Aulis,
40 quando fuit mandatum per D. Proregem, vel
Præsidem S.R.C. causam esse tractandam junctis
Dominis Consiliariis duarum Aularum, *Dom. de
Franchis decis. 252. num. 7.* imò quod reconven-
tio, & omnia alia annexa sint tractanda junctis
Aulis, dixit *D. Consiliar. de Rosa consult. 22. n. 6.
cum seqq. lib. 2.*

In causis verò suspitionum nulla cadit controver-
sia, quod illarum determinatio sit facienda jun-
41 ctis Aulis, quemadmodum tractatur causa prin-
cipalis, quia nedum sortiuntur naturam causæ
principalis quoad numerum votorum, sed de-
creta in dictis causis lata considerantur uti diffi-
nitiva, stantibus ordinibus Regalibus mandanti-
bus causas suspitionum non esse decidendas à
Judicibus causæ principalis, sed aliarum Aula-
rum, juxtà observantiam, de qua apud *Reg. Ro-
vit. decis. 81. nu. 14. & Consil. Ducem Vasti Gi-
rardi super Rit. 265. nu. 74. lib. 2.* & Ego latè di-
cam in *Pragm. 20. de suspit. Offic.*

In §. 12. incip. *Siamo informati*, & §. 13. incip. *La
medesima probibizione*, in quibus prohibetur
42 Præsidi S.C. & Consiliariis causarum Commis-
sariis, nè decernant propria manu in libellis, seu
memorialibus, addendum erit, esse idem simili-
ter vetitum Dominis Regentibus Regiam Can-
cellariam in provisionibus, & decretis, quæ ex-
penduntur per Coll. Conf. mediantibus *literis
Regalibus* insertis *per Reg. Sanfelic. in prax. ju-
diciar. sect. 3. num. 5.*

Quæ prohibitio non videtur discrepare à disposi-
tione juris communis, per quam Judex non po-
43 test assumere officium Actuarii adhuc in gravi
causa, & de consensu Partium, ad *text. in cap. quo-
niam contra, de probat.* junctis aliis cumulatis
per *R. Matthæù de re crimin. controv. 64. nu. 55.*

In §. 14. incip. *Quando il negozio sarà ridotto à
termine*, in quo cavetur deducto negotio ad ter-
44 minos executionis, idest expeditis literis exe-
cutorialibus, non esse locum remediis impedien-
tibus executionem, nec posse causæ Commissa-
rium ferre contrarium decretum, tam domi,
quàm per S.C. sub prætextu Salvaguardiæ, seu
dilationis quinquennalis, seu alterius litis coram
alio Commissario, etiam Delegato, excipien-
dum videtur judicium concursus universalis
formatum coram alio Judice, seu Consiliario
Commissario, coram quo debent remitti omnes
creditores, qui alibi sententias obtinuerunt con-
tra debitorem pendente concursu universali, ad
45 hoc, ut possint cum cœteris graduari, & suo lo-
co, & tempora credita consequi, ut satis benè
ratiocinatur *Salgad. in labyrint. credit. par. 1. cap.
4. §. 2. à nu. 60. ad 69. in fine*, ubi subdit hæc ver-
ba; *Atque ideò constantèr tenenda est praxis, ut
si causæ pendentes coram aliis Judicibus motæ,
antè, vel post judicium concursus firmatum à de-
bitore non fuerunt attractæ ad concursum, sed
imò ob negligentiam debitorum, & cœterorũ cre-
ditorum finem acceperunt, adbuc quoad exactio-
nem si creditores debent remitti ad concursum,
& cum ceteris graduari, & non aliter quam suo
loco, & tempore credita sua consequi*, cujus opi-
nio comprobatur per *Cardin. de Luca*, cœteros-
que allegatos per dignissimum S. Rotæ Romanę
Auditorem *Ansald. de Ansald. in suo novissim.
tractat. de commerc. & mercat. discurs. 74. à num.
37. ad 41. & discurs. 78. num. 16.*

In §. 15. incip. *quando il Presidente*, in quo præci-
pitur, quod quando Præses S. C. decrevit ver-
bum fieri à decreto domi lato possit Adversarius
46 recurrere ad eundem Præsidentem pro revo-
catione verbi faciendi, & ad Dominum Prore-
gem, ejusque Collat. Conf. observandum erit,
quod hoc passim servatur, quoties Pars obtinuit
supplicationem de verbo faciendo adversùs de-
cretum domi latum pro executione alterius de-
creti S.C. nam habito recursu ad eundem S. C.
Præsidem, eoque certiorato, quod agitur de
executione decreti S. R. C. interponit decre-
47 tum, *quod veris expositis Dom. Commissarius re-
ferat executo decreto*, & similitèr si fuerit obten-
ta supplicatio *ad finem videndi, an sit deferen-
dum petitæ in integrum restitutioni* adversùs
sententiam, vel decretum aliquod S.C. non ex-
presso, quod decretum erat cœptum exequi, pa-
tefacta hac obreptione per alterius Partis sup-
plicationem decernitur *decretum esse exequen-
dum*, & quod sufficiat solum mandatum de pa-
rendo, vel sola præventio executionis antè po-
stulatam restitutionem ad hoc, ut dicatur cœ-
ptum exequi, & non retardetur executio, *Dom.
Reg. Rovit. super Pragm. 1. de Minorib. nu. 26.
& 28.*

Ad §. 16. incip. *Di più semo informati*, in quo ca-
vetur, nè Præses S. C. addat in decretationibus
48 de verbo faciendo clausulam illam, *& interim
nihil innovetur*, vel aliam clausulam respicien-
tem causam principalem, cũ prohibeatur eidem
Præsidi etiam sibi ipsi causas commitere per
Pragm. 9. de Offic. Judic. Adde *Tassov. de ante-
ph. vers. 3. observ. 3. num. 112. versic. 6. non potest
Præsidens*, ubi dicit, prohibitionem hanc in
Præside committendi sibi causas esse de jure
communi, & in *eod. versic. 3. observat. 3. nu. 135.*
advertit Præsidem S. C. legem, vel ordinatio-
nes facere non posse, confirmat *Consil. Carlev.
de Judic. tit. 1. disput. 2. num. 1155.* ubi quod ne-
que Præses S.C. potest revocare semel datam
commissionem, ut potest Delegans delegatio-
nem, juxtà *text. in l. judicium solvitur, 68. ff. de
Judic.*

In §. 9. incip. *Per troncar quanto più*, statuitur, quod
deposita non fiant pecunia numerata penès A-
49 ctuarios, sed penès nummularios, & quod de-
ducto patrimonio in S.C. factaque graduatione

Creditorum, interpositoque decreto, quod ven-
dantur bona debitoris prævio appretio non pos-
sit procedi ad liberationem depositi, nisi discus-
sa relatione, & quod non sit locus gratificationi,
nisi servata forma graduationis, & juxtà ante-
rioritatem, & potioritatem, nisi in casu quod o-
mnes Creditores convenerunt super liberatio-
ne depositi de consensu facienda.

Dispositio hujus *Pragm.* non videtur discrepare
à jure communi; siquidem inter Creditores assi-
50 stentes in judicio concursus nullus exigere po-
test, donec disceptentur omnium creditorū gra-
dus, prælatio, & privilegia, ac denique omnibus
gradatim solvatur, ut considerat *Salgad. in la-
birynt. Credit. par. 1. cap. 4. §. 2. num. 62. & 63. &
cap. 16. num. 23.* ubi quod duæ lites oriuntur in
concursu Creditorum, altera respiciens jus cre-
diti inter creditorem, & debitorem, altera re-
spiciens prælationem, quæ versatur inter credi-
tores ipsos, quam litem super prælatione putat
tractandam esse judicio ordinario, ex quo con-
tentio non versatur inter creditorem, & debi-
torem, sed inter creditores ipsos, cum unus
creditor alium creditorem obligatum non ha-
beat, *Carlev. de Judic. tom. 2. tit. 3. disput. 12. n. 6.
& 7.* Verùm in judiciis concursus, qui sæpissi-
mè accidunt in his Supremis nostris Tribunali-
51 bus non vidimus hanc praxim usu receptam, sed
liberatio semper fit illis, de quorum justitia ma-
gis liquet; cum iudicium graduationis sit sum-
marium, & non exigat litem formatam, *Theo-
dor. allegat. 39. num. 4.* in qua causa, quamvis di-
sputaretur de liquidatione paragii, & ejus ante-
rioritate, terminus tamen non fuit impartitus,
accedit *Marott. discept. forens. cap. 28. num. 58.*
ubi idem statuendum dicit quando fuit termi-
nus impartitus, & compilatus.

Rursus dico, quod non videtur hæc Sanctio discre-
pare à jure cõmuni; siquidem jure cõmuni actен-
to neque erit locus gratificationi unius ex cre-
52 ditoribus concurrentibus neglectis aliis ante-
rioribus, adeout gratificato uno ex creditori-
bus concurrentibus erit locus avocationi pecu-
niæ consumptæ præstita, vel non præstita cau-
tione à creditoribus, nedùm posterioribus, sed
etiam æqualibus, nec habebit locum decisio
Afflicti 190. juxtà ea, quæ adnotavimus in *ob-
servat. ad sing. 74. nostri Genitoris num. 9.* quibus
accedit *Gait. de credito cap. 4. quæst. 11. à num.
1325. Noguerol. alleg. 7. num. 9. Cardin. de Lu-
go de Justitia, & Jure disp. 20. nu. 168.*

Sed huic observantiæ Regni Neapolitani con-
tradicere videtur praxis Regni Hispaniarum,
de qua testatur *D. Crespi de Valdaura in
suis observ. observ. 58. num. 6. 7. & 8. par. 2.*
53 ubi servatur pretium bonorum distribui per æs,
& libram inter creditores concurrentes tem-
pore venditionis, reservata discussione bono-
rum, & graduationis, ex qua distributione nul-
lum recipit creditor anterior præjudicium, ex
quo semper habebit contra creditorem poste-
riorem avocationem pecuniæ solutæ de Judicis
mandato, & præstita cautione, quæ facit extare
pecuniam.

Nullo tamen jure cavetur praxis illa, quæ inolevit
in his supremis Tribunalibus cogendi credito-
rem, cui fuit liberata pecunia in concursu cre-
54 ditorum ad præstandam cautionem illam de re-
stituendo cui, quibus, & quando, & ad omnem
ordinem S.C. sive R. C. aut M.C.V. siquidem
creditor non tenetur, nisi se anteriorem, vel po-
tiorem promittere, nec pecuniam quam libe-
ram dedit illam demum recipere cautioni obno-
xiam, ut satis doctè animadvertit *D. Reg Go-
leot. controv. 38. num. 37. cum seqq.* & post eum
*D. Reg. de Marinis in observat. ad decis. 82. D.
Reg. Revert. num. 1. & 2.* ubi tradit hanc praxim
esse introductam ex quadam æquitate; cum aliàs
debitoris bona emptorem non invenirent, juxtà
monitum *D. de Franchis decis. 200. nu. 5. & 10.*
quibus addendi sunt *Canc. & Fontanell.* de qui-
bus apud *Giurb. observ. 94. n. 25. versic. ex his est.*

Sed illud magis mihi videtur exorbitans à regulis
juris, quod nedum cogitur creditor ad præstan-
dam cautionem *de faciendo creditum verum, &
anterius*, sed de *restituendo non solùm illud, cui,
quibus, & quando, & ad omnem ordinem*, sed
etiam *in casu evictionis fortè sequendæ in totum,*
55 *vel in partem super re vendita*, ut in dies practi-
catur, & practicatum vidi in vetustissimis pro-
cessibus, qui pervenerunt ad manus meas; Unde
non possum non mirari, quomodo *Dom. Reg. de
Marinis* non noverit hanc praxim, dum scri-
bendo observationes ad *Dom. Reg. Revert. in ob-
servat. ad decis. 442. num. 1.* dixit, quod credito-
res anteriores non se obligant ad aliquid circa
evictionem in beneficium emptoris, sed solum
ad illam solitam cautionem *de restituendo cui,
quibus, & quãdo &c.* Quamvis hæc praxis con-
tradicere videatur dispositioni juris communis,
per quam determinatum comperimus, illum evi-
ctionem promittere debere, qui ut Dominus
vendit, juxtà *titul. ff. & C. de eviction. & l. 1. C.
credit. eviction. pignor. non deber.* & quod quan-
do Judex vendit bona debitoris, ad hoc, ut cre-
ditoribus satisfiat, creditores non tenentur de
evictione, nec illam promittere, determinatum
habetur apud *Reg. Revert. in cit. decis. 442. & in
decis. 121.* ubi *D. Reg. de Marinis num. 4.*

Unde credendum erit hoc quoque æquitate sua-
dente suisse introductum ex eadem ratione, qua
fuit introducta cautio de restituendo ad red-
dendos tutos emptores.

Cui æquitati innitens idem S. C. quando accidit
casus, quod facta liberatione sub hasta, & libe-
rato pretio creditoribus cum cautione superve-
nerit creditor anterior, qui non fuit auditus, &
56 prætendat posse experiri recta via jure assistén-
di super re obligata, S.C. decernere solet non es-
se molestandum emptorem sub hasta, semper
quod

Digitized by Google

quod venditio ritè, & rectè processit, & absque ulla collusione, sed esse habendum recursum ad pretium, avocando illud à posterioribus creditoribus, eorumque fidejussoribus ad evitandam novam pignoris venditionem, ut perpendit *D.Consil.Carlev.de Judic.lib.2.tit.3. disput.* 22. *num.* 12. juxtà quam doctrinam pluries decisum per S.C. novissimis temporibus testatur *Consil. de Altomar.in observat.ad cons.* 12. *D. Reg. Rovit.n.24.lib.3.*

Tandem adnotare non erit omittendum, quod non
erit locus avocationi ad instantiam creditoris
57 anterioris, semper quod pecunia liberata cre-
ditori posteriori fuit liberata ex deposito facto
per emptorem sub hasta, cum hac conditione,
& lege illam solvendi dicto creditori posteriori,
ut decisum extitit per S.R.C. ad relationem D.
tunc Consil.Merlini, qua fuit creditor absolu-
tus reservatis juribus contra emptorem super re
vendita, ut notavit *Gizz.in observat.ad dec.* 25.
*D.Reg.Capyc.latr.n.*17.*&* 18.quæ decisio com-
probatur ex traditis per *Reg. de Marinis in ob-
servat.ad decis.*442.*D.Reg.Reverter.n.*2. ubi ex
Salgad. advertit, quod quoties emptor solverit
creditoribus, juris ordine non servato, nempe
solvendo posterioribus, anteriorum molestias
non evitabit.

OBSERVATIO LXVIII.

SUMMARIUM.

1 *Decisio facta junctis Aulis, quæ continetur in hac Pragm. num habeat vim legis generalis.*

2 *Senatus Neapolitanus, qui tulit hanc legem extollitur per* Fontanell.decis.491.nu.4.*cujus verba transcribuntur.*

3 *Hæres cum beneficio inventarii patitur executionem in bonis, & in personam, si non exibeat bona contenta in inventario, vel pretium, vel non reddit de eis rationem.*

4 *Hæres cum beneficio inventarii si se obliget cum renunciatione discussionis inventarii, tenetur de proprio, quamvis non renunciaverit exprefsè beneficio decreti generalis.*

5 *Hæres obligatus ex causa transactionis cum remissione majoris partis debiti hæreditarii non juvatur beneficio decreti quatuor Aularum.*

6 *Hæres obligatus pro dote suæ sororis non juvatur beneficio hujus legis.*

7 *Inventarii beneficium non prodest hæredi, qui illud confecit post obligationem propria nomine contractam, & de ratione n.*8.

9 *Exceptio discussionis non prodest adversùs creditorem existentem in possessione exigendi.*

10 *Exceptio discussionis inventarii, num impediat executionem postquam fuerunt relaxatæ literæ executoriales, vel fuerit cœptum exequi.*

11 *Sequestrum quando sit faciendum pendente discussione inventarii.*

De Officio Sacri Regii Consilii. Pragmatica LXXXII. seu Decretum S.R.C. junctis Aulis.

Super dubio exorto in Sacro Regio Consilio, &c.

QUod hęc decisio facta junctis Aulis non ha-
beat vim legis generalis, sed contineat tan-
tùm declarationem Consuetudinis, seu
1 styli judicandi, cui inferiora Tribunalia se con-
formare debent, dixit *Card. de Luca de Judic.
discurs.*35.*num.*72.Sed Ego dico, quod decipi-
tur *Card.de Luca*, quia nedum contrarium sta-
tuitur in *Pragm.*47.*in fine de Offic.S.R.C.* Sed
stylus S.R.C. quod Principis personam repræ-
sentat, pro lege habetur, *Tasson.de antephat.ver-
sic.*3.*observat.*3. *num.*71. *in fin.* & magis in ter-
minis accedit *Reg.Rovit super Pragm.*41. *de
offic.S.R.C. n.*2. ubi tradit esse arbitrariũ penès
Pręsidem S.R.C. unire totum S.C. pro decisio-
ne generali articulorũ dubiorum, quorũ decisio-
nes rediguntur in forma decretorũ, conservan-
tur penès Secretariũ S.C. & servantur pro lege.
Extollit hanc decisionem *Fontanell.dec.Cathalon.*
491.*nu.*4.*tom.*2. his verbis: *Magna decisio ma-
2 gnorum, & multorum Jurisconsultorum, qui
erant tredecim ex omnibus illius Senatus Au-
lis ad istud specialiter congregati, ut ibi habe-
tur, & inter eos D.Joannes Baptista Valēzuela
Velasq. qui non eget commendatione, satis enim
est ejus doctrina nota, & magna munera,
quæ eum probarunt, indicant satis, & docta
ejus scripta cum evidentia demonstrant quis ille
sit, qui talia meruit, qui talia docuit; de reliquis
nihil dico, quia eos non agnosco, constat tamen
mihi semper in eo Senatu adfuisse gravissimos
viros, si qui sunt alii, unde ut doctissimos illos
dijudicemus, sufficit sciamus esse de eo sapientis-
simo Senatu; Magna iterum decisio, quæ non
curavit de minimis, licet multis, eo tunc usque
visa fuissent, quæ superiùs proposita fuere, adeo
magna, ut quemcumque aliàs doctissimum, ac
sapientissimum Senatum detinere, ac retardare
potuissent si sic resolveret, sicut detinuerant, &
retardaverant usque ad illum diem: nullus enim
Senatus sic antea absolutè, & intrepidè loquutus
fuerat, quod ego viderim, imò multum variè, &
Senatus, & homines.*
Verba illa *Pragmaticæ* in fine posita, *verùm facta
discussione inventarii fiat executio etiam in bo-
3 nis propriis, & de persona, quatenus ad eum
pervenerit de bonis hæreditariis*, intelligenda
sunt secundùm tradita per *Consil.Carlev.de Ju-
dic.tit.3.disput.9.num.7.* nempè quod hęres qui
confecit inventarium non exhibendo, sed oc-

cul-

cultando bona hereditaria, aut pretium bonorum potest carcerari, & ob solam moram heredis in non exhibendo inventarium, vel in reddendis rationibus de bonis hereditariis decernitur executio in bonis propriis, & in personam, *Rota in impressis post meam prax. de præsentat. instrument. decis. 4. nu. 8.*

Ad intelligentiam hujus legis observandum quoque erit, quod quamvis non appareat de expressa, & speciali reounciatione beneficii inventarii, & hujus decreti generalis quatuor Aularum, si tamen legatur expressa renunciatio di-
4 scussionis inventarii facta per heredem se obligantem nomine proprio pro debito hereditario, sat erit, quia decretum prædictum nihil aliud innuere videtur, nisi quod renuncietur expressè discussioni inventarii, ut decisum fuit per S.C. ad relationem M.C.V. *sub die* 29. *Novembris* 1673. in causa heredum qu. Jacobi, & aliorum de Mazza, cum D. Camilla Surgente, & D. Octavio Marchesio, ut ex actis penè Actuarium M. C. V. Carolum de Ardia, & decisio comprobatur ex traditis per *Staiban. in observ. ad resol.* 19. *num.* 10. *&* 11 *cent.* 1.

Et quia adsunt nonnulli casus, in quibus non obstat hoc decretum generale, ideo illos hic adnotandos duximus.

Primus est, quando heres obligatur creditori hereditario ex causa transactionis, virtute cujus
5 consequitur commodum remissionis, & liberationis à debito hæreditario, quia tunc tenetur heres in bonis propriis, etiam quod beneficio inventarii expressè nō renunciaverit, servata forma hujus decreti generalis, *Valeron. de transaction. art. 5. qu. 6. num.* 20. *Paschal. de patr. potest. par.* 1. *cap.* 2. *num.* 77. *Phanuc. de inventar. par.* 6. *num.* 10. & ex *Gratian. discept. forens. cap.* 264. *nu.* 21. latè tuetur hanc conclusionem *Staiban. in citat. resol.* 19. *num.* 13. *& in observat. ad eandem resol. num.* 5. ubi ita pluries per idem S. C. decisum fuisse demonstrat, prout per idem S. C. ipso referente fuit judicatum *sub die* 24. *Augusti* 1667. in causa Catherinę Borgomoneriæ, cum Carolo de Falco, ut ex actis in Banca Magn. Actuarii Hieronymi Garrupa.

Secundus, quando heres obligatur pro dote proprio, & principali nomine, & insolidum, quia
6 semper tenetur de proprio, non obstante quod huic beneficio non appareat renunciatum, juxtà decis. quam refert *Thor. in compend. decis. verb. hæres obligatus, & in supplem. verb. hæres cum beneficio legis, & inventarii in fine, fol.* 256. sed contradicit *Reg. Capyc. Latr. decis.* 38. *à num.* 1. *ad* 48.

Tertius casus excipitur in herede, qui post obligationem confecit inventarium, *D. de Luca in*
7 *animadverf. ad Gratian. cap.* 264. *num.* 12. *tom.* 2. & in *observat. ad decis.* 323. *D. de Franchis nu.* 9. quamvis pro herede diversimodè judicatum referat *Thor. verb. Instrumentum an liquidari possit contra hæredem par.* 3. de quibus memor fui in *prax. cap.* 4. *num.* 242. Sed quia à dictis DD. per me allatis non vidi assignatam rationem, cur heres, qui tempore obligationis inventarium non confecerat, & simplicitèr se obligaverat, non possit postmodum illud conficere, illam investigandam duxi, & opinatus sum non posse negativam sententiam alio fundamento niti, nisi quod heres se obligando, & gerendo se pro herede simpliciter, & absque ulla protestatione de be-
8 neficio inventarii videtur purè adiisse hereditatem, & contempsisse beneficium inventarii, adeout non possit ampliùs ad dictum beneficium recurrere, juxtà opinionem *Angel.* secundum quam judicatum refert *Anton. Faber in Cod. lib.* 6. *tit.* 12. *definit.* 4. *& eod. lib.* 6. *tit.* 11. *definit.* 7. qui *definit.* 20. loquitur in herede, qui vendidit rem hereditariam sine protestatione nolendi hereditatem agnoscere, nisi cum beneficio inventarii, latè *Barry de success. lib.* 11. *de Aditione tit.* 10. *num.* 4. & plenius *Phanuc. de Inventario qu.* 237. *num.* 24. 25. *&* 26.

Quartus casus, qui excipitur, est in judicio manutentionis, in qua non suffragatur exceptio di-
9 scussionis inventarii proposita per debitorem adversus creditorem existentem in quasi possessione exigendi censum super bonis hereditariis, *Cenc. de Censib. par.* 2. *cap.* 2. *qu.* 5. *art.* 3. *num.* 18. *Rota apud eundem decis.* 231. *nu.* 4. *& decis.* 232. *num.* 18. *Post. de manuten. observat.* 56. *à num.* 9. *ad* 13. *vol.* 1. *Cardin. de Luca de hæred. & hæredit. discurs.* 21. *num.* 13. *Consil. de Rosa consult.* 4. *à num.* 45. *ad* 47.

Ultimus casus, in quo non suffragatur beneficium inventarii ad effectum impediendi executio-
10 nem erit post concessionem literarum executorialium, juxtà decisionem quam refert *Thor. in compend. decis. par.* 3. *verb. exceptio inventarii, fol.* 392. *Cancer. de inventar. par.* 3. *cap.* 2. *nu.* 235. & quod sufficiat esse cœptum exequi *Amend. ad Franchis decis.* 86. *num.* 5.

Pendente tamen discussione inventarii veniunt regulariter sequestranda bona hæreditaria, juxtà
11 praxim, quę passim servatur, *Reg. Sanfelic. decis.* 211. *num.* 3. quę intelligenda erit, juxta tradita *per nos in prax. præsentat. instrument. cap.* 16. *nu.* 19. *&* 20.

OBSERVATIO LXIX.

SUMMARIUM.

1 *Exponuntur disposita in præsenti decreto generali, & n.* 2.

3 *Commissio causa in S. C. non operatur causæ avocationem, nec ligat manus, nisi expressè inhibeatur.*

4 *Commissarii generalis exceptio debet allegari ante litis contestationem.*

5 *Commissiones generales in S. R. C. fuerunt sublatæ*

blatæ de anno 1630. per Pragm. 2. de Deleg.
6 *Consiliarii num possint avocare causas prius commissas in M.C.V.*
7 *M.C.V. num possit sibi avocare causas à Judicibus Regni, vel illas delegare aliis Judicibus, qui non sunt competentes respectu rei conventi.*
8 *Barones num possint sibi avocare causas ab Officialibus ordinariis illas alteri delegando, & num ex hac avocatione resultet nullitas.*
9 Text. in l. iudicium solvitur, ff. de iudiciis *declaratur.*
10 *Refertur dissidium inter* Reg. Rovit. sup. Prag. 2. & 3. de suspit. Official. & Capibl. de Baronib. super Pragm. 3. à n. 187. ad 205. & n. 11.
12 *Adducuntur decisiones novissimæ pro comprobatione opinionis* Reg. Rovit. *quæ in dubium revocantur.*
13 *Nullitas ex defectu jurisdictionis, non est defectus in levious, sed nullitas insanabilis, quæ neque per Principem sanari potest.*
14 *Nullitates processus non attenduntur in Supremis Tribunalibus, quando liquido constat de justitia sententiæ, secus si dubia reddatur.*
15 *Sententia Judicis non habentis jurisdictionem, tunc potest per habentem convalidari, quando nullitas respicit solam sententiam, secus si nullitas emergat ex defectu processus.*
16 *Sententia, quæ est nulla quoad ordinem ipsius sententiæ confirmatur ex eisdem actis.*
17 Cap. Regn. detestantes, *non loquitur de causis criminalibus.* & n. 18.
19 *Stylus judicandi, qui fundatur in probabilitate unius sententiæ non tollit probabilitatem alterius sententiæ.*
20 *Inhibitoriales literæ non possunt expediri per S.R.C. M.C.V. in causis liquidationis instrumentorum, & quomodo succurrendum sit debitori. n. 21.*
22 *Inhibitiones cur prohibeantur fieri per S.R.C. in causis criminalibus.*
23 *Obligationes stipulatæ penes acta non admittunt appellationem, quando sunt liquidæ.*
24 *Apocæ bancalis causa quando, & quomodo introduci potest in S.C.*
25 *Literæ executoriales vigore Consuetudinis suspendi non possunt per appellationem in S.C.*
26 *Literæ cambii habent executionem paratam absque ulla exceptione.*
27 *Pacti executivi cognitio spectat privativè ad M.C.V.*
28 *Præambula interponuntur per M.C.V. & non per S.C. ubi committuntur hæreditates, & relaxantur literæ inhibitoriales, ut* stante commissione causæ in S.C. M.C.V. non procedat ad confectionem præambuli inconsulto S.C.
29 *Præambulum expeditum post inhibitionem S.C. redditur nullum, & attentatum, & quando non.*

De Officio Sacri Regii Consilii. Pragm. LXXXIII. seu Decretum S. R. C. junctis Aulis.

Ex provisione facta per S.C. &c.

STatuit hoc decretum generale, ut Commissarii generales existentes in S. C. qui fuerunt dati præcedente memoriali porrecto S. E. & re-
1 misso Præsidi S.R.C. non possint expedire inhibitoriales literas, quod stante commissione generali in S.C. non procedat in causis inceptis ante dictam generalem cōmissionem, nisi commissiones prædictæ sint cum potestate avocandi causas, & necnon, quod exceptio Commissarii generalis debeat proponi per conventum antè litis contestationem, vel immediatè post, aliàs si passus fuerit procedi ad ulteriora, non auditur.

In eodem decreto generali statuitur, ut S. C. non possit inhibere M. C. V. in causis criminalibus,
2 nec liquidationis instrumentorum, incusationis obligationum, apocarum banci, literarum executorialium vigore Consuetudinis, literarum cambii, pacti executivi, & confectionis præambulorum, nisi super eis adsit pendentia litis in dicto S.C.

Exornando igitur primam partem decreti dicimus, quod non sine ratione statutum fuit, commissiones esse faciendas cum *potestate avocandi*
3 *causas*, quia simplex commissio causæ obtenta in S.C. non facit, ut causa dicatur avocata, nec impedit processum ad ulteriora ad effectum, ut acta facta in M.C. vel in aliis Curiis inferioribus post commissionem causæ in S.C. sint nulla, nisi interveniat expressa avocatio cum inhibitione, *Rovit. cons. 35. n. 2. 3. & 4. tom. 2. P. de Affl. controv. 48. n. 36.*

Item fuit satis juri communi consona provisio, quod exceptio Commissarii generalis debeat
4 proponi ante litis contestationem, cum sit exceptio fori declinatoria, seu Judicis incompetentis, *l. fin. C. de except. l. peremptorias, C. sentent. rescindi non poss. latè Borrell. summ. decis. tit. 48. de except. n. 53. tom. 1. Muscatell. in prax. S.C. p. 5. glos. reservatis n. 6. & 7.* quia per litis contestationem dicitur facta prorogatio, & non potest opponi exceptio declinatoria fori, *per text. in l. post litem, C. de jurisd. omn. Judic. Scialoy. de for. compet. cap. 8. n. 64. & cap. 12. n. 9.*

Verùm hodie istæ commissiones generales non sunt amplius in usu, quia fuerunt sublatæ de
5 anno 1630. per *Pragm. 2. de Delegat.* per quam firmè remanserunt delegationes in certis causis particularibus, ut diximus *ad singul. 116. n. 1.*

Et quamvis S. C. ejusque Regii Consiliarii possint sibi

Digitized by Google

sibi avocare causas prius motas in M. C. juxta
6 observantiam traditam per *Consil. Staiban. in observat. ad resol.* 134.*n.*2.*& 3.tom.*2. tamen hoc non posse fieri, nisi cum maxima prudentia admonuit *Consil. Dux Vassi Girardi super Rit.* 288.*n.*55.

Neque M. C. potest avocare causas à Judicibus competentibus existentibus in partibus Regni
7 illas aliis Judicibus delegando, & committendo præviis provisionibus illis directis Officialibus locorum, ut *de justitia provideant*, quia semper, & quando Judices, quibus diriguntur provisiones, non sunt Judices competentes respectu rei conventi, non rectè procedunt provisiones, & acta essent nulla, *Reg. Rovit. super Pragm.* 5. *de fid. & autborit. memor. n.*6. quem laudat *Reg. de Marinis lib.* 1. *suar. resol. cap.* 208.*n.*4.

Multò minus permissum est Baronibus avocare causas ab Officiali ordinario illas alteri delegan-
8 do, quia sicuti officialis ordinarii jurisdictio infra annum revocari non potest, ità non potest minui, aliàs irritaretur revocatio tamquam contra legem, juxta *text. in l. non dubium, C. de legib. Horat. Montan. de regalib. verb. potestas constituend. Magistrat. n.* 17. & cum Baro non habeat jurisdictionis administrationem infrà annum, non potest illam in alium transferre, quia nemo plus *juris Carlev. de judic. tit.* 1. *disput.* 2. *n.* 788, *&* 789. Et ex his patet responsio ad *text. in l. judicium solvitur ff. de judiciis*, qui præscribit sibi locum in jurisdictione revocabili ad nutum, prout est in Regno jurisdictio delegata; non autem illa quę demandatur officialibus ordinariis, quemadmodum respondendo ad dictum *text.* tradit
9 post *Coler. & Bocer. Benedict. Carpzov. in prax. crim. qu.* 109.*n.*98.*&* 99.*p.*3. & post *Frecc.* hanc distinctionem non negavit *Reg. Rov.* author contrariæ sententiæ in locis inferiùs citandis, sequitur *Petra in commentar. super Rit.* 52.*nu.*7. *lib.* 1.

Reg. Rovit. scribendo ad favorem Baronum super *Pragm.* 2. *&* 3. *de suspit. Official.* hanc conclu-
10 sionem in dubium revocare tentavit, qui tradendo plures distinctiones inclinavit pro validitate actorum antè inhibitionem superioris, dummodo commissio sit facta re integra, antequam officialis incipiat cognoscere, ut habetur *num.* 10.

In contrarium tamen pugnat *Capibl. de Baron. super Pragm.* 3. *à n.* 187. *ad* 205. ubi refert decisum
11 ad favorem Universitatis Gravinæ videlicet, quod Capitaneus exerceat suam jurisdictionem reservata provisione S.C. providendi super avocatione causæ, quando casus acciderit, hanc opinionem sequuntur *Reg. Sanfelic. decis.* 29. *&* 244. *& Consil. de Altomar. de nullitat. rubr.* 9. *q.* 33. *à n.* 1. *ad* 6. ubi quod si permitteretur avocatio causę daretur occasio Baronibus calumniandi Vassallos, & hanc sententiam firmat, & amplectitur novissimus, & doctissimus Hispanus *D. Matthias Lagunez de fructibus par.* 1. *cap.* 17. §. *unico à n.*8. *ad* 17.

Sed ego quamvis usu receptam, & comprobatam rebus judicatis comperiam opinionem *Rovit.*
12 etiam in causis criminalibus, quemadmodum inveni in processu Carmini Rea inquisiti de pluribus homicidiis, aliisque criminibus patratis in pertinentiis Terræ Lauri in personam Antonii Greco Casalis Quindeci, & de homicidio Laurentii Saviano commisso in territorio Casalis Striani, pro quibus cum fuisset carceratus in Civitate Sarni, Baronissa Striani, & Dux Lauri delegaverunt causam Gubernatori Civitatis Sarni, qui processit uti delegatus, condemnando eundem Carminum ad mortis suspendia, devoluta causa ad M.C. V. ibique opposita nullitate dictæ sententiæ ex causa invalidæ, & nullæ delegationis in personam dicti Gubernatoris Sarni, extitit confirmata sententia ultimi supplicii per eandem M. C. sub die 12. Januarii 1665. ad relationem D. tunc Consiliarii D. Antonii de Gaeta, quod decretum fuit postmodum confirmatum per S.C. referente D. tunc Consiliario Florillo, ut ex actis penes Fiscalem sollicitatorem Pettinato.

Adhuc tamen subsistendum crederem, quando casus similis nullitatis iterum disputandus incide-
13 rit in aliqua causa criminali, in qua cum agatur de re tam gravi, & tam magni præjudicii, talis nullitas concernens defectum jurisdictionis esset habenda in maxima consideratione, ex quo non est error in levibus defectus annullans sententiam mortis, vel forjudicationis, *Consf. Marcian. consf.* 18.*n.*8. *in fine, tom.*2.

Nec adversatur, quod nullitates processus non considerantur in Principis Conciftòriis, & in Supremis Tribunalibus, prout est S.C. nisi nullitas sit ex defectu juris naturalis, juxta *Affl. dec.* 383. quia hoc intelligitur, quando liquidò, &
14 manifestè constat de justitia sententiæ, ità quod Pars nihil in meritis adducere possit, *Osuald. ad Donell. commentarior. jur. lib.* 20. *cap.* 1. *lit. D.* secus si sententiæ justitia dubia redderetur, *Reg. Matthei de re crimin. controv.* 70. *à num.* 38. *ad* 40. maximè cum agatur de nullitatibus ex defectu jurisdictionis, quæ sunt insanabiles, nec aliquo modo reparari possunt etiam ex Principis plenitudine potestatis, ut ex *Covarr.* docent *Reg. Top. decis.* 3. *supr. Senat. n.* 126. 127. *&* 128. *Reg. Sanfelic. decis.* 62. *nu.* 156. qui respondet ad *text. in cap. ad petitionem, de accusat.*

Ulteriùs non adversari videtur regula illa, nempè quod sententia Judicis non habentis jurisdictionem potest per habentem convalidari, ex *Paul. Cristin. decis.* 348.*n.*16. *& Viv. dec.* 331.*n.*2. ma-
15 ximè ubi Judex, qui primam sententiam protulit, non erat penitus incompetens, *Consil. de Altomar. de nullitat. rubr.* 9. *q.* 1. *n.* 49. *&* 56. quia hæc regula præscriberet sibi locum, quando nul-

nullitas oppoſita reſpiceret ſententiam tantùm,
& totus proceſſus eſſet validus, at ſecus ſi nulli-
tas procedit ex defectu proceſſus, quià tunc
idem vitium nullitatis diceretur adeſſe etiam in
ſententia confirmante, ità ex *Conſil.de Roſa*
Scacc.& aliis advertit *Sabell.in ſumm.verb.ſen-*
tentia n.4.to.4.Muſcatell.in prax.S.C.p. 1. prax.
appellat.gloſ.nullitatis n.80. & ex Marcell. de
Vulpe advertit quoque *Angel.Scial.de for. com-*
pet.cap.52.n.37. nam quando nullitas ordinis eſt
16 in ſententia, tunc confirmatur ſententia ex eiſ-
dem actis, juxtà *Grammat.conſ.civil.14.nu. 4.&*
5.& D.de Franch. deciſ. 245. Reg. Rovit. ſuper
Pragm.5.de offic. S.R.C.

Quibus ſic ſtantibus facilis redditur reſponſio ad
cap.Regn. deteſtantes, *& ad Pragm.4.de dilat.*
quæ *in* §.17. ſubſtulit nullitates proceſſus de
17 actis factis ante decretum, vel ſententiam; Si-
quidem *cap.Regni deteſtantes* loquitur in cauſis
civilibus, & non in criminalibus, ut legenti pa-
tet; & *Pragm.4.de dilat.* non procedit in nulli-
tatibus ex defectu juriſdictionis, quæ poſſunt
quandocumque proponi ex DD. cumulatis in
obſerv.342.n.24. quibus additur ratio, quia
ſemper quod adeſt defectus juriſdictionis, defi-
cit judicium, *D.de Franch.deciſ.245.n. 5.in fine,*
& num. . .

Inſuper accedit quod dum *capit. Regn.* loquitur in
civilibus, non poteſt proceſſus, vel ſententia nul-
18 la in criminalibus confirmari in meritis, ſecun-
dùm opinionem *Anton. de Ball.* qui ſcripſit ad
interpretationem *capit.Regn.Sicil.tract.var.lib.*
7.de Pragm.Regn.n.165.fol.248. & procedere,
etiam ſi reus fuerit confeſſus de crimine, *Ant. de*
Matth.de crimin. ad lib. 48.ff.tit.16.n.7.in fine.

Nec turbant deciſiones per me ſuperius allatæ, ex
quibus prętendi poteſt inductus ſtylus judican-
19 di in contrarium; Siquidem dictæ deciſiones
non poſſunt fundari, niſi in probabilitate ſen-
tentiæ *Roviti*, & aliorum, ideo non reddunt fal-
ſam, vel improbabilem alteram ſententiam, *Ca-*
piblanc.& aliorum, quam nos jure tuemur, ut ex
P.Diana par.1.tract.1.de legib. reſol. 8. §. reſtat
videndum, nervosè docet *P.Graſſet. de nec.pro-*
ditor.§.8.n.50.& 51.qui n.52.verſic.qui appoſitè
ſatis ad propoſitum advertit poſſe Judices judi-
care contra ſtylum receptum in aliquo Tribuna-
li, & contra deciſiones ratione aliqua vertente
in contrarium.

Deveniendo ad ſecundam decreti partem, in qua
prohibentur fieri per S.C. inhibitoriales literæ
20 M.C.V. in illis octo caſibus, obſervandum erit,
quod reſpectu cauſarum liquidationis inſtru-
mentorum ſupervenit ſub die 1. Januarii 1632.
Pragm.8.de liquidat.inſtrumentor quæ *in* §.4.&
5.indiſtinctè ſubſtulit inhibitiones, ut notavit
P.de Afflict.in addit. ſupplement. ad cap. 30. ſuar.
controv.n.65.Conſil.de Altomar. in obſervat. ad
conſ.35.Reg.Rovit.num.4.tom. 2. Sed tantùm
hodie loco inhibitionis conſuetum eſt fieri præ-
ceptum pœnale creditori, ne procedat ad expe-
ditionem citationis ſuper tenore inſtrumenti,
dirigendo etiam inhibitiones Actuariis contu-
21 maciarum, ne procedant ad incuſationem illa-
rum ſub prætextu, quod *Prag.* 8. loquatur de
inhibitionibus faciendis Tribunali M.C.V. non
autem ipſis creditoribus, juxta praxim, & exem-
pla per nos adducta in *prax. præſentat. inſtrum.*
cap.2.n.112.

In cauſis criminalibus ideò prohibentur inhibitio-
nes, quia S.C. non eſt Judex cauſarum crimina-
22 lium, niſi in cauſis appellationum à ſententiis
M.C.V. *Pragm.43.& 47.de offic.S. R. C. D.de*
Franchis deciſ.143.in fine, *& 358.* niſi cauſa
criminalis trahat originem à cauſa civili pen-
dente in S.C. quia tunc cauſa civilis trahit cri-
minalem, & S.C. cognoſcit de criminalitate,
Reg.Sanfelic.deciſ. 67. lib. 1. quem laudavimus
in *obſerv.ad ſing.151.n.4.*

Obligationes ſtipulatæ penès acta non admittunt
appellationes, neque inhibitiones, nam quoties
23 ſunt liquidæ, habent executionem paratam o-
mni appellatione remota, ex *Rit. M. C. V. 128.*
D.de Franch.dec.118.& deciſ.200.n.22.& 636.
Merlin.controv.66. num.2. tom.2. & alii longa
manu cumulati per *Conſil.Altom.de nullitat.ru-*
br.5.qu.20.à num.1.ad 5. ubi quod attento jure
noſtri Regni non auditur debitor, *niſi in vincu-*
lis, vel facto depoſito, & quod hoc procedat etiam
oppoſita exceptione nullitatis, dixit *Reg.Sanfe-*
lic.in prax.ſect.38.num.23.

Cauſę apocarum banci intelliguntur exceptę quã-
do M.C. prævenit in citando debitorem ad in-
24 ſtantiam creditoris, vel ad inſtantiam ejuſdem
debitoris appoſuerit manus, ità quod debitor
dici poterit attinctus, ſed ſi debitor inſtituerit
judicium diffamationis, & præventionis in S.C.
antequam fuerit attinctus, non habebit locum
decretum generale, quemadmodum ſervatum
fuit apud *Caſar.in ſpecul.peregr. qq.lib.1. qu.45.*
num.10. cum ſeqq. & nos diximus in *prax. præ-*
ſentat. cap.9.num.9.

Literæ executoriales vigore Conſuetudinis, vul-
gò *contra ſubſcriptos*, ideò non ſuſpenduntur
25 per inhibitiones, quia per *Conſuetudinem Nea-*
politanam ſub tit. in quib. caſib. liceat authorit.
propr. pign. proviſum extat, ut Dominus ter-
ræ, & terratici poſſit propria authoritate exe-
cutionem facere contra Colonos, & Inquilinos
pro penſione ſibi debita, quod hodie ſervatur,
juxta praxim, quam nos ex *Molfeſ.ſuper dicta*
Conſuetudine tradidimus *in noſtra prax.præſen-*
tat.Inſtrument.cap.9.num.19.

Sac. Conſ. non poteſt inhibere in cauſis literarum
cambii, nedum quia illæ habent paratam execu-
26 tionem abſque ulla exceptione, juxtà *Pragm.1.*
in §.5.& 3.in §.9.& 12. ſed etiam, quia cogni-
tio earundem literarum eſt in Regno abdicata
ab omnibus Tribunalibus, & ſpectat privativè
ad Supremum Coll.Conſ. *Pragm.5.in §.7. de li-*
ter.camb.

Digitized by Google

Pacti executivi cognitio spectat privativè ad M.C. Vicariæ, quia tales causæ sunt similes causis li-
27 quidationum instrumentorum, & quod dicitur de liquidatione instrumẽti, dicitur de pacto executivo, *Cæsar. in specul. peregr. qq. lib. 1. qu. 23. §. 2. num. 29. Consil. Petra in Rit. M.C.V. 302. à n. 71. cum seqq. tom. 4.*

Confectiones præambulorum spectant similiter ad M.C.V. ubi semper tractari solent, & nunquam in S.C. *Reg. Capyc. Latr. decis. 139. num. 20. &*
28 *decis. 198. num. 22. tom. 2.* Verùm solent Partes adire S. C. & ibidem obtinere commissionem hæreditatis in personam alicujus Consiliarii, qui ante interpositionem decreti præambuli expedit inhibitoriales in forma, ne M.C. procedat ad confectionem præambuli inconsulto S.R.C. quibus inhibitorialibus notificatis, si M.C. processerit ad confectionem præambuli, præambulum redditur ipso jure nullum, tamquam attentatum,
29 idem *Reg. Capyc. Latr. cit. decis. 198. nu. 29. 30. 31.* nisi attentatum excusaretur ex notoria justitia, vel quod quando inhibitio fuit notificata Actuario, processus præambuli erat consignatus Judici pro expeditione præambuli, *Consil. de Rosa consult. 9. seu 79. num. 18. tom. 2.* vel non fuerit notificatus Magister Actorum, penès quem fuit expeditum præambulum, *Capon. discept. 295. art. 4. num. 14. tom. 4.*

OBSERVATIO LXX.

SUMMARIUM.

1 Pragm. 88. *aliàs* 84. de offic. S. R. C. *tendit ad restringendam authoritatem Regię Cancellariæ.*

2 *Regia Cancellariæ potestas est æqualis cum ipso Rege.*

3 *Rex Catholicus de Anno 1505. instituit in hoc Regno Regentes, cum Coll. Cons. cujus caput est Dom. Prorex.*

4 *Prorege mortuo, vel absente Coll. Cons. cum aliis Consil. status exercet Inter regnum.*

5 *Regentium votum, num sit decisivum, vel consultivum.*

6 *Instructiones Regales, quæ dantur Dom. Proregibus referuntur.*

7 *Consiliarii status, seu belli habent tantùm votum consultivum.*

8 *Coll. Cons. non vacat negotiis inter Partes, sed gravioribus respicientibus publicum gubernium.*

9 Tacit. *verba* lib. 14. Annalium cap. 44. *referuntur, & illustrantur ex* Anton. de Matthęis de criminib. & Jacob. Męstertio de Justitia Romanar. leg.

10 *Coll. Cons. non potest sibi avocare causas, vel mandare S.R.C. vel Reg. Cam.* quod relationem faciat in Coll. *de negotiis pendentibus inter Partes, nisi adsit Fisci interesse, vel tractetur de gubernio Regni.*

11 *Coll. Cons. profert votum, quando Reg. Cam. accedit ad faciendam relationem in Collat. Cons. sed decretum profertur nomine Regiæ Cam. à qua conceditur quoque reclamatio.*

12 *Præeminentia antiqua Reg. Cancellariæ referendi in Coll. Cons. statum causæ, aut quod causa ibidem votetur, reformata videtur ex probibitione barum* literarum Regalium, *quæ continebantur in antiquis de Anno* 1608. *& refertur antiqua observantia, num. 13.*

14 *Regentes Reg. Cancellariam non probibentur in aliquibus casibus manum apponere, & avocare sibi causas pro recta justitiæ administratione.*

15 Pragmaticę, *privilegii Regii Assensus*, & literarum Regalium *interpetratio, & subreptionis cognitio spectat ad Collat. Cons.*

16 Pragm. *illa interpretatio est sequenda, quam admisit consuetudo judicandi.*

17 *Coll. Cons. observantia per tempus decem annorum sufficit ad introducendam interpretationem legis.*

18 *Consuetudo judicandi interpretativa legis dubiæ est sequenda, licèt postea appareat legem id non sentiisse.*

19 *Collat. Cons. avocat sibi causam, & ibi causa committitur, quando agitur de reformatione investituræ, seu assensus.*

20 *Coll. Cons. providet feudatariis de balio ob mortem patris tam civilem, quàm naturalem.*

21 *Balius est decernendus à Coll. Cons. feudatariis furiosis, vel prodigis, & in eodem Coll. Cons. est postulanda licentia vendendi feuda.*

22 *Curator ad lites non potest dari per S. C. pendente provisione Baliatus in Collaterali Consilio.*

23 *Coll. Cons. compellit Partes ad compromittendum causas inter Magnates, ex quibus scandala oriri possunt, & quid in S.R.C.*

24 *Coll. Cons. cognoscit articulum circa competentiam, vel incompetentiam jurisdictionis S.R.C. vel R.C. Sum.*

25 *Sacr. Cons. remittit ad Reg. Cam. articulum incidentem, si frater uterinus succedat in feudo, idemque si dubitetur de qualitate feudi.*

26 *Sac. Cons. procedis ad ulteriora in causa deciso articulo remisso decidendo per R. Cam. quamvis adversùs decretum R. Cam. pendeat reclamatio.*

27 *Coll. Cons. potest mandare S.R.C.* quod relationem faciat in scriptis de statu causæ, *quando adest interesse Regii Fisci ob proximam devolutionem.*

28 *Reclamatio unica absque alio remedio nullitatis, vel restitutionis in integrum decernenda infra mensem à die scientiæ à decretis interpositis per S. R. C. num procedat nedum in quæstionibus de Commissario, de quibus loquuntur* literæ Regales, *sed etiam in aliis de-* cre-

Digitized by Google

cretationibus interponi solitis circa reclamationes unionis Aularum, petitionis Adjunctorum, & similium.

29 *Lex concernens favorem publicum ad evitandum calumnias, quamvis correctoria, & pœnalis extenditur ad casum similem ex identitate rationis.*

30 *Reclamationis terminus, qui currere incipit à die notificationis, vel scientiæ intelligitur de scientia judiciali vera, & non præsumpta contra absentem, vel contumacem.*

31 *Et quid adversus hæreditatem jacentem an currat terminus iste.*

32 *Quid in nullitatibus, quæ emergunt ex defectu jurisdictionis.*

33 *Jurisdictionis defectus debet esse notorius ad hoc, ut non censeatur sublata nullitas.*

34 *Restitutio in integrum denegata per* Pragm. *ex justa causa concedi potest.*

35 *Regentes Regiam Cancellariam non possunt domi providere, quod Præses S.R.C.* relationem faciat in scriptis *in casu denegatæ appellationis, sed per totum* Collat.*Consil. & de ratione.*

36 *Relatio fieri ordinata per* Coll.*Cons. est facienda infra quindecim dies.*

37 *Regentes possunt solùm domi præcipere, quod M.C. relationem faciat de decretis latis contra pauperes, qui vivunt cum pane Reg.Cur.*

38 *Regentes possunt domi providere, & decernere in negotiis commissis per* Coll.*Cons.*

39 *Regentes quando procedunt uti Delegati per S.C.M. num impediatur executio decretorum domi latorum per supplicationem de relatione faciendo in Coll.Cons.*

40 *Praxis servari solita quando relatio fieri ordinata per Præsidem S.R.C. non fuit procurata infra quindecim dies, traditur.*

41 Pragm. *hæc in §. incip.* Per la dicha Prematica, *concordat cum* Pragm. 4. in §. 6. & Pragm. 6. de dilationib.

42 *Reclamationes causarum criminalium decidendæ sunt per M.C.V.D. compilato processu, & prævia relatione in* Coll.*Cons. auditis Fisco, & Partibus.*

43 *Reclamatio in causis delegatis M.C.D. non admittitur, nisi impetrato rescripto à Domino Prorege,* quod M.C. relationem faciat in Coll.Cons. *et facta relatione, quando admissa, vel denegata censeatur, traditur praxis cùm distinctione casuum.*

44 *Reclamatio implicitè denegata censetur per* Coll.*Cons. remisso negotio M.C.V. ut* loco reclamationis justitiam faciat, *quia Judices nunquam mutant priorem sententiam.*

45 *Refertur distinctio* D.Hieronymi Calà de preeminent.M.C.V. cap.30.

46 *Regentes Regiam Cancellariam determinant reclamationes causarum criminalium, nec possunt Judices M.C.V. cum eisdem Regentibus suffragia ferre.*

47 *Reclamatio quamvis sit gratia Principis, tamen non potest Princeps illam denegare existente justa causa, quæ dignoscitur ex varietate votorum non convenientium in ratione fundamentali.*

48 *Reclamationis, & recursus in causa, num solus reus ad pinguius probandum admittatur.*

49 *Recursus quomodo reguletur circa tempus appellationis.*

50 *Fatalia an currant pendente recursu, vel reclamatione causæ criminalis vertentis in Junctis, vel coram Judicibus Delegatis, & an fatalia idem sint, quod peremptio instantiæ in causis criminalibus, & num.51.*

52 *Reclamatio, & recursus à decretis latis per Regias Junctas datur ad Dom. Proregem, & in* Coll.*Cons. & referuntur casus, qui contingerunt in praxi, & num.53.*

54 *Reclamatio denegatur à sententiis prolatis per* Coll.*Cons. in judicio criminali.*

55 *Reclamationis causa num decidenda sit, juxtà legem existentem tempore sententiæ, à qua fuit reclamatum, vel juxta legem latam pendente judicio reclamationis, & quid in nullitatibus, nu.56.*

57 *Refertur determinatio* Coll.*Cons. cum motivis, & cum distinctione Authoris.*

58 *Delegatio causarum criminalium, num concedatur per scriptorium, vel concedenda sit per* Coll. *Cons. & in quibus casibus ad delegationem sit deveniendum, & num.59.*

60 *Delegatio causarum criminalium est antiqua præeminentia Regiæ Cancellariæ, & quomodo emanent hodie delegationes, refertur praxis.*

61 *Delegationis revocatio quomodo possit obtineri à D.Prorege.*

62 *Reclamationes in causis delegatis num concedantur per* Coll. *Cons. absque speciali ordine S.E.*

63 *Secretarius Regni quomodo sedeat, quando S.R.C. vel Reg.Cam. accedit ad* Coll.*Cons.*

64 *Secretarius Regni est de corpore Regiæ Cancellariæ, & subsunt ejus jurisdictioni Scribæ à mandatis, qui sunt numero sex, & sunt in dignitate propter confidentiam, quam illis habent Regentes Regiam Cancellariam.*

De Officio Sacri Regii Consilii. Pragmatica LXXXVIII. aliàs LXXXIV.

In tempo del Gouerno dell'Almirante di Castiglia, &c.

HÆc *Pragm.* continet diversa capita novarum ordinationum, quæ ortum habuerunt ex

 inob-

inobservantia antiquarum *Pragm. & literarum*
Regaliū, de qua inobservantia conquestus fuit
apud S. C. M. D. Franciscus Antonius de Alar-
con Generalis Visitator in hoc Regno, & quam-
1 vis sit collocata sub *hoc tit. de Offi. S.R.C.* ta-
men potius tendit ad restringendam authorita-
tem Regiæ Cancellariæ, ideò aliqua de ejus
origine, & potestate differere oportet, antequam
progrediamur ad interpretandum singula capita
ejusdem *Pragm.*

Plenitudo potestatis Cancellariæ est adeò lata,
quod æqualis cum ipso Rege existimata fuit ab
2 *Avend. & R. de Ponte* relatis *à Carol. Tap. de*
præstant. Reg. Cancell. n. 3. quià Cancellaria su-
perintendit in omnibus negotiis justitiæ, guber-
nii, Regalis Patrimonii, annonariis, gratiis, in-
dulgentiis, & cæteris, quæ Regibus sunt con-
cessa.

Hinc cum Rex Catholicus de anno 1505. in hoc
Regno Regentes instituisset, in ipsos Dominos
3 Regentes fuit translatum officium Magni Can-
cellarii cum Cancellaria, quod officium per
prius erat separatum, & normam dabat cæteris
Regni Tribunalibus, juxta *Constit. Regni, Apud*
justitiarios, Frecc. in locis allegat. per Tasson. de
antef. versic. 7. observ. 3. n. 6.

Cum institutione Dominorum Regentium fuit in-
stitutum quoque Coll. Conf. cujus caput est
Dom. Prorex, qui cum dictis suis Consiliariis fa-
cit unum corpus incumbendo dicto Tribunali
4 pro expediendis negotiis Regni, cujus decreta
proferuntur sub nomine Proregis, & dicitur *fa-*
cta relatione Excell. Proreg. fuit provisum capta
denominatione à potentiore, & habet maxi-
mam, & supremam authoritatem plusquam Ro-
mæ Consules habebant, *Reg. Lanar. cons.* 88. *nu.*
10. adeoquod absente, vel mortuo Prorege
hoc Consilium unà simul cum aliis Consiliariis
status exercet Interregnum, *Reg. de Ponte de*
potest. Proreg. in tit. de delegat. n. 14. *fol.* 534. *Sar-*
gent. de Neap. Illustr. fol. 121. *à t. n.* 11. quod su-
perioribus annis servatum vidimus ob mortem
nunquam satis laudati Proregis D. Marchionis
del Carpio.

Quorum Regentium togatorum votum, & consi-
lium apud Proreges cum non legatur ex aliqua
5 concessione, vel *Pragm.* datum decisivum, il-
lud existimabant nonnulli esse consultivum, sed
Jo: Francisc. de Ponte de potest. Proregis tit. 12.
de delegat. cons. n. 12. *&* 13. dicit, quod ex pro-
visione felleis recordat. Regis Philippi II. in
negotiis ad statum, & gubernium pertinentibus
habent ipsi Regentes vota consultiva; In nego-
tiis verò justitiæ, & patrimonii Regis eorum
vota sunt decisiva, adeoquod circa concernen-
cia justitiæ ex inveterato usu una simul cum Pro-
rege habent jurisdictionem ordinariam, & non
possunt dici Assessores, sed Judices Principis,
quibus est communicata plenissima jurisdictio,
6 quam à Rege habet Prorex, ut colligitur ex
instructionibus Proregis cap. 9. ipsarum instru-
ctionum, ibi, *Conviene principalmente que la*
tengais de nuestro Colateral Consejo, que ordi-
nariamente cabo vos hà de residir, porque quan-
to mayor es la autoridad, que tiene en aquel
Reyno, tanto y mas cerca de vuestra persona hà
de estar, & ita asseverat *Reg. de Ponte in cit. tit.*
12. *de delegat. n.* 16. *Tasson. de antef. versic.* 7. *ob-*
serv. 3. *ex n.* 22. *&* 55. *Muscatell. in tract. de do-*
ctorat. decor. & authorit. p. 3. *n.* 47.

Secus est in Consiliariis Belli, & Status, qui ha-
bent tantùm votum consultivum, teste *Frecc. de*
7 *subfeud. lib.* 3. *in prim. different. feudor. titular. n.*
20. *in fine Reg. de Ponte de potest. Proreg. de as-*
sensu §. 7. *n.* 24. *Mastrill. de magistrat. lib.* 5. *cap.*
14. *n.* 9. *Reg. Sanfelic. decis.* 333. *nu.* 5. *&* 6. *decis.*
223. *n.* 11. *Reg. Capyc. Latr. decis.* 154. *nn.* 1. 2. *&*
28. *Tasson. de antef. versic.* 3. *observ.* 3. *sub nu.* 60.
& 61.

Cumque Supremum hoc Coll. Conf. non vacet in
expeditione causarum privatarum, sed vacet in
8 gravioribus negotiis respicientibus publicum
gubernium, in illis utitur sua præeminentia, un-
dè ad propositum dicebat Reg. Villanus olim
Decanus Coll. Conf. quod omnia exorbitantia
facere potest Prorex cum Coll. Conf. dummo-
dò concurrat prætensa, & necessaria causa pu-
blicæ utilitatis, ut habetur apud *Reg. de Ponte*
de potest. Proreg. in tit. de provis. fieri solit. §. 4. *n.*
5. ad quod facere videtur illa aurea sententia
9 *Tacit. lib.* 14. *Annal. cap.* 44. *Omne magnum*
exemplum, quod habet aliquid ex iniquo, utili-
tate publica rependitur, quod pervulgatum es-
se, licèt usu periculosum, monuit *Anton. Fab. in*
Cod. lib. 9. *tit.* 6. *ad leg. Jul. majest. defin.* 4. *in fine*
Et quod verba illa *ex iniquo* non absolutè sed
juris dumtaxat privati intuitu intelligi debent,
advertit *Jacob. Mestertius de justit. Romanar.*
leg. dub. 2. *vers. si dices lib.* 2.

His præmissis superest, ut breviter accedamus ad
interpretationem primi capitis hujus *Pragm.* in
quo præcipitur non posse Regentes Regiam
Cancellariam mandare S. R. C. *quod accedat ad*
faciendam relationem in Coll. Conf. de negotiis
10 pendentibus inter Partes in S. R. C. ubi nullum
vertitur Fisci interesse, nec agitur de re tangente
gubernium Regni, in quibus causis dumtaxat, in
quibus adest Fisci interesse, & ubi tractatur de
gubernio votent Regentes, & non in cæteris
inter Partes vertentibus, observandum itaque
erit, quod tenor harum literarum Regalium est
in viridi observantia, adeoquod raro hodie
Coll. Conf. avocat sibi causas à Reg. Cam. vel à
S.R.C. vel mandat causas decidendas fore in
Coll. Conf. nisi versetur illud Fisci interesse, vel
casus urgentissimus respiciens gubernium Re-
gni, quod sufficere disjunctivè advertit ocula-
tissimus, & subtilissimus *P. de Affl.* scribendo ad
intellectum harum legum *controv. jur. cap.* 6. *nu.*
30. 31. *&* 32. *& in addit. n.* 4. ubi se retractat à sua

pri-

Digitized by Google

prima sententia, traditque, quod accedente
Regia Camera ad faciendam relationem in Collaterali Consilio in casibus permissis, ipsum quoque Coll. Cons. votum proferre posse tamquam
11 adjunctum, prolato tamen decreto nomine
Reg. Cam. sub illis verbis, *Accedente etiam voto Spectab. DD. Regentium Regiam Cancellariam*, adversus quod decretum, neque reclamatio conceditur à Coll. Cons. sed à Reg. Cam. cujus nomine prolatum fuit decretum, juxtà praxim, quam docuit *Praes. Ganaverr. decis.* 30. *n.* 7. *&* 23.

Haec prohibitio relationis faciendae in Coll. Cons. continebatur etiam in antiquis *literis Regalibus* de anno 1608. quae sunt insertae in istis ultimis,
12 & per *Reg. Sanfelic. in prax. judiciar. sect.* 3. quem laudat *Consil. de Altomar. de nullit. rubr.* 3. *qu.* 31. *n.* 11. unde stantibus his novissimis ordinationibus recessit ab Aula illa antiqua praeeminentia Regiae Cancellariae, de qua testatur *D. R. Tap. de praestant. Reg. Cäcell. in tit. de potest. Reg. Cancell. n.* 37. ibi, *& quoad S. C. jubetur, ut fiat relatio per causae Commissarium de statu causae, qua relatione audita provideatur, aut quod causa votetur in Coll. Cons. aut quod S. C. justitiam faciat, aut alio modo, ita ut nullus remaneat locus querelae Partibus.*

Quinimò antiquis temporibus nedum passim mandabatur, quod S. C. accederet ad votandam
13 causam in Coll. Cons. sed etiam reclamationes causarum civilium pendentium in S. C. interponebantur in Coll. Cons. ut habetur apud *Grammat. in decis.* 67. *& in vot.* 12.

Non prohibentur tamen Domini Regentes in aliquibus casibus manum apponere pro recta ju-
14 stitiae administratione avocando sibi causam tamquam dependentem ab ipso Supremo Senatu, juxtà terminos *decisionis* 200. *D. Reg. Capyc. Latr.* quemadmodum si altercaretur de interpretatione alicujus *Pragm.* vel de interpretatione alicujus privilegii Regalis, ut advertit idem *de Afflict. controv.* 6. *n.* 41. *Tasson. de antef. versic.* 7. *observ.* 3. *n.* 60. *&* 61. junctis cumulatis per *Consil. de Altomar. de nullit. rubr.* 10. *qu.* 17. *n.* 42. *&* 43. Et quod quando agitur de interpretatione ordinum Regalium cognitio spectat ad Coll. Cons. fuit expressè demandatum per novissimas *literas Regales sub die* 16. *Januarii* 1670. *ut in vol.* 8. *literar. Regal. existentium in Secretaria Reg. Cam. fol.* 118.

Item subreptio Regii Assensus, vel alterius Regii diplomatis spectat ad Collat. Cons. ut declara-
15 tum fuit apud *Reg. Sanfelic. dec.* 12. *in fine*, & quamvis S. Cons. vel alia Tribunalia cognoscant de subreptione, fit incidenter ad finem suspendendi executionem *Reg. Revert. decis.* 16. ubi de *Marinis. Crisp. de Valdaur. observat.* 115. *à n.* 4.

Ideo inolevit praxis reclamandi in eodem Coll. Cõs. adversùs assensum obreptitie impetratum, *Rocc. resp.* 82. *lib.* 1. *Capibl. de Baron. lib.* 2. *cap.* 79. *num.* 3. Et practicatum fuit in causa Brigidae Spinulae cum Jo: Baptista Imperiale, & in causa D. Fabritii Narni cum creditoribus qu: Fabritii, & Felicis Baronis.

Hinc quoties disputandum accidit de interpretatione alicujus *Pragm.* non erit recedendum ab
16 ea interpretatione, quam consuetudo judicandi, & alia exempla admiserunt, juxtà *text. in l. si de interpretatione ff. de legib. Reg. Sanfelic. in addit. ad decis.* 192. *num.* 24. *&* 25. *post secund. volum. decis. fol.* 43. cui addendus est *Reg. de Ponte cons.* 42. *n.* 4. *lib.* 1. qui deducit sufficere tempus minus decem annorum cum observan-
17 tia Coll. Cons. nec legem novam declaratoriam in contrarium operari effectum nullitatis in actibus retrofactis, & addenda sunt quoque ea, quae Ego dixi *in append. ad sing.* 74. *mei Patris versic. nec adversatur fol.* 415. ubi quod non erit recedendum à consuetudine judicandi interpretativa legis dubiae, licet posteà appareat legem id non sentiisse, juxta celebrem doctrinam *Abb. in cap. cum dilectus de consuet. num.* 7.
18 quam refert, & sequitur *Solorzan. de Ind. jur. lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 45. sed huic sententiae non se subscribit *P. Grasset. de nece proditoria* §. 8. *n.* 52. *in fine, versic. unde non possum.*

Indistinctè recurritur ad Coll. Cons. & ibi causa committitur, quandò agitur de reformatione
19 investiturae, seu assensus, juxta formam primae investiturae, *Reg. de Ponte de potest. Proreg. de divers. provis. in tit. de reformat. investitur. Reg. Carol. Tap. de praestant. Reg. Cancell.*

Similiter spectat ad Coll. Cons. providere feudatariis de balio, ob mortem patris feudatarii tam
20 civilem, quàm naturalem, etsi fuerit balius datus à Patre in testamento, confirmatur quoque à Reg. Coll. Cons. per privilegium expediendum in forma Regiae Cancellariae, sine quo non valebit administrare, juxtà praxim traditam per *Reg. Sanfelic. decis.* 367. *par.* 3. *& per me in observ. ad sing. mei Patris* 232. *n.* 4. & quae sit praxis interpositionis decreti praeambuli, & baliatus Barone effecto forjudicato, videndus est *D. Maresc. in suo noviss. tract. de legib. public. judicior. in tit. de poen. capital. glos.* 2. *n.* 54. *& Thor. in compend. decis. par.* 1. *verb. praeambulum succedentis forjudicatis.*

Supratradita praxis praescribit sibi locum, etiam in feudatariis furiosis, vel prodigis, quibus est providendum de Balio per Collaterale Consilium,
21 Regem rapraesentans, cui etiam spectat cognitio venditionis feudi facienda per prodigum, vel furiosum, quoties venditio non fit urgentibus creditoribus, sed quia expedit, *Rovit. consil.* 75. *n.* 3. 7. *&* 8. *tom.* 3.

Pendente provisione baliatus decernenda per Coll. Cons. neque poterit Sac. Cons. dare Cura-
22 torem ad lites, vel Administratorem in bonis feudatarii pupilli furiosi, vel prodigi, nam hoc spectat ad idem Collaterale Consilium, juxtà de-

decifionem, quam refert *Reg. Tapp. lib. 6. jur. Reg. in conft. Reg. minoribus n. 6.*

Poteft quoque Dom. Prorex, ejufque Coll. Conf. compellere Partes ad compromittendum civiles caufas inter Magnates pendentes, quando
23 ex controverfia fcandala oriri poffunt, ex *doctrina Bald. in l. æquiffimum, ff. de ufufruct.* concludunt *Reg. de Ponte, & Capyc. Latr.* quos laudat *Confil. Rocc. de offic. rubr. 8. de offic. Proreg. n. 46.* & practicatum noviffimis temporibus refert *Confil. Prat. practic. obferv. 97. n. 7.* ubi quod S.C. ex fuprema ejus præeminentia in caufis difficillimis poteft cogere Partes ad compromittendum, quamvis facultas compromittendi caufas eidem S.C. fuiffet fublata ex ordinibus S. C. M. de quibus teftatur *Rovit. decif. 95. n. 19. & Thor. in fupplem. compend. verb. compromittere an poffint Judices.*

Planè fpectat ad Coll. Conf. difcutere articulum circa competentiam jurifdictionis S.R.C. ut ha-
24 betur apud *Rovit. decif. 74.* in qua in gradu reclamationis fuit revocatum decretum, par quod extiterat remiffus articulus remiffionis decidendus per idem S. R. C. & fimilitèr fi contingerit tractari in S. C. de aliquo articulo præjudiciali, nempè an frater uterinus fuccedat in feudo, ejus
25 decifio remittitur ad R. Cam. juxta exempla, quæ habentur apud *Reg. Sanfelic. in prax. judic. fect. 17. n. 9. & 10.* de quo memores fuimus in *obferv. ad fing. 312. mei Genitoris n. 2.* idemque fi dubitari contingat de qualitate feudi, an vivatur de jure Francorum, vel potiùs de jure Longobardorum, remittitur articulus decidendus ad Reg. Cam. quemadmodum fi dubitetur, an fundus fit feudalis, vel potius allodialis, ut habetur apud *Reg. Galeot. controv. lib. 1. cap. 24. à n. 18. ad 25. Reg. de Marinis in obfervat. ad decif. 7. Reg. Revert. n. 4. & refol. jur. lib. 1. cap. 146. à nu. 4. ad 6.* ubi quod facta declaratione per Regiam
26 Cameram ftatim poteft actor profequi litem in S.C. non obftante quod à decretis extitiffet reclamatum, juxta *dec. Reg. Tap. 18.* & alias, quas attulimus *in obfervat. ad fing. 173. n. 7.*

Item fi ageretur de intereffe præfentanco Regii Fifci, nempè ratione proximæ devolutionis po-
27 teft Coll. Conf. mandare, *quod S. R. C. relationem faciat in Coll. Conf. de ftatu caufæ* ad finem decernendi remiffionem caufæ ad Reg. Cam. vel quod procedatur in S. R. C. juxta exempla, quæ habentur apud *Reg. Galeot. controv. lib. 1. cap. 24. n. 24. & 25.* cum cafus ifte fit exceptus à literis Regalibus.

Deveniendo ad §. 3. incip. *con la moltitudine*, in quo ftatuitur, ut unica reclamatio concedatur à decretis interpofitis per Spectab. Præf. S. C. circà quæftiones de Commiffario determinan-
28 da infra menfem à die notitiæ habitæ de decreto, & S. C. procedat ad ulteriora termino prædicto elapfo, exclufo quocunque alio remedio per viam nullitatis, aut reftitutionis in integrum, obfervandum erit, quod hæ *literæ Regales* exiftunt in viridi obfervantia, nedum in quæftionibus de Commiffario, fed etiam in aliis decretationibus, quæ interponuntur, per Præfid. S.R.C. tàm circa reclamationem, quam unionem Aularum, vel petitionem Adjunctorum, vel circa cætera fpectantia ad jurifdictionem ejufdem Præfidis, quæ extenfio non fine ratione fuit inducta, quià iftæ Regiæ ordinationes concernunt favorem publicum ad evitan-
29 dum calumnias litigantium, & proindè extenduntur ad alium cafum ex identitate rationis, quamvis lex effet correctoria, & pænalis *l. terminata C. de fruct. lib. & litium ex penf. l. quidam exiftimaverunt ff. fi cert. petat. l. properandum C. de judic.* per doctrinam *Bart. in l. quemadmodum C. de Agricol. & cenfit. lib. 11. n. 4.* docet, & decifum refert *Reg. Rovit. dec. 78. n. 9.* latè *Guit. de credit. cap. 2. tit. 8. n. 2928. & 2929.* Sed huic extenfioni contradicunt fcripta per *Fontanell. decif. 460. n. 10. 11. & 12. tom. 2.* ubi loquitur in terminis confimilis ftatuti tollentis fupplicationem, & concludit non effe faciendam extenfionem, cum tales leges fint reftringendæ tanquam odiofæ tollentes defenfionem.

Illud quod dicitur, quod terminus menfis currat à die notificationis, vel fcientiæ decreti, intelli-
30 gendum videtur de fcientia judiciali vera, & non præfumpta, nempè quando decretum fuit interpofitum in contradictorio judicio cum Adverfario, vel ipfo præfente, & audito, quià indiftinctè præfens non debet citari, fecus fi fuiffet proceffum contra abfentem, vel in contumaciam, quia tunc neque fufficeret decretum fuiffe domi intimatum, *Urfill. ad Affl. dec. 344. n. 2. Capyc. decif. 139.* de quibus apud *Thor. in 3. p. verb. citatio ad fententiam.*

Infuper dum ftatuitur ut terminus menfis decurrat de momento ad momentum abfque alia pro-
31 rogatione, vel recurfu etiam per viam reclamationis, nullitatis, vel reftitutionis in integrum, obfervandum erit hoc tempus non currere adversùs hæreditatem jacentem etiam habentem curatorem, *Rovit. decif. 41.* junctis aliis apud *Confil. de Altomar. de nullitat. rubr. 7. quæft. 5. num. 33.*

Item non currit terminus, nec remedia fublata videntur, quando nullitates, quæ proponuntur, emergerunt ex defectu jurifdictionis, juxta decifa penes *Rovit. decif. 81.* quod contingere po-
32 teft etiam in cafu, quo Spectab. Præfes S.R.C. committeret fufpitionum caufas elapfo tempore ftatuto ab ultima *Pragm.* emanata a Comite de Sancto Stephano fub die 2. Septembris 1689. ut colligitur ex verbis ejufdem *Prag.* ibi, *addicando per tal effetto à capi di Tribunali la poteftà di commettere, & à Miniftri di giudicare*, ut ponderavimus *in obfervat. ad fing. 34. nu. 4. & 5.*

Verùm jurifdictionis defectus debet effe notorius,

ad hoc

Digitized by Google

ad hoc ut nullitas, ex dicto defectu proveniens
33 non censeatur sublata per statutum prohibens dici de nullitate post certum tempus, *Cyriac. controv.187.à n.17.ad 21.versic.nec obstat.*
Item non censetur exclusa restitutio in integrum, si justa causa aliud suadeat, quià tunc erit potiùs
34 justa legis interpretatio, quàm transgressio, *Rovit.super Pragm.4.de dilat.n.15.*
Hic §.4. incip. *Hose entendido*, in quo cavetur, ne Domini Regentes domi decernant, quod Praesidens S.R.C. faciat relationem in scriptis in casu denegatae appellationis à decretis domi interpositis à Consiliariis causae Commissariis, sed
35 ordo fiat per totum Coll. Conf. à quo quando relaxantur similes ordinationes, relatio sit facienda infra quindecim dies, aliàs Coll. Conf. potest providere, quod sibi justum videbitur, concordat respectu primae partis cum aliis *literis Regalibus*, de quibus *in Pragm.14.in §.9.de offic.Secret.* & cum aliis allatis per *Reg. Sanfelic.in prax.judiciar.sect.3.n.4.fol.8. & in increment.ad eandem praxim, & ad eandem sect.fol.275.*
Satis rationabilis fuit haec Regia ordinatio, quia in decretis domi latis à singulis Regentibus di-
36 cebatur *provisum per S. Excell.* & sic subscriptio Regentis videbatur subscriptio Proregis, & ulterius invaluerat abusus dispensandi per unum Regentem *Pragm.1.ad Sen.C.V. Horat. Montan.controv.4.n.18.*
Verùm potest unus Regens domi praecipere, quod M.C. relationem faciat de decretis latis contra
37 pauperes, qui vivunt cum pane Reg. Cur. sub patrocinio Advocati pauperum *Pragm. 4. de visitat.carcerat.§.21.* Et an hoc sit in observantia, dicam in *eadem Pragm.*
Rursus poterit Regens domi decernere, & providere super negotiis sibi commissis à Coll. Conf.
38 praevia illa decretatione fieri solita, quod *Spectab.Reg.provideat, & si sibi videbitur relationem faciat in R.C.Conf.* vigore cujus facultatis vidi aliquando domi provisum super revocatione decretorum interpositorum ab eodem Coll. Conf.
Illud notandum erit, quando Domini Regentes procedunt uti Delegati S. C. M. si porrigatur supplicatio de relatione facienda in Coll. Conf.
39 de aliquo decreto domi lato non impeditur decreti executio, pendente relatione facienda ex ordinibus Suae Majestatis, sicuti resolutum refert *Reg. Sanfelic.decis.360.num.15.quaest.5.* quamvis meis temporibus parum servari vidisse.
Respectu secundae inspectionis est quoque in observantia haec Regia ordinatio, adeòquod ordi-
40 nata à Collat. Conf. relatione facienda per Spectab. Praesid. S. R. C. à verbo faciendo elapsis quindecim diebus, & non procurata relatione passim mandat Coll. Conf. *quod Sacrum Consilium procedat ad ulteriora*, factis aliquando illis praeceptis, quod *Pars procuret infra dies decem, vel sex, quo termino elapso providebitur, quod S.C. procedat absque alia relatione facienda*, & multoties idem Coll.Conf.non habita relatione Spectab. Praesidis decernit, quod causae Commissarius *verbum faciat in S. C. à decreto lato per M.C. vel per S. R. C.* juxtà exemplum allatum per *R.Sanfelic. in prax. judic.in increment. ad sect.3. fol.275.* ubi reposuit tenorem earumdem *literarum Regalium*.
Quintum caput hujus Pragm. incip. *Per la dicha Prematica*, videtur promulgatum circa obser-
41 vantiam *Pragm.4. in §.6. & Pragm.6. de dilation.* dum praecipitur illarum indispensabilis observantia, addita etiam prohibitione decretationis fieri solitae per Dominos Regentes, quod *intimetur Parti, & interim nihil innovetur*, ad cujus ornatum videnda sunt ea, quae diximus *in Pragm.79. in §.11. sub hoc tit.* ubi adduximus *Consil.Theodor.*dicentem in *allegat. 65. nu.2.& 3.* quod dispositio harum legum erit intelligenda in casibus unionis Aularum, petitionis Adjunctorum, & in quaestionibus circa Commissarios, in caeteris verò casibus semper impediret simplex provisio, *quod intimetur*.
In §.6. incip. *Huse intendido*, praecipitur reclama-
42 tiones causarum criminalium delegatarum M.C.V. esse decernendas per Coll. Conf. compilato processu praevia relatione M. C. V. auditis Fisco, & Partibus.
Hinc circa materiam hujusmodi reclamationis praxis inolevit, quod porrectis reorum suppli-
43 cationibus Domino Proregi, cum quibus postulatur reclamatio à decretis latis per M.C.D. solet aliquando D. Prorex in calce supplicationis injungere M.C.V. ut relationem faciat in Coll. Conf. ubi audita relatione ejusdem M. C. V. in die Mercurii, qua solet accedere ad idem Coll. Conf. deciditur esse admittendam, vel non admittendam reclamationem, & si videbitur ex motivis justitiae esse deferendum petitae reclamationi, remittitur causa eidem M.C. loco reclamationis, verum quod compilato processu iterum relationem faciat in eodem Coll.Conf. quo instructo processu in gradu reclamationis, factaque iterum relatione demandata, decernit Coll. Conf. circa confirmationem, vel reformationem prioris sententiae prolatae per M. C. sub formula illa, *malè, vel benè fuisse reclamatum*, juxtà praxim, quam insinuat *Reg. Sanfelic. dec. 381.num.8.par.3.* ubi assignat rationem, & novissimè comprobat *D.Conf.de Rosa in prax. Decretor.cap.12.num.22.& 23.par.1.*
Quoties verò facta prima relatione visum fuerit Supremo Coll. Conf. non esse locum reclama-
44 tioni, implicitè denegatur sub illa consueta decretatione, quod *M. C. loco reclamationis justitiam faciat*, & tunc frustratorium redditur reclamationis beneficium, cum Judices M. C. V. quibus iterum loco reclamationis causa desinienda committitur, rarò mutent priorem sen-
ten-

tentiam, ſed paſſim illam confirmant, impartito
illo novo termino *ad non poſita ponendum loco*
reclamationis,D.Reg.Sanſelic.decif.4.Dom.Reg.
*Capyc.Latr.decif.*178.*num.*1 *lib.*2.*& decif.*187.
*num.*36.
Hanc praxim noviſſimè evertere conatur *D. Hie-*
*ronym.Calà de præeminent.M.C.V. cap.*30. ubi
45 ſolidiſſimis argumentis fundare nititur, non
eſſe indiſtinctè ſervandam, in quibuſcumque
cauſis, in quibus ex delegatione proceditur, ſed
tantùm in quæſtionibus incidentibus ſuper de-
clinatoria fori ad Epiſcopum, vel Baronem,
quia pertinet ad Tribunal M.C. determinare,
an ſua ſit jurisdictio, in quibus terminis ait locu-
tum fuiſſe *Reg. Sanſelic. in decif.*321. in cœte-
ris verò caſibus reclamationum à ſententiis
condemnantibus ad mortem, non eſſe indiſtin-
ctè cauſam reclamationis eidem M.C. commit-
tendam ſimplicitèr, *ut juſtitiam faciat loco re-*
clamationis, quod etiam deſumere intendit ex
illo, quod fuit ſtatutum *hoc eod. §.6. circa finem,*
in quo fuit injunctum cauſas reclamationis cau-
ſarum delegatarum M.C.V. eſſe determinandas
per Dominos Regentes, & necnon interdictum,
46 & expreſsè prohibitum M.C.V. ne poſſint cum
Dominis Regentibus ſuffragia ferre in eiſdem
cauſis reclamationum cauſarum criminalium
ſublato contrario abuſu, per quem eluſoria red-
debantur vota Dominorum Regentium, quæ
erant numero pauciora illis Judicum M.C.V.
Hinc ſatis conducere videtur, quod licèt reclama-
tio concedatur ex mera Gratia Principis, tamen
Princeps non poteſt paſſim, & indiſtinctè reii-
47 cere libellum, recuſando illam concedere
quando jure eſſet concedenda, & juſta cauſa
dicitur, non ſolùm quando fuit varietas voto-
rum, ſed etiam quando deliberationes Senato-
rum non convenerunt in ratione fundamentali,
qua unuſquiſque Judicum nititur, ità ex *Zaba-*
rell.in Clement.paſtoralis de re judic.& Caſſan.
*in Catalog.glor.Mund.*4.*par.conſiderat.*204.*nu.*
104. in puncto deducit *Emanuel Mendez in*
*prax.Luſitaniæ cap.*20.*num.*15. *erga finem.*
Præterea obſervandum erit, quod in hoc termino
impartiendo in judicio reclamationis, vel recur-
ſus ſolus reus admittitur ad pinguius proban-
48 dum, cum Fiſcus non valeat in ſecunda inſtan-
tia, & in cauſa ſupplicationis novas producere
probationes, & novos teſtes etiam de novo
emergentes ad favorem Fiſci, vel accuſatoris, ut
latè deducit *Dom.Michael de Calderò decif.Ca-*
*thal.*48.*num.*41. *in fin.lib.*1. ubi ſic per ſuum
Senatum reſolutum refert, & confirmat *decif.*
51.*n.*9.*lib.*2. Sed in Regno recurrendum erit ad
*Dom.Conſil.de Roſa in prax.cap.*11.*num.*7.*&* 8.
*& in reſol.*18. *par.* 2. ubi uti Fiſci Patronus
M.C.V. contrarium firmavit, & obtinuit, ex quo
teſtes erant recepti abſque ullo accuſatoris mi-
niſterio.
Recurſus itaque cum reguletur à tempore appella-
tionis, & reclamationis, in cauſis, à quibus ap-
49 pellatur, prout ſunt cauſæ, in quibus ordinariè
proceditur, erit interponendus infrà decem dies;
à decretis verò, à quibus reclamatur, prout ſunt
decreta lata per Tribunalia delegata, interponi
poteſt infrà biennium, *R.Rovit.decif.*14.*nu.*8.*in*
*fine, & decif.*16.*num.*5.
Verùm illud, quod à nemine vidi tactum, adver-
tendum erit, quod interpoſito per Fiſcum re-
curſu infrà legitima tempora in cauſis vertenti-
bus coram Judicibus majoribus Delegatis, quas
Junctas vocamus, ſi contigerit labi tempus fata-
lium, nempè ſi fuerit elapſus annus, vel bien-
nium ad proſequendum reclamationem, ſeu re-
50 curſum, non poterit prętendi fatalia eſſe elapſa,
& per conſequens reum eſſe abſolvendum, ſi-
quidem cum in cauſis criminalibus vertentibus
in M.C. & in cœteris Tribunalibus etiam Dele-
gatis hujus Civitatis eſt ſublata peremptio in-
ſtantiæ, nè propter cauſarum multitudinem de-
linquentes pœnis debitis minimè ferirentur, ut
ſtatutum fuit de Anno 1605. per *Pragm.*50. *de*
Offic.Magiſtr.Juſtitiar. & per conſequens non
data inſtantiæ peremptione, neque erit locus
exceptioni lapſus fatalium, quià fatalia ſunt in-
ſtantia cauſarum appellationum, ut ex Practicis
benè perpendit *Muſcatell.in prax.p.*2.*gloſ.cauſa*
*à n.*36.*cum ſeqq.& gloſ.inſtantia n.*29.& clariùs
habetur apud *Theſaur.decif.*10.
Ulteriùs in una facti contingentia addebam, non
obſtare exceptionem hanc lapſus fatalium, ſeu
51 peremptionis inſtantiæ in caſibus, in quibus
forſan datur, quando cauſa pendet in Junctis,
quià ſemper impedimentum venit facto Judi-
cum, & non Partium, in quorum poteſtate non
eſt, quod Juncta congregetur, *Conſil. Prat. diſ.*
*cept.forenſ. cap.*50.
Cœterum & illud erit obſervandum, quod recla-
matio, & recurſus à decretis latis in Regiis Jun-
52 ctis datur ad Dominum Proregem, à quo con-
cedi ſolet reviſio cauſæ decernenda coram eo-
dem Prorege, cum Regentibus Adjunctis, quem-
admodum practicatum fuit in cauſa Petri, & Jo:
Franciſci de Marco de Martino inquiſitorum de
pluribus graviſſimis delictis, quorum cauſa de-
legata fuit Conſiliariis Exguerra, & Mugnoz, &
Judicibus criminalibus D.Franciſco Merlino, &
Cioffo, à qua Regia Juncta extiterunt condem-
nati ad mortem, & conceſſa reclamatione per
D.Proregem Comitem de Monte Regio; cum
tribus Adjunctis Regentibus, Tapia, Rovito, &
Soſia, factaque reviſione fuit ſententia confir-
mata, & licèt fuerit dictum de nullitate fuit in-
de proviſum *nullitates non obſtare*, & quia erat
faciendum depoſitum ducatorum nonaginta pro
pœna nullitatum, inſtetit Fiſcus procedi ad di-
ſcuſſionem nullitatum, ſalvo jure exigendi pœ-
nam ſuper bonis inquiſitorum, ut ex actis penè
Palmerium Scribam, & vide quoque ſic teſtan-
tem *Jo: Dominic. Taſſon.* qui fuit Advocatus fi-
ſcalis

Digitized by Google

scalis in dicta causa, in quadam sua *Apostilla ad pennam super Pragm. de antephat.*

Quod causa recursûs petiti per Fiscum adversus
decreta lata per Judices Delegatos sit tractanda
53 in Coll. Cons. dixit *Rovit. decis.* 14. ex quo Re-
gia Juncta consideratur uti Tribunal Judicum
Delegatorum, & proindè appellatur ad Delegan-
tem, novissimè *D. de Luca in meliorat. ad resol.*
150. *D. Reg. de Marinis num. 5. versic. noviter*,
quod procedit etiam in Junctis erectis de ordine
S.C.M. in quibus appellationes, & revisiones
non remittuntur decidendæ ab ipsis, qui primam
sententiam protulerunt, sed à Coll. Cons. ut pra-
cticatum vidimus de Anno 1684. in causa in-
quisitionis D. Julii Acquaviva Comitis Conver-
sani, ut ex actis penès Anastasium Scribam à
Mandatis. Conferunt rationes allatæ in simili
controversia, de qua fuit disceptatum apud *Reg.
Reverter. decis. 556. in fine, versic. tandem, lib. 2.*

Prætereà adnotandum superest denegari reclama-
tionem adversus sententias prolatas per Collat.
54 Cons. in judicio criminali, ex antiqua illa obser-
vantia per manus tradita, de qua testatur *Dom.
de Franchis decis. 637. D. Reg. Sanfelic. decis. 4.
num. 4.* qui in *decis. 392. par. 3.* dixit idem proce-
dere in decretis mandantibus esse exequendas
condemnationes latas per Tribunalia Collegia-
ta vigore inditiorum indubitatorum, quod com-
probavimus in *observat. ad sing. 388. num. 8.*

Illud tandem circa reclamationis materiam in du-
bium verti potest, num decidenda, & regulanda
sit juxtà legem existentem tempore latæ senten-
55 tiæ, à qua fuit reclamatum, vel juxtà legem no-
vam primam abrogantem emanatam pendente
judicio reclamationis, videndus *D. Maresc. de
legib. public. Judicior. glos. 10. num. 70.* ubi refert
casum accidisse de Anno 1671. in causa Joseph
de Angelo, qui dum extiterat condemnatus per
M. C. ad pœnam mortis naturalis, vel ducato-
rum bismille ad arbitrium D. Proregis ob dela-
tionem sclopi parvi contrà formam *Reg. Prag.*
supervenit novissima *Pragm. D. Petri de Ara-
gona*, quæ modificavit, & reduxit pœnam mor-
tis ad pœnam triremium, & testatur discusso ne-
gotio in Coll. Cons. fuisse admissam reclamationẽ
habito respectu potiùs ad hanc novam legem,
quàm ad læsionem, sed io hoc mihi maxima oc-
currit difficultas, quia contradicere videntur ju-
ra expressa in *l. 1. ff. de pœnis, l. si quis decurio, C.
de falsis, in Novell. Justinian. 11. §. collat. 8. tit.
16.* ubi expressè dicitur causam appellationis
esse judicandam juxtà legem existentem tem-
pore sententiæ, & tradita per *Anell. de Amato
cons. 99. num. 58.* & per *Cresp. de Valdaur. ob-
servat. 22. quæst. 6. & observat. 59. nu. 23. & 24.*
etiamsi in legibus novis diceretur, ut protra-
hantur ad præterita, ex *text. in §. 1. Auth. ut cum
de appellat. cognoscit.* advertit *D. Tasson. de ante-
phat. versic. 13. observ. 2. num. 9. & 10.* ubi aliter
asseverandum dicit in nullitatibus, quod re-
56 medium extenditur etiam ad nullitates propo-
sitas antè *Pragm.* de Anno 1612. quam ita fuis-
se interpretatam testatur.

Verũ perpendendo illud, quod nõ fuit perpensum
à *D. Maresca* dico, ideò per Dominos de Collat.
57 Cons. fuisse habitam considerationem ad no-
vam legem, quia lex antiqua non erat delicto
adequata, sed exorbitans, adeo quod lex nova
fuit edita per *D. Petrum de Aragona* ad refor-
mationem legis antiquæ magis rigorosæ, &
exorbitantis, & meritò secundum hanc ultimam
sententia proferri debuit, ad *text. in l. penult. ff.
si ex noxal. caus.* ubi *Glos. in verb. vindicta in ul-
tima solutione*, in terminis *de Vico ad leges*, &
Pragm. Regn. Sardin. tit. 25. num. 13.

In §. incip. *Por estar informado*, mandatur in ulti-
ma parte hujus §. ut in casibus, in quibus per Fi-
scum, vel per Partes fuit petita delegatio non
58 concedatur per Secretarium Scriniorum, vul-
gò, *per Scrittorio*, sed per Coll. Cons. & in casi-
bus valdè urgentibus, & exemplaribus, in qui-
bus opus est devenire ad istam specialitatem, &
in aliis casibus, in quibus non expedit devenire
ad delegationem potest injungi M.C.V. ut pro-
cedat cum terminis brevioribus horarum, &
cum eisdem terminis procedatur postmodum
in S.C.

Differuimus de hac materia delegationis in *anno-
tat. ad sing. mei Genitoris 116. num. 4.* ubi ad in-
telligentiam harum *literarum Regalium* tradi-
59 di non esse deveniendum ad has delegationes,
nisi coactè in casibus gravibus ob necessariam,
rectamque Regni gubernationem, juxtà moni-
tum *Reg. de Ponte apud Præsid. Merlin. controv.
cap. 67. num. 1. cent. 1.*

Redeundo ad prohibitionẽ expediendi delegatio-
nes per Scriptorium sciendum erit, esse vetu-
stissimam observantiam, & potestatem Domi-
60 norum Regentium Regiam Cancellariam cau-
sas delegandi, adeoquod semper expeditiones
delegationum causarum criminalium fuerunt
emanatæ per Regiam Cancellariam, ut testatur
*D. Reg. Tap. de præstant. Reg. Cancell. in tit. de
potest. nu. 44.* quamvis nostris temporibus videa-
mus diversimodè servatum, nam aliquandò re-
scripta delegationum prodeunt per Coll. Cons.
& aliquando per Secretarium Scriniorum, sed
semper, vel prævia consultatione M. C. V. pe-
tentis delegationem, vel Dominorum Regen-
tium, sine quorum oraculo nunquam, aut rarò
Domini Proreges consueverunt causas M.C.V.
vel Regiis Audientiis delegare.

Verùm antiquis temporibus solebãt Proreges de-
legare causas M.C.V. cum expressa conditione,
nè revocatio delegationis, vel petitio reclama-
61 tionis reciperetur ipso Prorege inconsulto per
medium sui Secretarii, *Thor. in supplem. decis.
verb. reclamatio interposita à decreto lato, fol.
517. erga fin.* & Ego expertus sum in quadam
causa delegata M.C.V. noluisse Collat. Consil.

concedere reclamationem, seu relationē faciendā in Coll.inconsulto D.Prorege, ad quod facit tradita per *Tasson.de antephat.versic.3.observ.3. n.253.versic.& ultimo*, ubi quod tempore Ducis
62 Albæ fuit mandatum prævio rescripto directo M.C.V. non esse admittendas reclamationes, & relationes, à Coll.Conf.fieri ordinatas à decretis M.C.D.absque speciali ordine S.E.

Dum in §. 9. & ultimo incip. *T porque* habetur, ut Regni Secretarius sedeat in ultimo loco, & non in medio, quando S. R. C. vel R. C. accedit ad Coll.Conf.videndus est *Tasson.de antephat.ver-*
63 *sic.7. observat.3. à num. 39.* ubi quod Spectab. Regni Secretarius est de corpore Regiæ Cancellariæ, sedet in conspectu Proregis in fine tabulæ in Sella, & In celebri illa causa Ducis Bracciani, cum D.Maria Felice Perretti, quæ fuit votata in Palatio coram Prorege Comite Montis Regii, junctis Aulis per S.R.C. sub die 27.Martii 1632. quamvis in decisione non interfuissent Domini Regentes fuit admissus Secretarius Regni cum Sella, non obstante quod per S.C.alitèr prætendebatur, & ratio fuit, quià Secretarius intervenit, ubi D.Prorex intervenit, ut testatur *Jo:Dominic.Tasson. in quadam apostilla sua manuscripta super Comment.Pragm.de antepb.versic.5.observat.ad num.52.fol.456.*

Subsunt jurisdictioni Regni Secretarii Scribæ à Mandatis super quibus habet jurisdictionem
64 contentiosam, qui Scribæ à Mandatis sunt numero sex, & sunt in dignitate propter confidentiam, quam in illis habent Domini Regentes Regiam Cancellariam, à quibus habent primam horam consessus pro lectura memorialium, *D. Reg.Carol.Tap.de præstant. Reg. Cancell.Neapolit.tit.de prærogativa nu.32.33.& 34.*

OBSERVATIO LXXI.

SUMMARIUM.

1 *Causæ delegatæ à Rege, vel Prorege an sint actitandæ per Secretarium Regni.*

De Officio Secretarii. Pragm.X.

A los 24. de Hebrero, &c.

Quatenus hæ *literæ Regales* mandant, ut causæ delegatæ à Rege, vel à Domino Prorege contra certas personas actitentur penès Secretarium Regni, concordare videntur cum decretis Collateralis Consilii interpositis sub die 1. Octobris 1588. & sub die 20. Aprilis, & 16. Octobris 1595. recollectis per *Thor. in supplement. compend. decis. V. Magistri Actorum S.R.C.fol.391.*

OBSERVATIO LXXII.

SUMMARIUM.

1 *Præsidentes Reg.Cam.transeuntes ad dignitatem Regentium Regiam Cancellariam, num habeant munuscula Præsidentium.*

De Officio Secretarii, seu à libellis. Pragm. XIV.

En tiempo del govierno, &c.

In §. 1. incip. *Por lo que resulta, &c.*

Quatenus hæc *Pragm.* prohibet Dominis Regentibus nè accipiant directus Cristallorum in locationibus Arrendamentorum Regalis Patrimonii, & Civitatis limitandam crederem prohibitionem in Præsidentibus Regię Cameræ assumptis ad dignitatem Regentium Re-
1 giam Cancellariam, ex *Reg.de Pont.de pot.Proreg.tit.3.§.8. num.6.* quem sequitur *Reg.Galeota in respons.fisc.2. num.24.* dummodò tamen unam, & non duplicatam propinam accipiant, sed esse duplicanda munuscula Salis, Saccari, Ceræ, & Cartæ ascendentibus Officialibus Reg.Cam.ad majorem dignitatem, nempè si Fisci Patronus fiat Præsidens, vel ex Præsidente Locumtenens, *Reg.Sanfelic.decis.328. num.5. tom.3.*

SUMMARIUM.

1 *Officiorum ampliationes, & substitutiones, vulgò trapassi, debent confirmari per S.C.M. infrà annum, sub pœna suspensionis, ab exercitio.*

In §. 8. incip. *El conceder licencias, &c.*

Concordat cum *Pragm.75.in §.28.* 129. 130. 131.132. & 133.ubi Nos latè diximus circa materiam substitutionis, & nominationis faciendæ in officiis.

Accedunt novissimæ *literæ Regales* 13. *Novembris* 1670. & 10. *Julii* 1672. quibus mandatur possessores officiorum vigore emptionis amplia-
1 tionis futurarum successionum infrà quatuor menses teneantur procurare confirmationem à S.C.M. quo termino elapso suspenditur exercitium, quæ *literæ sunt insertæ in* 8.*vol.literar.Regal.penès Secretarium Reg. Cam.fol.* 353. 354. 355. & 359. & *fol.*483.*ad fol.*485.in quibus terminus quatuor mensium fuit prorogatus ad annum. SUM-

SUMMARIUM.

1 *Hæc* Pragm. *prohibens dispensationem faciendam super executoriatione* literarum Regalium *elapso anno contradicit Gratiæ concessæ in Parlamento Generali Anni* 1638.

2 Dom. Bartholomæus Francus *commemoratur*.

3 *Invictissimus Imperator Carolus V. concessit privilegium Majoratus die* 24. *Aprilis* 1538. *& fuit exequutoriatum per D. Petrum de Toleto* 1540.

4 *Inseritur privilegium prædictum, cum numer. seqq. & incipiunt literæ exequutoriales.*

5 *Attestatur Dominus Vicerex in literis exequutorialibus, quod dictum privilegium fuit eidem Domino Proregi præsentatum per Marchionem Vallis Castellanum Castri novi.*

6 *Incipit privilegium suæ Cesareæ, & Catholicæ Majestatis.*

7 *Loquitur sua Majestas D. Ferdinãdo de Alarcon, illumque denominat nostrum Armorum Capitaneum, Castellanum Castri novi Civitatis Neapolis, Consiliarium nostrum.*

8 *Enumerat Imperator omnes ejus virtutes, strenuitatem, ac servitia in bellis præstita, tam ipsi Imperatori, quàm ejus Genitori, & Regi Catholico ejus Avo.*

9 *Dicit Imperator, quod fuit carceratus Rex Francorum, cum interventu prædicti D. Ferdinandi, ipsumque Regem captivum ductum eidem D. Ferdinando custodiendum in Italia, & Hispania commiserat.*

10 *Prosequitur Imperator enumerare servitia.*

11 *Attestatur Imperator, quod prædictus D. Ferdinandus eidem inservivit cum triremi suis propriis sumptibus.*

12 *Incipit Imperator declarare voluntatem dict. D. Ferdinandi intendentis familiam ejus liberorum, nepotum, & descendentium quietem stabilire.*

13 *Loquitur de erectione Majoratus.*

14 *Declaratur voluntas D. Ferdinandi, quod desiderabat post suos dies inter vivos, vel in ultima voluntate disponere de omnibus bonis suis burgensaticis, feudalibus, &c. quæ possidebat in Regno Neapolitano, & possidebit in futurum.*

15 *Specificè declaratur voluntas D. Ferdinandi, & modus ejus dispositionis.*

16 *Prosequitur ejus dispositionem, quod masculi descendentes ex eo in infinitum, & in perpetuum succedant in quocunque gradu existant, etiam non successibili in feudis.*

17 *Ordinatur, & taxatur quantitas vitæ militiæ in masculis secundogenitis.*

18 *Quod descendentes etiam, quod ex baptismate alio nomine nuncupentur, ille qui locum primogenituræ obtinuerit, mutet sibi nomen, & arma, & faciat se vocare D. Ferdinandum de Alarcon, & faciat ejus arma, & insignia.*

19 *Dicit hæc verba Imperator*, ita quod nomen, & cognomentum primi Acquisitoris non deleatur à memoria hominum.

20 *Dicuntur hæc verba videlicet.* Quod successio vinculetur, alligetur, astringatur, derogando expressè ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, Legibus, Juribus, Consuetudinibus, Pragmaticis, Constitutionibus, & Capitulis Regni, contrarium disponentibus in Regno prædicto.

21 *Fit expressa prohibitio in infinitum non alienandi bona prædicta.*

22 *Fit mentio intentionis D. Ferdinandi, quod prædictæ dispositioni tam inter vivos, quàm in ultima voluntate, vinculationibus, & prohibitioni alienationis, &c. desiderabatur assensus, auctoritas, decretum, ac mandatum Regium.*

23 *Declaratur, quod prædictus assensus, non solùm ille, qui in feudalibus necessariè requiritur, ut moris est, desiderabatur, sed etiam circa alia supradicta, & infrascripta præsentia, & futura, ut mandati, decreti, & auctoritatis munimine validentur, & quod prædicta ejus dispositio perpetuam obtineat roboris firmitatem.*

24 *Dicit Imperator*, quod concedit stantibus servitiis prædictis enunciatis, majora debitis exposcentibus.

25 *Dicit* concedere de certa scientia Dominica, & suprema potestate, motu proprio, Regiaque auctoritate.

26 *Dicit*, quod ex nunc pro tunc, & è converso dictæ dispositioni, assentit, assensumque consensum, ac auctoritatem, & decretum super illis, & unoquoque ipsorum interponit, ut possit disponere tam inter vivos, quàm in ultima voluntate.

27 *Dicitur*, quod dos de paragio filiabus fœminis, & quantitas taxata pro vita militia solvenda masculis secundogenitis, solvatur per primogenitum de fructibus à solo separatis.

28 *Fit prohibitio*, quod prædicta bona nullo tempore possint vendi, donari, obligari, permutari, dismembrari, diminui, aut in emphyteusim concedi, aut quovis titulo alienari inter vivos, aut in quacumque ultima voluntate.

29 *Dicitur*, quod prædicta non possint fieri, neque cum assensu ipsius Regis.

30 Quod non possit consensus Regis, aut dispensatio impetrari, & impetrato non uti.

31 Quod censeantur bona prædicta ex pacto, & providentia, licet pro hæredibus quæsita sint, itaut semper, & omnino sint inalienabilia.

32 Etiam quod successores omiserint conficere inventarium.

33 *Dicit Imperator*, quod dictam dispositionem approbat, & acceptat de certa scientia, & plenitudine potestatis legibus absoluta.

34 *Dicitur*, quod si alienatio, hypothecatio, sive dis-

dispositio fiat cum assensu Regio, de his omnibus mentionem faciente, eisque derogante, quod alienationes, hypothecæ, & dispositiones sint nullius roboris, validitatis, & efficaciæ, & sint ipso Jure nullæ, & inanes.

35 *Dicitur*, quod si contingerit prædictum D.Ferdinandum ab intestato decedere, nulla facta dispositione, aut testamento, quod in tali casu intelligatur concessum privilegium prædictum, juxtà dispositionem ipsius D.Ferdinandi in præsenti privilegio expressum.

36 *Dicitur*, quod præsens assensus sit in perpetuum stabilis, & fructuosus, & pro lege servetur.

37 *Dicitur*, quod in suo semper robore, efficacia, & firmitate perseveret, non obstantibus Constitutionibus, Capitulis, & Pragmaticis Regni, Consuetudine Neapolitana, vel aliis fortè in contrarium facientibus, non obstantibus quoquomodo, quibus omnibus, ut recta maneat prædicta dispositio, mandetur exequutioni, & sortiatur effectum ex nunc Dominica potestate, legibus absoluta omnem defectum supplentes, derogamus, eaque abrogamus.

38 *Iterum dicit Imperator*, quod prædictæ dispositioni præstat assensum, auctoritatem, & decretum ex nunc, prout ex tunc, & è converso de plenitudine potestatis legibus absolutæ, eisque novam qualitatem, substantiam concedens, ut certum, & indubitatum consequantur effectum.

39 *Literæ exequutoriales expeditæ per D.Petrum de Toledo tunc in hoc Regno Proregem die 16. Aprelis* 1540.

40 *Fit mentio mortis D. Ferdinandi primi acquisitoris.*

41 *Post completum privilegium narratur factum, in quo fit mentio Judicii moti in Anno* 1583. *circa validitatem, sive invaliditatem Majoratus.*

42 *Refertur decretum Sacr.Conf. interpositum in Anno* 1585. quod consulatur Sua Majestas.

43 *Moritur Marchio in Anno* 1638. *& successit modernus Marchio.*

44 *Insteterunt creditores pro sequestro, è contra replicavit modernus Marchio, feuda esse ex pacto, & providentia, & proinde non posse fieri sequestrum.*

45 *Decretum Sac.Conf.in Anno* 1640. quod procedatur ad decisionem articuli, an sit faciendum sequestrum pendente decisione validitatis prætensi Majoratus.

46 *Incipit Marchio probare de Jure esse expectandum exitum decisionis articuli validitatis Majoratus.*

47 *Ex quo causa Majoratus est primo cœpta, & conclusa.*

48 *Quando causa est præjudiciolis, ab illius decisione est inchoandum, etiam quod non fuisset priùs cœpta, & num.*49.

50 *Præsertim quando utrumque judicium pendet coram eodem Judice.*

51 *Adducitur ad id decisio supremorum Tribunalium Sacri Consilii, & Collateralis.*

52 *Et si à decisione articuli præjudicialis, à quo aliorum decisio pendet, non incœperit Judex, sententia erit nulla.*

53 *Quod sic fuit decisum in præsenti causa in Collaterali Consilio.*

54 *Opponitur exceptio rei judicatæ per Partem adversam, & quod in illa non habeat locum, probatur num.55.cum seq.*

56 *Regula, quod sententia lata cum hærede gravato, obstat successori, declaratur.*

57 *Ponderantur causæ, in quibus se fundavit Sacrum Consilium, quando providit tempore Marchionis defuncti, quod fiat sequestrum, quæ non militant in moderno Marchione.*

58 *Probatur, quod quando est diversa causa defensionis in moderno Marchione, rei judicatæ exceptio non obstat.*

59 *Punctualis doctrina Noalis expenditur, quod sententia lata non super proprietate Majoratus, sed super fructibus, non nocet successori.*

60 *Adducuntur aliæ limitationes, quando sententia lata cum defuncto non obstat successori in Majoratu, scilicet quando fuit lata contra non se defendentem, sive colludentem.*

61 *Ad id ponderatur decisio Sacri Consilii in præsenti causa.*

62 *In fideicommisso, seu Majoratu succeditur primo Majoratus erectori, non autem ultimo morienti.*

63 *In casu de quo agitur descendentes veniunt ex propria persona.*

64 *Respondetur auctoritati D. Regentis Capycii Galeotæ, quia contra ejus consilium fuit decisum, & num.65. in quo adducitur decisio totius Sacri Consilii in præsenti articulo in causa Marchionis Trivici.*

66 *Adducuntur fundamenta pro Domino Marchione circa validitatem Majoratus.*

67 *Quando causà consistit in mero puncto Juris, non est dandus terminus.*

68 *Cum seq. Ex pluribus probatur prædictum privilegium Majoratus non subjacere dispositioni præfatæ Pragmaticæ ex vi clausularum, & enumerantur octo clausulæ, & ex aliis.*

69 *Clausula* motu proprio *juncta cum clausula* non obstante, *operatur derogationem statutorum in contrarium.*

70 *Clausula* motu proprio *habet locum, etiam si Princeps ad supplicationem alicujus concesserit.*

71 *Et non admittitur volens probare ad Partis petitionem fuisse concessum.*

72 *Id procedit, etiam si Princeps absque Partis postulatione concessurus non fuisset.*

73 *Quando privilegium conceditur ob benemerita, tunc censetur concessum* motu proprio, *quamvis*

vis

vis illa clausula in privilegio non describatur.

74 *Quando privilegium conceditur motu proprio, non comprehenditur sub dispositione dictæ Pragmaticæ unicæ.*

75 *Clausula* ex certa scientia, *operatur, quod actus nullus confirmetur.*

76 *Idem operatur dicta clausula* ex certa scientia, *quod importat clausula* de plenitudine potestatis.

77 *Prædicta clausula* ex certa scientia, & de plenitudine potestatis *operantur, quod contraria censeatur sublata absque alia derogatione, vel clausula* non obstante, *& quod id, quod non est solemne reddatur validum.*

78 *Clausula* de plenitudine potestatis *operatur, ut privilegium habeat exequutionem, non obstante quolibet defectu in aliqua solemnitate.*

79 *Rex potest mutare naturam feudi de allodio in feudum, vel feuda in allodium.*

80 *Etiam contra leges feudales.*

81 *Prædicta clausula censetur apposita pro removendo omni obstaculo de jure positivo, ex quo Princeps supra jus disponit, & num.* 82. 83. & 84.

85 *Quando privilegium est concessum ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, est imponendum perpetuum silentium, ei qui venit ad illud impugnandum, & num.*86.

87 *Actus geminatus inducit majorem firmitatem, quàm simplex.*

88 *Quando Princeps dicit* non obstãtibus Constitutionibus, & Pragmaticis, &c. *censeatur derogasse dispositioni dictæ Pragmaticæ unicæ, maximè in erectione Mojoratus, num.*89.

90 *Per prædictam clausulam* non obstante, *censetur derogatum etiam legibus futuris.*

91 *Est facienda interpretatio, ut clausulæ non sint inutiles, & superfluæ.*

92 *Clausulæ* supplentes, *operatur, quod nullus juris, vel facti defectus allegari possit, quando sunt appositæ in privilegio Supremi Principis,* motu proprio, & de plenitudine potestatis *concedentis, & in specie respectu insinuationis.*

93 *Clausula quod* pro lege servetur, & quod in perpetuum sit stabilis, & fructuosa, *in infinitum se extendit, & idem est, ac si dixisset velle semper omni tempore validum esse.*

94 *Dicta clausula* pro lege servetur, *privilegium semper censetur renovatum, nam lex semper loquitur, maximè quando est concessum ob benemerita.*

95 *Donatio facta in remunerationem servitiorum est irrevocabilis, nam merces laboris eximii appellatur.*

96 *Quando concessio privilegii est facta ob benemerita transit in contractum, & est irrevocabilis.*

97 *Rex Philippus Secundus in suis literis id declaravit.*

98 *Licet literæ Regis sint scriptæ in casu particulari, tamen inducunt legis dispositionem in casibus similibus.*

99 *Decreta S.C. vim legis habent.*

100 *Quando privilegium transit in contractum, tunc non sunt attendendæ solemnitates requisitæ in loco ubi res sitæ sunt, & sic semper fuit decisum, num.*101. & 102.

103 *Exterus non ligatur dicta Pragmatica unica.*

104 *Quando aliquis est absens, præsumitur in eo ignorantia, & n.*105.

106 *Ignorans non dicitur contemnere auctoritatem Principis, vel legis præceptum.*

107 *Lex, sive statutum, ut obliget subditos debet publicari.*

108 *Ex verbis ejusdem Pragmaticæ apparet, illam non habere locum in extero.*

109 *Miles non comprehenditur sub dispositione dictæ Pragmaticæ.*

110 *Magis favendum est militibus, qui propriis sumptibus militant.*

111 *Dictæ Pragmaticæ dispositio non habet locum in Consiliario à latere.*

112 *Dicta Pragmatica non habet locum in his, quæ trahunt secum exequutionem.*

113 *De natura feudi est, quod feudum non alienetur absque assensu Domini.*

114 *Dicta Pragmatica non habet locum, quando tractatur de interesse ipsius Regis, & nu.*115.

116 *Habet interesse Rex, ut feuda per ipsum concessa perpetuò permaneant penès concessionarium, ejusque successores.*

117 *Scriptura, quæ Principem tangit nova lex est, & ab omni alia lege libera, & immunis.*

118 *Quando solemnitas est inventa de jure positivo, Princeps non est illi jure subditus, & num.*119.

120 *Si Rex concedit assensum testamento, intelligitur de valido.*

121 *Beneficium Principis, maximè ob benemerita concessum latissimè est interpretandum, & num.*122.

123 *Testamentum non valet, nisi mors testatoris intercedat.*

124 *Adimplementum solemnitatis in assensu requisitæ post mortem testatoris potest ad effectum perduci.*

125 *Post mortem Majoratum erigentis, potest assensus expediri.*

126 *Clausula,* ex nunc pro tunc, & è contra, *importat quod unum tempus inest alteri.*

127 *Quod multò magis procedit re integra, quando interim jus tertio non est quæsitum.*

128 *Nullitas ob non exequutoriationem infra annum non inducitur ipso jure, & sic datur moræ purgatio, & num.*129.

130 *Etiam quod nullitas ipso jure induceretur, sententia Judicis declaratoria requireretur.*

131 *Quando lex inducit aliquam nullitatem, intelligitur, quatenus ille, qui interesse habeat velit uti illa nullitate.*

132 *Ex*

132 *Ex proœmio colligitur mens statuentis, & causa finalis.*
133 *Non potest considerari culpa, sive mora in non præsentando privilegium in milite.*
134 *Causa finalis dictæ Pragmaticæ fuit propter damna Curiæ, & subditorum Regni Neapol. quibus cessantibus, cessat dispositio.*
135 *Licet per Pragmaticam unicam ordinetur, quod literæ exequutoriales expediantur infra annum, aliàs privilegium sit nullum, tamen, si post annum exequutorietur, valebit exequutoriatio, & num.* 136.
137 *Multa facta tenent, quæ fieri prohibentur.*
138 *Potest Dominus Regni Prorex dispensare, ut etiam elapso anno privilegium exequutorietur.*
139 *Creditur Doctori de consuetudine attestanti.*
140 *Dum Proreges tot annis palàm, & publicè dispensarunt, oritur juris præsumptio, talem potestatem ipsos Proreges habere.*
141 *Dominus Prorex, cum sit Legatus à latere Regis, Legato à latere Summi Pontificis æquiparatur, & omnia, quæ Rex potest, poterit & Prorex, & nu.*142.
143 *Poterit Prorex dispensare super Legibus, & Pragmaticis Regni, nisi in specie fuerit à Rege probibitum, & num.*144.
145 *Eliciuntur quatuor juris conclusiones, nu.*146. 147.148. & 149.
150 *Guidatica sunt servanda etiam si sunt concessa à personis, qui non babebant potestatem illa concedendi.*
151 *Non debet remanere deceptus impetrans literas exequutoriales à Domino hujus Regni Prorege.*
152 *Exequutoriatio quamvis requireretur pro forma, adhuc dispensatio re integra fieri potuit, & ad hoc expenditur* Pragmatica 23. de feudis.
153 & 154. *Adducuntur argumenta contra per nos scripta, & eis respondetur, num.* 155. *cum seqq.*
156 *Semper debet fieri illa interpretatio, ut omnia præsumantur præcessisse, ut actus valeat, & pro validitate actus verba sunt improprianda.*
157 *In specie in Principe actum aliquem faciente, in quo dispensatio requirebatur, dispensasse præsumitur.*
156 *Reassumitur argumentum Partis, scilicet Dominum hujus Regni Proregem, & Collaterale Consilium non habere potestatem dispensandi.*
159 *Respondetur cum numeris seqq.*165.& 166.
160 *Ex tot decisionibus pro nobis adductis.*
161 *Adducitur aliud argumentum circa potestatem Proregis, cui respondetur, num.* 162. 163. & 164.

In §. 9. incip. *Los inconvenientes, &c.*

HÆc *Pragm.* quatenus mandat, ut D.Prorex, ejusque Coll.Conf. non possint dispensare, quod privilegia executorientur elapso anno
1 contradicere videtur Gratiæ petitæ in Parlamento generali Anni 1636. & concessæ sub die 26.Februarii Anni 1638. juxtà verba, quæ inferuntur per *Reg.de Marinis in observat. ad decis.*481.*Reg.Reverter.num.*2.*tom.*2. de quo memores fuimus in *nostr.observat.ad sing.*340. *n.*1.
Verum quod hanc dispensandi facultatem retineant D.Proreges substituit insignis Advocatus
2 D.Bartholomęus Frãcus ex pluribus solidissimis rationibus, qui scribendo in causa Marchionis Vallis Siculę de A. 1641. miror cur non habuit notitiam de d.Gratia A. 1638. in suis editis allegationibus, in quibus cum materia satis benè sit explicata ad interpretationem *Prag.unic.de privileg. infrà ann. exhibend.* congruum mihi visum fuit integrum responsum, quod est sequentis tenoris, hìc collocare.

Responsum D.Bartholomęi Franchi.

INvictissimus Imperator CAROLUS V. gloriosæ memorię sub die 24. mẽsis Aprelis 1583. ob maxima, & famigeratissima servitia per D.
3 Ferdinandum de Alarcon primum Vallis Siculę Marchionem in tot, & tantis bellis sibi præstita, concessit eidem Illustr. Domino Marchioni Privilegium Majoratus in omnibus suis bonis burgensaticis, & feudalibus, quod fuit exequutoriatum ab Excellentissimo Domino D. Petro de Toledo tunc in Regno Prorege sub die 16. Aprelis 1540. tenoris sequentis, videlicet.

CAROLUS V.

Divina favente Clementia Imperator Romanorum semper Augustus, Rex Germaniæ, Joanna Mater, & idem Carolus Dei gratia Reges Castellæ, Aragonum, utriusque Sicilię, Hyerusalem, Dalmatiæ, & Croatiæ, &c.

DOn Petrus de Toledo Marchio Villæfranchæ, præfatarum Cæsar. & Cath.Majest. in præsenti Regno Vicerex, & Capitaneus Generalis. Spe-

1 Spectabilibus, Magnificis, Nobilibus, Egregiis
Viris, Magno hujus Regni Camerario, Magi-
stro Justitiario, eorumq; Locumtenentibus, Re-
genti, Judicibus M.C.V. Præsidentibus, & Ra-
tionalibus Regiæ Cameræ, S. C. Præsidenti in
Castro Capuano, Scribæ Portionis, Thesaurario
generali, seu id officium Regenti, cæterisque uni-
versis, & singulis Officialibus Regiis majoribus,
& minoribus, quocunque nomine nuncupatis, ti-
tulo, officio, authoritate, & potestate fungentibus,
præsentibus, & futuris, seu eorum Locumtenen-
tibus, fidelibus Regiis dilectis gratiam Regiam,
& bonam voluntatem. Pro parte Illustris D.
Ferdinandi de Alarcon Marchionis Vallis Sicu-
5 læ, & Rendæ, & Castellani Castri novi Neapol.
Regii Consiliarii dilectissimi fuit nobis præsen-
tatum privilegium Cesareæ Majestatis omni
qua decet solemnitate roboratum, tenoris sequen-
tis, videlicet.

CAROLUS Divina favente Clementia Ro-
manorum Imperator semper Augustus, Rex
6 Germaniæ, &c. Joanna ejus Mater, & idem
Carolus Dei gratia Reges Castellæ, Aragonum,
Legionum, utriusque Siciliæ, Hierusalem, Un-
gariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Navarræ, Grana-
tæ, Toleti, Valentiæ, Galitiæ, Majoricarum,
Hispanis, Sardiniæ, Cordubæ, Corsicæ, Mur-
ciæ, Giennis, Algarbii, Algeziræ, Gibral-
taris, Insularum Canariæ, necnon Insularum
Indiarum, & Terræ firmæ, Maris Oceani, Ar-
chiduces Austriæ, Duces Burgundiæ, & Bra-
bantiæ, Comites Barchinonæ, Flandriæ, Tiroli,
&c. Domini Viscayæ, & Molinæ, Duces Athe-
narum, & Neopatriæ, Comites Rossilionis, &
Ceritaniæ, Marchiones Oristani, & Gotiani,
7 Illustri Don Ferdinando de Alarcon nostro ar-
morum Capitaneo, Marchioni Vallis Siculæ in
Provincia Aprutii, & Rendæ in Provincia
Calabriæ Regni nostri Neapolitani, ac Castel-
lano Castri novi Civitatis Neapolis Consiliario
nostro fideli dilecto. Et si multa sunt virtutis, ac
8 prudentiæ tuæ ornamenta, quæ te nobis majorem
in modum commendant, tamen inter cætera ma-
jus quidam habere videtur tua rara strenuitas,
fortitudo, animi constantia, quibus à tenera, &
nondum pubescente ætate in debellandis tot infi-
delium Provinciis in Hispania ulteriori, eisque
ad cultum Religionis Christianæ, & fidei redu-
cendis, insudasti, tuaque prudentia, ac consilio
laborasti, quodque debellatis Provinciis ipsis, eis-
que ditioni majorum nostrorum fælicis memoriæ
reductis in Italicis conflictibus, & bellicis tu-
multibus, serviendo Serenissimo, ac Catholico
Regi Avo, & Patri nostro colendissimo, nobisque
postremo in Italia ita insudasti, quod tuæ fortitu-
dinis in præliis, tuæ providentiæ in præliorum
electione non parvum testimonium perhibuerint
tot victoriæ, quibus non sine tuo opere cœlesti fa-
vore potiti fuimus, & in his talem in te fidei ob-
9 servantiam comperimus, quod Franciscum Re-
gem Francorum in bella contra nos, & statum
nostrum dimicantem, non sine interventu tuo ca-
ptivum ductum tibi custodiendum in Italia, &
Hispania commisimus, donec eundem libertate
donavimus, cujus custodiæ talem reddidisti ra-
tionem, qualem de tua diligentia, & fide spera-
10 bamus. Accessit demum singulare tuum erga
nos studium, dum enim proximis mensibus in
Africam navigare decrevissemus, quo classem,
& exercitum Turcarum Regnum Tuneti sub
Duce cognomento Ænobarbo occupantem, &
Christianæ Reipublicæ multa damna minitan-
tem, aut inde expellere, aut dissipare possemus, tu
ultrò munitissima triremi tuis sumptibus parata,
11 nullis parcens, vel terræ, vel maris periculis,
cum delecta veteranorum militum manu in
Africam navigasti, ubi universo bello interfui-
sti, ac ita laborasti, ut non parva laus tuæ virtu-
ti, subsequutæ hujus victoriæ, quam Deo duce
contra immanissimos Christianæ Fidei hostes as-
secuti fuimus, tribui posse videatur. Quæ omnia
12 nos devincere, si quis tùm supererat in opinione
nostra de te locus confirmavit, quod servitii, re-
rumque nostrarum mole occupatus, etiam de
quiete posteritatis tuæ, ut virum solertem, & for-
tem decet, cogitas, quodque ad liberorum, tuo-
rumque nepotum familiam, & descendentium
quietem pertinet stabilire intendis, qua in re
non parvum præbes exemplum, siquidem priva-
tæ res uti humanæ omnes, fragiles, caducæque
sunt, & hominum invidiæ, audaciæque passim
expositæ, compositaque ratione, & quodam vo-
luntatis vinculo annexa indiminutæ transeant
13 ad successores. Itaque tua omnia bona infra
narranda, tua virtute, ac laude acquisita, & ju-
re possessa annectere simul ligare, stabilire, & à
diminutione, & alienatione in posterum vendi-
care, tuæque posteritati quantum potes prospice-
re studeas, atque ut id, quod statueris, & dispo-
sueris firmiori robore muniatur nostra potestate
14 Regia: Intelligentes igitur expositionem tuam,
quemadmodum tu Ill. D. Ferdinande de Alar-
con cupis post tuos dies inter vivos, vel in ultima
voluntate disponere de omnibus bonis tuis, tam
burgensaticis, quàm feudalibus, quàm Regali-
bus, functionibus fiscalibus, & reliquis aliis,
quæ habes, & possides in Regno Neapolitano, ha-
bebisque, & possidebis in futurum, prout meliùs
spectant, & pertinent ad te, spectare, & pertinè-
re possunt quibusvis privilegiis, cautelis, & in-
15 strumentis, vel scripturis in personam Illust. D.
Isabellæ de Alarcon filiæ tuæ unigenitæ, conju-
gis Ill. D. Petri Gonzales de Mendoza, & post ejus
vitæ decursum ejus filiorum masculorum nepo-
tum tuorum, primogenituræ prærogativa serva-
ta, itaque primo succedat primogenitus ex prædi-
ctis D. Petro, & D. Isabella, qui nominetur Fer-
dinandus, & sumat cognomen de Alarcon, sic-
que cognominetur; & masculi descendentes ex eo
in infinitum, & in perpetuum, in quocunque
gra-

Digitized by Google

16 gradu existant; etiam non successibili in feudis
secundum Constitutiones, Jura, & Capitula
Regni, exclusis fœminis etiam proximioribus,
quæ secundum prædicta Jura prædictos mascu-
los excluderent, dummodò fœminæ prædictæ de
paragio dotentur, & maritentur per successores
masculos prædictos de fructibus dictorum bono-
rum: Et in defectu prædictorum secundogenitus,
tertiogenitus, quartogenitus, quintogenitus, sex-
togenitus, septimogenitus, & sic in infinitum
nati, & nascituri à præfata tua filia, & descen-
dentes masculi ex quolibet ipsorum secundum
ordinem præfatum paritèr in infinitum, & in
perpetuum, exclusis dictis fœminis, etiam proxi-
mioribus, & successibilibus à masculis remotiori-
bus, & non successibilibus, secundum Jura Re-
gni, hoc ordine servato, quod primò vocetur di-
cta D. Isabella, successivè primus ejus filius, &
descendentes ex eo masculi, & sic successivè, re-
liqui, & reliquorum descendentes videlicet, pri-
mo unius successivè alterius usque ad ultimum,
etiam quod sint in gradu non successibili secun-
dum Jura Regni, ac etiam quod habeant ante
eos fœminas proximiores, & in gradu successibi-
li, quæ penitus excludantur, & loco ipsarum sub-
rogentur dicti masculi, & etiam masculi trans-
versales, & in linea collaterali remotiores, & non
successibiles, descendentes ex eadem D. Isabella
excludant fœminas prædictae, etiam descenden-
tes, & successibiles, sivè tractetur, quod ascen-
dentes mascculi, & in linea collaterali succedant
descendentibus, & in quolibet casuum prædicto-
rum fœminæ, sive descendentes, sive collaterales,
sive proximiores, sive successibiles excludantur,
per masculos prædictos descendentes ex dicta D.
Isabella, non successibiles, donec unus ex prædi-
ctis descendentibus in infinitum ex nepotibus
prædictis vestris filiis dictorum D. Isabellæ na-
17 tis, & in posterum nascituris supererit, fœminis
prædictis per successores dotandis de paragio, &
reliquis masculis filiis dictæ D. Isabellæ, quibus
deberetur vita, & militia. Volumus per primo-
genitum successorem assignari, & tribui ducatos
vigintiquinque mille de auro in aurum loco vi-
tæ, & militiæ prædictæ dividendos inter eos
pro rata, propter quam præstationem semel, &
una vice faciendam dictos reliquot filios dictæ
D. Isabellæ dicta vita, & militia privamus, illa
reservata descendentibus ex primogenito dictæ
D. Isabellæ, vel descendentibus ex eo filio dictæ
18 D. Isabellæ, qui locum primogeniture obtinue-
rit. Et quod descendentes semper etiam, quod ex
baptismate alio nomine nuncupētur, mutent sibi
nomen, & arma, & vocentur, & faciant se vo-
cari D. Ferdinandum de Alarcon, & faciant ar-
19 ma, & insignia tua: Ita quod nomen, & cogno-
men tuum (primi acquisitoris) non deleatur à
memoria hominum, & indefectum prædictorum
omnium, quod succedat illa fœmina, quæ ex di-
cta descendentia D. Isabellæ ultimo loco reman-
serit, dummodo cum dispensatione Pontificis ma-
ritetur cum illo de familia de Alarcon, videlicet
de stirpe familiæ Vallis viridis, qui ultimo mo-
rienti fuerit propinquior, cui succedant masculi
ex illo, & ea descendentes ordine, quo supra, &
vocentur nomine, & cognomine acquisitoris præ-
dicti, & facient arma, ut supra, exclusis fœminis
ut supra, ad exclusionem quarum censeantur om-
nia repetita ut supra, aliæ verò remanentes præ-
ter primam succeditricem, & maritandam ut su-
pra ex illo ultimo descendenti dotentur de para-
gio. Et in præfatis fœmina ultimo remanente, &
propinquiori de dicta familia idem ordo succe-
dendi masculorum tantùm, fœminis semper ex-
clusis ut supra, illis tamèn dotatis, ut supra, &
infra. Verùm, si præfata fœmina, quæ ultimo lo-
co remanebit, noluerit se maritare cum præfata
de familia, & stirpe, quibus supra, & habeat so-
rores, vel alias descendentes ex dicta D. Isabella
succedat propinquior fœmina præter illam cum
dicta conditione, si maritabitur præfato, ut supra
cum dicta dispensatione Pontificis, cum eodem
ordine succedendi, & illa recusans se maritari
cum prædicto dotetur in ducatis quindecim mil-
libus, & privetur hæreditate, & bonis prædictis.
Et quod in omni successione præmissorum atten-
datur prærogativa, & ordo primogenituræ inter
masculos prædictos, quos omnes non successibiles
supplicastis nobis subrogari in locum, & gradum
fœminarum successibilium ad effectum illas ex-
cludendi, ut supra, & dictam successionem sic
20 vinculari, & alligari, & astringi, derogando
expressè ex certa nostra scientia, & de plenitudi-
ne potestatis legibus, juribus, consuetudinibus,
pragmaticis, constitutionibus, Capitulis Regni
contrarium disponentibus in Regno prædicto cir-
ca successionem feudorum, vel burgensaticorum
non restringendi; Et cum expressa prohibitione
21 in infinitum, non alienandi bona prædicta, vel
aliquid ex eis, ut infra, & quod ordinationi, di-
22 spositioni, per vos tàm inter vivos, quam in ulti-
ma voluntate vinculationibus, successionibus, ex-
clusionibus, & prohibitioni alienationis, ac dispo-
sitionibus dictorum bonorum feudalium, burgen-
saticorum, regalium habitorum, & habendorum,
juriumque, & pertinentiarum earumdem, ut su-
pra faciendis assentire, consentire, assensumque,
& consensum, auctoritatemque, & decretum, ac
mandatum nostrum interponere de nostra solita
benignitate dignaremur, non solum & assensus
23 noster, qui in feudalibus necessariò requiritur
per nos circa ea concedatur, ut moris est, sed
etiam circa alia supradicta, & infrascripta præ-
sentia, & futura, & quæ in feudum non tenetis,
nec tenebitis nostri mandati, decreti, & auctori-
tatis munimine validentur, eaque quod ut infe-
rius dicetur disposueritis perpetuam obtineant
roboris firmitatem, nec per dictam vestram fi-
liam, ac vestros nepotes ex ea, vel ab eis, & eo-
rum quolibet descendentes, aut aliot vestros suc-
ces-

cessores rumpi, impugnari, nec contra ea aliquo
24 quovis modo venire possint. Ea propter servitiis
25 vestris prædictis, & majora debitis exposcentibus.
Tenore præsentium de nostra certa scientia
deliberatè, & consultò, ac ex gratia speciali, &
Dominica, & suprema potestate legibus absoluta,
ut supra proprio nostro motu, Regiaque auctoritate
nostri assistentis Concilii matura deliberatione
præfatæ donationi, ordinationi, dispositionique
per vos dictum D. Ferdinandum, tam inter
vivos, quàm in ultima voluntate, vinculationibus,
successionibus, exclusioni, & alienationum,
& dispositionum probibitioni, dictorum
bonorum feudalium, burgensaticorum, &
Regalium, quorumcumque habitorum, & habendorum,
juriumque, & pertinentiarum earumdem,
ut supra faciendis. Quæ omnia, & singula
bona pro specificatis, designatis, & limitatis,
tamquàm si suis finibus limitata, & confinibus
demonstrata specificè hic fuissent, licèt non
sint, habemus, & haberi volumus, prout ad vos
dictum D. Ferdinandum melius spectant, & spectare
possunt ex concessionibus, & privilegiis nostris,
Regumque prædecessorum nostrorum, etiam
ex aliis quibuscumque causis, instrumentis, &
cautelis, instrumentoque, seu instrumentis de
eisdem, donatione, ordinatione, dispositione, vinculationibus,
successionibus exclusione, ac alienationis,
& dispositionum, prohibitione dictorum
bonorum, ut supra, & infra faciendis, non obstante,
quod super bonis feudalibus, & regalibus
processisse noscatur. Quod feuda ipsa, & Regalia,
ac etiam quoad bona burgensatica, circa
quorum novam naturam, ac substantiam, ac formam,
ut infra dicetur, accedente vestra voluntate,
& supplicatione, non obstantibus quibuscumque
in contrarium facientibus, etiam de quibus
oporteret fieri specialis mentio, ac etiam non
obstante consuetudine Neapolitana in scriptis
redacta de successione medietatis bonorum, quæ
sunt intra ejus territorium agnatis, et cognatis
deferenda. Cum dicta bona sint novitèr acqui-
26 sita per vos, et non antiqua, ex nunc pro tunc,
et è converso assentimus, et consentimus, assensumque
et consensum, ac auctoritatem pariter, et
decretum super illis, et unoquoque ipsorum interponimus.
Itaque vos D. Ferdinandus de bonis
prædictis tam feudalibus, et Regalibus, quàm
burgensaticis, etiam titulatis, quantumcumque
per vos habitis, et habendis possitis tam inter
vivos, quàm in ultima voluntate disponere, ut
supra supplicastis, et supplicari nobis fecistis ad
unguem. Dum tamen masculi, sic descendentes
modis, formis, quibus supra, bona prædicta feudalia,
in quibus sic succedant teneant, et tenere
debeant immediatè, et in capite à nobis, et Curia
nostra, ac ab hæredibus, et successoribus nostris
in dicto Regno in feudum, et sub debito, et contingenti
feudali servitio, et adoba, et juramentum
ligii homagii, ac debitæ fidelitatis, nobis, et
dictis nostris hæredibus, et successoribus præstare
teneantur, et vassallis assecurari facere à nobis,
et successoribus nostris in dicto Regno investitorias
litteras obtinere, et relevium solvere
nobis, ac dictis successoribus nostris in dicto Regno,
juxtà formam Constitutionum, et Capitulorum
ejusdem, fæminasque exclusas, sivè exclu-
27 dendas de paragio, dotentur de fructibus bonorum
prædictorum à solo separatis per dictum masculum
successorem deducto, ne egeat pro alimentis,
sicque de fructibus primogenitus, et locum
primogenituræ obtinens solvat dictos ducatos viginti
quinque mille, et sit exemptus à reliquis filiis
dictæ D. Isabellæ, reliquisque ex descendentibus
ex primogenito prædicto debeatur vita militia
secundum Constitutiones, et Capitula Regni,
quam vitam militiam volumus deberi, ut
supra à dicto primogenito D. Isabellæ fratribus
suis propter præstationem prædictam ducatorum
vigintiquinque millium mandatam fieri illis, et
dividi inter eos, ut supra; proprietate, utilique
dominio bonorum prædictorum penès dictos masculos
successores remanente intacta, et intacto,
et ut remanere volueritis, et pro corpore dictorum
bonorum omnium, ut supra burgensaticorum, et
feudalium, ac Regalium, nec sub prætextu dictarum
dotium de paragia debendarum, vel dictis
vitæ, et militiæ, vel ratione dotis de paragio,
et obligationis dotis constituendæ, vel constitutæ,
et receptæ, ac solutæ, et restituendæ, nec pro quacumque
alia causa, etiam privilegiata, privilegio
clauso in corpore juris ad instantiam creditorum
quorumcumque, nisi super fructibus tantum annualibus
menstruis, aut aliorum terminorum,
aut quotidiè ex eis percipiendis, à solo tamen
separatis, et aliis perceptis, ut supra bonorum
prædictorum solvi, exigi, obligari, submitti, aut
hypothecari, nec exequutio fieri possit, sed solum
quoad fructus tam conjunctim, quàm divisim,
etiam quoad petitionem unius, vel plurium pro
uno, vel pro pluribus, prędictis omnibus agatur, et
quod si fructus unius anni non sufficerent in fructibus
annorum subsequentium suppleatur. Hoc
declarato expressè, quod si præfati successores
unus post aliũ, à primo ad ultimum, qui in bonis
prædictis succedent omnes, et quilibet ex eis omnia
supradicta, ac inferius dicenda observare
debeant, et in casibus præmissis, ordine, et forma
superius expressis inter eos succedant, quibus,
vel aliis supradictis omnibus supra nominatis, et
demonstratis, aut eorum aliquo contravenientibus,
& reformantibus prædicta, aut aliquo prædictorum,
ipso facto, ipsoque jure sint, & intelligantur
exclusi à successione prædicta bonorum
prædictorum burgensaticorum, feudalium, & Regalium
sic uniendorum, vinculandorum, ut superius
est expressum, & tunc succedat alius, qui
successisset, si contraveniens non fuisset repertus
proximior modo, & forma quibus supra, nec cum
dicto successore, & possessore bonorum prædi-

Digitized by Google

ctorum aliquo modo transigere, nec pacisci possit, etiam si noster consensus, & auctoritas intervenerit. Et casu quo aliquis impetraverit dictum consensum ipso facto cadat à Jure suo, & sic in infinitum per omnes successores prædi-
28 *ctos servari debeat, & quod dicta bona feudalia, burgensatica, & regalia, nullo unquam tempore per quoscumque successores vestros, ut supra dictum est, valeant in toto, vel in parte, vendi, donari, obligari, permutari, dismembrari, diminui, aut in emphyteusim concedi, aut quovis titulo alienari, aut hypothecari, & obligari inter vivos, aut in quacumque ultima voluntate, nec pro causa pia, & favorabili, & privilegiata, etiam privilegio clauso in corpore juris, nec eis, aut cuilibet eorum aliqua servitus imponi possit,*
29 *& hæc cum eorum aliquid non possint, aut possint fieri etiam assensu nostro interveniente, nec cum juramento dictorum successorum, aut alicujus eorum ex quavis causa etiam superveniente, tàm cogitata, quam incogitata, etiam ex urgentissima necessitate, ac pia causa: nec pro recuperatione persona propria possidentis bona prædicta, vel filiorum suorum, nisi fortè in carcere detinerentur ab hostibus, seu infidelibus captus esset, quo casu possint de bonis prædictis feudalibus quocumque alienationis titulo alienare tantum, quantum ascendat ad summam ducatorum decem millium, in aliis verò casibus, præter prædictos de fructibus eorumdem remedium capiant, si aliundè non habuerint, nec successoribus bonorum prædictorum etiam vivente possessore alienare, aut obligare, aut postea ulla tenùs licitum sit, aut valeat hujusmodi alienationem, venditionem, donationem, dispositionem, hypothecationemque, aut obligationem, aut quomodolibet diminutionem, vel servitutum impositionem, conficere, contrahere, ratificare, & approbare, nec ex quavis causa consentire, nec assen-*
30 *tire, & consensum Regium, aut dispensationem impetrare, nec ratificare, aut impetrata uti, nec pro aliis successoribus suis de rato promittere, nec filios, ac successores consentire, aut obligari, vel ratificari facere sub quavis verborum forma, nec talis eorum filiorum, & successorum consensus, obligatio, aut ratificatio valeat, etiam durante vita successoris consentientis, seù allegantis, aut quid aliud prædictorum facientis, sed omnia, & singula prædicta casu succedente sint, & intelligantur, ex nunc, prout ex tunc, ipso jure nulla, quatenùs fortè tenderent contra dictam dispositionem, & intentionem vestram, ita quod uno, cujus intervenit consensus, excluso alius successor revocare possit, & jus procurantis dictum consensum, seù consentientis, ipso jure, ipsoque facto intelligatur extinctum, & resolutum in beneficium, & commodum posteriorum masculorum successibilium, deficientibus illis, & pro conservatione, & decore nominis vestræ agnationis, & familiæ, & præfatorum bonorum conser-*

vatione. Volumus, quod bona ipsa tàm burgensatica, quàm feudalia, & Regalia, quo ad hoc,
31 *nec alienari, vel obligari possint, censeantur non solum ex pacto, & providentia, licèt pro hæredibus quæsita sint, et fuerint, sed omni alio strictiori modo, vinculoque affecta. Ita et semper, et omninò sint inalienabilia, præterquam in casibus*
32 *prædictis, etiam quod successores futuri omissa confectione inventarii, vel inventario facto suc-*
33 *cederent, dictamque vestram ordinationem, dispositionem cum omnibus, et singulis in ea contimendis, cum reservationibus, et modificationibus prædictis approbamus, et acceptamus, et omnia prædicta de certa nostra scientia, et plenitudine potestatis prædictæ nostræ legibus absoluta unimus, et ad unum corpus reducimus, et aggregamus, restringimus, et limitamus, itaque si contingerit deveniri ad aliquem actum alienationis, hypothecationis bonorum prædictorum, vel obligationis tàm inter vivos, quàm in ultima voluntate, ac dispositione, ex quacunque causa favorabili, et pia, et qualibet prædictarum, vel quovis privilegio, etiam clauso in corpore juris, et*
34 *cum juramento, nec non cum assensu nostro de his omnibus mentionem faciente, eisque deroganti alienationes, hypothecæ prædictæ, et dispositiones, sivè alienatio, dispositio, et obligatio sub quacumque forma, etiam de qua oporteret fieri individuam, specificam, et expressam mentionem sint nullius roboris, validitatis, et efficaciæ, et sint ipso jure nullæ, et inanes, etiamque juratæ, ac etiam cum juramento successoris, et in præjudicium alterius, derogationesque tuæ dispositionis nostra auctoritate vallatæ, valere non possint; imò etiam si ad translationem possessionis dictorum bonorum, aut aliquorum ex eis processum esset per dictum alienantem, et disponentem sint nullæ, liceatque reliquis successoribus, quibus suprà secundum formam, et ordinem supradictum propria auctoritate sine jussu nostro, nostrorumque officialium ad se revocare bona ipsa, et feuda in toto, vel in parte alienata, et disposita, et in eis manus injectione, exequutione uti, & unoquoque casu, & vicibus quibuscumque morientibus aliis, aut dictis vestris successoribus intelligatur, & sit ipso jure possessio eorundem bonorum burgensaticorum, feudalium, & Regalium continuata in successoribus, quibus supra: Quinimò, si per alios quospiam, & quoscumque esset eorum in toto, vel in parte capta possessio illa intelligatur, & sit nulla, nulliusque momenti, & efficaciæ, ac possit, noster successor, in quolibet casuum prædictorum propria authoritate possessionem eandem capere, & recuperare, manu etiam armata, si opus fuerit, & si quando contingerit vos ab intestato decedere; nulla facta mentione,*
35 *aut testamento super præmissis, volumus, quod concessa vobis per præsens nostrum Privilegium intelligatur. Ita per vos disposita, prout superiùs, & inferiùs est expressum, cum ita sit intentio*

tio

Digitized by Google

tio vestra, & mens super præmissis, verùm si de novo quæsieritis bona cujuscumque generis, & speciei feudalia, Regalia, & burgensatica à die præsentis nostri Privilegii, & volueritis de illis disponere in alios, quam primogenitum de vestris nepotibus ex dicta D. Isabella, & liberare primogenitum, vel locum primogenituræ obtinentem à dicta præstatione ducat. vigintiquinque mille de auro in aurum, ut supra, volumus quod non obstante vinculatione prædicta de prædictis novo quærendis valeatis cum prædicto ordine succedendi, & ejusdem vinculationibus, prohibitionibus, reservationibus, conditionibus, legibus, modis, & formis, quibus supra disponere, tam inter vivos, quàm in ultima voluntate in commodum unius, vel plurium ex eisdem vestris nepotibus, & de illis primogenitum privare, eundemque primogenitum liberare à præstatione dictorum ducatorum vigintiquinque millium, sicque ex nunc assentimus, & liberè vobis assensum,
36 & consensum præstamus, & quod præsens noster assensus, & ratificationis, auctoritatis, decretique gratia vobis, & successoribus vestris secundum ordinem, & formam, de quibus supra, & infra in perpetuum sit stabilis, & fructuosa, & pro lege servetur per nos, & successores nostros, & quoscunque alios, necnon per quoscunque magistratus, nullumque diminutionis incommodum, dut dubietatis objectum, & involucrum in judiciis, aut extra, quomodolibet pertimescat, sed in
37 suo semper robore, efficacia, & firmitate perseveret, non obstantibus Constitutionibus, Capitulis, & Pragmaticis Regni, Consuetudine prædicta Neapolitana, vel aliis fortè in contrarium facientibus, non obstantibus, quoquomodo, quibus omnibus, ut recta maneat prædicta vestra dispositio bonorum, & successionis vestræ, omniaque prædicta suo ordine, quo supra mandentur exequutioni, & sortiantur effectum ex nunc Dominica potestate legibus absoluta omnem defectum supplentes derogamus, eaque abrogamus,
38 & sequenti ordinationi, & dispositioni vestræ, tam inter vivos, quàm in ultima voluntate, aut codicillis quovis modo super successione dictorum bonorum per vos facienda, cum omnibus, & singulis in ea continendis, & declarandis, & superius contentis, & declaratis pro effectu prædictorum assentimus, & consentimus assensum, & consensum nostrum Regium, auctoritatemque, & decretum præstamus; eaque omnia, & singula ex nunc, prout ex tunc, & è converso confirmamus, laudamus, ratificamus, & acceptamus, nostræque auctoritatis robore, & præsidio communimus. Taliterque ut supra de nostra plenitudinis potestate legibus absoluta afficimus, eisque novam nostram qualitatem, & substantiam damus, & tribuimus, ut omnia, & singula ipsa supradicta suo ordine certum, & indubitatum consequantur effectum. Volumus etiam, quod quoscunque vestros successores, & ipsorum quemlibet possitis onerare ad solvendum de fructibus dictorum bonorum, seu aliquorum ex eisdem tantam quantitatem pecuniarum, quæ ascendat ad summam decem millium ducatorum, fidelitate tamen nostra, feudali quoque servitio, & adoba quoad feudalia, aliis etiam quam expressis juribus semper salvis, & expressè reservatis; Illustrissimo propterea Philippo Principi Asturiarum, & Gerundæ, &c. filio primogenito, nepoti que nostra charissimo, ac in omnibus Regnis, & dominiis nostris immediatè hæredi, & legitimo successori intentum aperientes nostrum sub paternæ, avitæque benedictionis obtentu dicimus, eumque rogamus, Ill. quoque Spectabilibus, Magnificis dilectis Consiliariis nostris, Viceregi, Locumtenenti, & Capitaneo generali, Magno quoque Camerario, Magistro Justitiario, eorumque Locumtenentibus, Regenti, & Judicibus M.C.V. Præsidentibus, & Rationalibus Cameræ nostræ Summariæ, Sacro nostro Consilio, Scribæ Portionis, Thesaurario nostro generali, seu id officium Regenti, cæterisque demum universis, & singulis Officialibus nostris, tam majoribus, quàm minoribus in dicto nostro Siciliæ citrà Farum Regno constitutis, & constituendis præsentibus, & futuris pœna unciarum auri mille adjecta dicimus, & districtè præcipiendo mandamus, quatenus forma hujusmodi nostri privilegii per eos, & eorum quemlibet diligentèr inspecta ipsam, & omnia, & singula præcōtenta modis, & formis recitatis teneant firmitèr, & observent, tenerique, & inviolabilitèr observari faciant, juxtà præsentis nostri Privilegii seriem, & tenorem, & non contrafaciant, vel veniant, seu aliquem contrafacere, vel venire permittant ratione aliqua, sive causa pro quanto dictus Illustr. Princeps filius noster charissimus nobis amorem gerere, cæteri verò Officiales, & subditi nostri iram, & indignationem nostram, ac pœnam præpositam cupiunt evitare: In cujus rei testimonium præsens Privilegium in libri formam fieri jussimus nostro magno negotiorum Siciliæ citerioris Sigillo inpendenti munitas. Dat. Barcinonæ die 24. mensis Aprilis. Anno à Nativitate Domini millesimo quingentesimo trigesimo octavo, Imperii nostri anno 20. Regnorumque nostrorum videlicet, Regnorum Castellæ, Legionis, Granatæ, &c. XXXV. Navarræ XXIV. Aragonum, utriusque Siciliæ, Hierusalem, & aliorum XXIII. Regnorum verò omnium XXIII. TO EL RET. Vid. Montaltus pro Prothon. & Magno Camerario. Vid. Comalonga pro Generali Thesaurario. Solvat ducatos duos, tarenos duos pro taxatione. Sac. Cæs. & Coth. Majest. mandavit mihi Alphonso Idiaqui. In Privileg. 20. fol. 3. &c. Primogenitura en forma para el Marques D. Ferdinando de Alarcon.

Ea propter volentes, ut tenemur Cesareæ, & Catholicæ Majestotis obedire mandatis, precipimus,
39 & mandamus omnibus supradictis, & cuilibet

ipsorum insolidum, quatenus servata forma præ-
inserti Privilegii Regii illud ad unguem, & in-
violabilitèr observent, & observari faciant, per
quos decet in his, quæ disposita sunt tàm inter
vivos, quàm in ultima voluntate per præfatum
40 *quond. Ill. D. Ferdinandum, juxtà formam præ-*
inserti Regii Privilegii, prout per dictum Pri-
vilegium fuit præstitus assensus per dictam Cæ-
saream Majestatem, & contrarium non faciant
pro quanto gratiam præfatarum Majestatum carm
habent, & pœnam in præsenti Privilegio
appositam capiunt evitare. In quorum fidem præ-
sentes jussimus fieri Regio Sigillo in pendenti
munitas. Dat. in Castro novo Neap. die 16. men-
sis Aprilis 1540. D. Pedro de Toledo. Vid. de
Colle Reg. & Protbonotarius. Vid. Jo: Orifi-
cius Reg. Hieronymus Severinus Locumten.
M. Cam. Vid. Ciccus Loffredus Reg. Dominus
Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus Genera-
lis mandavit mihi Jo: Antonio Salernitano pro
Secretario. Solvit tarenos duos pro taxatore, in
Privileg. 27. fol. 229.

Exequutio Regii Privilegii Cæsareæ Majestatis in
personam Illustr. D. Ferdinandi de Alarcon.

ET decedens prædictus D. Ferdinãdus in men-
se Januarii 1540. in ejus testamento servata
41 forma Privilegii prædicti majoratum erexit, &
dum stetissent in possessione ejus descendentes
omnium bonorum dicto majoratu contento-
rum, pro exequutione dicti majoratus erecti us-
que ad annum 1583. quo tempore intendens il-
le Marchio Vallis procedere ad alienationem
omnium bonorum in prædicto majoratu exi-
stentium, intentavit judicium in Sac. Cons. &
petiit declarari prędictum majoratum fuisse nul-
litèr erectum, stante quod privilegium prædi-
ctum non fuerat infra annum præsentatum Do-
mino Proregi, & exequutoriatum, prout dispo-
nitur in *Pragmatica* ejusdem Invictissimi Impe-
ratoris edita in Oppido Vallisoleti die 22.
Martii 1518. quæ est *unica de privilegiis infra*
annum exhibendis; è contrà acerrimè se defen-
dente ejus filio primogenito per Sacrum Consi-
lium dato prius termino, & compilato processu
junctis Regiis Consiliariis duarum Aularum ad
relationem quond. Regii Consiliarii Hieronymi
42 Olcignani sub die 8. mensis Julii 1585. fuit pro-
visum, quod *consulatur Sua Catbolica Majestas*,
mortuo deinde dicto Marchione in anno 1591.
ei successit filius primogenitus, per quem fuit
adita hæreditas Patris cum beneficio legis, & in-
ventarii solemniter confecti, qui nonnulla de-
bita contraxit, ad quorum creditorum instan-
tiam per Sacrum Consilium nonnulla in una
Aula fuerunt interposita decreta, quod *seque-*
strentur fructus, & introitus bonorum prædicto-
rum, & mortuo tandem prædicto Marchione
in mense Aprelis 1638. ei successit Illustr. Do-
43 minus D. Paulus de Mendoza ejus filius primo-
genitus, & pro exequutione dispositionis factæ
per prædictum majoratus erectorem, nomina-
tur D. Ferdinandus de Alarcon, qui mediante
decreto præambuli Magnæ Curiæ Vicariæ fuit
declaratus dicti sui Genitoris hæres cum bene-
ficio legis, & inventarii solemniter confecti, &
in bonis in majoratu contentis declaravit velle
succedere uti successor primi acquirentis, & ma-
joratus institutoris. Comparuerunt de novo
creditores dicti sui Genitoris, & ejus prædeces-
44 sorum in Sacro Consilio, & insteterunt de no-
vo provideri, quod fiat sequestrum fructuum,
& introituum dicti Status; E contra replicante
ipso Domino Marchione, non posse fieri seque-
strum prædictum, ex quo statum prædictum
possidet virtute prædicti majoratus, & proinde
non posse molestari ad instantiam dictorum
creditorum, qui penitùs non habent obligatum
ipsum modernum Marchionem, & per Sacrum
Consilium sub die 19. mensis Novembris 1640.
ad relationem Illu. Ducis Mariliani Regii Con-
45 liari Julii Mastrilli fuit provisum, quod *monean-*
tur Partes super decisione articuli, an sit facien-
dum sequestrum fructuum, & introituum, pen-
dente decisione validitatis prætensi majoratus,
fol. 117. à terg. proc. 2. voluminis, Illust. Marchio-
nis Vallis, cum nonnullis creditoribus.

Justissimè igitur prætendit hodie Ill. Dominus
Modernus Marchio Vallis per S. C. esse provi-
46 dendum debere expectari exitum decisionis ar-
ticuli validitatis, seù invaliditatis majoratus, &
interim nullum penitùs posse fieri sequestrum,
tùm ratione ordinis, scilicet quia debet prius
incipi à decisione illius articuli, à cujus decisio-
ne pendet decisio aliorum.

Tum etiam respectu justitiæ validitatis prædicti
majoratus.

Respectu igitur ordinis dicitur omnino esse pro-
videndum per S. C. quod procedatur ad deci-
sionem articuli validitatis, sive invaliditatis Ma-
joratus, nulla interim penitùs habita ratione
dicti petiti sequestri ex infrascriptis videlicèt.

Primò, ex quo causa Majoratus circa validitatem,
sive invaliditatem ipsius primo est cępta, & con-
47 clusa per multos annos, antequam creditores
comparerent, & proinde illa prius terminari
debet, per *text. in l. quamvis ancilla 5. in verb.*
suo ordine, juncta *glos. in d. verb. ordine, C. si pen-*
dente appellatione mors intervenerit, quem *text.*
ad hoc allegat *Reg. Rovit. in Pragm. 10. num. 1.*
de offic. S. C. & idem disponitur de jure Regni *in*
d. Pragm. 10. num. 5. & in aliis pragmaticis alle-
gatis per dictum Reg. Rovit. d. n. 1.

Quam conclusionem, sive regulam limitat idem
Reg. Rovit. n. 2. in casu quo aliqua causa fuerit
48 postea conclusa, si esset præjudicialis causæ pri-
mo conclusæ; nam tunc probat ab illius causæ
decisiune incipiendum esse, quæ esset præjudi-
cialis, quamvis fuisset postea conclusa, & prop-
terea dum articulus validitatis, vel invaliditatis
majoratus est omnino præjudicialis causæ peti-
ti se-

Digitized by Google

ti sequestri, ex quo si declarabitur majoratum
fuisse validè erectum , non posset fieri seque-
strum ad Instantiam creditorum Marchionum
Vallis ejus prædecessorum , dum non habent o-
bligatum primum Majoratus institutorem, si ve-
rò declarabitur Majoratum fuisse nulliter ere-
ctum , tunc erit locus sequestro per creditores
petito; ergo omnino erit incipiendum à deci-
sione prædicti articuli validitatis, vel invalidita-
tis Majoratus , sic probant *Afflict. in const. Re-
gni. Ut universis , in rubr. de servando indemni-*
49 *tatem Comitivus num. 38. circ. med. versic. & de-
bet incipere*, dicens id debere fieri , prout fecit
*Summus Pontifex in cap pastoralis, §. quoniam,
de rescriptis, Jo: Franc. Ripa in l. ex facto , §. fin.
incip. Si quis ita fideicommissum, nu.* 11. qui ex
illo textu id notat *ff. ad Senat. Consult. Trebell.
Cacher. in proben. decis. n.* 10. *Fontanell. in decis.*
71. qui ex nonnullis jurium dispositionibus , &
Doctorum authoritatibus id probat *num. 2. cum
seq. Menoch. consil.* 301. *per tot. lib.* 4. qui multum
se extendit in cumulandis exemplis in omni ma-
teria , qui n. 4. dicit hæc verba , *Et ratia ratio-
nis potest esse, quia semper præcedere debent, quę
sunt necessaria antecedentia.*

Et *num.* 5. dicit , quod procedit etiam si quæstio
præjudicialis fuerit postea mota, quia in judiciis
præjudicialibus non attenditur ordo temporis,
sed natura causæ præjudicialis.

Qui id optimè probat *à nu.* 26. *cum seq.* & signan-
tèr *nu.* 36. *usque ad nu.* 43.

Cęvallus commun. contra commun. quæst. 818. *nu.* 6.
*vers. si verò causa est præjudicialis, usque ad fi-
nem.*

Stefan. Gratian. discept. forens. cap. 344. & signan-
ter *à num.* 16. *vers. in causarum concursu , si una
est alteri præjudicialis , prius est agendum de
causa præjudiciali*, ad quod allegat multa jura.

Consiliar. Marcianus cons. 33. *num.* 2. *vol.* 2. *ubi n.* 4.
in fin. dicit. id tantò magis procedere , quando
50 utrumque judicium pendet coram eodem Ju-
dice (prout sumus in casu nostro) & sic deci-
sum refert per Mag. Cur. & Sacr. Cons.

Id etiam fuit servatum in causa Joannis Baptistæ
Catanei cum Philippo Spinula , in qua dum di-
51 ctus Philippus petierat immitti in possessionem
hæreditatis quondam Cæsaris Catanei ex testa-
mento non cancellato &c. ex dispositione *l. fin.
C. de edict. Divi Adr.* è contra allegante dicto
Jo. Baptista non competere hæredi scripto im-
missionem ex dispositione *d. l. fin.* quando hæres
scriptus, sive defunctus per fideicommissum te-
nebatur restituere , & hæredi non competit de-
tractio legitimæ, nec trebellianicæ , prout ex
communi omnium Doctorum authoritate pro-
bat *Cons. Marcianus consil.* 1. *num.* 17. *tom.* 1. Et
Sacrum Consilium junctis Regiis Consiliariis
trium Aularum , quorum tantum vivit doctissi-
mus, & Illustrissimus Dominus meus Dux Ca-
gnani, facta relatione in Regio Collaterali Con-
silio coram Excellentissimo Domino Lemen-
sium Comite die lunæ 6. Maii 1613. Habuit
prædictum articulum pro indubitato , scilicet
debere incipi à decisione articuli præjudicialis, à
quo dependet decisio aliorum, & decretum in
hanc formam protulit , *non competere Philippa
Spinulæ legitimam, neque trevellianicam , &
proinde non esse locum petitæ immissioni* , quæ
verba decreti ponit dictus *Consiliarius Marcia-
nus in fine articuli 5. di. l. cons. 1. fol. mihi* 70.

Et si à decisione articuli præjudicialis , à quo de-
52 pendet decisio aliorum , Judex non incæperit,
sententia erit nulla.

Hieronymus Magon. in dec. Lucens. 37. *n.* 5. 6. *et* 7.
quem refert, & sequitur *Cæsar Manenti in dec.
Mantuan.* 11. *num.* 44. *Cons. Theodorus alleg.* 65.
num. 4.

Quæ omnia pro absoluto habuit Regium Collate-
rale Consilium, dum ad relationem Illustr. Mar-
53 chionis Sancti Sebastiani Regentis Caraccioli
plenissimè multotiès auditis Partibus providit,
causam petiti sequestri (licet per 40. annos fuis-
set pertractata per prædecessores Domini Reg.
Cons. D. Benedicti Trellesjunctis Cons. Aula-
rum Regiorum Consiliariorum Domini Didaci
de Varela, & Domini Scipionis Theodori) esse
uniendam , & pertractandam coram Judicibus
causæ validitatis , sive invaliditatis majoratus,
quæ pertractatur junctis Dominis Consil. alia-
rum duarum Aularum , scilicet Domini Ducis
Cagnani, & Domini Francisci Antonii Muscet-
tulæ , & sic omninò judicandum speratur , esse
expectandum exitum decisionis articuli, validi-
tatis, sivè invaliditatis majoratus.

Et si diceretur ab anno 1615. usque ad annum
1626. nonnulla fuisse interposita decreta per
Sacrum Consil. quod fiat sequestrum fructuum,
54 introytuum , & Jurisdictionis terrarum in præ-
dicto majoratu comprehensarum , & quod de-
posita ex eis perventa creditoribus liberentur,
& quod proinde obstet exceptio rei judicatæ
Moderno Marchioni Vallis.

Respondetur , & dicitur , penitus prædictam ex-
55 ceptionem non obstare ex infrascriptis videli-
cet.

Primò, quià & si DD. communiter teneant senten-
tiam latam cum hærede gravato de restituendo
in casu mortis , obstare successori in fideicom-
misso sive majoratu , tamen prædicta conclusio
non est penitus applicabilis casui nostro ; Nam
procedit, quando fit judicium super dominio, si-
ve proprietate bonorum majoratui subjecto-
rum, in quibus habet interesse successor , qui in
56 eis post mortem hæredis gravati est vocatus in
majoratu nomine proprio , sivè generalitèr sub
verbo *proximior de familia* , qui non est casus
noster , nam non fuerunt interposita decreta
per Sacrum Consilium super proprietate , sivè
dominio. Imò in decreto Sac. Consil. expreſsè
fuit dictum, *citra præjudicium majoratus* , sed
tan-

Digitized by Google

tantum provisio in decretis Sacr. Consil. fuit fa-
ctà respectu fructuum, qui spectabant ad illum
Marchionem viventem, qui propria debita con-
traxerat, & penitus in eis successor nullum jus
habebat actu, neque potentia, quia successor in
majoratu nullum jus habet, nisi respectu fru-
ctuum maturatorum post mortem sui ultimi, &
immediatè prædecessoris; non autem super fru-
ctibus maturatis, & perceptis in vita sui præde-
cessoris, prout probat *Præs. de Franch. dec.* 13.
& sic illa decreta penitus non obstant moderno
Marchioni.

Secundò non obstant, quià decreta prędicta fue-
runt interposita cum illo Marchione ex aliis ju-
stis causis, quæ non militant cum moderno
Marchione. scilicet primò, quia ille Marchio ha-
57 bebat suos proprios creditores, ad instantiam
quorum omninò poterant, & debebant fructus
sequestrari, qui creditores penitus non habent
obligatum modernum Marchionem. Secundò,
quia penès illum Marchionem pervenerant duc.
sexaginta quinque mille de pecunia hæreditaria
prædecessoris Marchionis, qui sufficiebant pro
dimittēdis omnibus creditoribus defuncti Mar-
chionis, & dum in proprios usus illos conver-
tit, non satisfaciendo creditoribus paternis, re-
stabat obligatus ipse Marchio de ejus propriis
bonis satisfacere creditoribus paternis, & proin-
de cum maxima ratione fuit provisum per S.C.
quod sequestrentur fructus, & introytus Mar-
chionis.

Dum igitur est diversa causa defensionis in moder-
no Marchione rei judicatę exceptio non obstar,
58 prout nonnulli DD. ità concludunt, quos re-
fert, & sequitur *Larrea in decis. Granaten.* 35.
num. 3.

Et in puncto rogo Dominos judicantes, ut consi-
derent verba, quæ scribit *Noalis de transmiss.*
59 *cas.74.num.*23. scilicet *declaratur tertiò, ut pro-
cedat quando sententia lata est super juribus
Realibus Ecclesiæ, vel beneficii, feudi, fideicom-
missi, primogenituræ, majoratus, & similium, in
quibus etiam successores interesse habent, secus si
lata esset super juribus personalibus concernen-
tibus interesse, & præjudicium ipsius Prædeces-
soris tantùm, hoc est ex causa obligationis, seù al-
terius causæ personalis; ista enim casu non præ-
judicaret successoribus, nec ad eos, vel contra eos
transiret, sic distinguit, Isern.cap.1.§.si vassallus,
de feudo suo, n.6. si de feud. defunct. fuerit. con-
trov.inter* Dominum, & *Agnatum, cum ibi se-
quuntur alii,* & *Rosent.de feud. cap. 9. membr.1.
num.1.conclus.27.n.1.& 2.& facit text.in l. cum
de hoc, ff.de except.rei judicatæ.* Hæc Noalis.

Insuper dicitur, quod prædicta regula, quod sen-
tentia lata cum defuncto obstat successori in
60 majoratu, limitatur, quando fuit lata contra
non se defendentem, sive colludentem, prout
probant *Molina de Hispan. primog. lib. 4. cap.*8.
*num.*7. ubi *Addentes ad Molin.d.n.*8.*& 9. Reg.
Tapia.decis.6 Supremi Italiæ Senatus, num.*15.
& D.Reg.Sanfelic.dec.90.num. 6. & 7. 1. tom.
Et in casu de quo agitur est certissimum, quod
prædictus Marchio colludebat cum creditori-
bus, propter quod opus fuit ipsi Domino mo-
derno Marchioni comparere in Sac. Consil. &
instare audiri, & preces porrigere Suæ Catholi-
cæ Majestati, & literas Regias obtinere, quod
sententia non publicaretur, sed vota transmitte-
rentur ad Supremum Italię Consilium, ex quo
ejus pater nolebat se defendere.

Quam opinionem fuit sequutum S. C. in præsenti
causa majoratus, quando sub die 27. Januarii
61 1610. junctis Dominis Consiliariis duarum Au-
larum providit, quod suspensis omnibus decre-
tis per S.C. interpositis in præsenti causa majo-
ratus procedatur ad decisionem causæ auditis
descendentibus, *fol.* 197. *à terg. in proc. majo-
ratus.*

Certum est enim in jure in fideicommisso, seu ma-
joratu succedi primo fideicommittenti, sive
62 majoratus erectori, non autem ultimo morien-
ti, ut post *Bal.Corn. Boer. & alios* probat *Card.
Tusc.tom.3.in verb. fideicommissarius universa-
lis, conclus.*265. & idem *Cardinalis Tuscus tom.
7.in verb.substitutus, conclus.*834. & in majora-
tu quod veniat ex propria persona non uti hæ-
res ultimi, & ideo absque aliqua restitutione
quilibet vocatus consequitur dominium post
Abb.Paul.de Castr.Andr.de Isern.& nonnullos
probat *Guttierez pract.qq.lib.5.quæst.67. n.*20.
*mihi fol.*267. & ante eum id probat *Molin. de
Hispan primog.lib.1.cap.1.num.17.& lib.3.cap.
6.num.*43. quos refert, & sequitur *Larrea in
decis.Granat.34.num.59.vers.& ut independen-
ter à parentibus.*

Et in casu de quo agitur obtinuit ab Imperatore
Carolo V. fœlicis memoriæ privilegium majo-
63 ratus, de quo agitur, in quo Imperator ordina-
vit, quod omnes descendentes veniant tanquam
vocati ex propria persona, ut habetur in Privi-
legio *num.*29.

Neque tandem obstat authoritas *Reg. Fab.Capyc.
Galeot.*per Partē pōderatata, qui uti Advocatus
64 creditorum *Marchionis Trivici in controvers.*
47. 48. 49. 50. *et* 51.*tom.*2. scripsit contra cre-
ctionem Majoratus, & in specie, quod sententię
cum defuncto latæ obstent successori, prout la-
tissimè in dicta *controvers.*50. fundat debere per
S.C. provideri, fuisse nulliter erectum Majora-
tum, ex quo obstabat exceptio rei judicatæ.

Quia succubuit, nam per Sacr.Consil. die 4. Fe-
bruarii 1614. junctis Dominis Consiliariis o-
65 mnium Aularum fuit decisum in favorem mo-
derni Marchionis Trivici, eundem absolvendo
à prætensione creditorum, stante fideicommis-
so, sive Majoratu obtento ab eodem Imperato-
re Carolo V. per Ciccum de Loffredo seniorem
in anno 1538. licèt privilegium non fuisset regi-
stratum, & sic virtualiter fuit judicatum in prę-
dicta

Digitized by Google

dicta causa, non obstare exceptionem rei judicatæ successori, qui tanquam vocatus ex propria persona succedebat, & nulla habita ratione omnium allegatorum per dictum *Dominum Regentem Capycium Galeota*, quæ si S. Cons. fuisset visum obstare, aliter providisset, prout refert *Consiliar. Georgius in ejus repetitionib. feudal.cap.*10. qui in illa causa votavit.

Ex quibus omnibus judicandum speratur, non posse fieri sequestrum prætensum per creditores, 66 nisi prius viso exitu decisionis articuli validitatis, sive invaliditatis Majoratus, & proinde esse expectandum exitum dictæ decisionis.

Respectu verò Justitiæ, ut clarissimè pateat omnibus Dominis Judicantibus, prædictum Majoratum fuisse validissimè erectum, ex infrascriptis conabor probare illius validitatem, & stante ejus notoria justitia contentatur ipse Dominus Marchio, quod procedatur ad illius decisionem ex eisdem actis absque aliquo termino, quod etiam de jure est indubitatum, quod quando tractatur de decisione articuli, qui consistit in 67 mero puncto Juris non dandus terminus, prout post *Innoc. Bald. & alios* probat *Præsid. de Franch. decis.*221.*num.*12.

Consiliar. Fabius de Anna in addit. ad singul. sui Genitoris in sing. 470.

*Mastrill.decis.*217.*num.*4.

Reg.Rovit. in Pragmat. 7. *num.*12. *de ordin.judicior.*

Et proinde privilegium Majoratus (de quo agitur) 68 omnino non subjacere dispositioni prædictæ *Pragmaticæ unicæ*, ex infrascriptis clarè patebit videlicet.

Primo principalitèr ex vi clausularum in eo existentium, quarum prima est clausula *motu proprio*.

Secunda clausula *ex certa scientia*.

Tertia clausula *de plenitudine potestatis*.

Quarta clausula, *quod vim decreti obtineat*.

Quinta clausula, *non obstantibus Constitutionibus, & Pragmaticis Regni*.

Sexta clausula, *supplentes de plenitudine potestatis omnes defectus*.

Septima clausula *in perpetuum sit stabilis, et fructuosa, et pro lege servetur*.

Octava clausula *ex nunc pro tunc, et è contra*.

Secundò, ex causa concessionis, quia fuit concessum ob ingentia, & maxima servitia in Bellis præstita, & propterea transiisse in contractum, & dum tranlit in contractum non esse servandas solemnitates requisitas in Regno Neapolitano, ubi res sitæ sint, sed solemnitates illius loci, in quo fuit expeditum privilegium.

Tertiò, ratione personæ, cui conceditur privilegium, scilicet: Primò, quia exterus hujus Regni.

Secundò, quia miles.

Tertiò, quia Consiliarius à latere.

Quartò, principaliter fundabimus non subjacere privilegium, de quo agitur dispositioni prædictæ *Pragmaticæ*, ex quo illud dum trahebat secum exequutionem, scilicet denegando assensum alienationi, & cuivis dispositioni non debebat præsentari Domino Proregi, ut literæ exequutoriales expedirentur.

Quintò, principaliter ratione interesse ejusdem Principis concedentis.

Sextò, principaliter, quia fuit concessum privilegium dispositioni faciendæ in testamento, & vocandis in dicto Majoratu erigendo, & proinde sufficere debebat si exequutoriaretur infra annum à die obitus erectoris Majoratus.

Septimò, principaliter, ex quo sunt condemnati descendentes à prædicto Testatore, qui potuerunt litteras exequutoriales impetrare.

Octavò, nullitatem prædicti privilegii ex non exequutoriatione infra annum non esse inductam ipso jure, & proinde dari moræ purgationem, ipsamque non habere locum cessante causa finali dispositionis, dum non conquesti fuerunt Regius Fiscus, impetrans privilegium, nec ejus primus descendens.

Nonò, quia Dominus hujus Regni Vicerex non est prohibitus dispensare dispositioni dictæ *Pragmaticæ*, proinde poterat dispensare re integra, & licet dispensatio non appareat, tamen illa præsumitur, dum fuerunt expeditæ litteræ exequutoriales.

Et incipiendo à primo capite, dicitur stantibus clausulis in prædicto privilegio expressis non esse ambigendum prædictum privilegium non subjacere dispositioni dictę *Regiæ Pragmaticæ*.

Prima enim clausula, quæ in prædicto privilegio legitur est *motu proprio*, prout *num.*3. legitur, 69 quæ clausula juncta cum clausula *non obstante* (quæ similiter legitur in prædicto privilegio) operatur derogationem statutorum in contrarium.

Gabriel commun.conclus. lib.6.tit. de clausconclus. 2. *num.*59. & post innumeros *DD.* communem esse probat, & *num.* 79. post *Felin. Rebuff.* & alios probat prædictam clausulam *motu proprio* operari, ut non requiratur rescripti præsentatio.

Quæ clausula *motu proprio* est tantæ importantiæ, quod etiam si Princeps privilegium concesserit, 70 non motu proprio, sed ad supplicationem alicujus, & quod id constet Principi, & quod proinde illud concesserit ad alterius contemplationem, tamen si dixerit illud concedere *motu proprio*, censetur illa verba ad hîc finem protulisse, ut per clausulam illam tollantur omnes effectus juris, qui ex impetratione oriri possent, & quod tunc per talem clausulam supplicantem, ad cujus contemplationem conceditur, non haberi pro impetrante, ex quo motus proprius provenisse censetur, prout probat, & per Sacram Rotam Romanam decisum refert *Card. Seraphin. decis.*365.*in principio*, & signanter, *num*, 3. *et* 4.

Et

Et optimè probat *August. Barbosa de clausulis usu frequentibus, in dicta clausula motu proprio, quæ est 79. num 6. cum seq. et num. 7.* dicit hæc verba: *Idem enim operatur motus proprius concessus ad instantiam Partis, quod motus proprius ex mera Principis liberalitate*, & sic probat, & multoties decisum refert.

Et *num.* 8. probat non admitti volentem probare ad Partis petitionem concessam esse gratiam
71 motu proprio, quià esset Principem de mendacio redarguere velle; tum etiam, quia id nihil emolumenti afferret, & ut benè docet *Rebuff.* ab eo citatus, eosdem prorsus tunc operabitur effectus clausula *motus proprii*, perinde, ac si Pars non petiisset.

Id similiter optimè probat *Ursell. in conclus. legalibus, conclus. 155. nu. 13. circa medium, vers. nar-*
72 *rativa tom. 2.* Ubi etiam probat idem procedere etiam si Princeps absque Partis postulatione concessurus non fuisset, quod si ad Partis supplicationem Princeps concedit, & dicit illud concedere *motu proprio*, quod tunc illa clausula omnes juris effectus operatur eodem modo, ac si nullus supplicasset.

Ultrà, quod in casu nostro, dum privilegium concessum fuit Marchioni Vallis ob ejus benemeri-
73 ta, tunc illa sunt in causa, ut privilegium concessum censeatur *Motu proprio*, quamvis illa clausula non fuisset descripta in privilegio.

Prout probant DD. quos refert, & sequitur *Georgius de Gabedo* doctissimus *Hispanus in dec. Regni Lusitaniæ 93. n. 6. par. 2.*

Et prædictam *Pragmaticam* non vindicare sibi locum in provisionibus suæ Catholicæ Majestatis
74 ex officio expeditis, probat *Reg. Rovit. consil. 100. num. 13. 2. tom.*

Dominus Consf. Theod. allegat. 53. num. 7. vers. qua de re, ubi probat, prædictæ *Pragmaticæ* dispositionem non comprehendere concessiones motu proprio factas.

Quæ tantò magis in præsenti causa confirmantur, nàm in privilegio, de quo agitur adest clausula
75 *ex certa scientia*, quæ est in privilegio *n.* 23. *&* 31. quæ operatur, quod actus nullus, & invalidus confirmetur, prout post *Bart. Alex. Guid. Papa, Dec. & alios de com.* testatur *Gabriel com. conclus. lib. 6. tit. de clausul. conclus. 1. n. 1.* ubi *nu. 6.* post innumeros DD. communem, & indubitatam testatur esse sententiam, idem importare
76 clausulam prædictam, quod importat clausula *de plenitudine potestatis*, quæ similiter legitur in præsenti privilegio *n.* 23. 31. 35. *&* 36.

Et prædictas clausulas *ex certa scientia, & de plenitudine potestatis* operari, quod contraria cen-
77 seantur sublata absque alia derogatione, vel clausula *non obstante*, probat *Card. Tusc. in verbo clausula ex certa scientia Principis, conclus.* 340. *num.* 1. *tom.* 1. *& num.* 9. probat prædictam clausulam operari, ut id quod confirmatur, si non est solemne, reddatur solemne, si verò est nullum reddatur validum, & dat robur quò ad sollemnitatem, & validitatem.

Et *num.* 19. probat omnia, obstantia censeri Principem tollere ex illa clausula *ex certa scientia*, quæ operatur validitatem, etiam circa defectum intrinsecum, prout probat idem *Card. Tusc. dicta conclus.* 340. *num.* 11.

Quem refert, & sequitur *Augustinus Barbos. de clausul. usu frequent. in claus. ex certa scientia, quæ est* 59. *n.* 14. qui probat prædictam clausulam *ex certa scientia* junctam cum illa *de plenitudine potestatis* operari sanationem, & validitatem, etiam circa defectum intrinsecum.

Insuper dicitur, quod in prædicto privilegio dicit Imperator CAROLUS V. illud concedere de plenitudine potestatis, ut in *num.* 23. ibi, *& omnia prædicta de certa nostra scientia, & plenitudine potestatis nostræ legibus absoluta.*

Ex quibus verbis colligitur mens Principis concedentis, ut prædictum privilegium habeat sem-
78 per exequutionem, non obstante quolibet defectu in aliqua solemnitate; Nam ut feuda quæ, per prius erant hæreditaria ex nova investitura, sivè Principis assensu possint fieri ex pacto, & providentia, non requiritur plenitudo potesta-
79 tis, nam quilibet Princeps superiorem non recognoscens, potest investituras feudorum facere ad sui libitum, vel de allodio concedere in feudum, vel feuda concedere in allodium, & feudorum naturam ad sui libitum mutare, *Andr. in cap. 1. §. nam, & illud, de eo, qui sibi, & hæredibus suis, num.* 4. dicit, quod Princeps ponit legem quam vult, & tollit positiva, quando vult, ubi *Liparulus in ver. hoc verum est*, dicit, *Nota, quod solus Rex dat formam, & conditionem novam apponit in feudo.*

Frecc. de subfeud. lib. 1. de origine Baronum, nu. 13. per dictam doctrinam *Andreæ* dicit, quod potest Rex bona feudalia mutare, etiam contra le-
80 ges feudales, & allegat alios *DD. & numeris sequent.* probat, quod potest de feudo facere burgensaticum, & Baroniam in demanium reducere, ut non sit feudum, *& n.* 35. quod Rex nostri Regni dicitur Monarcha.

Sed prædicta clausula *de plenitudine potestatis*, fuit, & censetur apposita pro omni obstaculo removendo, quod de jure positivo opponi posset pro
81 dicto privilegio annullando, quia Princeps supra jus disposuit, *l. Princeps 31. ff. de legib. cap. illa 39. de elect. Clemen. Pastoralis, in fine, de sent. & re jud.*

Ramirez de suprema, & absoluta Principis potest. §. 28. num. 5. circa finem, dicit hæc verba: *Circa secundum, verba, quibus Principes utuntur ad significandum se, velle plena, & absoluta potestate in aliquo uti, sunt clausulæ in eorum rescriptis, & mandatis adjectæ, inter quas primum locum obtinet clausula de plenitudine potestatis, quæ omnes alias ita superat, ut dixerit Parisius eam non tolli à regula invalidante clausulas ma-*

ta

tu proprio, & ex certa ſcientia, quia enixè oſtendit illam opponentem voluiſſe ſecundum eam procedere, atque ità omnes juris defectus ſupplet, ut nihil opponi poſſit, quod annullet reſcriptum, & ea ſolus Princeps Supremus uti poteſt, qui legibus ſuperior ſit, cum per illam ſignificet non velle legibus ſubeſſe, illud ſuper quod reſcribitur. Hæc *Ramirez*. Qui id nonnullis graviſſimorum DD. authoritatibus comprobat, quos ibi refert, & ſequitur.

Et quod per prædictam clauſulam *de plenitudine*
82 *poteſtatis* cenſeantur ſublati omnes Juris defectus circa ſolemnitates, probat *Card. Tuſc. citata concluſ.342.num.4.tom.1.*

Quem refert, & ſequitur *Barboſ. de clauſ. uſu freq. clauſ.41. num.17.* ubi ex *Alex. & Tuſco* probat,
83 quod licet donatio inter patrem, & filium in poteſtate exiſtentem ſit nulla, tamen ſi donator ſit Princeps, qui filio in poteſtate exiſtenti donet, & dicat illam facere de plenitudine poteſtatis, talis donatio valebit, ex quo clauſula iſta tollit omnes defectus, ac ſupplet omnes ſolemnitates.

Ludovic. Rodolphin. in ejus tract. de ſuprema, ſeu abſoluta Principis poteſtate cap.5.num.1. probat,
84 ut nihil opponi poſſit, quod annullet gratiam, ſeu conceſſionem à Principe factam de plenitudine poteſtatis, & ad hoc allegat *Dec. Pariſ. Alciat. & Grammat. & num.4.* probat prædictam clauſulam habere vim clauſulæ derogatoriæ ad omnem legem contrariam, etiam habentem clauſulam derogatoriam, quem refert, & ſequitur *Barboſ. de clauſul. uſu freq. clauſ.41. nu. 9.* & ante eum *Card. Tuſc. dict. lit. C. concl.341.* idem probat *num.1.*

Idem *Rodolphin. ubi ſupra num.7.* poſt *Curt. ſen. Pariſ.* & alios probat, prædictam clauſulam *de plenitudine poteſtatis*, cum aliis clauſulis *ex certa ſcientia, motu proprio* operari, ut ſuppleantur omnes Juris poſitivi ſollemnitates.

Et quod dicta clauſula tollat omnia Juris ſubſtantialia, & de Jure requiſita, poſt *Guid. Pap.* probat *Cardin. Tuſc. lit. C. d. concluſ.342.nu.3.*

Si igitur prædicta exequutoriatio eſt introducta de jure poſitivo, ſcilicet per dictam *Regiam Pragmaticam*, quid dubii erit, quod cenſeatur ſublata, & ei derogatum per dictam clauſulam *de plenitudine poteſtatis*?

Item adducitur doctrina *Angeli conſ.368.* quem refert, & ſequitur *Tuſc. d. concluſ.342. num.2.* quod prædicta clauſula *de plenitudine poteſtatis*, juncta cum illa *ex certa ſcientia* operatur, quod non poſſit aliquid opponi contra privilegium.

Quos refert, & ſequitur *Barboſ. de clauſul. uſu freq. clauſ.41. num.20.* qui ultra prædictos allegat alios DD. graviſſimæ auctoritatis *d. nu. 20. cum ſeq.*

Idem probat *Mareſcott. variar. lib.2. cap.19. nu.46. Conſ. Minad. deciſ.42. num.3.* ex doctrina *Bald. in cap.1. §. ſi quis autem, in tit. de pace Conſtant.* in-
85 fert quod debet imponi perpetuum ſilentium, qui venit ad impugnandum illud, quod ex certa ſcientia, & de poteſtatis plenitudine Princeps facit.

Et *Rodolphin. in dict. tract. de ſuprema, ſeu abſoluta Principis poteſtate d. cap.5. num.7.* probat, quod
86 actus factus de plenitudine poteſtatis, ſupplet omnes defectus, adeo quod de ejus viribus non poteſt ampliùs diſputari; ita quod de invalido validum facit.

Et ex prædictis *Reg. Rovitus in d. Pragm. unic. de privilegiis infra annum præſentandis n.4.* licet de eis non faciat mentionem, ex doctrina *Barbatiæ conſ.26. nu.13. & 15. vol.2.* & ex aliis dicit, prædictæ *Pragmaticæ* diſpoſitionem limitari in privilegio conceſſo à Principe de plenitudine poteſtatis.

Quæ tantò magis in caſu noſtro procedunt, ſtante quod prædicta clauſula *de plenitudine poteſtatis*, non ſemel, ſed pluries in privilegio, de quo agi-
87 tur, fuit repetita, & proindè oritur Juris concluſio, quod actus geminatus inducit majorem firmitatem, & plus operatur, quàm ſimplex, prout ex *ll. diſpoſitionibus, & DD. auctoritatibus*, probat *Barboſ. in axiomat. juris uſu frequent. axiom.12. num.14.*

Et tandem circa prædictam clauſulam *de plenitudine poteſtatis*, rogo Dominos Judicantes, ut benè conſiderent *conſilium Joannis Baptiſtæ Zileti tertium ad cauſas ultimæ voluntatis, in quo num.36. cum ſeq.* dicit hęc verba.

Quia videmus ea omnia multum ampla prægnantia, & repetita, ac clauſulas motus proprii, plenitudinis poteſtatis, & certæ ſcientiæ in ſe habentia, quæ quantum operentur, ſi in hujuſmodi privilegiis appoſitæ eſſe reperiantur neminem latet, quoniam credendum eſt illud, quod in eiſdem continetur eſſe verum, nec poſſe in dubium refricari, ut ex eiſdem Principem, & habentem eandem poteſtatem ab eo, ut dicemus infra, omnes defectus ſuppleviſſe, adeo ut de viribus eorum non ſit diſputandum, in tantum, ut perpetuum ſilentium ex iis imponi poſſit, etiam ante litem conteſtatam, & ad propoſitum verborum prægnantium geminatorum, ac repetitorum, latiſſimam, & enixam voluntatem oſtendentium, & cum plenum, & liberum habeat arbitrium, nemo poſſit dicere cur ita facis? imò ſacrilegium ſit, de ejus poteſtate ampliſſima diſputare, in tantum, ut ex communi ſententia ſupra jus, & extra jus (& eſt mirabile verbum) omnia poſſit. Hæc *Ziletus*, qui omnia ille optimè probavit.

Inſuper dicitur, vel quod prædictum privilegium, de quo agitur, non comprehenditur ſub diſpoſitione dictæ *Pragmaticæ unicæ*, prout ſupra plenè fuit probatum, vel ſi dubium aliquod fuit probatum, vel ſi dubium aliquod adeſſe poſſet, tunc erit dicendum, omninò prædictæ *Pragmaticæ* diſpoſitioni eſſe abrogatum ex inſraſcriptis verbis privilegii *nu.35.* videlicet. *Ex*

Digitized by Google

nunc assentimus, & liberè vobis assensum, & consensum præstamus, & quod præsens noster assensus, & ratificationis, auctoritatis, decretique, gratia vobis, & successoribus vestris secundum ordinem, & formam, de quibus supra, & infra in perpetuum sit stabilis, & fructuosa, & pro lege servetur per Nos, & successores nostros, & quoscunque alios; nec non per quoscumque Magistratus, nullumque diminutionis incommodum, aut dubietatis objectum, & involucrum in judiciis, aut extra quomodolibet pertimescat, sed in suo semper robore, efficacia, & firmitate perseveret, non obstantibus Constitutionibus, Capitulis, & Pragmaticis Regni, Consuetudine prædicta Neapolitana, vel aliis fortè in contrarium facientibus, non obstantibus quoquo modo, quibus omnibus, ut recta maneat prædicta vestra dispositio bonorum, & successionis vestræ, omniaque prædicta suo ordine, quo supra mandentur exequutioni, & sortiantur effectum ex nunc Dominica potestate legibus absoluta, omnemque defectum supplentes derogamus, eaque abrogamus, & sequenti ordinationi, & dispositioni vestræ tam inter vivos, quàm in ultima voluntate, aut codicillis assentimus, & consentimus, assensum, & consensum nostrum Regium, auctoritatemque, & decretum præstamus, eaque omnia, & singula ex nunc, prout ex tunc, & è converso confirmamus, laudamus, ratificamus, & acceptamus, nostraque auctoritatis robore, & præsidio communimus, taliterque ut supra de nostra plenitudine potestate legibus absoluta afficimus, eisque novam nostram qualitatem, & substantiam damus, & tribuimus, ut omnia, & singula ipsa supradicta suo ordine certum, & indubitatum consequantur effectum, prout leguntur hæc verba in privilegio, *num.35.*

Ex quibus verbis patet, quod dum prædicta *Pragmatica* est contra regulas Juris communis strictè est intelligenda in casibus, in quibus expressè non loquitur, sed debet interpetrari, ut minus lædat, & corrigat jus commune, quàm fieri potest, prout plenè post alios probat *Menoch. consil.5.num.3. Marcell.de Maur.alleg.29. num. 1.in fine.*

Si igitur *Pragmatica* prædicta non loquitur de decretis, & Princeps in concessione privilegii, ut illud prædictæ *Pragmaticæ* nō sit subjectum, dixit, quod prædictum privilegium habeat vim decreti, igitur *Pragmatica* prædicta non comprehendit casum nostrum, tantò magis cum Princeps geminaverit verba prædicta, *auctoritatemque, & decretum præstamus*, & quid jus operetur in verbis geminatis à Principe, supra probavimus.

Insuper quatenus prædicta *Pragmatica* obstare posset (quod negatur) tunc Princeps eam abrogavit in illis verbis, *non obstantibus Constitutionibus, Capitulis, & Pragmaticis Regni, vel aliis fortè in contrarium facientibus non obstantibus, ex nunc Dominica potestate legibus absoluta omnem defectum supplentes derogamus; eaque abrogamus*, & supra iterum dixerat, *ex Dominica, & suprema potestate legibus absoluta, nostro proprio motu, Regiaque auctoritate, non obstantibus quibuscunque in contrarium facientibus, etiam de quibus oporteret fieri specialem mentionem*, ut habetur in privilegio *nu.35.*

Dum igitur Imperator, dixit supradicta verba, *non obstantibus Constitutionibus, Capitulis, &c.*
88 oritur Juris conclusio indubitata, quod censetur derogatum dispositioni dictæ *Pragmaticæ unicæ*, ac si esset de ea facta specifica mentio, ut probant nonnulli *DD.* quos enumerat, & sequitur *Guttierez in l. nemo potest, num.161. cum seq.ff.de leg.1.*

Paloez de majoratu, qui loquitur in nostris propriis terminis, scilicet, quando Princeps dicta
89 verba apposuit in erectione majoratus, ut probat *in d.tract.de major.par.1.quæst.3. num.102. vers.ex quibus etiam, & num.seq.*

Et ante eum *Tiraq.ad ll.connubial.glos.7.n.110.*

D. Franc. Hieron. Leo decis. Valentiæ 114. lib.2. num.27.

Imò, quod per prædictam clausulam, *non obstante*,
90 censeatur derogatum, etiam legibus futuris, probat *Marchio Belmontis in l.beneficium, cap. 4.num.2.ff.de const.Princip.tom.1. repetentium.*

Julius Cæsar Calvin.in tractatu de æquitate lib. 1.cap.69.num.49.

Quæ tantò magis confirmantur, stante quod nulla lex prohibebat prædictam concessionem privilegii in personam ipsius Principis concedentis, qui poterat mutare naturam feudorum, novam investituram faciendo, prout probat *Andreas supra citatus in cap. 1. §.num, & illud de eo qui sibi, vel heredibus suis*, ubi *Liparul. in verbo hoc verum est.*

Frecc.de subfeud.d.lib.1.de orig.Baron.num.31.

Sed tantùm obstare poterat, prędicta *Regia Pragmatica* respectu solemnitatis exequendæ infra annum, & sic oritur Juris conclusio, quod ut prædictæ clausulæ aliquid operentur, debent intelligi, ut prædictæ *Pragmaticæ* dispositioni
91 censeantur per dictas clausulas derogatum, nè alias dictæ clausulæ inutiles sint, & superfluæ, & nihil penitùs operentur.

Bart.in l.cum stipulamur 125. in fin. in illis verbis, *nè alias stipulatio reddatur inutilis, ff.de verb.oblig.*

Camerar.in repet.Cap.Imperialem, fol.62.à terg.4. col.lit.S. in illis verbis, *quia privilegium debet aliquid operari.*

Card.Tusch.lit.V.conclus.85.tom.8.fol.mihi 521.

Ludovic.Postius in decis.Rot.de manuten.dec.212. num.3.in fine, et nu.4.

Insuper expressis verbis Imperator declaravit suam enixam voluntatem, nolle posse fieri ali-
92 quod obstaculum per prædictæ *Pragmaticæ* dispositionem, ex illis verbis in privilegio positis,

sitis *supplentes omnes defectus*, ut habetur in *num.* 35. prout probant infrascripti *Doctores*, prædictam clausulam operari, quod nullus Juris, vel facti defectus allegari possit, quando prædicta verba sunt apposita in privilegio supremi Principis, *motu proprio*, *et de plenitudine potestatis*, quod tunc censeatur sublatus omnis defectus Juris positivi, & in specie respectu insinuationis, etiam quod defectus non exprimantur.

Prout probat *Cardinalis Tuschus lit. C. conclus.* 343.*num.*1.*cum seq.*& signantèr *num.*2.*et* 4. & etiam se fundant DD. per eum allegati, quia potest Princeps leges pro infectis habere.

Idem probant innumeri DD. quos refert, & sequitur *August.Barbos.de claususu frequētibus, in d.claus.supplētes omnes defectus, quæ est* 117.

Et quod prædicta clausula *supplentes de plenitudine potestatis omnes defectus*, faciat de invalido validum, probat.

*Ludovicus Rodolphinus in tract. de suprema, seu absoluta Principis potestate, cap.*5.*num.*8.

Item etiam considero, Imperatorem Carolum V. in privilegio de quo agitur *num.*34.subjunxisse

93 hæc verba, *in perpetuum sit stabilis, et fructuosa, et pro lege servetur*, quæ clausula in infinitum se extendit, & idem est, ac si dixisset, velle, semper omni tempore firmum, & validum esse hoc privilegium, prout ex *text.in l.purè* 5.§.*fin. ff.de dol.mal.et met.except.et l.fundi* 18.§.*ea quæ enim, vers.labeo, ff.de act. empti*. Id notat ex multis DD. authoritatibus *Aug. Barbos. de diction.dict.*254.*num.*2.*in tract.variis*.

Et sic semper, quod opus est hoc privilegium renovari censetur per illa verba *pro lege servetur*,

94 nàm regula est, quod lex semper loquitur, ad *tex.in l.Ariani* 5.*C.de Hæreticis*, cum ibi notatis per *Doctores*. Imò omni, & quocunque tempore libentèr tale privilegium Imperator concessisset, cùm semper vigeat causa benemeritorum, qua motus Imperator concessit, nàm durante causa dispositionis, sive concessionis durare, & perseverare deberet eius effectus, prout probat *Tiraq. in tract. cessante causa cessat effectus, in principio, num.* 17. & è contra cessante causa privilegii, cessat privilegium, idem *Tiraq.in eodem tractatu, num.*210. quæ verba per Imperatorem expressa, scilicet quod privilegii concessio facta ob servitia in tot bellis in perpetuum sit stabilis, & fructuosa, sunt etiam expressè disposita de jure communi *in l.si pater* 35. §.*si quis aliquem, ff. de donatio-*

95 *nibus*, in quo *textu* disponitur, quod donatio facta in remunerationem servitiorum Irrevocabilis est, nam merces laboris eximii appellanda est; ex quo *textu Bart.* ibi in *summario* notat, talem donationem non egere insinuationem, quem *textum post Bald.in c.*1.§.*notandū de his qui feudum dare possunt*, ad hoc adducit *Jo. Vinc.Anna allegat.*40.*n.*11. *vers.item nota hic.*

Si igitur prædicta causa servitiorum præstitorum, concessionis in eorum remunerationem facit, ut privilegium sit perpetuò mansurum, irrevocabile, & insinuationi non subditum, de quo amplius disputabitur, si ob non implementum solemnitatis requisitæ circa exequutoriationem ipsius potuerit annullari, cum expressè idem Imperator revocare non potuisset.

Secundò principalitèr probatur, privilegium majoratus, de quo agitur, non subjacere dispositioni prædictæ *Regiæ Pragmaticæ*, nàm fuit concessum ob ingentia, & maxima servitia per D. Ferdinandum de Alarcon concessionarium in pluribus Bellis impensa, ob quæ plurimas victorias fuit consecutus, prout pluribus, & prægnantibus verbis pleniſſimè Imperator eodem privilegio *num.*6. declaravit.

Unde infertur, prædictam concessionem in dicto privilegio factam transiisse in contractum, &

96 fuisse irrevocabilem; prout post *Bald. Andr.de Isern. Alexand.de Imol.* probat *Afflict. dec.*128. *num.*10. ubi etiam probat, parificari privilegium concessum, pretio mediante, vel ob servitia, & sic vim contractus obtinere, & proinde irrevocabile.

*Romanus in lege si verò, §.de viro, num.*46.*ff.soluto matrimonio.*

*Ruinus conf.*217.*num.*7. *vol.*1. ubi nonnullos Doctores concordantes allegat.

*Rolandus conf.*17.*num.*59.*cum seq.vol.*3.

Tiraquellus pleniſſimè *in repet. l.si unquam, in verb.donatione largitus, num.*14.*C.de revocandis donationibus*.

*Menochius conf.*2. in propriis terminis loquens in concessione privilegii ob benemerita in Cæsaream Majestatem collata, quod tunc privilegium vim contractus obtinet, & irrevocabile est *num.*136.*et sequentibus*, & signantèr *n.*139.

Consiliar.Pascalis post *Grammat. decis.*65. *nu.*24. *et seq.Reg.de Ponte*, et *Bolognet.* probat *in tract.de vir.patr.potest.par.*1.*cap.*1.*nu.*53.

*Dom.Marchio Belmontis in decis.*5.*Supremi Italiæ Senatus num.*34.*et num.*39.copiosiſſimè id probat, & secundum prædicta fuisse decisum in Supremo Italiæ Consilio tam in prima instantia, quàm in gradu reclamationis.

Quem refert, & sequitur *Dom meus Regens Merlinus tom.*1.*controvers.forens.cap.*54.*nu.*4.

*Rodericus Suarez alleg.*9. *num.*5.

*Cancer.variar.par.*3.*c.*3.*tit.de privileg.et rescrip.n.* 153. *et* 154.

*Augustin.Barbos.de clausul.usu frequent. claus.*41. *num.*29.*et* 30. ubi probat, concessionem factam ob benemerita, non solùm transire in contractum, sed neque revocari posse, etiam de plenitudine potestate Principis; etiam si concessio sit facta subdito.

*Laurent.Ursell.conclus.legal.tom.*2. *concl.*164. *n.*18. dum igitur privilegium. de quo agitur, contractum continet, & vim contractus habet, non censetur comprehensum in dispositione dictæ

Regiæ Pragmaticæ unicæ, eum illa de contractibus non loquatur, sed de privilegiis, quæ ex gratia à Principe conceduntur, quod colligitur ex verbis ejusdem *Pragmaticæ*, in qua dicitur, quod *qui à manibus nostris de cætero obtinebunt aliqua privilegia.*

Et ad hoc comprobandum ponderatur declaratio facta per Serenissimum Regem Hispanum im-
97 mortalis memoriæ sub die 30. Januarii 1552.
in ejus *Regalibus literis* transmissis per eum Domino tunc hujus Regni Proregi, in quibus ordinavit eidem Domino Proregi, quod det exequutionem privilegio concesso cuidam Militi, non obstante quod non fuit infra annum exequutoriatum his verbis, *perche non è di ragione, che per questo solo non consegua la mercè, che per li suoi servitii l'è stata fatta.*

Quæ *Regiæ literæ* fuerunt expeditæ in casu fortiori, scilicet in annua solutione per suam Majestatem fieri ordinata de ejus Regali Patrimonio, & sic in damnum, & præjudicium Regii Fisci, in casu verò nostro nullum damnum, neque præjudicium infertur Regio Fisco in concessione privilegii Majoratus in feudis per prius concessis eidem Domino D.Ferdinando primo illorum acquisitori, & Majoratus erectori; & quamvis
98 prædictæ Regiæ literæ fuerunt scriptæ in casu
particulari, tamen faciunt, & inducunt legis dispositionem in casibus similibus, prout disponitur in *l.1.* in illis verbis videlicet: *Quodcumque igitur Imperator per epistolam, & subscriptionem statuit, vel cognoscens decrevit, vel de plano interlocutus est, vel edicto præcepit legem esse constat, ff.de const.Princip.*

Ex quo *textu* sic notat *Angel. in l. item veniunt 22.§.cæterum.ff.de petit.hæred.* his verbis videlicet: *Et ex hic habes, quod epistola transmissa per Principem debet observari pro lege in omnibus casibus; idem dicas in eo, qui habet potentiam legis condendæ, & viguit hoc de facto in Civitate Trivisii, ad cujus potestatem quædam epistola per Ducem Venetorum fuit transmissa eo tempore, quo per Venetos illa Civitas regebatur, & vertitur quæstio, an jus faciat in omnibus consis, & certè faceret si solus Dux habuisset potentiam legis faciendæ, & de hoc est etiam casus, ff.de constitut.Princip.l.1.* ibi, *per epistolam.*

Quem refert, & sequitur *Jas.in d.l.1. num.7. ff.de constitut.Princip.*

Idem *Angel.in l.1.num.7.ff.de feriis.*

Jacobin. & alii, quos omnes allegant, & sequuntur Doctissimi, & Eminentissimi Viri, ac mei Domini Regius Consiliarius Thomas de Aquino, Jo:Camillus Cacacius Regiæ Cameræ Præs. & quond. Regius Consiliarius Marcellus Marcianus in eorum scriptis in causa Illustr. Marchionis Acayæ, insertis per *Thorum in ejus compendio decisionum part.2. in verb. possessor feudi relicti, fol.464.* & signantèr *fol.470. col.1. post medium*, ubi sic fuisse decisum refert per Sacr. Consil. junctis Dominis Consiliariis duarum Aularum in Regio Collaterali Consilio, prout in dictis *scriptis in fine* refertur, *fol.471. col.1.in princ.*

Qui Domini mei in eisdem scriptis, *d.fol.470.* latissimè probaverunt, concessionem, de qua agitur tanquam factam in remunerationem servitiorum transiisse in contractum, esse irrevocabilem, & proinde non egere insinuatione, seu interinatione, neque præsentatione, & exequutoriatione Domini hujus Regni Proregis, & sic fuisse decisum per utrumque Supremum Tribunal utriusque Sacri Consilii, scilicet S.Claræ, & Collateralis.

Quid igitur amplius in præsenti causa hæsitandum? si id decretis per Sacr. Cons. tantum in-
99 terpositis est clarum illa vim legis habere, &
pro lege servanda esse, prout testatur

Præs.de Franch.decis.356.num.4.circa medium, in illis verbis videlicet, *& ut sæpè dixi, sententia Sacri Consilii in dubio articulo juris facit jus, & non est ab ea recedendum.*

Regens Rovitus cons.18.num.5. tom1. in illis verbis, *quæ omnia si rectè procedunt in quibuslibet supremis Tribunalibus, multò fortiùs procedunt in Sacro Consilio hujus Regni, cujus decreta pro lege observari debere*, statuit Dux Alcalanorum hujus Regni Prorex in *Pragmatica 38.* & voluit dicere *Pragmat.47. in fine*, sive *in §.fin.* incip. *Et si decreta, de offic. Sacr. Consil.*

Idem *Reg.Rovit.in alio consil.38.num.6. tom.1.* ex dispositione ejusdem *Regiæ Pragmaticæ* id dicit.

Et ante eos id probavit *Afflict. in decis.190. in fine.*

In præsenti verò casu, in quo sententia per utrumque Supremum Tribunal fuit prolata, cur non idem erit dicendum? Ut illa vim legis obtineat in casibus similibus.

Ex qua conclusione juris indubitatissima plenè, ut supra probata, scilicet privilegium, de quo agitur cum fuerit concessum ob servitia, & benemerita transiisse in contractum; Et proinde non posse revocari, & non egere insinuatione, interinatione, vel exquutoriatione, oritur alia
100 juris indubitata conclusio, scilicet, quod dum
privilegium transit in contractum, non debent attendi solemnitates à statuto requisitæ in loco ubi res, de quibus (privilegium conceditur) sitæ sunt, sed debere attendi solemnitates à jure requisitas in loco ubi privilegium fuit expeditum, quando in contractum transitum fecit, prout prædictam conclusionem tanquam veram, communem, notoriam, & indubitatam, & secundum eam semper decisum, probant innumeri *DD.* quos referunt, & sequuntur infrascripti, videlicet.

Carolus Molineus, quem refert, & sequitur *Christineus decis.Belgico 284.num.15.1.tom.*

Et Antesignanus hujus sententiæ fuit Jurisconsul-

tus

Digitized by Google

tus *Cajus in l.si fundus 6.ff.de evict.* ex quo *textu DD.* omnes id notant.

Cevallus commun.contra commun.qu.733.n.12.& 13. in specie loquens in solemnitatibus.

Carpanus ad Statuta Mediolan. cap. 238.num.36. cum seq.par.1.

Marescottus var.lib.2.cap.139.num.5.& 6. qui refert ita decisum.

Præses de Franch.decis.552.num.24. ita decisum referens.

Quem refert, & sequitur *Thesaur. junior qq. forens.lib.2.qu.8.num.11.& 12.* & signantèr *in fine d.num.12.*

Cephal. qui id optimè probat *in consil.26. cum seq.& num.36.& 37.lib.2.*

Cacher.decis.114.in fine num.5.

Surd.decis.227.num.6.in fine, vers. & per hæc tollitur oppositio, & num.8.& 9.

Gratian.discept.forens.cap.555.num.5.& 6.

Andr.Gaillus observ.123.lib.2.

Dominicus Picus ad statuta Urbis in cap.151.de contractibus sine certa solemnitate non valituris, Glos.2.num.35.cum seq. ubi num.36. probat, etiam si judicium circa dictas solemnitates fiat in alio loco, & non in loco contractus.

101

Et sic semper fuisse decisum per *Rotam Romanam* apparet ex *decis.* ejusdem *Rotæ*, scilicet 3.*nu.*3.
102 & 4. quas ponit idem *Picus in d.tract.ad Statuta Urbis, post dictum cap.* 151. & signantèr *in d.decis.*3. fuit decisum valere contractum donationis factæ à muliere Romana in Urbe Neapolitana, non servatis solemnitatibus in Urbe Romana requisitis, quamvis contrahens fuerit Romana disposuerit de bonis sitis in dicta Urbe Romana, nam ibi fuit decisum, non esse servanda Statuta Urbis, ubi res sunt sitæ, sed ubi contractus fuit celebratus, & signantèr non egere insinuatione, quamvis in statutis locis, ubi res sitæ sunt id fuerit dispositum.

Si igitur solemnitates requisitæ in loco ubi fuit expeditum privilegium, dum vim contractus obtinet, attendendæ sunt, privilegium fuit expeditum in Provinciis Hispaniarum, ubi si attendamus jus commune Romanorum, vel feudorum, vel leges Regias in dictis Provinciis factas, non reperitur lex, quæ ordinat contractum celebratum in Provinciis Hispaniarum esse exequutoriandum in Regno Neapolitano, & proindè dum privilegium, de quo agitur, vim contractus obtinet, penitùs non subjacet dispositioni dictæ *Regiæ Pragmaticæ*.

Tertiò, principaliter probatur, privilegium majoratus, de quo agitur, non subjacere dispositioni dictæ *Regiæ Pragmaticæ* ratione personæ, cui conceditur prædictum privilegium majoratus.

Primò, quia erat exterus prædictus D. Ferdinandus.

Secundò, erat Miles.

Tertiò, quia Consiliarius à latere.

Quoad primum dicitur, quod dum prædictus D. Ferdinandus erat Eques Hispanus, & sic Regni
103 Neapolitani exterus, & per consequens prædictæ *Pragmaticæ* ignarus, non debet esse illius dispositioni subjectus, prout probat Regiæ Cameræ Præses *Marcellus de Mauro in allegat. 29.num.1.* dicens prædictam *Regiam Pragmaticam* esse contra regulas Juris communis feudorum, quod jus commune feudorum tenebatur scire ipse D.Ferdinandus Hispanus, *l. leges sacratissimæ 9. C.de legibus*, non autem *Pragmaticam* novam, quæ corrigit legem feudorum, & Regni, nam de jure communi feudorum leges sunt apertè disponentes quemlibet contractum feudalem cum assensu Domini esse validum absque alia solemnitate prædictæ exequutoriationis, *cap.1.de probibit. feud.alien.* per *Lothar.cap.1.de prohib.fed.alienat.per Fridericum*, & probat *Regens de Ponte lect. 17. de success. feud.num.16.* de jure Regni erat *textus* apertus *in Constit. Regni Constit. Divæ memoriæ*; & proindè dicit dictus *Præsid. de Mauro* prædictam *Pragmaticam* novam juris communis, & Regni correctoriam Regni exterum non teneri scire, tantò magis, quia prædicta *Pragmatica* non fuit impressa in libro *Pragmaticarum* usq; ad annum 1561. prout ex *Pragmaticis* in dicto anno typis traditis clarè patet, & proindè probabiliter ignoravit ejus dispositionem, præsertim quia ignorantia in dubio semper præsumitur, prout post *Cephal.consil.6.& 7.num.12. lib. 5.Menoch.cons.15.num.7.lib.1.* probat *Christineus in decis.Belgica 337.*

Et quando aliquis est absens à loco, ubi aliquid fit,
104 præsumi in eo ignorantiam, probatur in *l.Titius testamento 25.§.Lucius Titius,ff.de liber.& posthum.*

Et plenè probat *Ludov.Gilhaus.in arbore judiciaria civili, cap.6.par.1.de probat.§.286. nu.1. mihi fol.349.*

Insuper dicitur, ignorantem non dici contemnere authoritatem Principis, vel legis præceptum,
105 & absentia cõnumeratur inter justas causas excusandi aliquem à rei ignorantia, adeo quod probata absentia, probatam censeri ignorantiam excusabilem, *Regens Capyc.Galeota lib.1. controvers.controvers.32.num.44.in fine, & 45.*

Nam in extero, sive forensi præsumitur ignorantia juris municipalis alicujus loci, & proindè si
106 est læsus, in integrum restitutio ei competit, prout probat *Sforz.Odd.de restit. in integr.par. 1.qu.9.art.12.*

Neque aliquid facit, quod dicta *Pragmatica* fuerit per Imperatorem Carolum Quintum ordinata in Provincii Hispaniarum in Villa Vallisoleti, nam ibi non fuit publicata, sed in Regno Neapolitano post literas exequutoriales expeditas
107 per tunc hujus Regni Proregem; nam lex, sive statutum in civilibus ad hoc, ut obliget subditos, necesse est, quod publicetur, & si publicatur

Digitized by Google

tur in Regno Neapolitano non comprehendit Hispanos, sive personas alterius Provinciæ, vel Regni, ità post innumeros DD. docet *P. Franc. Suarez de legib. lib. 3. de lege humana, & civili, cap. 6. quæ promulgatio sit necessaria ad perfectiam constitutionem, l. Civilis, num. 8. mihi fol. 158.*

Et quod prædicta *Pragmatica*, ut obliget, debeat publicari, plenissimè probat *Novar. in collect. super Pragm. proposit. 5. fol. 5.* & quod non liget homines alterius Regni, quamvis publicetur, probat *Andr. in Constit. Regni Homines extra Regnum.*

Imò ex dispositione dictæ *Pragmaticæ* colligitur non vindicare sibi locum, neque comprehende-
108 re exterum, prout expressis verbis in dicta *Pragmatica*, habetur ibi, *quod omnes, & singuli, qui à manibus nostris de cætero obtinebunt aliqua privilegia de negotiis, & rebus ad dictum Regnum, & singulas personas ejusdem quomodocumque spectantibus*, & sic duo cupulativè requiruntur ad hoc, ut *Pragmatica* locum habeat, scilicet, quod tractetur de negotiis ad Regnum Neapolitanum, & de personas ejusdem pertinentibus, nam dictio, &, regulariter copulat, & conjungit, prout probat *Augustin. Barbos. de usufrequentib. dict.* 110. *num. 4. mihi fol. 234.*

Quoad secundum dicitur, quod omnia supradicta tantò magis confirmantur, nam prædictus
109 D. Ferdinandus, non solùm erat exterus Regni Neapolitani, verum etiam Miles, non ordinarius, sed Armorum Capitaneus, qui semper bellando pro suo Rege transibat Provincias, & locum permanentem non habebat, & proinde penitùs non comprehenditur sub dispositione dictæ *Pragmaticæ*, prout in specie militibus parci, si scripturas non edant, probant

Sfortia Oddus de restitut. in integr. par. 1. qu. 10. artic. 7. num. 49.

Christineus decis. Belgica 67. nu. 7. tom. 2. qui probat in milite, potius ignorantiam, quam dolum præsumi.

Idem ante eum probat *Berous conf. 57. num. 40.* (licet corrupte eum alleget) *in conf. 56.*

Et in fideicommisso succurri militi adversus tempus, intra quod aliquod facere deberet, dum militari expeditioni pro Principe incumbebat, vel Reipublicæ causa, post *Sfort. Odd. & Joan. Maurit. Dolan. in tract. de restit. in integr.* probat idem *Christin. in decis. Belgica 138. tom. 2. tit. 52. de uxorib. milit. & eorum, qui Reipubl. causa absunt.*

Quæ omnia tantò magis confirmantur in casu nostro, in quo prædictus D. Ferdinandus, non solùm erat armorum Capitaneus, ac singularis miles; sed etiam suis propriis sumptibus militabat, prout Invictissimus Imperator in privilegio, de
110 quo agitur attestatus fuit, & propterea magis favendum est militibus, qui propriis sumptibus militant, prout post *Sfort. Odd. & alios DD.* probat *Tullius Crispoldus in tract. casuum militar. casu 45. num. 4. mihi fol. 249.* his verbis videlicet, *Suadebat enim ratio naturalis, quod majori prærogativa digni essent militantes propriis sumptibus sine incommodo, & penuria Principis, eo quod pariformitèr sanguinem suũ funderent, & magis gloriosè, & gratiosè agerent, cum ipsa Principe, quam stipendium affectantes, & nu. 3.* dicit: *Nimirum, quia isti milites voluntarii dicuntur inducere obligationem suo Principi, quàm nec legalem, nec moralem ad antidora inducunt milites stipendiati, quantumvis faciant, quod officio bonæ militiæ convenit. Roland. conf. 92. num. 52. lib. 2. Gabedus decis. 36.* & ex aliis, & præsertim id comprobat authoritate S. Thomæ.

Quoad tertium dicitur, nam stante, quod prædictus D. Ferdinandus erat Consiliarius à late-
111 re, ut habetur in privilegio *num. 5.* & proinde dicta *Pragmatica* eum non comprehendit, ut probat *Regens Albertinus* in scriptis pro se actis in causa ejus præcedentiæ, cum aliis Dominis Regentibus insertis in opere *Marini Freccia in tract. de subfeud. lib. 2. tit. quis dicatur Dux, mihi fol. 137. & à terg. num. 68. vers. nec etiam refragatur, quod dicant Regentes*, & secundum prædicta fuit decisum, ut *in fine* prædictarum *allegationum* ponitur decisio, *mihi fol. 139.*

Præsid. Marcell. de Maur. alleg. 29. num. 4. ubi etiam facit mentionem dictæ *decisionis*.

Ob quam *decisionem* idem probant dicti Domini mei Dom. Marclanus, Dom. de Aquino, & Dom. Cacacius in dictis scriptis factis pro Marchione Acayæ insertis *in compendio decisionum Thori part. 2. in verbo possessor feudi, mihi fol. 470. col. 1. post undecim versus.*

Quartò, principaliter probatur, privilegium Majoratus, de quo agitur, non esse comprehensum
112 sub dispositione dictæ *Pragmaticæ unicæ*, ex quo illud trahebat secum exequutionem, scilicet denegando assensum alienationi, & cuivis dispositioni, ut habetur in privilegio *nu. 19.*

Si igitur denegavit assensum, & promisit illum non concedere, & si illum concesserit pro non concesso haberi voluit; ita ut quælibet dispositio sit nulla, & invalida, & propterea dum hoc dependebat ex ipsius Principis mera, & absoluta voluntate, nolle assensum concedere, & quod feuda sint inalienabilia, oritur Juris conclusio, quod licet privilegium, interinatione, sive insinuatione opus haberet, tamen hoc non procedit in illis privilegiis, quæ trahunt secum exequutionem paratam, prout probat *Card. Tusch. to. 4. in verb. insinuatio, conclus. 195. nu 43. mihi fol. 545. & ibidem num. 48.*

De natura enim feudi est, quod feudum non possit alienari absque assensu Domini, prout probat *Reg. de Ponte lect. 17. num. 11. 12. & 15. in fine.*

ita

113 ita ut si aliquis habeat feudum cum facultate alienandi, illud diceretur feudum non habens propriam naturam feudi, prout post *Andr. in cap.1.de feud.non habente propriam naturam feudi*, probat *Reg.de Ponte dict.lect.17.num.3.* & non posse vassallum feudum alienare, hypothecare, sive disponere absque assensu Domini, de Jure feudorum sunt jura clara, quæ supra citavimus in *cap.1. de prohib.feud.alienat. per Lothar.& in cap.1.de prohib feud.alien.per Frideric.* & in Regno adest *Constitutio Constitutionem Divæ memoriæ*.

Dum igitur Imperator declaravit nolle assentire, & assensus fortè præstandus, pro non præstito haberi voluit, quia hoc in ejus mera voluntate consistebat, & sic non egebat alia præsentatione Domino Proregi, dum feuda prædicta inalienabilia effecta fuerunt.

Quintò, principaliter probatur, prædictum privilegium non esse subjectum sub dispositione di-
114 ctæ *Pragmaticæ unicæ*, nam in casu nostro agitur de interesse ipsius Principis concedentis, etenim feuda, super quibus est erectus Majoratus per eundem Invictissimum Imperatorem fuerunt concessa eidem D.Ferdinando in remunerationem servitiorum in bellis præstitorum, & sic habet interesse Imperator, ut feuda per
115 ipsum concessa perpetuò conserventur penès concessionarium, ejusque successores, quia Principum beneficia decet esse perpetua, & habet etiam interesse, ut donatarius perpetuò non alienet, quià Princeps vult sua dona sciri, videri, & cognosci, prout probat *Salic.in l.omnia, C. de paganis, & sacrificiis*.

Quod etiam probat *Afflict.in dec.2.post 26.* versus his verbis videlicet. *Ex parte altera replicabatur, ex quo agebatur de interesse Domini Regis Ferdinandi Secundi, qui perfecit dictam donationem, & sua interest, quod ejus donatio sit mansura ratione interesse Regis, & sic Prothonotarius potuit facere dictam mandatum.*

Et sic dato interesse Regis concedentis, quòd dicta feuda per ipsum concessa, & donata ob benemerita non alienentur, & perpetuò permaneant penès concessionarium, & ejus successores, succedit Juris conclusio, quod non includuntur causæ Principis, qui ordinem fecit, quia generali in dispositione non continentur persona
116 loquentis, *l. inquisitio, C.de solut.cap.quisquis, de præbend. Gozad consil.76.n.14.* & plenè probat *Surd.decis.13.n.10.verbo respondebam autem.*

Nam scriptura, quæ Principem tangit nova lex est, & ab omni alia lege libera, & immunis; *l. dona-*
117 *tiones quas Divus 26.C.de donat.inter vir. & uxor.* & dum prædicta solemnitas exequutoria-
118 tionis est inventa de jure positivo, Princeps non est illi juri subditus.

Cravett.consil.5.num.2.versic.de rectitudine.

Lamberteng.in tract.de contract.in fin.nu. 94. cum seq. & signanter *num.98.& 99.mihi fol.451.* ubi *num.98.* plenissimè probat, & communem opi-
119 nionem esse asserit, Principem non ligari statutis à se factis, maximè quando solemnitatem contractus concernit statutum, prout *n.99.*

Idem probat *Alderan. Mascard. commun. conclus. conclus.7.ad generalem Statutorum interpretationem, num.49.mihi fol.204.*

Sextò principalitèr probatur, nàm in dicto privilegio fuit concessa facultas disponendi tàm in ultima voluntate, quàm in actu inter vivos, ut habetur in privilegio *n.20.*& sic infertur, quod censetur præstitus assensus etiam dispositioni faciendæ in testamento in scriptis condendo, cum debeat referri ad potestatem à Jure communi concessam, & proinde ad partes disputando concludit *Camerar.in repet.l.Imperialem fol.62. à ter.2.col.lit. Q.cum seq.* assensum dispositioni,
120 sive testamento faciendo habere locum in testamento valido, & propterea si feudatarius fecerit primum testamentum, quod postea revocaverit, & fecerit secundum probat intelligi præstitum assensum secundo testamento valido.

Quod etiam probatur, nam beneficium Principis maximè ob benemerita concessum, latissimè est
121 interpretandum, ex *reg.text.in l.3.incip.beneficium ff.de const.Princip.*

Per quem *text.*latissimè probat *Georg. Gabedo in decis.Regni Lusitaniæ 95.part.3.* quod donatio,
122 & concessio Principis liberalis, præsertim facta personæ benemeritæ, latissimè sit interpretanda.

Præsupposito ergo, quod prædicta Constitutio Majoratus, sive fideicommissi, etiam super feudalibus, vigore dicti privilegii assensus poterat fieri etiam per testamentum clausum, sive in scriptis, fortè quia Testator noluisset sciri ejus voluntatem, ex hoc clarè sequitur, quod non censetur sibi imposita necessitas, etiam antequam testamentum conderet, & ante ejus mortem præsentandi privilegium prædictum, in quo continebatur prædicta erectio Majoratus, & dispositio super eo ordinata, & ex tali necessitate exequutoriationis hujusmodi dispositio publicaretur, & ideo arguendo à tali absurdo evitando, necessariò infertur, omninò licuisse personis vocatis in prædicto Majoratu per mortem prædicti Testatoris exequutoriari facere prædictum privilegium, prout post illius obitum ante lapsum temporis unius anni in prædicta *Pragmatica* requisiti à die ejus obitus computandi, fuit cum effectu ad instantiam ipsarum personarum in majoratu vocatarum exequutoriatum.

Septimò principalitèr probatur, privilegium de quo agitur non esse subjectum dispositioni dictæ *Pragmaticæ*, ex quo prædictum privilegium assensus fuit æquè principaliter expeditum in beneficium personarum succedere debentium

in

in majoratu prædicto, per illa verba in privilegio expressa *num.34.* videlicet: *Et quod præsens noster assensus, & ratificationis, auctoritatis, decretique gratia, vobis, & successoribus vestris secundum ordinem, & formam, de quibus supra, & infra in perpetuum sit stabilis, & pro lege servetur*; ex quibus verbis infertur, quod prædictæ personæ in dicto Majoratu vocatæ, possunt uti prædicto privilegio eis etiam concesso, & ideo ut possent eo uti, esset necesse prædictum privilegium exequutoriari, licitum erit eisdem personis illud adimplere, quod adimplimentum exequutoriationis non possent ad effectum ducere, nisi perfecto actu institutionis Majoratus, qui cum per viam testamenti fuerit erectus, & ordinatus; pernecessè fuit, quod prius per mortem ipsius Testatoris confirmare-
123 tur, ex illa regula, quòd testamentum non valet, nisi mors intercedat Testatoris, juxtà dictum *Divi Pauli ad Hæbreos cap.9. & cap.cum Marthæ de celebratione Missarum.*

Et non est novum, quod non solùm adimplementum solemnitatis in assensu requisitæ post mor-
124 tem Testatoris ad effectum perducatur; prout probant *Molin.de Hispan.primogen.lib.2.cap.7. num.66.* quem refert, & sequitur *Castill.controvers.juris lib.5.cap.67.num.65.vers.ex his equi-*
125 *dem*; verum etiam, quod possit assensus expediri post sequutam mortem Majoratum erigentis, licet antea non fuerit expeditus, prout communem probat *Reg.Rovit. cons.83. num.3. vers.primum igitur lib.2.*

Quod multò minorem difficultatem haberet, quando à personis in Majoratu vocatis prætendi posset jus eis etiam in vita Majoratum constituentis, quæsitum censeri, prout post *Soccin.* declarat *Molin.d.lib.2.de Hispan.primogen.cap. 7. num.66.* Et in casu nostro jus omninò prætendi potest fuisse quæsitum personis in Majoratu vocatis ex verbis in eodem privilegio appositis *nu.33.* quod in casu quo D.Ferdinandus nulla facta dispositione, sive testamento moreretur, Majoratus remaneat ex nunc, sive ex die ejusdem privilegii validus; Cum ergo per dictas personas vocatas fuerit infra annum à die mortis testatoris procurata, & cum effectu sequuta exequutoriatio privilegii prædicti, omne dubium cessare debet.

Et ut omne penitùs dubium in præsenti causa cessaret Invictissimus Imperator in dicto privilegio *num.24.* apposuit clausulam *ex nunc pro tunc, & è contra assensum præstat, confirmat, ratificat, & authoritatem præstat*, & alia verba
126 similia, quæ clausula importat, quod unum tempus inest alteri, videlicet præsens in futuro, & è contra, ut probant.

Guid.Papa cons.111.

Parisius cons.91.num.66.vol.2.

Negusant. in tract.de pignoribus 2.par.2. memb.n. 6. cum aliis adductis latissimè per *Tiraquell.in tract.de retract.conventionali, §.2.glos.1. nu.85.* quos refert, & sequitur.

Mascard.de probat.conclus.1229.num.33.vol.3.mihi fol.193.à terg.

Gratian.discept.forens.cap.239.num.18.tom.2.

Et *Tiraquell. supra citatus in d.tract.de retract. convent.§.2.glos.1.n.86.* dicit dictam clausulam *ex nunc pro tunc, & è contra* eam vim habere, ut actus ita factus censeatur habere effectum ab ipso principio, non expectato tempore conditionis, ita quod ad ipsum principium retrotrahatur, & quod licet alias conditio potestativa non trahatur retro, id tamen fallit, cum apponitur ea clausula *ex tunc, prout ex nunc*, nam sola dictio *ex nunc* denotat tempus continuum, facitque ut stipulatio sub conditione facta existente ea conditione, retrotrahatur ad tempus stipulationis, idque legum dispositionibus, & DD.authoritatibus probat.

Augustinus Barbos. de claus. usufrequentib. claus. 61.optimè *num.6.& 7.mihi fol.70.* ubi expressè probat etiam in gratia, quod existente dicta clausula retrotrahatur ad tempus datæ ipsius gratiæ.

Camillus Borrellus in summa dec.tit.20. de beneficiis, illorum collatione, &c.n.382.

Marta de claus.p.1.in dicta clausula ex nunc pro tunc, quæ est 54.n.7.circa medium, vers.quando verò, n.8.

Quod multò magis procedit re integra, quando interim jus tertio non est quæsitum, prout in
127 casu nostro, nam exequutoriatio fuit facta die 16. Aprelis 1540. quo tempore nulla debita contraxerant prædicti D. Ferdinandi successores, sed dicti successores cæperunt contrahere debita post 40. annos à die exequutoriationis, & proinde omni jure poterat fieri exequutoriatio prædicta, prout de stylo S.C. & sic semper decisum fuisse re integra dari purgationem moræ, testatur *D.Reg.Capyc.Latro dec.30.n.15.*

Et etiam id plenè probaverunt iidem doctissimi Viri Regii Consiliarii Domini Marcianus, Aquino, & Præsid. Cacacius in scriptis per eos factis pro Marchione Acaye insertis *à Thoro in ejus compend.decis.dicta par.2.fol.470. 2. col. post 40. versus*, & proinde cum in nostro privilegio prædicta clausula adsit, & Imperator *ex nùnc pro tùnc*, & è converso tale privilegium confirmabat, sequitur, quod non obstante, quod tunc non fuerit infra annum exequutoriatum, sed post annum, firmissimum remaneat, quia vigore prædictæ clausulæ à principio effectum suum sortitum est, & actus posteà factus censetur à principio factus, prout probant præcitati DD. præsertim *Tiraq.& Barbosa ubi supra.*

Potest etiam dici ex prædicta clausula, quod prædictus assensus censetur factus in tempore, quo fuit majoratus constitutus in testamento per constituentem condito, sivè in die ejus mortis, quo die accepit robur, & efficacia ex illa regula,

quod

quod testamentum non valet, nisi mors intecedat testatoris, ut supra diximus, nam aliàs ad nibilum deserviret prædicta clausula, quod non est dicendum, prout etiam supra probatum fuit.

Octavò principaliter probatur, privilegium, de quo agitur, validum esse, ex quo nullitas ex non
128 exequutoriatione infra annum non est inducta ipso jure, & proindè datue moræ purgatio, ex quo dixerunt DD. quod stante statuto, quod donatio intra certum tempus insinuari debeat, alias nullius roboris, & momenti sit, quod si post tempus præfixum insinuetur, utique valet prout docet *Bart.in l.universa 3. C. de precib. Imper. offeren.in vers.nota ergò, quod illud verbum non valeat*, ubi facit distinctionem, an illa solemnitas requiratur tempore contractus, sivè alterius actus cum clausula, aliàs actus non valeat, & tunc censetur ille actus nullus ipso jure; aut verò illa solemnitas requiritur post actum perfectum, & tunc, licet adsit clausula, aliàs non valeat, non importat nullitatem ipso jure, sed in casu nostro illa solemnitas præsentandi coram Domino Prorege, & ab eo literas exequutoriales impetrare, non requiritur tempore quo fuit expeditum privilegium, sed multò post, scilicet infra annum, igitur, licet adsit in dicta *Pragm.* clausula, aliàs non valeat, non censetur illud annullasse ipso jure.

Idem *Bart.in l.si ita quis promiserit 135.§. ea lege, num.6.ff.de verb.oblig.* dicit hæc verba v3. *Sed illud movi propter unum statutum, quod est in Civitate ista, v3.quod omnis donatio debet insinuari intra mensem, aliàs non valeat, non fuit insinuata intra mensem, sed ab initio fuit res tradita, an impediatur translatio Dominii, & tunc dic quandoque statutum, vel lex præcipit aliquid fieri tempore ipsius contractus, & tunc si non observatur contractus est nullus ipso jure, ut l. non dubium, C. de legib.quandoque lex disponit super contractu jam facto, & tunc ipso jure non annullatur, sed debet per sententiam revocari, ut arg.l.universa, C.de precib. Imper. offeren. cum sua glosa, ideò ex illo contractu est translatum dominium, prædicta vera, nisi statutum diceret expressè contractus sit nullus ipso jure, tunc enim annullaretur ipso jure contractus.*

Et *Bald.in d.l.universa, C.de precib.Imper.offeren. n.2.* dicit hæc verba v3. *Sed contra oppositionem glosæ opponitur, nam ubi lege cavetur, quod aliquid non valeat, intelligitur ipso jure, ff. de leg. & constit.l.non dubium, solve, quandoque lex jubet, quod aliena solemnitas adhibeatur tempore contractus, & tunc si aliter fiet, non valet ipso jure, ut in auth.hoc jus porrect.C. de Sac.Sanct. Eccles.& ff.de transact.l.cum hi, & C. de testam. l.hac consultissima, ff.de auth.tutor. l. obligari, §. fin.quandoque lex jubet aliquam solemnitatem adhiberi post contractum perfectum, vel alium actum, & tunc si non adhibetur contractus non est nullus, sed non habet effectum, & ità loquitur hic secundùm Bart.& hoc infert ad quæstionem, dicit statutum, quod de contractu celebrato debeat solvi gabella, aliàs non valeat, certè si non solvatur gabella valet contractus, sed obstat exceptio, nisi statutum ultra procedat, dicendo, quod ipso jure non valeat. Item facit ad aliud, dicit statutum, quod donatio facta, si non insinuetur intra sex menses non valeat, certè licet non insinuetur, valet ipso jure, sed obstat exceptio per eandem theoricam, quia solemnitas, quæ requiritur post factum, non vitiat ipso jure, si non intervenit, sed ope exceptionis. Ego ultra procedo; pone, quod dicit statutum, quod ante porrectam actionem debeat solvi gabella, aliàs processus non valeat, certè in isto casu dico, quod ipso jure non valet, quia ista forma, seù solemnitas requiritur ante factum, vel in fieri, & ideò si omittitur est ipso jure nullum, quod agitur per theoricam antedictam. Conclude, quod quandoque forma requiritur ad esse rei, quandoque ad confirmationem rei in esse productæ, quandoque ad effectum, seù utilitatem consequendam, primo casu si omittitur forma, non valet ipso jure: Ratio quia talis forma dicitur forma substantialis, facit de verb.obl. l.qui Romæ, §. Flavius, secundo, & tertio casu, valet ipso jure, quia talis forma dicitur forma accidentalis, cujus defectus ipso jure non vitiat, nam ut dicit Aristoteles, & Averroes forma substantialis advenit rei existenti in potentia, forma accidentalis advenit rei existenti in actu, modo non est dubium, quod post quam res est in actu, difficilius rescinditur, quam à principio impediretur, & tene ista menti.* Hæc *Bald.* Quem refert, & sequitur, & nonnullis DD. auctoritatibus comprobat *Tiraquell.in l.si unquam, in verb.revertatur, n.69.C.de revocand. donat.* ubi probat in solemnitate, quæ post actum intervenire potest, quod tunc illius omissio, non vitiat ipso jure, etiamsi apponantur ea verba, aliàs non valeat, & plenè probat *Cephal.cons.171.num.9. in fine, vers. quibus tamen non obstant, & num. sequent.lib.2.*

Si igitur ex prædictis fundatum remanet, nullitatem privilegii prætensam non esse ipso Jure, cum illa solemnitas præsentandi, & exequutoriandi, non requiratur in ipso actu expeditionis privilegii, sed longè post, verum infra annum, sequitur, quod potest purgari mora, & post tempus præfixum adimpleri, nam tunc purgatio
129 moræ non datur, quando nullitas inducitur ipso Jure, prout innumeri DD. Immò omnes unanimitèr concludunt, quos refert, & sequitur *Tiraquell.in repet.l.si unquam, in verb. revertatur n.310.C.de revoc.donat.mihi fol.286.*

Tantò magis, nàm dato, & non concesso, quod nullitas ipso Jure induceretur, adhuc sententia Judicis declaratoria requireretur, prout probant DD. quos refert, & sequitur *Anton. Pichard.tom.2.in disput.de mora, n.40.*

Neque aliquid facit clausula decreti irritantis in eadem Pragmatica apposita in illis verbis. *Quod privilegia, provisiones, &c. ex quibus intra dictum tempus exequutoriales literæ non fuerint*
130 *extractæ elapso dicto tempore, nullius efficaciæ, valoris, & momenti existant, & pro talibus, & ut talia ex nunc pro tunc declaramus, &c.*

Nam respondetur, quod non per hoc prædicta clausula impediret exequutoriationem; clarum enim est, quod quotiescunque lex inducit aliquam nullitatem, intelligitur parte volente uti
131 illa nullitate, quamvis nullitas ipso Jure inducatur, prout plenisimè ex nonnullis DD. auctoritatibus, probat *Tiraq. in l. si unquam, in verbo revertatur, n.10. C. de revocand. donat.* & idem plenisimè probat in feudis *n. 11.* & signanter *n. 18.* dicit idem procedere, etiam si ipso Jure ex dispositione legis, vel statuti contractus annullaretur. Idem *Tiraq. ad leges connubiales glos. 8. num. 95.* probat, quod clausula decreti irritantis, tunc demum nullitatem operatur, si is, ad cujus commodum posita est velit, non aliàs, quod etiam probat *doctissimus Dominus meus Regens Merlinus controvers. forens. tom. 1. cap. 21. nu. 22. & 23.* ubi in dicto *num. 22.* dicit, prædictam clausulam decreti irritantis non constituere contractum nullum ipso Jure, & *d. n. 23.* probat decretum irritans, tunc demum nullitatem operari, si is ad cujus commodum positum est velit, aliàs non.

At in casu nostro nullitas ista, vel est inducta in favorem Reg. Fisci, vel impetrantis, vel aliorum, qui interesse habere possent ante expeditionem literarum exequutorialium, prout ex procemio
132 colligitur mens statuentis, & causæ finalis ipsius dispositionis, sive statuti, prout post *Bart. Alexand. Socc. & alios*, plenè probat *Cacheran. decis. Pedemont. 56. num. 5.* & plenisimè *Tiraquell. in tract. cessante causa cessat effectus, limit. 1. n. 64. & 65.* qua causa finali cessante, cessat effectus, & dispositio, prout idem *Tiraquell. d. limit. 1. num. 1.*

Proinde inserere visum fuit verba procemii dictæ *Pragmaticæ* tenoris sequentis videlicet. *Quia ad nostrum pervenit auditum, quod aliqui ex illis, qui privilegii investituras, confirmationes, & alias provisiones, & literas à Nobis obtinuerunt, & obtinent, non curant ea nostro Viceregi, & Locumtenenti generali, neque aliis Officialibus nostris dicti Regni præsentare, neque exequutoriales ab eisdem obtinere, immò eas penès se retinent secretas, ex quo sequuntur multa inconvenientia, & damna Curiæ, & subditis nostris dicti Regni. Volentes propterea super prædictis debitè, & opportunè providere, tenore præsentis nostræ Pragmaticæ sanctionis &c.*

Ex quibus verbis apparet loqui de illis personis, qui obtinent privilegia, & non curant ea præsentare, & sic præsupponit culpam, seu moram in eo, qui poterat præsentare, & non præsentavit, qua mora, sive culpa cessante, cessat dispositio, quæ igitur culpa, sive mora, poterit in ca-
133 su de quo agitur, considerari in tam maximo milite, qui causa Reipublicæ absens erat ab hoc Regno, ut militiæ operam daret in tot bellis, prout Invictissimus Imperator fidem facit, & cum ad hoc Regnum potuit pervenire statim privilegium, de quo agitur, Excellentissimo Domino tunc in hoc Regno Proregi præsentavit, prout idem Dominus Prorex in litteris exequutorialibus expeditis attestatus fuit, & per ipsius impetrantis privilegium, illudque præsentantis repentinum obitum subsequutum non valuit prædictas literas exequutoriales obtinere, sed post ejus obitum per Marchionem Vallis illius primi acquisitoris successorem statim quo de eis fuit habita notitia, fuerunt prædictæ literæ exequutoriales obtentæ, quę igitur culpa, aut mora in præsenti causa in prædicto strenuo, & maximo milite considerari poterit? & quis circumspectissimus Judex poterit judicare, quod privilegium, quod cum tot, tantisque sudoribus tam strenuè militans in tot, & tantis bellis ob ejus militaria servitia, & benemerita obtinuerit, illud amittat; ob illius exequutoriationem infra annum non obtentam.

Insuper dicitur, quod causa finalis dictæ legis, prout ex procemio colligitur, fuit, propter damna Cu-
134 rię, & subditis dicti Regni, quibus cessantibus, cessat dispositio, quod etiam in pręsenti casu consideratum, & probatum fuit in dictis scriptis factis pro Marchione Achayæ *fol. 469. prima columna in fine, & secunda columna*. Quæ igitur damna Curię Regis fuerunt ex hoc illata, si Regius Fiscus non conqueritur, de ejus interesse non agitur, nam si de ejus interesse ageretur non in Sacro Consilio, sed in Regia Camera causa pertractaretur, audito Advocato Regii Patrimonii; In pręsenti enim causa Regius Fiscus nullam fecit instantiam, & sic in Sacro Consilio causa agitur. Impetrans privilegium non conqueritur, qui illud Domino Proregi præsentavit, ut literę exequutoriales expedirentur, immò decedens in testamento Majoratum erexit. Primus descendens ex dicto Marchione nunquam fuit conquestus, immò actum positivum contrarium fecit, scilicet quia institit coram Domino Prorege pro expeditione literarum exequutorialium, illasque expediri fecit. Alii subditi Serenissimi nostri Regis ante expeditionem literarum exequutorialium interesse non habebant, quia nullus creditor tunc temporis contraxerat, nam debita, de quibus agitur fuerunt contracta post quadragiuta annos à die expeditionis prædictarum literarum exequutorialium. Alii agnati, sive descendentes non solum non habebant interesse tempore expeditionis literarum exequutorialium, ex quo non erant procreati, neque concepti; imò interesse si considerari poterat erat, ut erectio Majoratus fuisset vali-

validè facta, nam si feuda remanebant in eorum primæva natura hæreditaria, poterant ad libitum feudatarii vendi, dunari, distrahi, hypothecari, & alienari cum assensu Regio in præjudicium ipsorum descendentium; si verò erectio Majoratus fuisset ritè, & rectè facta, esset prohibitũ feuda quovis modo hypothecari, sive alienari etiam cum Regio Assensu, dum igitur cessat interesse tàm Regii Fisci, qui permisit, quod exequutoriaretur privilegium, & registraretur, & nunquam conquestus est, neque conqueritur, neque conqueri potest, cum nullum penitus habeat interesse, nec alii interesse habebant tempore expeditionis prædictarum literarum exequutorialium, oriuntur plures Juris conclusiones indubitatæ, quarum

Prima est, quòd cessante causa finali dispositionis prædictæ Pragmaticæ, quæ ex proœmio colligitur, cessat dispositio, prout supra probavimus.

Secunda erit conclusio, quod dum illi, qui interesse habere poterant, scilicet Regius Fiscus, impetrans privilegium, & ejus primus successor non conquesti fuerunt, tunc etiam quod si clausula *decreti irritantis*, quæ in eorum beneficium est inducta, nolunt uti, remanet actus validus, prout supra similiter fundavimus.

Tertia erit conclusio, quod dum tempore exequutoriationis nemo habebat interesse, & sic re integra potuit exequutoriari, prout supra probatum fuit.

Nonò, & Ultimò principalitèr probatur, validitas
hujus privilegii, ex eo quia lapsu temporis non
obstante, reperitur exequutoriatum à Domino
hujus Regni Prorege, & sic firmum, & validum
remanet; nam casus hic noster à *Pragmatica*
135 non fuit consideratus, scilicet si post annum
exequutorietur, sit nullum privilegium; unde
cum expressè non prohibeatur exequi post annum, censetur permissa hęc facultas exequutoriandi post annum, *l.magistratus 25. versic. verum, ff.ad municip. & de incolis l.mutus 43.ff.de procurat.l.nec non 28.§.sive, versic. quod eis inquit, ff.ex quib.caus.major.*

Unde quando lex, vel statutum præfigit terminum
ad aliquod faciendum certo tempore, si non an-
136 nullat actum factum post tempus præfixum,
valebit, quia in similibus purgatur mora à lege
inducta, *Cardin.Tusc.litera M.conclus. 377.nu. 82.tom.5.*

Insuper dicitur, quod multa fieri prohibentur, quæ
facta tenent, & non rescinduntur, prout probat
137 idem *Card. Thusc.lit.F. conclus.12.tom.3. mihi fol.536.Ursell.conclus.legal.tom.1.conclus. 47. in verb.octus, num.34.& Tusch.ubi supra n. 16.*
probat, quod registratio fieri debeat statim, &
non ex intervallo; facta tamen ex intervallo, &
admissa per Judicem valet.

Item dicitur penitùs non esse amplius ambigendum de validitate dicti privilegii ex plenissimè consideratis ab illis doctissimis Viris in eorum scriptis factis pro Marchione Achayę relatis per *Thorum in compend.decis.part.2.in verbo possessor feudi, fol.464.2.col.* & signantèr *fol.466.col.2. post 30.versus*, nam dicunt, quod potuit Prorex
138 concedere, & dispensare, ut etiam elapso an-
no privilegium exequutorietur, quod fundant
ex pluribus.

Primò, ex communi stylo Cancellariæ, & Consuetudine hoc concedendi passim, & hoc solent
Proreges concedere, de qua observantia testan-
tur quamplurimæ concessiones, quarum 64.
productæ fuerunt in præsenti causa, & de ea
punctualiter testatur *Mastrill. de magistrat. tom. 2.lib.9.cap.6.num.224.* ubi hæc verba dicit. *Hæc tamen exequutoria fieri debent infra annum, ad notata per Masull.ad Capyc.decis. 136. Menoch. de arbitr.casu 205.licet consueverit ex causa sibi benè visa per Proregem dispensari*. Fundant in-
139 super, quod creditur Doctori de consuetudi-
ne attestanti, ex doctrina *Bart.* & quod proinde
ex stylo inducta est lex, quando Proregibus hoc
videtur concedere, immò ex tali consuetudine
licentiam concedendi tot annis, tot viribus pa-
140 làm, & publicè explicata à Proregibus, oritur
juris præsumptio eos à Rege talem potestatem
esse consequutos ex dictis de Legato à latere
Summi Pontificis, ex doctrina *Bald.& Ang.* qui
dicunt Papæ legatum, qui se ingerit circa Papæ
reservata ob dignitatis Eminentiam, potestatem
hoc faciendi habere præsumitur, & hoc maximè
quando illa reservata sunt ad commodum subdi-
torum, sicut est potestas dispensandi cum inha-
bilibus, prout ita optimè explicat *Barbat. in tract.de Cardinali Legato à latere q.1.membr.2. sub n.7.* Prorex autem cum sit Legatus à latere
141 Summi Pontificis æquiparatur, & omnia, quæ
ipse Rex potest, potest & Prorex, prout per do-
ctrinam *Frecc.de subfeud. lib. 2. tit. quis dicatur Dux, n.33.cum seq.* probat *Reg.de Pont.de potest. Proreg.tit.de assens.Reg.§.5.n.4.cum seq.Muta super Capit.Siciliæ tom.3.cap.8.nu.11.*post *Fab. de Anna cons.14.n.19.lib. 1. Mastrill. de magistrat.d.to.2.lib.5.cap.6.n.32.*

Secundò fundant iidem prædicti Domini Marcia-
nus, de Aquino, & Cacacius in dictis eorum
scriptis, *fol.467.col.1.* quod hæc dispensandi fa-
142 cultas fundatur ex amplissima Proregis, ac
Regii Collateralis Consilii potestate, omnia
enim, quæ potest Rex, sunt eis vigorę commissionis cum amplissimis clausulis concessa; unde omnia ei dicuntur concessa, ut plenè aliis adductis testatur *Carol.de Groff.in tit. de except. except.1. à n.43.Mastrill.d.c.6.à princ.per tot.Muta d.cap.8.tom.3.nu.10.cum seq.* & ex aliis, quos ipsi allegant, & videntur omnia in ipsum translata, tàm solita, quàm insolita, dum Rex non prohibuit, quæ fortè concedere noluisset, cum non debeant subditi quærere Regem extra Regnum, ex doctrina *Andr.in cap.Imperialem, n. 13.vers.satis videtur*, & signantèr potest dispen-

143 sare super legibus, & Pragmaticis Regni, nisi
in specie fuerit ei à Rege prohibitum, ut in spe-
cie ex *Bald.in auth.sed nova jure, C.de servo.fu-
git.* concludunt *Carol.de Graff.d.except.1.num.
48.& Muta* in specie *in Capit.Reg.Jacob.num.
51.tom.1.* quia talis dispensandi facultas adver-
sus Pontificis Constitutiones, Legato Summi
Pontificis conceditur, ut per DD. per dictos
Dominos meos allegatos probatur. Cum igi-
144 tur non reperiatur Domino Proregi interdi-
cta specialitèr ea dispensandi facultas vigore
generalis commissionis ei censetur concessa, ut
ita punctualiter probat *Muta d.tom.3. cap.22.
Regis Martini num.67.vers.benè verum, quod
in hoc de dispensatione*, ubi in specie dicit, quod
requiratur supracarta ipsius Regis, tamen si
Vicerex dispensavit, valida est dispensatio; &
proinde quando Rex voluit in aliquo restringe-
re auctoritatem Proregis expresè prohibuit, ut
in *Pragm.4.de feudis*, vulgalitèr dicta *delli no-
ve Capi*, in quo Rex in dictis novem casibus
restrinxit auctoritatem Proregis, videtur præ-
ter excepta omnia alia ab initio concessisse, ex
doctrina *Andr.* per eos adducta, & sic cum di-
ctus casus dispensandi *Regiis Pragmaticis* non
sit de exceptuatis, remanet sub generalitate re-
gulæ affirmativæ, quod dispensare possit.

Insuper considerant iidem Domini mei, quod Rex
Philippus Secundus in *Pragm.11.cap.9.de Offi-
cial.& quæ iis prohibentur*, refert per *Pragma-
145 ticam* Imperatoris Caroli V. fuisse expresè
prohibitum Officialibus recipere gemmas, num-
mos, ac cœtera regalia, & per Proreges fuisse
aliquibus ex dictis Officialibus concessas licen-
tias, seu dispensationes recipiendi, contra for-
mam dictæ *Regiæ Pragmaticæ*. Propterea Rex
mandat Proregibus, ne concedant similes licen-
tias, nec dictæ *Pragmaticæ* dispensent, & si de
facto dispensaverint, licet non ad instantiam
Partis, sed motu proprio, quod dictæ dispensa-
tiones sint nullæ, ac si non essent factæ.

Ex qua *Pragmatica* colligunt plura.

Primò, quia non obstante, quod ex *Pragmatica*
Imperatoris erat expresè prohibitum Officiali-
bus ne reciperent munera, Proreges dabant li-
146 centiam, & sic dispensabant dictæ *Pragmati-
cæ*, & licentia, sivè dispensatio prædicta tene-
bat, & excusabat recipientes à pœna contenta
in prædicta *Pragmatica*, ergo Proreges pote-
rant, & possunt dispensare Pragmaticis editis à
Rege.

Secundò, quod sciens Rex Proreges posse dispen-
sare *Pragmaticis* noluit ipsis generaliter dispen-
sationes prohibere, sed tantum specialiter illis
147 prohibuit ne possint dispēsare dictę *Pragmat.
de muneribus*, ut ibi in *Pragm. ni sobreesto pueda
dispensar*. Ergo vel censetur permissum, quod
cœteris *Pragmaticis* possint dispensare, vel si
non censetur permissum perdictam secundam
Pragmaticam, non est vigore illius prohibitum,
cum sit prohibitum tantum in illo casu, & suc-
cessivè remanet valida primæva observantia,
quam habebant Proreges dispensandi *Pragma-
ticis*.

Tertiò, quod quando Rex voluit prohibere, quod
Proreges possint dispensare *Pragmaticis*, ex-
148 presè dixit, ergo in dicta *Pragmatica unica*
de privilegiis, dum in ea non est expresè pro-
hibita dispensatio, censetur permissa, cum si vo-
luisset prohibere, expresè prohibuisset, ubi
enim voluit prohibere dixit, ubi noluit non di-
xit, *l.unica, §.sin autem, C.de caduc. tollen.* vel
generaliter prohibuisset dispensationes quoad
Pragmaticas à Rege editas, dum in aliquibus
expresè dispositio fuit prohibita.

Quartò, quod Rex non solùm prohibuit Proregi-
bus dispensare, sed addidit, quod si fuerit dispen-
149 satum, dispensatio sit nulla, ex quibus colligi-
tur, quod non sufficiebat prohibere Proregibus
dispensationem, quia in dicto casu, etiam non
obstāte prohibitione, si dispensatio de facto pro-
cessisset, teneret, cum non sint decipiendi sub-
diti ex dispensatione Proregis, juxtà *text.in l.1.
C.de iis, qui veniam ætatis impetraverunt*, &
propterea addidit, quod sit nulla, quia si non
addidisset, quod sit nulla, non fuisset dispensatio
nulla, etiam quod fuisset prohibita Proregi di-
cta facultas dispensandi, ad quod faciunt notata
per *Ludovicum Peguera in decis. Senatus Ca-
thaloniæ 39. num.10.*

Ubi dicit, quod guidatica sunt servanda etiam si
sint facta à personis, qui non habebant potesta-
150 tem, & secundum prædicta refert fuisse deci-
sum, quem refert, & sequitur *Dom.Reg.Merli-
nus controvers.forens.cap.53.n.11.* Et ante eum
de Franch. decis.257. quæ errore impressionis
corruptè allegatur per *Thorum in d. compend.
decis.decis.288.Reg.Tapia decis.S.C.21. num.3.
in fin.cum seq.Pascalis de virib.patr.potest.par.
4.cap.3.num.37. Novar.in collect.super Prag-
maticis in rubr.de abolitionib. num.17.*

Ulterius considerant iidem Domini mei, quod non
debet remanere deceptus impetrans literas
151 exequutoriales privilegii, namque si Domi-
nus Prorex, Regium Collaterale Consilium
declarassent tunc temporis non habere potesta-
tem illas concedendi, vel noluissent illas conce-
dere, adiisset suam Catholicam Majestatem pro
obtinendis *Regiis literis*, quæ vulgò dicuntur
supra carte, ut tunc temporis re existente inte-
gra, dum nullum jus tertio quæsitum fuerat, ex
quo debita fuerunt contracta post 40. annos à
die expeditionis literarum exequutorialium, &
obtinuisset Regias ordinationes, ut privilegium
exequutoriaretur, sed quia non declaraverunt
non habere potestatem, imò tanquam potesta-
tem habentes literas exequutoriales expediri
fecerunt, si prædicta dispensatio, sive literarum
exequutorialium expeditio non subsisteret, re-
manerent impetrantes delusi, & circumventi à
Do-

Domino Prorege, & à Regio Collaterali Con-
silio, & ideò ad hæc evitanda prædicta litera-
rum exequutorialium expeditio debet declara-
ri valida, prout in simili probat *Præsid. de Fran-
ch. in decis. 623. num. 26.* circa dispensationem
Vellejani, quod possit unus ex Regentibus eam
facere, non obstante clausula annullativa in
Pragmatica, ac clausula abdicante potestatem
Regentibus in contrarium judicandi, & decla-
randi.

Insuper animadvertendum esse censeo, quod po-
sito, & non concesso, quod prædicta exequu-
152 toriatio requireretur pro forma, adhuc dispen-
satio re integra potuit fieri, prout expressè de-
claratur, & disponitur in *Pragmatica 23. de
feudis edita die 12. Julii* 1585. & dum re inte-
gra in casu nostro fuit facta exequutoriatio, o-
mninò valida judicanda est.

Neque prædictis obstat si diceretur, quod in casu
nostro non legitur dispensatio facta lapsu tem-
153 poris non obstante, eo modo, & forma, prout
disponitur in dicta *Pragmatica 23. de feudis*,
item, quod circumscripta dispositione dictæ *Re-
giæ Pragmaticæ*, adhuc de jure feudorum præ-
dicta dispensatio non præsumitur, nisi appareat
de dispensatione.

Item, & tandem dicitur Dominum Proregem, ac
154 Regium Collaterale Consilium non habere
potestatem dispensandi.

Nam prædictis respondetur, & quoad primam op-
positionem Partis dicitur, quod prædicta forma
155 fuit tradita per dictam *Reg. Pragm* in dispen-
sationibus post ipsius dispensationem faciendis,
& dicta *Regia Pragmatica fuit edita die 12. Ju-
lii* 1585. & exequutoriatio privilegii, de qua
agitur, fuit facta die 16. Aprilis 1540. & sic per
45. annos ante prædictam *Pragmaticam*, & sic
non comprehendit præterita, lex enim ad futu-
ra porrigitur, ut disponitur in *l. cum lex 22. ff. de
legibus*, & idem probat *Anton. Faber tom. 1 ra-
tional. in d. l. cum lex.*

Neque secundò obstat id, quod dicitur, quod di-
spensatio non præsumitur, nam quando Domi-
156 nus Vicerex expediri fecit literas exequuto-
riales post annum, vel habuit pro vero dispen-
sationem non requiri, prout ex pluribus su-
pra probavimus, privilegium, de quo agitur
non esse comprehensum in dispositione dictæ
Pragmaticæ unicæ, & prædicta exequutoriatio
optimo jure fieri potuit.

Vel habuit pro vero tempus anni non cucurrisse
D. Ferdinando de Alarcon, dum privilegium in-
157 fra annum præsentaverat eidem Dom. Prore-
gi, quod præsumitur dum literas exequutoria-
les expediri fecit, & Regentes, qui eas subscri-
pserunt fuerunt iidem Regentes, qui subscri-
pserunt in anno 1518. in prædicta *Pragmatica
unica de privilegiis*, & sic omninò illius habe-
bant scientiam, quod sic declaravit idem Invi-
ctissimus Imperator Carolus V. scilicet, quod
dum Dominus Vicerex literas exequutoriales
concessit post annum in beneficium Marchio-
nis Piscariæ præsumi id fecisse, quia privilegium
infra annum fuerat præsentatum, & proinde
prædictarum exequutorialium expeditio omni-
nò valida censenda erit.

Si verò Dominus Vicerex, qui prædictas literas
exequutoriales expediri fecit, qui fuit Excellen-
tentissimus quond. Dominus D. Petrus de Tole-
do habuit pro vero prædictum privilegium, de
quo agitur esse comprehensum sub dispositione
dictæ *Pragmaticæ unicæ*, & proindè necesse
erat illi dispensare, & tunc dicitur omninò di-
spensationem præcessisse præsumi, nàm semper
158 debet fieri illa interpretatio, ut omnia præsu-
mantur præcessisse, ut actus valeat, & substine-
ri possit, ità ut pro validitate actus verba sint
impropianda, prout probat *Ursell. conclus. le-
gal. tom. 1. conclus. 47. in verb. actus, num. 2. 3. 19.
& 21.* & secundum prædicta refert decisum.

Et ante eum *Card. Tusc. lit. A. conclus. 135. tom. 1.
num. 1. & 2.*

Et in specie in Principe actum aliquem faciente,
in quo dispensatio requirebatur, præsumi di-
159 spensasse, probat *D. Franciscus de Amaya super
tribus libris Codicis lib. 10. tit. 32. si servus, aut
libertus, num. 39. & 40.*

Nec tertiò obstat id, quod Pars asserit, Dominum
hujus Regni Proregem, ac Regium Collatera-
160 le Consilium non habere potestatem dispen-
sandi, ex doctrina *Reg. de Ponte cons. 3. & 5. 1.
vol.* & ex adductis per *Reg. Capyc. Galeotam
controv. forens. controv. 51 tom. 1.*

Siquidem respondetur, & dicitur primò, contra-
161 rium supra fuisse benè probatum.

Secundò, dicitur non esse habendam rationem de
adductis per *Reg. Capyc. Galeot. in controv. 47.
162 48. 49. 50. & 51. 2. tom.* in causa creditorum
Marchionis Trivici, ex quo contra per eum
scripta per totum Sacrum Consilium junctis
Dominis Consiliariis omnium Aularum sub die
4. Februarii 1614. fuit decisum valere majora-
tum in beneficium Marchionis Trivici, quamvis
privilegium non fuisset exequutoriatum, nec
registratum, nec est habenda ratio de scriptis,
& adductis per eundem *Reg. Capyc. Galeot. in
controvers. 14. 15. 16. 17. & 18.* pro D. Francisco
Prothonubilissimo contra Marchionem Acayæ
tom. 1. ex quo contra eum plenissimè de jure
probarunt prædicti Domini Consiliarii Marcia-
nus, de Aquino, & Cacacius, & secundum præ-
dicta scripta contra prædictum Regentem Ca-
pycium Galeotam fuit decisum per Sacrum Cõ-
silium junctis Dominis Consiliariis duarum
Aularum die 30. Maii 1624. in Regio Collate-
rali Consilio, prout decisionem describit contra
ejus scripta idem *Dom. Reg. Capyc. Galeot. in d.
controvers. 18. in fine.*

Neque est habenda ratio de adductis, & pondera-
tis per *Reg. de Ponte in d. cons. 5.* qui scripsit pro

Se-

163 Secretario Soto, ex quo contra ejus scripta
fuit decisum per Tribunalia Sacr.Consil.& Reg.
Cam. in prima instantia,& in gradu reclamatio-
nis fuit idem decisum, & sententia cofirmata, &
impositum perpetuum silentium junctis omni-
bus Tribunalibus S. C.Sanctę Clarę,Reg.Cam.
& Regii Collateralis Consilii.

Ex quibus est inductus stylus, & consuetudo ita
164 judicandi in casibus similibus, prout probat
*Præsid.de Franch.decis.*238.*num.*3. *&* 356.*nu.*
4.*circa medium, vers.et postquam hæc opinio.*

Neque tandem obstat si Pars diceret Dominum
Proregem non posse prędictas literas exequu-
165 toriales expedire, ex quo dum privilegium
assensus prędicti est annullatum ex prędicta
exequutoriatione non facta infra annum, cen-
seretur ipsum Proregem assensum concedere,
qui non potest feudorum naturam mutare,& sic
de feudis hęreditariis novam investituram con-
cedere, ut illa dicantur de pacto, & providen-
tia, quia dum ratificatur actus nullus dicitur da-
re illi robur, & producere in esse, & dicitur
actum fieri à ratificante, ex doctrina *Tiraquell.*
*de retractu lignag.glos.*10.§.1.*num.*66.*&* 67.

Ex quo respondetur ultra superiùs considerata,
quod idem invictissimus Imperator Carolus V.
166 sub die 12. Martii 1550. ad supplicationem
hujus Fidelissimę Civitatis confirmavit omnes
assensus pręstitos per Dominum D.Petrum de
Toledo à die 22. Martii 1536. usque in prædi-
ctum diem 12. Martii 1550. non obstante,quod
fuissent pręstiti, contra formam *Reg.Pragmati-*
cæ, & ordinum ejusdem Cæsareæ, & Catholicæ
Majestatis, prout expressè disponitur in *Prag-*
matica 13.*de feudis*; & proinde dum prædictæ
literæ exequutoriales fuerunt expeditæ per
eundem D. Petrum de Toledo sub die 16. A-
prelis 1540. infra dictum tempus in prædicta
Pragmatica 13. contentum omnino firmæ, &
validæ judicandæ erunt.

Ex quibus omnibus omninò judicandum speratur, fuisse validè erectum Majoratum institutum à quondam D.Ferdinando de Alarcon.

Neapol. die 10. Septembris 1641.

Bartholomæus Franchus.

Hæc causa non est adhuc decisa,ex quo fuit injunctum per literas Regales,ut trasmitterentur vota ad Supremum Italiæ Consilium.Accedit aliud responsum editum per *Præs. Minadoys* apud *Reg.de Marinis allegat.*23.*diversor.tom.*3.

SUMMARIUM.

1 *Consanguinei Regiorum Officialium usque ad tertium gradum destinari non possunt pro Commissariis, nec eligi Officiales à Baronibus absque Proregis licentia.*

2 *Baronis consanguinei an possint destinari pro Officialibus in Terra ejusdem Baronis.*

3 *Et quid in Vicario Episcopi consanguineo.*

In §. 12. incip. *Por la Pramatica, &c.*

COncordat *Pragm.*7. *in* §. 5. *de offic.* Judic. *&*
*Pragm.*5.*in* §.*fin.de Munerib. & Pragm.* 5.
de Officialibus, per quas mandatur, ut consan-
1 guinei Regiorum Officialium usque ad tertium
gradum non possint eligi in Officiales à Baro-
nibus,nisi obtenta licentia à D.Prorege sub pœ-
nis in dictis Regiis *Pragm.* contentis, quæ pro-
hibitio fuit extensa ad Præsides, & Auditores
Provinciarum per *Pragm.*7. *in* §.4. *de offic. Ju-*
dic.

Hic adnotandum erit, quod consanguinei Baronis
prohibentur eligi in Officiales in Terra ipsius
2 Baronis, quemadmodum observari testatur
*Danz.de pugn.Doctor. tom.*1. *de qualit.Official.*
*nu.*85.Sed hoc intelligendum esse existente lite
gravaminum inter Baronem, & Vassallos dixit
*Reg.Sanfelic.decis.*63.*num.*35. *& decis.* 316. &
3 quod consanguinei Episcopi, neque possint esse
Vicarii ipsius Episcopi,dixit ex *Capibl.& Danz.*
*Scialoya de foro compet.cap.*33. *nu.*226. Sed hoc
malè servatur.

SUMMARIUM.

1 *Regium Exequatur requiritur in scripturis venientibus ab Urbe, & ab aliis locis, quæ sunt extra Regnum.*

In §.20. incip. *He entendido, &c.* & §.67.incip. *Que quando, &c.*

COncordat cum *Prag.*5. *de citation.* per quam
inolevit praxis non concedendi Regiũ Exe-
quatur super scripturis venientibus ab Urbe, &
1 aliis locis extrà Regnum,nisi pręcedente relatio-
ne Cappellani Majoris,& cum clausula, *dummodo*
non sint beneficia de Jure patronatus Regio, vel
Baronum. Camillus de Curte in divers.jur.feu-
*dal.p.*2.*c.*3.*n.*31. *vers.est tamen verum*, & praxis
hæc non recipiendi ullam scripturã venientem à
locis extra Regnum fit pretiosissima Regalia
D.Regis Nostri, dixit *Dom.Capon.contr.forens.*
23.*num.*83. ubi laudat *Salgad. Pereyram, Ce-*
vallos, & Reg. de Ponte. Videndi sunt etiam
*Anna alleg.*59.*Amat. resol.*72. *à num.*27. *Reg.*
*de Marin.ad Revert.in observat.ad decis.*346.*n.*
8.*tom.*2. ubi allegat *text.cum Abb. & Felyn. in*
*cap.*5.*quando,extra de rescriptis.*

SUMMARIUM.

1 *Provisiones observatoriales non possunt expediri, nisi notificatis provisionibus prius expeditis.*

Et

2 *Et quid si allegatur provisiones fuisse deperditas, vel retentas per Officialem cui dirigebantur.*
3 *Provisionibus non obtemperatis proceditur per Tribunalia superiora ad destinationem Commissarii, vel vocationem Officialis pro inobedientia.*
4 *Pœna contenta in provisionibus quando exigi possit, & an ad excusandum sufficiat causa colorata.*
5 *Auditores Provinciales quando non obtemperant provisionibus Reg. Cam. dictum Tribunal procedit ad sequestrum salarii, seu provisionis.*
6 *Et quid in Gubernatoribus Terrarum demanialium non curantibus obtemperare ordinibus Regiæ Audientiæ.*
7 *Provisiones S. C. & M. C. V. quando non obtemperantur per Regias Audientias, ac Regios Assessores fit consultatio S.E. ad effectum vocandi Judicem non obtemperantem.*

In §.11. incip. *Hase visto, &c.*

Concordat *Pragm.49. de Offic. Magistr. Justit. & decretum generale Reg. Camer.* 456. *apud Reg. de Marinis ad Revert. tom.*2. ubi de-
1 cernitur non posse procedi ad expeditionem provisionum observatorialium, nisi exhibitis provisionibus prius expeditis jam notificatis, & quod si allegatur provisiones fuisse deperditas,
2 renovantur, si allegatur, quod illas penès se retinuit Officialis, cui dirigebantur, mandatur illas restitui, & observari.

Quibus provisionibus observatorialibus non obtemperatis solent Tribunalia superiora, vel de-
3 stinare Commissarium, vel procedere ad vocationem Officialis pro inobedientia, ut post *D. de Franchis decis.*370. *num.*13. practicari testatur *Capibl. in Pragm.3. de Baronib. num.*146. *lib.*1. Verum, quod hæc pœna comminata in provi-
4 sionibus nõ possit exigi, nisi ubi habeat conjunctum Judicis contemptum, habetur ex *Rot. dec.* 84. *num.*21. *in fine*, apud *Farinac. post* 1. *volum. consf.* cum in dubio non præsumatur non obtemperasse in contemptum Superioris *Amat. resol.*72. *nu.*34. & 35. ubi quod ad excusandum sufficit quælibet causa colorata.

Sed quando Auditores Regiarum Audientiarum non curant obtemperare provisionibus Reg.
5 Cam. tunc ex causa prædictæ inobedientiæ solet procedere ad suspensionem salarii, juxtà praxim alias servatam apud *Thor. in C. rer. judicat. allegat. crimin.*49. *num.*2. & apud *Reg. Galeot. resp. fiscal.* 1. *n.*138. *in fine*, ubi id practicatum refert contra Capitaneos justitiæ non observantes licentias deferendi arma, quas Regia Cam. suis subditis concedit. Idem possunt servare Regię
6 Audientiæ Provinciales contra Gubernatores, & Assessores Civitatum, & Terrarum demanialium non curantes obedire provisionibus, & mandatis ejusdem Tribunalis procedendo ad sequestrum salarii, seu provisionis penès Universitatem, quemadmodum alias servatum vidi, & credo praxim fuisse desumptam, ex *glossell. ad Pragm.*11. §.38. *de offic. Judic.*

Tribunalia verò S. C. & M. C. V. in casu inobedientiæ, & aliorum Regiorum Officialium loco-
7 rum Demanialium solent facere consultationem S.E. ad hoc, ut impartiatur licentiam vocandi Caput Aulæ, vel alium Auditorem, seu Officialem inobedientem.

SUMMARIUM.

1 *Visitatio locorum piorum, quæ sunt sub Regia protectione fit per personam deputandam per Dom. Proregem.*
2 *Episcopi an possint visitare, sine Regis licentia loca Regiæ Jurisdictioni supposita.*

In §.23. incip. *La Visitas, &c.*

Mandatur, ut visitentur loca pia, quę sunt immediatè de Jurepatronatus Regalis Jurisdictionis.

Visitatio hæc fit per personam deputandam per Dom. Proregem, ut habetur apud *Reg. de Ponte*
1 *de Jurisdiction. rubr.*13. *num.*1. qui scripsit super visitatione Hospitalis Incurabilium; cum per *Sacr. Concil. Trident. session.* 22. *cap.* 8. prohi-
2 beantur Episcopi sine Regis licentia visitare loca pia à Laicis gubernata immediatè subjecta Regiæ Jurisdictioni, ut ex *P. Dian. & Ricc.* advertunt *Tasson. de antephat. versic.* 2. *observat.*2. *nu.*64. & *Rocc. de Offic. tit. de Offic. Proreg. rubr.*8. *num.*94. & 95.

SUMMARIUM.

1 Pragm. novissimè edita sub die 2. Septembris 1689. *refertur ad confirmationem literarum Regalium.*
2 *Refertur novissima decisio S. R. C. pro observantia* literarum Regalium.
3 Pragm.20. de suspitionib. *est redacta ad dispositionem Juris communis.*
4 *Refertur determinatio Collat. Conf. pro observantia* Pragm. *Anni* 1689.
5 *Judex recusatus num possit intervenire de consensu Partium.*
6 Pragm. Comitis de Lemos edita sub die 3. Novembris 1611. quæ est 15. in §.23. de suspit. *declaratur.*
7 *Suspitionis Judicis sufficiens causa reputatur affectio, & confidentia resultans ex consensu præstito per Partem recusantem, & nu.*8.
9 Pragm. Comitis de Villamediana edita de Anno 1652. quæ est 20. sub tit. de suspit. *declaratur.*

10 Pragm. Comitis de S. Stephano edita de Anno 1689. substulit Pragm. Comitis de Villamediana, *sed firma remansit dispositio* Pragm. Comitis de Lemos.

11 *Lex correctoria in uno capitulo an sit correctoria in aliis capitibus.*

12 *Refertur novissima determinatio Collat. Cons. quæ prodiit sub die 17. Junii 1701.*

13 *Judex, qui fuit Advocatus in causa, non potest in ea intervenire etiam accedente consensu utriusque Partis, & num sententia dicatur nulla non proposita recusatione.*

14 *Consiliarius remotus ordine Principis ne interveniat uti causæ Commissarius, num possit intervenire in decernendo, & votando, ut Consiliarius de Aula.*

15 *Referuntur pugnantes decisiones S.R.C.*

16 *Suspitio est proponenda formiter contra Judicem recusandum super nova causa, quamvis semel in alia causa fuisset recusatus.*

17 *Suspitio Judicis an possit proponi in litibus futuris.*

In §. 24. incip. *Por la Pramàtica, &c.*

HÆc Regia ordinatio, quæ mandat, ut causæ
suspitionum non tractentur in Coll. Cons.
nec per codicillos Dom. Prorcgis, sed per Tri-
1 bunal, ad quod spectat, est inserta cum aliis con-
similibus ordinibus Regalibus de Anno 1646.
per *Reg. Sanfelic. in prax. Judiciar. in increment. ad sect. 40. fol. 270. & 271.*

Concordat quoque satis clarè cum dictis Regali-
bus ordinibus novissima *Pragm. edita per D. Comitem de Sancto Stephano sub die 2. Septembris*
1689. sub illis verbis. *Il non proponersi poi le so-
spettioni in conformità delle leggi municipali di
2 questo Regno hà prodotto infiniti inconvenienti.
Onde tenendo Noi presente il contenuto nelli Regali ordini, e la precisione di essi particolarmente in quelli spediti à 12. di Luglio 1606. à 17. di Luglio 1618. ennunciati nella Prammatica 13. & 14. sotto il titolo de suspit. official. come pure quegli, che per risulta della Real visita furono dati à 24. Decembre 1644. publicati, & eseguiti dall'Ill. Conte di Castrillo Vicerè, & anche gl'altri di 5. Agosto 1646. diretti pure dalla Maestà Sua à tutti i Tribunali, regolandoci Noi con la dispositione di essi, ci hà parso di ordinare, come con la presente facciamo, che non s'ammetta, ne riceva ordine, per il quale si dichiari per sospetto Ministro alcuno, anche se da Noi fosse ordinato per viglietto di scrittorio, essendo questo stato espressamente prohibito nelle dette Reali prohibitioni, anzi dalle medesime annullati tutti quelli, che in tal forma si facessero; E però vogliamo, che le recusationi si debbano proporre nelli Tribunali, a' quali tocca, e negli casi à Noi riservati in virtù di detti Reali ordini debbano spedirsi secondo il tenore in essi prescritto, prohibendo, & abolendo ogni stile fin'hora forsi pratticato di farsi per decreto sciolto del Collaterale, benche in esso si dicesse ex causis. Ordiniamo in oltre à tutti li Ministri, che facendosi altrimente, non si possano, ne debbano astenere dal giudicare, e se ciò seguisse, dichiariamo, che i decreti, ò sentenze da proferirsi senza il loro intervento à favore di quello, che habbia ottenuto la recusatione in tal forma prohibita da sua Maestà restino nulle, & invalide, come se fossero contro espresso caso di legge, e quelle nullità possan proponersi in ogni tempo, non ostante quello delle Prammatiche, ò leggi prefisse per dir di nullità.*

Dum dicit, *che facendosi altrimente non si possano
li Ministri astenere dal giudicare*, observandum
erit, quod ità fuit practicatum annis superiori-
3 bus per S.C. in causa inter Principem Castella-
netæ cum Reg. Miroballo Duce Campimellis, in
qua fuit dictum, *quod interveniat Regius Consiliarius Bravo* non obstante quod decreto Coll. Cons. priùs interposito non servata forma literarum Regalium extitisset ordinatum, *quod non interveniret in causis dicti Ducis.*

Per hanc eandem *Pragm.* fuit expressè sublata, &
redacta ad formam juris communis dispositio
4 *Pragm.* editæ per Comitem de Villamediana,
quæ est 20. *in ordine sub tit. de suspition.* unde
ultra ea, quæ adnotavimus in nostris *observationibus ad dictam Pragm. observat. 389. num. 1. 2. & 3.* hæc alia observanda veniunt.

Pragm. Comitis de Villamediana statuit, ut Judex
semel recusatus non possit amplius intervenire
in cœteris causis recusantis etiam accedente
unius, vel alterius Partis consensu; unde atten-
5 ta hac novissima *Pragm.* Comitis de San-
cto Stephano resultare videtur suspitionem Ju-
dicis à recusante esse proponendam formiter
cum deposito juxta ea, quæ diximus in *Annotat. ad hanc eandem Pragm.* & practicatum extitit per Coll. Cons. de anno 1690. in suspitione proposita per Comitem Policastri in personam Regii Consiliarii D. Francisci Gascon in causa cum Principissa Bitecti, in qua quamvis recusatio proponeretur per Comitem, ex quo Regens D. Nicolaus Gascon Consiliarii frater esset ipsi suspectus ex capite inimicitiæ capitalis, nihilominus fuit dictum, *quod proposita formiter providebitur.*

Secundum observandum se offert, num hodiè Judex recusatus possit ex consensu Partium intervenire, quemadmodum servabatur ante promulgationem dictæ *Pragm. 20. de suspition. Official. editæ anno 1652.*

Antè promulgationem *Pragm. Comitis de Ognatte*
aderat *Pragm. Comitis de Lemos sub die 3. No-
6 vembris 1611. quæ in cap. 13.* statuit, quod quan-
do Judex recusatur ad instantiam Partis respe-
ctu certæ causæ, tunc in eadem causa etiam ac-

ceden-

cedente consensu recusantis Judex non potest
amplius intervenire, nisi altera Pars etiam con-
sentiat, in cæteris verò causis, quarum respectu
non fuerat suspectus declaratus potest interve-
nire cum consensu tantùm recusantis, licèt alte-
ra Pars non consentiat.
Ratio est manifesta, quia si permitteretur, ut is,
qui recusat Judicem, possit demum expressè,
7 vel tacitè in eundem Judicem consentire, resul-
taret affectatio, seù confidentia nimis affectata
in eundem Judicem, quę de per se sola esset suf-
ficientissima causa ad Judicem removendum,
*Reg.Rovit.cons.*10.*n.* 11. maximè quando suspi-
tio fuerit declarata per decretum, idem *Reg.Ro-
vit.cons.*19.*n.* *lib.*1.
Ad hanc *Pragm.*se retulit *Pragm.* de anno 1652.
ibi. *Ancorche per il capitolo 13. della Regia
8 Prammatica edita per l'Ill.Conte de Lemos sia
stato sopra di ciò in qualche parte provisto*, sta-
tuendo de novo, quod quoties Judex fuit se-
mel quocumque modo per decretum suspectus
declaratus, non possit intervenire in omnibus
causis tam præsentibus, quàm futuris ipsius re-
cusantis, etiam accedente consensu unius, vel
utriusque Partis, non obstante quacumque di-
spensatione, *Pragmatica*, aut ordine in contra-
rium.
Duæ rationes fuerunt per hanc *Pragm.*considera-
tæ, & assignatæ in ejus procemio.
Prima fuit præjudicium, quod afferre poterat liti-
gantibus renunciatio suspitionis, ex qua renun-
ciatione remanere videbatur Judex recusatus
certo modo obligatus recusanti, dum ex ejus
arbitrio dependebat ejus interventus.
Secunda ratio fuit, ut tolleretur facultas, quam
habebant Partes proponendi recusationes, scien-
tes quod ad earum libitum poterant consensum
9 præstare pro Judicis interventu; ex quo resulta-
bat affectatio, seù confidentia nimis affectata,
quæ de per se sola est sufficientissima ad Judi-
cem removendum, ut dixi supra cum *Reg. Ro-
vit.cons.*10.*n.*10.
Cum igitur per *Prag.Comitis* de Sancto Stephano
an.1689.sit sublata *Pragm.*Comitis de Ognatte
an.1652.redacta ejus provisione ad formã juris
10 communis, prout servabatur ante illius disposi-
tionem, ibi, *volemo, che il contenuto in essa ri-
manga nella dispositione della legge commune, e
sincome stava prima della sua promulgatione*,
non videtur sublata *Pragm.* Comitis de Lemos
promulgata in anno 1611. quæ nititur jure
communi, ut patet ex traditis *per Larath. cons.*
28.*à n.*4.*ad* 8.Sed tãtum imposita videtur neces-
sitas recusandi formiter Judicem semel recusa-
tum, qui per illam *Pragm.* non poterat interve-
nire in omnibus causis tam præsentibus, quam
futuris litigantium.
Neque videtur sublata *Pragm.* Comitis de Villa-
mediana respectu consensus, dum *Pragm.* sub-
sequens correctoria expressè de hoc non loqui-
tur, & lex correctoria in uno capite non cense-
11 tur correctoria in aliis capitibus, ut ex doctri-
na *Iserniæ* perpendit *Campan.resol.*5. *n.* 3. *vers.*
per *Pragm.* & statutum potest esse receptum
quoad unum caput, & quoad alia abolitum, vel
non receptum *Navarr.cons.*1. & 2. *de consuet.
lib.*1.unde cum hoc disputari contigisset in Coll.
Cons.in recusatione proposita per Donatum de
Anastasio in personam dignissimi Reg. D. Nico-
lai Gascon Marchionis Acerni in causa vertente
cum Ill.Principe Trioli decrevit Coll.Cons. sub
die 17.Junii 1701. *quod non interveniat*, non
12 obstante quod in causis dicti Donati procede-
bat dictus D.Reg. virtute consensus, & renun-
ciationis suspitionis; Verùm in discussione su-
spitionis fuerunt addita alia capita, quæ de no-
vo supervenerunt, ut ex actis penes Lom-
bardum à mandatis Scribam.
Ampliatur, ut hoc sine controversia procedat in
Judice, qui fuit Advocatus in causa, in qua ju-
13 dicare debet, qui neque ex consensu utriusque
Partis poterit intervenire, quemadmodum ex-
pressè dispositum fuit per *Pragm.*15.*in* §.18. *de
suspit.*& decisum refert *Fontanell.decis.*8. *n.* 16.
& 17.*Reg. Mattheù de regimin. Regn. Valent.
cap.*12.§.1.*n.*17.& 18. ubi quod sententia lata
cum interventu Judicis, qui fuit Advocatus, di-
citur nulla etiam Partibus recusationem non
proponentibus, & sic judicatum refert.
De jure communi, & ante dictam *Prag.*20. *de su-
spit.*Judices remoti absque legitima causa, vel
inconfidentes declarati non poterant interve-
nire in aliis causis ex exacerbatione supposita
14 ob præcedentẽ recusationẽ, *Reg.Sanfelic. decis.*
79. quod fuit extensum etiam in casu, quo per
literas S.M.fuisset mandatum, ut aliquis Consi-
liarius non interveniat uti causæ Commissarius
alicujus causæ, quia neque poterit intervenire
in decernendo, & votando uti Judex, quemad-
modum fuit decisum junctis duabus Aulis in su-
spitione proposita in personam qu:Cons.Aloysii
Gamboa per Ducissam de Naxera, & Macheda
cum illis de Zattara, in qua sub die 9.Julii 1653.
15 decrevit S.C.*quod non interveniat Reg. Consi-
liarius Gamboa etiam in votando*, cum nulla pos-
sit considerari ratio discriminis inter suspitio-
nem, seù remotionem à commissione causæ, &
à votando, quam decisionem affert *Cons. Prat.
discept.forens.cap.*9.*tom.* 4. quamvis contrarium
postmodum fuerit judicatum per S.C. sub die
23. Augusti 1663. in suspitione proposita per
Ducem Casolæ contra Consiliarium Jannetta-
sio prius remotum à commissione causæ prævio
decreto Collateralis Consilii, ut habetur apud
Casar. in specul. peregr. qq. quæst. 48. *à num.*1.
ad 9.
His sic stantibus, & attenta dispositione juris com-
munis, ad quam novissima *Pragm.*se refert, sem-
16 per quod casus acciderit iterum recusandi Ju-
dicem semel recusatum, vel Judicis consangui-

Digitized by Google

neum, suspitio erit proponenda formiter cum
deposito, cum sit sublata illa juris suspitio, quæ
semel contra Judicem proposita, & per decre-
tum admissa extendebatur in aliis causis recu-
santis tam præsentibus, quam futuris, & post-
modum nimis licentiosè extiterat ampliata
etiam in suspitione non formiter proposita, & in
illis casibus, in quibus *facto scrupulo* dicitur, quod
Judex non interveniat, vel prævia decreta-
tione, *quod ostendatur*, juxta exempla, quæ ha-
bentur apud *Reg. Ducem Vasti Girardi super
Rit.275.n.98.versic.etiam si prævia.*

In litibus autem futuris non posse proponi recusa-
tionem firmum remanet, prout erat prius, ex
17 traditis per *Maynard. decis. 99. lib. 1. Ricc. &
Marta in locis apud Reg. Ducem Vasti Girardi
super Rit.265.n.28.* qui decisum refert per S.C.
quod suo tempore providebitur in suspitione pro-
posita per Ducem Gravinæ in personam Regii
Consiliarii D.Francisci de lo Campo, nulla lite
coram eo pendente.

S V M M A R I V M.

1 *Officialis exercẽs minus anno tenetur ad sindi-
catum pro rata temporis administrati officii, a-
deòquod querelæ præsentatæ post dictum tem-
pus reiiciuntur, nec querelantes possunt ter-
mini abbreviati imperitiam allegare, & ita
decisum refertur n.2.*

3 *Sindicatores non possunt abbreviare, nec proro-
gare terminum sindicatus, & an excusentur
ob ignorantiam, vel rusticitatem.*

4 *Terminus ad non posita ponendum non concedi-
tur in gradu appellationis à causa sindicatus.*

5 *Terminus sindicatus non currit, sed potest proro-
gari concurrente aliquo impedimento. & an
possit Judex sindicari non secuto sindicatu de
non cognitis in primo.*

In §.26.incip. *Hase entendido*

QUatenus in hoc §. mandatur, quod terminus
sindicatus non abbrevietur, nisi existente
gravi causa, & non minus termino decem
dierum pro anno, ut habetur ex illis verbis;
*Que el termino menor que se concediere ha de
ser de diez dias, haviendo durado un'anno el go-
1 vierno, y respectivamente si huviere sido de me-
nos tiempo*, observandum erit, quod sindicatus
præstari debet pro rata temporis administrati
officii, ex dispositione *Capituli Regni* 132. &
hoc intelligitur, etiam si terminus ad porrigen-
dum fuerit impartitus indefinitè, nempè quod
particulares compareant ad proponendum
querelas in termino juris, quia dictus terminus
intelligitur præfixus pro rata temporis officii
administrati, adeoquod querelę præsentatæ post
dictum terminum reiiciuntur, nec querelantes
possunt allegare imperitiam tarmini abbreviati,
quia allegarent juris ignorantiam, quemadmo-
2 dum judicatum retulimus tam per M. C. quam
per S.C. in causa sindicatus D. Berardini Balle-
steros Gubernatoris Civitatis Iserniæ *in obser-
vat.ad sing.380.& 381.n.17.& 18.nostri Geni-
toris recolendæ memoriæ.*

Insuper per *Pragm.4.sub tit. de Sindicat. Official.*
prohibetur sindicatoribus, ut non possint abbre-
viare, nec prorogare terminum dierum viginti
3 datorum ad porrigendum querelas, & aliorum
viginti ad prosequendum sub pœnis corporali-
bus arbitrariis, à quibus pœnis non possint Sin-
dici, & sindicatores excusari, nisi ex capite ru-
sticitatis, & ignorantiæ, juxta determinata apud
Viv. decis.318. lib. 2. ubi refert fuisse per Reg.
Aud.Barensem ex hoc capite absolutos Sindi-
cos, Electos, & Sindicatores cujusdam Terræ,
qui contra formam hujus *Pragm.* arctaverant
terminum sindicatus, videndus est idem *Viv.
decis.289.n.37.& decis.504.à n.4.ad 8.lib.3.* ubi
loquitur in dolo vero, & non præsumpto.

Illud tamen hic adnotare non erit omittendum,
quod causa sindicatus in gradu appellationis
4 non venit prosequenda ordinariè prævio termi-
no ad non posita ponendum, sed ex eisdem actis;
ut decisum demonstrat *Thor. in compend. decis.
p.3.verb.appellatio* interposita à sententia sindi-
catus *fol.51.* ubi fuit dictum, *quod procedatur ex
eisdem actis suspenso decreto, per quod fuerat
datus terminus ad non posita ponendum.*

Accedit, quod terminus sindicatus concurrente
aliquo impedimento, nedum non currit, sed po-
5 test prorogari juxta jura cumulata per *Cancer.
var.par.3.cap.12.à n.19.ad 32.Giurb.cons.53.n.
9.* & hæc praxis servatur Romæ in S. Consulta,
ut testatur *Massin.ad Guazzin. de confiscat. bo-
nor.q.11.n.11.& 12.& Conciol.resol. crim. resol.
5.n.4* maximè quando impedimentum venit fa-
cto Judicis, *Reg.de Marin.cap.284.n. 10. lib. 1.*
quinimmò Judex, qui non fuit quærelatus in
primo sindicatu, potest quærelari in secundo
de non cognitis in primo, juxtà casum aliàs in
praxi deductum apud *Danza de pug.DD. in tit.
de official.in gener.cap.6.n.7.Scial.de for.compet.
cap.33.n.82.Reg.Petr.in comm. super Rit. 295.
n. tom.4.* sed contrarium fuit habitum pro ve-
ro per Coll. Cons. in causa sindicatus Judicis
M.C.V. D. Francisci Resta, ut dicam alibi.

S V M M A R I V M.

1 Literæ Regales sub die 20. Novembris 1690.
*mandantes, ut Domini Regentes Regiam
Cancellariam non possint retinere delegatio-
nes Universitatum, referuntur.*

2 *Regentes Regiam Cancellariam non possunt se
immiscere in redditione computorum Uni-
versitatum.*

3 *Electiones officialium Universitatum tractan-
tur in Coll.Cons.*

4 *Ba-*

4 *Barones an possint cognoscere de nullitate electionis officialium Universitatis.*

In §. 34. incip. *Por decreto.*

DUm in hoc §. mandatur, ut negotia Universitatum, & respicientia statum illius referantur in Coll.Conf. & per Cancellariam expediantur, observandum erit, quod per novissimas *literas S.M.editas sub die* 20. *Novembris* 1690. mandatur, ut Domini Regentes Collate-
1 ralis Conf. non possint habere ullam delegationem Universitatum, sed quod omnia tractentur per Tribunal Reg. Cam.ut habetur in *literis insertis in* 11.*vol.literar.Regal. existentium penes Secretarium Reg. Cam.fol.*393.

Item per alias *literas Regales* 30. *Augusti* 1643. fuit injunctum, ut Regium Coll. Conf. non se
2 immisceat in demandanda redditione computorum contra Administratores Universitatum, ut habetur *in* 4 *vol.literar.Regal.penes eundem Secretarium Reg.Cam fol.*94.

Verum causæ,quæ tangunt electionem officialium Universitatum tractantur adhuc in Coll. Conf.
3 ubi nedum expediuntur passim provisiones pro confirmandis, vel infirmandis electionibus, sed etiam eædem causæ committuntur in eodem Coll.Conf. alicui ex Dominis Regentibus, quemadmodum novissimis temporibus practicatum, & servatum vidi in causa Universitatis Calitri cum illius utili Domino, & in causa Universitatis Turris Ursaję, ut ex actis penes Portium.

Sed an Barones habeant jus cognoscendi de nullitate electionis, vel inhabilitate electorum ad re-
4 gimen Universitatis,itaut præcipere possint fieri novum parlamentum pro nova electione, videndus est *Capibl.de Baron.cap.*69.*n.*12. & 13. ubi stat contra Barones, quibus tantum dicit esse permissum tanquam primis civibus jus impugnandi electionem, sequitur *Lagunez de fructib. par.* 1. *cap.* 18. *num.* 55. 56. & 57.

S U M M A R I U M.

1 *Dispensatio Regiarum* Pragm.*est facienda in Coll.Conf.cum provisionibus expediendis in forma Regiæ Cancellariæ.*

2 *Regentes omnes, vel illorum major pars requiritur ad condendam legem, & ad dispensandum adversus legem.*

3 *Rescriptum non continens expressam legis dispensationem num sustineatur; & quid quando lex requirit clausulam derogatoriam, & an sufficiat clausula derogatoria in genere.*

In §.44.incip. *Hase verificado.*

SAtis juri consona est provisio hujus *Pragm.* qua cavetur, ut dispensationes Regiarum *Pragm.* emanentur per Coll. Conf. & præviis
1 provisionibus expediendis in forma Regiæ Cancellariæ, & cum subscriptione Proregis, & non per simplex rescriptum expeditum per Regni Secretarium, quia omnes Regentes, vel illorum major pars collegialiter cum Prorege,qui est caput collegii requiruntur ad condendam legem, seu *Pragmaticam*, & necnon ad dispen-
2 sandum adversus legem, *Horat. Montan. controv.*4.*n.*18. imò quod totum Collaterale Consilium non possit inconsulto Prorege dispensare, & limitare *Pragmaticam* dixit *Reg. de Ponte de potest.Proreg.in tit.de divers. provision. tit. de decretis Coll.Conf. super obligatione bonorum dotalium* §.1.*n.*11. penes enim Proregem residet potestas dispensandi super legibus, & Pragmaticis Regni, nisi expresse fuerit à Rege prohibitum *Carol.de Grassis de except.except.* 1. *nu.* 48. *Muta in capit.Reg.Jacob.*1.*n.*51.

Sed si in rescripto non adsit expressa dispensatio ad Reg. *Pragm.*vel aliam legem cum clausula derogatoria non censetur dispensatum, *Regens Sanfelic.decis.*12.*n.*3. sed contradicit *Reg.Merlin.controv.forens.cap.*71. *cent.*1.Verum si *Prag.*
3 requirat clausulam derogatoriam in assensu,vel gratia, tunc Regius assensus simpliciter obtentus nihil operatur *Reg. Tap.de constit. Princip. cap.*9.*à n.*102. *cum seqq. p.* 1. quem laudavimus *in nostris observat.ad sing.*17. *n.* 10. Verùm non requiritur ut fiat derogatio individualis legis prohibentis, sed sufficit clausula derogatoria in genere, *non obstante quacumque lege in contrarium faciente, Alex.Trentacinq.var.resol. in tit. de rescript.& privileg.resol.*6.*à n.*12.*vers. quando in rescripto,* ubi plures cumulat distinctiones.

S U M M A R I U M.

1 *Delegatio causæ facta per Principem contra principales delinquentes non extenditur ad socios ejusdem criminis, nempè delegatio contra monetarios non est extendenda contra detinentes falsos cuneos; Nec extenditur contra furtivarum rerum emptores, & referuntur recentiores decisiones n.*2.

3 *Delegatio num procedat in incidentibus causarum criminalium nempè remissionis, vel repositionis ad Ecclesiam, & affertur distinctio inter remissionem petitam per Episcopum, vel Baronem, & vassallum; Et quid in Regiis Audientiis n.*4.

5 *Terminus ordinarius est impartiendus super petita remissione per Baronem, vel per Episcopum in causis delegatis.*

6 *Delegatio tollit remedium appellationis, sed non provisionum supersessorialium obtinendarum*

rum per Collaterale Conſ. cum decretatione M.C.D.vel Reg.Aud.ſi erit in voto, relationem faciat.

7 *Nullitatis remedium non eſt ſublatum in cau-*
ſis delegatis.

8 *Reclamatio quando conceditur per D. Prore-*
gem à decretis latis per Reg.Aud.in cauſis delegatis remittitur negotium M. C.V. ut loco reclamationis juſtitiam faciat.

9 *Reclamatio non datur à determinationibus*
M.C.D.confirmantibus vel infirmantibus decreta, vel ſententias Regiæ Audientiæ procedentis ad modum belli, vel ex delegatione.

In §.45.incip. *Tporque.*

CONCORDAT *Prag.88.in §.6.de offic. S.R.C.* ubi cavetur quoque, quod delegationes non fiant per ſcriptorium, ſed per Coll. Conſ. & in caſibus valdè urgentibus, & exemplaribus juxta ea, quæ latè deduximus in *eadem Pragm.* unde ſupereſt cætera practicabilia hic adnotare.

Primò accedit, quod delegatio cauſę, quæ tribuitur contra principales delinquentes, non extenditur
1 ad ſocios ejuſdē criminis, quemadmodū fuit ſervatū in cauſa Georgii Taufer inquiſiti de ſabricatione falſæ monetæ cū complicitate Thomæ de Simeone, qui inquirebatur tantum de detētione falſi cunei, in qua fuit proceſſū ordinariè reſpectu dicti Simeonis, & cauſa fuit relata in S.C. de anno 1674. referente D. Judice Galleo in Aula Conſ. Rocco, ut ex actis apud Scribam de Marco, & idem fuit obtentum per Petrum Lumera argentarium in cauſa ſuæ inquiſitionis de emptione argenti furati, in qua prætendente M.C.V. procedere uti Delegata, & Reo contendente eſſe procedendum ordinariè, mandavit Coll.Conſ. eſſe in eodem Tribunali relationem faciendam ad finem videndi, ſi ex delegatione
2 eſſet procedendum, & demum juſſit *eſſe procedendum ordinariè abſque delegatione*, referente in Coll. Conſ. D. Judice Jo. Baptiſta Rocco, ut ex actis penes Capiblancum. Meminit de his deciſionibus, aſſignando rationem decidendi, *D. Hieron.Calà in Commentar. ad Pragm. 11. de empt.& vendit.par.3.cap.2.n.7.poſt tract.de præem. M.C.V.*

Minor eſt difficultas in incidentibus, ſeu interlocutoriis cauſarum criminalium, quibus mandatur,
3 Reum eſſe ad Eccleſiam reponendum, remittendum ad Baronem, vel Judicem Eccleſiaſticum, & in hoc recepta fuit diſtinctio, ut reſpectu inquiſitorum procedatur ex delegatione, reſpectu verò Baronis, vel Epiſcopi petentium remiſſionem, vel repoſitionem, procedendum eſſe ordinariè, ex quo exceptio declinatoria in hoc ultimo caſu non habetur uti acceſſorium, ſeù incidens, cum decretum dicatur diffinitivum, adeoquod in cauſis ordinariis committitur cauſa appellationis in S. C. ubi datur terminus ad non poſita ponendum, juxtà praxim traditam per *Reg.Sanfelic.deciſ.4.num.*18. *&* 19. tamen licet hæc principia vera ſint, prout veriſſima fuerunt exiſtimata per *Reg. Capyc. Latr. deciſ. 187.num.30.44.& 45.tom.2.* & per *Reg. Sanfelic.deciſ.321.tom.2.* in praxi tamèn proceditur in utroque caſu ex delegatione, & reclamatur in Coll. Conſ. ut fuit deciſum in eodem caſu, in quo ſcripſit idem *Reg.Capyc.Latr.in citat.deciſ.* 187. quam reaſſumpſit *Reg.Sanfelic.in addit.ad cit.deciſ.321.verſic.idem obſervatum fuit tom.2.* Cœtera videnda ſunt in *annotat.* ad *Pragm.81. in §.9.verſ.habent tamen de offic.S.R.C.*

Eadem diſtinctio, & obſervantia eſt recepta in Regiis Aud. in cauſis in quibus proceditur cum
4 poteſtate delegata, vel ad modum belli, juxtà exempla, quæ habentur apud *Danz.de Pugna Doctor.tit.de poteſt.ad mod.bell.cap.5.& cap.3.n. 18.& 19.tom.1.*

Hac praxi ſic ſtante advertendum erit, quod terminus impartiendus ſuper remiſſione petita per
5 Baronem, vel repoſitione ad Eccleſiam petita per Epiſcopum debet eſſe ordinarius, non autem extraordinarius, quemadmodum noviſſimis temporibus practicatum, & determinatum per Coll.Conſ. refert *D.Hieronym.Calà de praeminent.M.C.V. cap.21.nu.7.*

Quare cum ſit ſublatum remedium appellationis à decretis excludentibus Reos, vel Barones à
6 remiſſione cauſarum inolevit praxis recurſum habendi ad Dom.Proregem, ejuſque Coll. Conſ. à quo obtinentur decretationes, *quod ſi M.C. vel Reg.Aud.erit in voto condemnandi, torquendi, vel excludendi à remiſſione, relationem faciat, Conſil.de Roſa in prax.crimin. cap.12. num.27. in fine.*

Non tamen erit ſublatum remedium proponendi nullitates ad finem impediendi executionem ta-
7 lium decretorum, juxtà obſervantiam, de qua teſtantur *Reg. Merlin. controv.cap.15.num.23. cent.1.Novar.deciſ.41.Reg.de Marinis cap.83. num.11.tom.1.Conſil.Rocc.de offic.rubr.15. num.* 54. quamvis contrarium, & malè exiſtimavit *Conſil.de Roſa cit.cap.12.nu.32. in fine.*

Remedium reclamationis quando per Principem conceditur à decretis latis per Regias Audien-
8 tias in cauſis delegatis decerni ſolet per Collat. Conſ. in calce ſupplicis libelli, *quod M.C.V. loco reclamationis juſtitiam faciat*, & tunc ſi reclamatio fuit interpoſita à decreto diffinitivo datur novus terminus in gradu reclamationis, & poſt illius compilationem proceditur ad expeditionem cauſæ, juxtà praxim, quam tradidimus
9 *Obſervat.70. num.43.* & ex recentioribus ſolus tradidit *D. Hieronym. Calà de præminent. M.C.V.cap.36.n.5.* ubi quod à decreto M.C.D. in his cauſis remiſſis *loco reclamationis* non admittitur nova reclamatio, vel recurſus in Coll. Conſ. ex quo M. C. proceſſit nomine Principis Delegantis, ad quod firmandum poterat allegare

re

Digitized by Google

re *Reg.Rovit. super Pragm.*1. *de titul.abus. nu.* 8.& 9.& *Consil.Carlev.* quem nos adduximus in *Observat.ad sing.nost.Genitoris* 288.*nu.*8. & 9. ubi reiicimus rationem adductam per *Reg. Sanfelic.decis.*392.*par.*3.

OBSERVATIO LXXIII.

SUMMARIUM.

1 *Tempus triginta dierum ad petendum primum, vel secundum beneficium competens litis consorti æquè privilegiato an currat à die publicationis factæ in causa principali, vel à die secundæ publicationis factæ in causa secundi beneficii.*

2 *Facti series ponderatur.*

3 Pragm.16.de ordin.Judicior. *duo specialia operatur contra jus commune.*

4 *Beneficia quatuor utrisque litigatoribus æquè privilegiatis conceduntur, & unusquisque potest uti beneficio alterius.*

5 *Minor, & aliæ personæ privilegiatæ possunt in termino beneficiorum articulare, & probare eadem, & de directo contraria.*

6 *Beneficium secundum si esset petendum per Reum privilegiatum infra eundem terminum Regiæ* Pragm. *infra quem fuit petitum, & concessum actori, cujus examen non esset adhuc publicatum, amitteret Reus terminum sui beneficii cum illo privilegio examinandi de directo contraria, quod resultat ex publicatione examinis actoris.*

7 Pragm.*juris communis correctoria in duobus, in uno tantum procedit, & habet locum correctio.*

8 *Statutum juris communis correctorium sufficit, ut aliquid operetur contra jus commune, & in reliquis restringendum est ad terminos juris communis.*

9 *Statutum tollens omnes interpretationes non tollit necessarios, & rationabiles.*

10 *Lex, aut Statutum frustrà operari non debet.*

11 *Publicatio, & conclusio in primo probationis termino facta, rescissa, & revocata censetur per concessionem primi, vel secundi beneficii.*

12 *Publicatio nova fit in beneficiis, quia admissio novæ probationis contradicit publicationi primarum probationum.*

13 *Terminus triginta dierum quando currat concessis quatuor beneficiis.*

14 *Terminus triginta dierum ad petendum secundum beneficium currit à die publicationis factæ in primo beneficio.*

15 Pragm.16.de ordin.Judic.*si practicaretur juxtà ejus generalitatem plura absurda orirentur.*

16 *Actor, & Reus non debent ad imparia judicari.*

17 Pragm. *est intelligenda contra propriam significationem ad tollendum absurdum.*

18 *Terminus secundi beneficii nullo modo currere potest, nisi prius completo examine primi beneficii.*

19 Reg.Rovit. *doctrina, & responsiones in* Pragm. 16. de ordin.Judic. *refelluntur.*

20 *Terminus secundi beneficii computabitur à die completi examinis primi beneficii per publicationem, ad hoc, ut succedat effectus, per quem conceduntur beneficia.*

21 *Casus proponitur.*

22 *Beneficia quatuor in causa conceduntur personis æquè privilegiatis, nempè duo ad instantiam Actoris, & duo ad instantiam Rei.*

23 Pragm.16. de ordine Judicior. *expenditur, & num.*33. & 34.

24 *Tempus petendi beneficia est ideò præcisum, quod nullo modo prorogari potest, quemadmodum procedit in restitutione in integrum, quæ de jure communi conceditur minoribus intra quatriennium.*

25 *Tempora inducta à lege ità currunt majoribus, sicut minoribus.*

26 *Restitutionis in integrum tempus computatur de momento ad momentum.*

27 Pragm.16.de ordin.Judicior. *interpretatur, & num.*43.

28 *Terminus dierum triginta ad petendum primum beneficium, an currat pendente reclamatione interposita à decreto publicationis, si in ea Pars reclamans succubuerit.*

29 *Exceptiones dilatoriæ, quæ possunt opponi usque ad litis contestationem non possunt proponi post dictum tempus.*

30 *Querela inofficiosi testamenti, quæ competit filio adversus Patris testamentum inofficiosum non potest proponi quinquennio decurso.*

31 *Laudum si feratur post horam temporis adjecti in compromisso est nullum.*

32 *Terminus à Lege, vel à Statuto præfixus à Judice alterari non potest.*

35 *Terminus primi beneficii est medietas primi termini, & terminus secundi beneficii est medietas termini concessi in primo.*

36 *Beneficia, quæ conceduntur litis consortibus, num concedantur ex causa examinis facti ab alia Parte in secundo beneficio ad hoc, ut possit beneficia petens in dicto termino examinare, & pinguius probare etiam contraria.*

37 *Beneficia non sunt concedenda quoties adest suspitio, quod petantur ad litis protelationem.*

38 *Beneficia concedendi finis à lege consideratus fuit ad nova producendum, & pinguius probandum, quamvis à Doctoribus id fuerit extensum ad probandum etiam de directo contrarium.*

39 *Magnum discrimen consideratur reintegrari ad novum terminum, & concedi novum terminum adversus probationes omissas.*

40 *Sta-*

Digitized by Google

40 *Statutum, vel lex quando nullum casum excipit, non debet Judex excipere, quia ubi lex non distinguit, neque nos distinguere debemus, & num.41.*

42 *Statuti casus, vel legis ubi adest, ibi nulla dubitatio.*

44 Pragm.16. de ordin. Judicior. *finis fuit tollere dilationes.*

45 Pragm.16. de ordin. Judicior. *est statutum favorabile, & non odiosum factum favore publico ad lites dirimendas.*

46 *Statutum probibens bona alienari in forenses non dicitur odiosum, sed favorabile, & quamvis pœnale recipit extensionem.*

47 *Favor, & odium videntur quandam æqualitatem babere inter se, sed in dubio semper favor præfertur.*

48 *Summi Pontifices, Imperatores, & Jurisconsulti multum insudarunt ad lites, quam citiùs dirimendas.*

49 *Odiosum est lites non coarctare, & favorabile illas redimere.*

50 *Lex pœnalis, & odiosa favore Reipublicæ ità extenditur sicut favorabilis.*

51 *Praxis traditur per Authorem ad tollendam controversiam excitatam per* Joann. Dominicum Gaito.

De Ordine Judiciorum Pragmatica XVI.

Perche una delle cause, &c.

STatuitur, ut beneficia restitutionis in integrum,
quæ conceduntur personis privilegiatis ad
pinguius probandum petantur infra sexaginta
dies à die publicationis, & si non adest publicatio
terminus prędictus currat à die conclusionis.
Ad interpretationem hujus *Pragm.* accidit disputanda
nõ minus pulchra, quã forensis disputatio,
1 num concesso Actrici secundo beneficio, factaq;
in eo publicatione cõparuerit Reus ęquè privilegiatus
instando, pro primo, vel secundo beneficio,
concedendum, vel denegandũ sit, si tempus
sexaginta dierum sit jam elapsum à die publicationis
factæ in causa principali, sed non à die
publicationis factæ in causa secundi beneficii, &
sic an tempus hoc computandum veniat à die
lapsus primæ publicationis in causa principali,
vel secundæ publicationis in causa secundi beneficii.
Et cum de hoc, & aliis juris articulis ad
hanc materiam pertinentibus satis doctè, apertius,
& brevius disseruisset *Jo: Dominicus Gaitus*
in quodam suo *Responso* edito in causa Mariæ
Strina, cum illis de Valignano, & non minus
doctè, & eruditè in contrarium certasset alius
famigeratus tunc temporis Advocatus, placuit,
tantorum virorum consultationes, hic imprimi
facere sub sequenti tenore.

Responsum Jo: Dominici Gaito.

IN præsenti causa fuit concessum secundum beneficium
Mariæ Strinæ actrici in ultimo termino
dierum triginta præfixo per Reg. *Pragmat.*
2 *16. de ordin. Judic.* & statim facta publicatione
in dicto secundo beneficio comparuerunt rei
conventi minores æquè privilegiati, & petierunt
primum beneficium eisdem ex propria
illorum persona debitum, aut deinde saltem secundum
beneficium; Prò actrice fuit oppositum
beneficia reis prædictis non competere, stante
lapsu termini per citatam Regiam *Pragmaticam*
præfixi, qua oppositione non obstante demonstrabo
beneficia, aut secundum beneficium reis
conventis æquè privilegiatis omninò in casu
nostro concedi debere, ut ex sequentibus apparebit.

Non enim dubitatur (ut ad institutum revertar)
Regiam *Pragmaticam* prædictam sic generali-
3 tèr terminum petendi, & concedendi beneficia
præfigentem duo in specie operari posse contrà
Jus commune, nempè primum, quando unus
ex litigantibus esset tantum privilegiatus, tunc
teneretur ille petere beneficia intra præfixum
terminum ab eadem Regia *Pragmatica*,
& per consequens contra Jus commune, quo inspecto,
beneficia petebantur, & concedebantur
usque ad sententiam, & causarum introductionem,
ut notum est.

Secundum etiàm cõtrà Jus commune operaretur,
scilicet quando uterque litigator esset privilegiatus
(ut in casu nostro) tunc attencta generalitate
Reg. *Pragm.* uterque in termino præfixo
per eandem *Pragm.* non expectatis publicationibus
super beneficiorum examine faciendis,
beneficia teneretur petere, & consequentèr cõtrà
dispositionem Juris communis volentis, non
4 solùm, ut in causa quatuor beneficia colligatoribus
paritèr privilegiatis cõcedantur, sed etiam
si, puta; Actori concessa fuissent beneficia, esset
in potestate Rei, æquè privilegiati uti beneficio
actori concesso ex persona ipsius actoris,
quo uti Reus poterit, etiam si fuisset major, &
non ergo idem Reus perderet propterea id,
quod ex capite restitutionis in integrum habet
ex sua persona tamquam minor, ut hismet verbis
docuit *Andr. ad Constit. Reg. obscuritatem*,
illud totum deducens ex *l. petendæ*, *C. de temp.
in integr. restit.* sequuntur *Afflict. ibidem, Caia*.
Rit. 71. num. 3. & *Muscatell. in sua prax. par. 6.
gloss. communis*, ac cœteri Regnicolæ, ubique
passim, & insuper eodem Jure communi inspecto
posset minor Reus conventus articulare,
5 & probare idem, & de directo contrarium ejus,
quod articulavit, & probavit actor in beneficio
sibi concesso, ut post *Innoc.* & alios classicos
Afflict. decis. 216. & aliis scientèr prætermissis,
Cara-

Digitized by Google

Caravita d.Rit.71.num.3.& Muscatell.par.6.
gloss.adversæ num.3. quinimò, & majori ex Ju-
ris communis dispositione hoc probandi privi-
legium competeret modo, ut explicant, & pra-
cticari dicunt *Ursill.ad Afflict.decis.89.& Mu-*
scatell.in d.gloss.communis nu.5.& 6.
Quæ proxima Juris communis dispositio, attenta
generalitate *Pragmaticæ*, si actor secundum be-
6 neficium peteret, & Reus æque privilegiatus te-
neretur suum beneficium petere in termino Reg.
Prag. in quo termino si nequaquam examen
actoris in suo beneficio factum, esset publica-
tum, omninò locum non haberet, sed corrigere-
tur, quià non tãtum Reus cogeretur petere be-
neficium in termino actori super ejus beneficio
dato, qui communis erat, & Reo ex persona
actoris,& cõpetebat si eidem Reo placebat, sed
etiam reus perderet terminum sui beneficii sibi
post lapsum terminum actoris competiturum,
in quo publicato actoris examine,poterat idem,
aut contrarium articulare, & probare.
Idcircò (ut ad difficultatis resolutionem deve-
niam) propterea nè in pluribus Jus commune
7 corrigatur, sed ut minus lædatur, sufficit, ut
Pragmatica Juris communis, circa proposita
duo,correctoria,in uno tantùm procedat,& illud
unum operetur, nempè in casu, in quo unus ex
litigatoribus solummodo esset privilegiatus, ita
post *Paris.Alex.Corn. Rom. & Grat.* singulari-
tèr probat *Osasc.decis.59.num.12.& seq. Fari-*
nac.decis.565.tom.1.num.1. Eo quod statutum
correctorium Juris communis sufficit,ut aliquid
operetur ultra. aut contra Jus commune, & de-
8 indè prò viribus circà reliqua restringi debet ad
terminos Juris communis,ut *Bartol.*& aliis cita-
tis probarunt *Roland.cons.72.num.25.& seq.&*
35.cum seq. ac Ger.Spin.cons.18.nu.16.& cons.
94.num.17. cum legum correctio, omninò tam-
quam odiosa sit evitanda, nisi expressis verbis
fieret ad *tex.in l.præcipimus in fin.C.de appellat.*
Comprobatur resolutio, nam *Pragmatica*, aut Sta-
tutum, etiam præcisum, nequaquam tollit ne-
9 cessarias interpretationes,& rationabiles, *Bald.*
in l.jubemus, §.illud, C.ad Trebell. & proinde
Pragmatica lex nova, recipere debet interpre-
tationem à dicta Juris communis dispositione,
ad notata in *Auth.offeratur,C.de litis contestat.*
in l.sciendum, ubi *Gloss. verbo compelli, ff. qui*
satisd.cog. Ne privilegium restitutionis in inte-
grum competens minoribus,& per Jus commu-
ne, ac per *Constitutiones Regni* sic amplissimè
10 concessum frustrà operaretur, & suæ vires defi-
cerent,cum lex aut statutum frustrà operari non
debeat, ut laudibrio beneficia darentur,ut post
Bart.Jason. & alios advertendum dixit *Osasc.*
decis.25.num.17. ludibrio, & frustrà etenim be-
neficia concedenda nostris Reis conventis mi-
noribus operarentur, si in termino jam dato ad-
versariæ actrici super secundo beneficio conce-
di, juxtà *Pragmaticæ* dispositionem antè publi-
cationem examinis deberetur, quia plenitudine
beneficii privarentur, ut superiùs animadver-
sum fuit
Imò proxima probata resolutio altero medio com-
probatur,ut scilicèt beneficia cõcedenda his no-
11 stris minoribus conventis,peti,& cõcedi valeant
post publicationem factam in secundo beneficio
adversariæ concesso, & non antè, quia per con-
cessionem prædicti secundi beneficii adversariæ
actrici factam, recessum fuit à publicatione in
primo probationis termino facta, quæ per talem
novorum Jurium admissionem, tacitè revocata
fuit, ut de communi testantur *Affl.decis.115.&*
Gratian.discept.forens.to.3.cap.438.ex nu.1.cum
multis sequentibus, & *Muscatell.par.7.gloss.præ-*
sentatas num.6. & de publicatione sic revocata,
Jason in l. Patre furioso num.20. cum seqq. ff.de
his, qui sunt sui, &c. & propterea in beneficiis
nova fit publicatio, quia per illorum admissionẽ
à prima receditur, ut supra, & ratio rationis
12 est,quia per admissionem novæ probationis pu-
blicationi primarum probationum contrariæ di-
citur prædictæ publicationis exclusio, *Gloss.in*
simili in cap.1. de elect. in 6. & considerat *Mu-*
scatell.par.6.gloss 1.
Meritò igitur,quando quatuor in causa dantur be-
neficia, quia uterque litigator est privilegiatus,
13 ut in casu nostro, neque terminus *Pragmaticæ*
currere debet à prima die primæ publicationis
jam per novarum probationum beneficiorum
admissionem revocatæ, sed à publicatione ulti-
mi beneficii ex prædictis, tantò fortius, quia
in casu majoris difficultatis, nempe quod ter-
minus 30.dierum secundi beneficii concedendi,
nequaquam in praxi computandus erit à die la-
14 psus primi, ut innuit expresse *Reg. Pragm.* sed
à die publicationis factæ in primo beneficio, de
qua practica per eum obtenta testatur *Gallupp.*
in ejus praxi par.2.cap.31.n.18. quę praxis ratio-
nabilitèr inferius in hoc signo † comprobabi-
tur.
Accedit, quod tales jam dictæ interpretationes
pernecesse faciendæ erunt super citata *Regia*
Pragmatica, in casu quo uterque litigator esset
privilegiatus, & illorum unus petiisset priùs se-
cundum beneficium, ut in facto, eo quod si pra-
15 cticaretur *Reg.Pragm.* juxià ipsius generalita-
tem,ut in eodem termino, publicatione non ex-
pectata, Reus peteret, plura absurda darentur,
cum Reus obligaretur perdere ejus placitum
eoquod jure communi concessa erat sibi facul-
tas utendi termino adversariæ concesso, quod
si non vellet, consuetum habebit privilegium
restitutionis in integrum, ut ex *d.l. petendæ, &*
ex Andrea, superius deduximus;Deindè perde-
ret privilegium probandi contrarium, quod non
viso adversarii examine fieri nequit, ut superius
16 demonstravimus, & ad imparia judicaretur ab
Actrice, quia in ejus beneficio contrarium ejus,
quod Rei probarunt articulavit, & probavit,
quod

Digitized by Google

quod jure prohibetur, ut actor, & reus ad imparia non judicentur, vulgatis regulis.

Ultimò aliis omissis, si reus in eodem termino petere tenetur, tunc posset per Judicis præcepta cogi ad petendum, sed resistente eadem *Pragmatica*, præcepta hujusmodi prohibentur, per consequens necessarium, ideò prohibitum nequaquam censetur ut beneficia post publicationem secundi beneficii actrici concessi per Reum æquè privilegiatum petantur, & concedantur, ut menti statuentium satisfiat volenti, ut semotis dilationibus, & calumniis hujusmodi beneficia concedantur, & petantur, & ne tot, & tantæ absurdi-
17 tates admittantur, *Pragmatica* intelligi debet modo, ut resolutum fuit, etiam si illius verba contrà propriam significationem sumerentur, ità *Bartol.in l.omnes populi ff.de just.& jur.Castren.in l.si duo §.aut Prætor, de constit.pecun.* & *Villagut.de extens.leg.in prælud.n.26.fol.4.* quos probat *Roman.cons.3.n.88.*

† Comprobatur praxis per *Gallup.* testata, & per nos superius citata, nam si in termino 30. dierum præfixo per *Pragmaticam* peteretur, &
18 concederetur privilegiato primum beneficium, & tamen intra illum, probationes, & examen non explerentur, sed spatio plurium mensium, & sic post duos menses præfixos per eandem *Pragmaticam* ad petendum utrumque beneficium complerentur, an eadem Pars prohiberetur petere secundum beneficium? Certè magnificus Advocatus ex adverso responderet petitorem prohiberi, & secundum beneficium denegandum fore tanquàm extrà terminum *Pragm.* petitum. Nos autem dicimus contrarium, quia terminus secundi beneficii nullo modo currit, nec currere dicitur, nisi prius probationes, & examen primi beneficii explicabuntur, ut expressis juribus, & rationibus probat *Bald. in l. fin.in fin.C.ad l.Jul.de adult.& in l.quamdiu in fin. ff. de adquir. hæred.* nec Adversariæ suffragantur responsiones datæ per *Reg. Rovit. in di-*
19 *cta Pragm.16.de ordine Judic.ex n.5. vers. nec doctrinæ*, eo quod tales responsiones admictuntur quandò probationes dilatarentur facto, & culpa petitoris, seù ejus cui concessum fuit beneficium, ut observatum fuit in illa causa relata per eundem *Rovit.* non autem quando privilegiatus cui fuit concessum primum beneficium, fecit ex parte sua quid quid potuit in complendo probationes, quia tunc omninò intrabunt doctrinæ *Baldi*, & cæterorum authorum per eundem *Rovit.* citatorum loquentium in statutis terminum præfigentibus, & sic in terminis nostris, ut idem *Rovit.* fatetur in loco allegato *n. 6.* signantèr *Bald. in cit.l.fin.in fin. C. ad leg. Jul.de adulter.* cujus authoritate freti minores Rei conventi audacter dicunt negligentiam, aut potius malitiam adversariæ, ut voce dicetur in non complendo suum examen spatio quatuor mensium, nequaquam obesse ipsis minoribus, ut idem *Rovit.* fatetur *in d.n.6.* Et propterea quando culpa petitoris beneficii abest, absoluè ter-
20 minus secundi beneficii computabitur à die completi examinis primi beneficii per publicationem, & hoc ut effectus, ob quem conceduntur beneficia succedere poterit, nempè, ut visis probationibus per publicationem pinguior fiat secunda probatio, ut singularitèr advertit *Muscatellus in ejus praxi par.7.gloss.1.in additionibus litt.A.* Imò idem *Rovitus*, licet non tantum clarè innuit in *cit.versic.nec doctius*, lapsum termini ex publicatione judicandum, & si prædicta sint vera quando secundum beneficium peteretur ab eadem Parte, quæ primum petiit, quanto fortius procedunt, quando altera Pars æque privilegiata post publicationem factam in secundo beneficio suæ Adversariæ concesso, in cujus termino nullum impedimentum adhibuerit, sua petiit beneficia, ut servatum est in facto nostro, quorum effectum habere non possit, nisi post publicationem in beneficio adversariæ factam, testificata vidisset, ut pluries superius adnotavimus, imò Reus privilegiatus in casu nostro facto Adversariç perderet sua beneficia, postquam durante examine Adversariæ, pinguedine suorum beneficiorum non posset uti. Quo fit, ut omninò petitum beneficium concedendum erit.

Joannes Dominicus Gaitus.

Jurium Allegationes in contrarium editæ.

IN lite vertente inter Mariam Strinam filiam Francisci Strinæ Fisci Patroni in Provinciis A-
21 prutinis, & Io: Baptista, & filios de Valignano incidens quæstio orta fuit, & est sequens.

Datus fuit terminus in causa, & cum fuissent examinati testes ab ipsis de Valignano, fuit facta publicatio, & elapsi fuerunt 30. dies, & intra alios 30. dies, dicta Maria petit secundum beneficium, & fuit illi concessum. Et cum in termino examinasset fuit facta publicatio in hoc actu publicationis dicti de Valignano, uti minores petunt beneficia, etiam sunt elapsi 60. dies concessi ad petendum primum, & secundum beneficium, quæstio est nunc num concedi debeant.

Et quamvis negotium tractetur apud doctissimos Senatores, & nihil aliud sit necessarium, nisi proponere quæstionem, tamen ut meritissimo Clienti morem geram aliqua adnotare non me tæduit.

Scio enim fuisse olim apud nostros Regnicolas controversum, si quando lis est inter duos privi-
22 legiatos, dentur in illa causa quatuor beneficia, & prævaluit opinio *Iserniæ in Const.Reg.obscuritatem*, quem secuti fuerunt *Affl.ibid.n.15.&*

Cara-

Caravit. Rit. 71. concedi quatuor beneficia, adeoque si ad actoris instantiam concessum fuit primum, & secundum beneficium, patet etiam aliud primum, & secundum concedi ad instantiam rei, & per hoc videbatur decidi debere concedi dictis de Valignano dicta beneficia, licèt fuerit concessum Mariæ secundum beneficium.

Sed attenta novissima *Pragm.* 16. *de ord. Judic.* contrarium est decidendum, siquidem jam per illam fuit statutum, ut debeant primum, & se-
23 cundum beneficium peti tempore præciso v3. infra 60. dies à die publicationis, ubi adest, vel à die conclusionis, si non est facta publicatio, quibus elapsis sit præclusa omninò via ulterius petendi dicta beneficia.

Undè in casu nostro cum sit elapsum dictum tempus, nullo modo possunt amplius prætendi dicta beneficia.

Pars autem videos satis ei obstare dictam *Regiam Prag.* prætendit tempus ad petendum dicta beneficia non currere, nisi à die publicationis factæ in secundo beneficio, & sic cum tunc fuerint petita dicta beneficia, quod omninò debent ipsi concedi.

Nam aliàs dicit frustatoria esse alia duo beneficia, quæ ipsi conceduntur, dum sunt communes termini concessi alteri Parti in primo, & secundo beneficio, & elusa remaneret adversus probationes factas in secundo beneficio, si ei alia beneficia non concederentur.

Sed frivolas esse has oppositiones luce clarius demonstrabo; Fuit enim per dictam *Pragm.* statutum tempus petendi dicta beneficia, quod
24 tempus fuit præcisum, prout advertit *Reg. Rovit.* ibi, & ex expressis verbis dictæ *Prag.* colligitur ibi (*tengano obligo di dimandare*) & quod sequitur, & sic nullo modo dictum tempus sur rogari potest, prout dicitur de restitutione in integrum, quæ de jure communi conceditur minoribus intra quatriennium, itàut ultrà illud tempus extendi minimè possit, intantum quod si petitur dilatio, quæ tempus instantiæ causæ restitutionis in integrum excedit, non debet concedi ad hoc, ut non excedat dictum tempus præcisè à lege constitutum petendi dictam restitutionem, prout est text. *in l. petendæ C. de tempor. in integr. restitut.* igitur dum per *Pragm.* statuitur tempus ad petendum dicta beneficia, illo clapso nullatenus sunt concedenda.

Ubi enim sunt inducta tempora à lege, ita currunt minoribus, sicut & majoribus, *l. properandum*
25 *§. fin. C. de judic.* & tempus computatur de momento ad momentum in restitutionis beneficio, *Gloss. marginal. in l.* 1. *de manumiss.* & tempore
26 transacto, intrà quod quis conditioni parere debet, post tempus non admittetur *l. si intrà quinquennium de statu liber.*

Quarè cum in dicta *Pragm.* statuatur tempus præcisum, & expressè ibi decidatur *li resti preclusa*
27 *la via di poterlo più dimandare in modo alcuno*, nullo modo sub quovis colore potest Pars prætendere dicta beneficia, non obstante lapsu temporis.

Indè decisum fuit, quod facta publicatione in causa cum termino decem dierum ad examinan-
28 dum, si fuerit à privilegiato reclamatum, & pendente reclamatione fuerit elapsum tempus ad petendum beneficia, quod si decretum fuerit confirmatum, non possunt amplius stante lapsu temporis peti dicta beneficia. Qui casus est fortior, nam disputabatur de primo termino, qui est diversus à primo, & secundo beneficio, & aderant quamplures rationes petendi dicta beneficia ponderatæ per *Reg. Rovit. in d. Prag.* & tamen decisum fuit elapsum fuisse tempus ad petendum beneficia, quia tempus concessum per *Reg. Prag.* est præcisum, & currit à die publicationis, & nullo modo prorogari potest, & omninò remanet exclusus privilegiatus petendi dicta beneficia, post lapsum dicti temporis.

Sicut à simili per legem indulgetur reo proponere omnes exceptiones dilatorias usque ad litis
29 contestationem, *l. exceptionem C. de probat.* & post dictum tempus non licet: Item condemnato ad solvendum condemnationem datur tempus quatuor mensium, *ut in l.* 2. *C. de usuris, & re judic.* termino verò decurso amplius per Judicem non auditur.

Paritèr filius habet tempus quinquennii ad quærelandum testamentum Patris de inofficioso, ut in
30 *l. si quis filium, C. de inoffic. testam.* quo termino decurso amplius non auditur *d. l. si quis filium*, & maximè quando tempus currit de momento ad momentum, prout est in casu nostro, *Decius in cap. super eo, de appellat. n.* 35. *Bartol. consf.* 50. *vol.* 2. prout etiam dicitur in tempore apposito in compromisso, nam si feratur laudum per ho-
31 ram post diem compromissi, non valet laudum, *Bald. cons.* 372. *vol.* 2. *& in cons.* 101. *vol.* 3. quia permissum in certo tempore, post tempus censetur prohibitum, *Bald. in l. fin. col.* 5. *C. de edict. D. Adrian. tollend. Bart. in l. legata inutiliter ff. de leg.* 1. *Castrens. cons.* 263. *vol.* 2. *Alex. in cons.* 118. *vol.* 3.

Et quandò terminus præfigitur à lege, vel statuto absque ullo hominis ministerio, tunc per Judi-
32 cem alterari in aliquo minimè potest, licèt secus quando ministerio hominis statuitur, prout ità distinguendo consuluit *Jo. de Imol. cons.* 86. *col. fin. vers. circa quartum, & Ludovic. Roman. in cons.* 322. *n.* 3. quos refert, & sequitur *Phanuc. de inventar.* 1. *par. n.* 31.

Undè cum in dicta *Prag.* sit præfixum tempus ad petendum beneficia v3. primum intrà 30. dies
33 post publicationem, vel conclusionem quandò non sit publicatio, & secundum intrà alios triginta dies decurrendos à die quo sunt elapsi primi 30. nullo modo prætendi possunt in casu nostro hæc beneficia dum sunt elapsi dicti 60. dies.

Digitized by Google

Non enim currit tempus alteri privilegiato ad petendum ejus beneficium à die publicationis factæ in secundo beneficio concesso alteri privi-
34 legiato, sed à die lapsus 30. dierum concessorum ad petendum primum beneficium, prout expresè statuitur ibi, *mà solo li resti il ricorso per poter dimandare il secondo beneficio frà il termine di 30. altri giorni immediatè sequenti.*

Nec valet oppositio Partis dicentis hoc modo non esse proficua alia beneficia, quę ipsi conceduntur dum fuit communis terminus datus in secundo beneficio ipsi Mariæ.

Nam proficua sunt alia beneficia, quæ conceduntur alteri privilegiato, ut si Maria non petiisset secundum, sicut non petiit primum, poterat Pars adversa petere primum, & secundum in tempore.

Sunt etiam proficua, nam terminus primi beneficii est medietas primi termini, & terminus secundi
35 beneficii est medietas termini concessi in primo, & tamen post dictum terminum potest alter privilegiatus, durante tamen spatio 30. dierum petere dicta beneficia, & habere alios terminos.

Nec dicat Pars se remanere elusam post probationes factas à Maria in secundo beneficio.

Nam non per hoc concedi debet dictum secundum beneficium, & do instantiam: Ponamus, quod ex collitigantibus una Pars sit privilegiata,
36 & interim dicta Pars privilegiata examinavit suos testes, postea eadem petiit secundum beneficium, & illi conceditur, in quo Pars non privilegiata producit suos testes, num quid poterit privilegiatus post publicationem petere aliud beneficium, seu restitutionem ex eo, quia non examinavit? certè non, & sic non est in causa concedendi beneficia examen factũ ab alia Parte in secundo beneficio, nam poterat in eodem termino examinare, & pinguius probare, nam quando lex indistinctè loquitur, indistinctè debet intelligi, *l. Prætor ait 20. §. ait Prætor, de oper. nov. nunciat. l. 2. & ibi Bartol. ff. de offic. Pręsid.* & quamvis sit specialis, si habet pręfationem generalem, est generaliter intelligenda, *Bartol. in l. 1. §. idem, de jur. & fact. ignor. Isern. in constit. Regni, Clementiæ, ubi etiam Afflict.*

Ex his do secundam instantiam, ponamus quod petito secundo beneficio per dictos de Valignano fuisset eis concessum; cum hujusmodi termino adversus omissas probationes, & ad idem pinguius probandum restituerentur, non autem de directo contrarium nullis præcedentibus probationibus factis per Mariam in primo termino Juris, & in primo beneficio; ergò paria sunt secundum beneficium non esse petitum per Mariam, quam per dictos de Valignano, dum effectivè idem operabatur in restitutione, & sic non est dandum tertium beneficium. Dum ar-
37 guitur manifesta Partis versutia cum reverẽtia, nè dum ad litis protelationem contra mentem statuentium, verùm etiam ad confusionem negotii, quod consistit præcipuè in nonnullis juris articulis.

Et licèt non possit examinare de directo contrarium, hoc non fuit à lege consideratum, finis enim legis, quæ concessit beneficia minoribus,
38 fuit ad nova producendum, vel pinguius probandum, licet postmodum à *DD.* fuerit extensum ad probãdum etiam de directo contrarium, contra *text. in cap. fraternitatis, de testib.* prout advertunt *Affl. & Caravit. in loc. citatis*, nam hæc est restitutio in integrum adversus omissas probationes, quæ in Regno appellatur primum, & secundum beneficium, prout satis doctè advertit *Reg. Cons. Marcian. in suo cons.* 45. & ità communitèr nostri Regnicolæ voluerunt.

Nec restituitur privilegiatus ad primum terminum, sed novus illi conceditur ex beneficio ad-
39 versùs omissas probationes; Magna enim est differentia reintegrari ad primum terminum, & concedi novum terminum adversùs probationes omissas, nam si per beneficia reintegraretur ad primum terminum, haberet privilegiatus centum beneficia, & restitutiones, cum reintegrato in primo termino, essent semper concedenda beneficia.

Nec dicatur *Pragm.* non loqui in casu, quando conceduntur quatuor beneficia, nam lex, vel
40 statutum, quando nullum casum excipit, non debet Iudex excipere, *Gloss. 2.* & ibi *Addentes de in jus vocand.* cum nullum casum excipiat, sed indefinitè loquatur statuendo, ut personæ quibus competunt beneficia, debeant illa infrà tempus præfixum petere, & præfatio est generalis, nam dicitur, *per evitar le liti, e rimediare all'inconvenienti* nullo modo dictus casus est excipiendus, sed indefinitè, prout cantat *dicta Prag.* est intelligenda, ubi enim lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, *l. Adigere §. quamvis de jur. patronat. l. 3. de off. Præsid. Gloss. in l. prospexit ff. qu. & à quib.*

Quare cum per hanc *Pragm.* fuerint præfixi termini ad concedendum beneficia privilegiato, &
41 expresè statuatur, ut postea remaneat præclusa via illa petendi, non video quo jure defendi possit deberi dictis de Valignano concedi primum, vel secundum beneficium, si enim ex supradictis per solam appositionem temporis esset exclusus privilegiatus, dum præfigitur tempus ad illa petendum, igitur ubi ultrà progredi-
42 tur statutum, ut sit præclusa via petendi beneficia, articulus efficitur indubitabilis, quià quandò adest casus statuti nõ cadit aliqua dubitatio, *l. illam vers. de modo C. de collation. Corn. cons.* 109. *in fine vers. ult. reddit rem claram lib.* 1.

Voluit enim dicta *Pragmatica*, ut dicta beneficia petantur infrà dicta tempora, & quandò non
43 petuntur, ut remaneat præclusa via ea petendi; igitur non solùm consideravit statutum tempus, sed etiam petitionem.

Undè

Unde cum Pars adversa in tempore non petierit secundum beneficium, nullo modo concedi illi potest, debebat enim illud tempore statuto petere, & licèt se excuset, quod non viderat probationes Mariæ.

Tamèn non per hoc est concedendum secundum beneficium ex supra dictis, ac etiam quia postquam viderat, quod pro parte Mariæ fiebat examen debebat antè lapsum 30. dierum restantium petere secundum beneficium; Non petiit; Igitur non est illi concedendam, nec justè conquæri potest, dum petere poterat saltem ad finem pinguius probandi suam intentionem.

Ex his igitur apparet excludendam esse Partem adversam à dictis beneficiis, eo magis, quia fi-
44 nis *Pragmaticæ* fuit ad evitandum calumniosas dilationes à Partibus, & Procuratoribus inventas, prout advertit *Reg. Rovit. ibi*: Et in hac causa datus fuit terminus,& Pars adversa probavit, & nunc vult beneficia, petiit repulsam,& repulsam repulsæ, undè finis dilationum dignoscitur, quæ à doctissimis, & religiosissimis Senatoribus sunt evellendæ.

Prætereà statutum hoc favorabile, non odiosum est censendum cum fit factum pro favore publico
45 ad litea dirimēdas. *Bartol. Castrensf. Alex. & Jason in l. qui exceptionem, ff. de condit. indeb. Bald. Dec. Riminald. jun. & Riminald. senior in l. 2. C. de jus vocād. Tiraquell. de retract. tit. 1. §. 30. gloss. 1. num. 5.* firmantes statutum favorabile judicari, licèt in alterius præjudicium vergat, si principalitèr ad favorem unius sit conditum, igitur quantò magis id erit ratione publicæ utilitatis, quod confirmatur per *Aretin. cons. 26. num. 20. versic. quarto præmisso*, quem sequitur *Riminald. junior cons. 72. num. 45. lib. 1.* asserentem statutum, quod obligat Patrem pro contractibus filii favorabile esse, cum principalitèr factum sit favore publico, ut mercatura melius exerceatur.

Sicut dicitur de statuto prohibente bona alienari in forenses, quod est validum tamquam condi-
46 tum ad publicam utilitatem, ad effectum ut possidentes immobilia cogi possint ad subeundum onera, & ut collectæ facilius solvantur, & ideò non poterit dici odiosum, sed favorabile, & recipit extensionem, neque erit strictè interpretandum, quamvis esset pœnale, prout multis authoritatibus comprobat *Surdus in l. filiusfamilias, §. divi num. 79. & 80. post Bartol. ibidem nu. 11. ff. de legat. 1. & Decius cons. 661. num. 5.*

Et quando res fuerit dubia, quia favor, & odium videntur quandam æqualitatem habere, vel quia ad invicem se habent, sicut excedens, & excessum, tunc favorem esse præferendum, & adimplendam legem esse judicandum simplicitèr favorabilem, præsumitur ex *gloss. in l. 2. C. de his, qui poss. ad libert. pervenir. verbo Interrogaverit*, ubi etiam *Bald.* & alii, idem *Bald. in l. penult. C. de pact. circa finem*, ubi etiam *Roman. & Alex. cons. 197. lib. 7.*

Ratio est, quia lex per se, & quasi spontè inducit favorem, odium verò quasi ex accidenti, & coa-
47 ctè ob necessitatem, sed etiam quod est per se, præfertur ei, quod est accidentarium cæteris paribus, ac subinde in dubio, favorabilis non odiosa lex censenda est, & sic uti talis extendenda.

Unde & si non generalitèr, & indistinctè dicta *Pragmatica* loquuta esset, prout loquitur, sed tantum in casu quando competunt duo beneficia, adhuc extendenda esset ad alium casum, quando in illo Judicio competerent quatuor beneficia.

Sed quid perperàm disceptare, an statutum litium dirimendarum sit favorabile, an odiosum? cum
48 tam Imperatores, quàm Jure Consulti ad aliud, quodammodò non elaborarunt, quam ad formas, & methodos, ut lites, quam citiùs dirimi possent inveniendas, ut solemni studio effectum patet ex *text. in l. un. in fine, C. de nov. Cod. facien. ex l. Terminato, C. de fruct. & lit. expens. d. l. properandum, C. de Judic. l. quidam, ff. si cert. petat.* cum concordantibus.

In quo etiam Summi Pontifices insudasse ex *cap. 2. de re judic. cap. finem litibus de dol. & contum.* & aliis Juribus fundat *Caravit. in Rit. 10. nu. 1. & seq.* Et adeo hoc verum est, ut litium finiendarū gratia multa, quæ aliàs non concederentur impartiuntur, *Carav. loc. cit. nu. 10.*

Nulli dubium esse potest odiosum esse lites non coarctare, ac favorabilia statuta illas dirimentia,
49 & publicam in se continere utilitatem, *Bartol. in d. l. un. in fin. C. de nov. Cod. facien.* quam denique rationem dirimendarum litium uti favorabilem notabilitèr ad nostrum propositum extendendam esse dixit *Carav. in Rit. 288. nu. 41.* faciunt notata per *Troysium in Pragm. Odia litium, de arbitris*, quarè tale statutum omninò favorabile esse, ac uti favorabile extendendum concludere debemus.

Nàm ratio dictæ *Pragmaticæ* fuit ad dirimendas lites, quæ dum tam in uno, quàm in alio casu militat, debet ad utrumque casum extendi.

Eò magis, quia lex pœnalis, & odiosa favore Rei-
50 publicæ ità extenditur sicut favorabilis, *Bartol. in l. 7. C. de agricol. & censit. lib. 11. Corset. in suis singularib. litt. F. vers. extensio.* Hactenùs Auctor Allegationis.

Decisio hujus causæ nobis nō innotescit, verum ad hoc, ut tollatur hæc controversia, & nè lites
51 fiant immortales, cauti Advocati curare debent, ut Judex decernat, ut *terminus primi, vel secundi beneficii currat etiam respectu omnium privilegiatorum, qui sunt in judicio*, ut practicatum per D. Præs. de Franch. & decisum per S. C. in causa Civitatis Bari, cum Universitate Mudunii, referente Dom. tunc Consiliario Marco Antonio de Ponte, testatur *Reg. Tap. lib. 3. Jur. Regn. in Consil. Regni minorum Jura*; sed contradicere videtur *Consil. Gizzarell. decis. 85.* ubi

dicit hanc praxim non posse sibi præscribere locum contra pupillos, Universitates, & alias personas privilegiatas, sed bene habere locum respectu personarum, quæ non Jure speciali fruuntur beneficiis, ut sunt mulieres, & similes, & ità dicit censuisse S. C. in dicta causa, quam diversimodè refert *Dom. Reg. Tap.*

OBSERVATIO LXXIV.

S V M M A R I V M.

1 *Ratio prohibitionis hujus* Pragm. *assignatur per Auctorem ex* Horat. Montan.
2 *Assensus Regius requiritur in concessione cæsinandi, quæ fit per Universitatem super ejus Demanialibus.*

De Pascuis, Forest. & Nemor. Pragmatica Unica.

Che nulla persona, &c.

Ratio cur fuerit per hanc *Prag.* prohibitum in locis descriptis facere cæsinas non assignatur per *Novar.* nec per *Rovit.* qui dixit, quod
1 rubrica hujus *Pragmaticæ* erat prorsùs inanis, & vacua, sed Ego assigno rationem prohibitionis ex *Horat. Montan. de Regalib. in §. Argentariæ num.* 11. *in fin.* ubi ita ratiocinatur; *Est autem advertendum facultatem hanc cæsinandi à lege Municipali, & antiquissima Consuetudine permissam, intelligendam esse in illis locis incultis demanii Universitatis, in quibus non extant Sylvæ, & Nemores; Est enim id prohibitum à Regia Pragmatica in tit. de pasc. forest. & nemor. in quibusdam Castris Campaneæ, idque ad faciliorem commoditatem construendi triremes pro defensione Regni. Non ideò licet incidere arbores demanii, ut Terra illa reducatur ad culturam.*

Hinc est, quod quando Universitas voluerit concedere Civibus facultatem cæsinandi in demanialibus, & Montibus ad effectum dicta loca re-
2 ducendi ad culturam soluta decima fructuum, id statuendum erit salvo Regio assensu, ut perpendit idem *Montan. cit. loc. num.* 11. *in princip. vers. Hinc Universitas Magdaluni*, quia quamvis talia bona non considerentur feudalia, sed demanialia penès Universitatem, non tamen potest de illis disponere absque Regis assensu, ex *Const. Regn. scire volumus.*

OBSERVATIO LXXV.

S V M M A R I V M.

1 *Exploratores, seu speculatores nunciantes hostibus secreta, num dicantur proditores, & committant crimen læsæ Majestatis plectendum capitis pœna, & nu.* 2. *&* 3.
4 *Perpenditur* text. in l. omne delictum, §. exploratores, ff. de re militar. *& num.* 5. *&* 8.
6 *Secretum quomodo consideratur in proposita facti specie.*
7 *Secretum num dici possit illud, quod oculis omnium patet.*
9 *Proditio in quos committatur.*
10 *Læsæ Majestatis crimen, num committatur per eum, qui Principi subditus non est; Et an veniat saltim puniendus uti proditor, & n.* 11.
12 Petr. Bellin. in tract. de re milit. in tit. de delict. milit. num. 47. *affertur ad propositum.*
13 *Et quid ubi nunciata secreta non sunt, nec ei, cui nunciata sunt est hostis.*
14 *Afferuntur historiarum monumenta ex* Liv. *de quo meminit* Ferrett. de re millit. in tit. de explorator. & excub.

De Pyrat. non assecur. Pragm. I.

Essendosi veduto per esperienza, &c.

Mandatur, ut non concedatur fides publica absque expressa licentia Proregis, vel Præsidum Provinciarum Pyratis infidelibus venientibus in locis hujus Regni ad redimendum captivos, ex quo sub hoc prætextu scrutantur arcana Regni, & resultant alia inconvenientia.

Sumendo occasionem à ratione hujus *Pragmaticæ* examinandum proposui, qua pœna plectendi
1 veniant exploratores, seu speculatores, qui mitti solent ad investiganda Regni arcana, & num habeantur uti proditores si non sint Regnicolæ, neque Principi nostro subditi, sed quia dum articulum degustare cœpissem, pervenit ad manus meas satis celebre eruditum *Responsum* editum per eruditissimum, ac magni nominis sui temporis Advocatum causarum criminalium *Fulvium Danesium*, ideòque satis superque erit pro præsentis quæstionis resolutione illud hic inprimere, ad hoc ut ex tanti viri laboribus posteritati consulatur, & eidem sic magistralitèr scribenti debitus honor tribuatur.

Responsum D. Fulvii Danesii.

Exploratores, qui & alio vocabulo Speculatores dicuntur ad investiganda hostium arcana

na mitti solent, ut ea, quæ apud illos geruntur Imperatori nuncient, *Veget. de re milit.* undè Cyrus ad Xenophontem solebat aliquos servorum specie, quasi transfugas mittere, ut ab illis ejusdem linguæ, & sermonis peritis, quo indigenæ utebantur quidquid apud hostes fieret exquirere posset. Et temporibus Caii Cæsaris excogitatum est, ut homines ignoti ad colligendos rumores per Antiochiæ latera destinarentur, relaturi postea quæcumque audirent, qui quidem peragrantes, dissimulantesque cœtibus honoratorum assidendo cuncta, quæ noverant Imperatori narrabant, ut *Ammian. Marcell.* refert. Hinc *Arrian. Jureconf. lib. 3. de re milit.* contra hujusmodi Tyrannorum inventum in hæc verba respondit: *Exploratores, qui secreta nunciant hostibus, proditores sunt, & capitis pœnam luunt, l. omne delictum, §. exploratores, ff. de re milit.* Sic capitali pœna duplici ratione
2 damnantur, tum quia scilicet, proditores sunt, etiam quia secreta nunciant hostibus. Pro ea parte, qua proditores misericordiam non merentur, nam & qui misereri proditoris potest, crudelis est *Quintilian.* inquit *declamat. 307.* cum crimina universa proditoris crimen in se habeat, teste *Senec.* & crimen unum proditoris cuncta vincit crimina. Pro ea parte, qua secre-
3 ta nunciant, crimen lesæ Majestatis committunt, *Alberic. in l. 1. in fin. ff. ad l. Jul. Majestat. Cravett. consf. 224. Marsil. consf. 1. in princ. Decian. in tract. crimin. lib. 7. cap. 13. num. 17. & Farin. qu. 413. num. 204.* meritò Ægyptiorum lege his qui secreta hostibus revelassent lingua abscindebatur, ut *Tholos.* notat in *Syntagm. Jur. lib. 35. c. 5. num. 9.* ex *Diod. Sicul. lib. 1. Bibl. cap. 3.*

Hæc itaque cum ita sint, rationabilis omninò videtur prætentio Fisci contra N. carceratum, qui se missum fassus est per quendam Tribunum mi-
4 litum ad exploranda cuncta, quæ in Regni finibus agerentur, ac de nonnullis per eum observatis certiorasse. Instat enim Fiscus, illum tanquam proditorem perduellionis crimen incurrisse ex dispositione *text. in dict. §. exploratores;* ideoque capitis pœna plectendum.

Ego vero, qui de mandato Excellentissimi, partes Rei tueor, perpendenda duxi verba illius *text.* in quibus Fisci fundatur intentio, & primum
5 dum ibi dicitur, *secreta nunciant*, ante omnia videndum erit, quid sit secretum in hac facti specie; Dicitur autem secretum illud, quod vulgò notum non est *Bald. de pac. constant. §. in Christi nomine per text. in l. 1. §. summa cum utilitate, ff. de iis, qui dejecer. vel effud. Petr. Gregor. Tholos. in Syntagm. lib. 41. cap. 3. num. 5.* Di-
6 citur etiam secretum id quod tractatum est inter Principem, & Secretarium, *Affl. in cap. 1. n. 25. quib. mod. feud. amittatur, Carav. sup. Rit. 3. n. 13. in fin. Menoch. de arbit. Judic. cas. 537.* Illud pariter secretum dici solet, quod Consiliariis, vel aliis Officialibus committitur custodiendum, de quo habetur in *l. si quis aliquid ex metallo, §. 1. ff. de pœn.* cujus verba sunt hæc: *Transfugæ ad hostes, vel Consiliorum nostrorum renunciatores, aut vivi exuruntur, aut furcæ suspenduntur:* Hæc igitur secreta si quis hostibus revelaverit incidit in perduellionis crimen, & capite punitur, sic *Alberic. in d. l. si quis aliquid, §. 1. Par. de Put. in tract. de Syndic. in tit. de excess. Hieron. Gigas in tract. de crimin. læsæ Majest. in tit. qualia, & à quibus crim. læs. Majestat. committ. qu. 21. num. 24. Decian. d. lib. 7. cap. 17. num. 7.*

Cæterum in casu nostro non video, cur secretum dici possit, quod oculis omnium patet, vel qua-
7 nam ratione secreta dici mereantur, ea quæ omnibus conspicua sunt, etenim quot, quibusve tormentis bellicis arces muniantur, quæ sit earum magnitudo, & similia, cum palam exposita sint, non nisi cœci, & prorsus exoculati non vident. Præterea descriptorum militum numerus, eorum præcipuè, qui eminùs adventant quomodo ignorari potest, cum illi per plateas, per oppida, per Regiones omnes, etiam nolentibus exhibeantur. Habet hoc primum magna fortuna, quod nihil tectum, nihil occultum esse patitur, Principum verò non solùm domus, sed cubicula ipsa intimosque secessus recludit *Plin. in Paneg. ad Trajan. cap. 83.* & *Petron. Arbit.* scitè inquit

Nam citiùs flammas mortales ore tenebunt.
Quàm secreta tegant, quicquid dimittis in Aula
Effluit, & subitò rumoribus Oppida pulsat.

Dicitur etiam in *text. qui nunciant hostibus*, itaque si amicis, aut confœderatis nùnciaverint, vel
8 etiam illis, qui hostes declarati non sunt, secùs erit, *Cravett. consf. 224. num. 6.* post *Angel. in l. Athletas, §. nunciator, ff. de his, qui not. infam. Alex. consf. 13. vol. 6. Farin. qu. 113. num. 218.* Beneverum est, quod si ex tali revelatione secretorum ii, qui priùs amici erant Principi, inimici fierent, teneretur quippe revelans etiam crimine læsæ Majestatis, ut doctissimè notat *And. de Isern. in d. cap. 1. quib. mod. feud. amit. & D. Martin. Laudens. de crim. læsæ Majest. qu. 49.* per *tex. in l. cum dolo, ff. ad l. Jul. Majest.* Cum igitur in casu de quo agimus, non sit hostibus revelatum, neque inimicitia inter Principes ex tali denunciatione orta sit, sequitur eum, qui certioravit non debere puniri, alioquin, & Tabellarii omnes, & ii, qui de communiter accidentibus certiorant, pari ratione venirent coercendi, quod esset asperum.

Subdit *text. proditores sunt;* nefarium *proditoris* nomen, immane, horrendum: est enim proditor, nedum invisus Principi, cujus detrimentum pro-
9 dit, sed etiam illi, cui proditio prodest, sic Cæsar Augustus de Rhymatele Rege Thracum declaravit, qui ad se aufugerat Antonium deserens, authore *Plutarcho*, & Philippus apud *Sto-*

Digitized by Google

Stobæum ferm.57.Proditores, inquit, *in primis amo*, *eos verò qui jam prodiderunt odi maximè.*
At quoniam hujufmodi proditio, vel in patriam
committitur,unde *Cicer.de fin.Peccatum eft*,in-
quit,*Patriam prodere,parentes violare*; Vel in
naturalem Principem, cui aliquis fubeft, ut fta-
tim dicam; Vel in eum cui fervit, ut de *Catili-
na*, inquit *Saluft. Et fæpè ante hac fidem præ-
diderat*; Vel in amicum, ut *Terent. in Adel.pro-
didifti, & te, & illam miferam*, ideò diligentèr
difcutiendum erit. Numquid N. de quo agitur,
cum Regnicola non fit, neque Principi noftro
fubditus natura, vel fervitio, nec aliquo pacto
amicus, proditor dici poffit, itaut læfæ Majeft.
pœna veniat feriendus.

Et quidem,illum,qui Principi fubditus non eft,non
committere crimen læfæ Majeftatis in eum vo-
10 luit *gl.* communitèr recepta in *Clem. paftoralis
in ver.non fubfuit de fentent.& re jud. Bart.in
extravag. qui fint rebelles in verb. rebellando
verf.quid fi aliquis*, in hæc verba: *Quid fi ali-
quis homo de terris Ecclefiæ aliquid faciat con-
tra Principem de his, quæ ad rebellionem perti-
nent, an rebellis fit, & incidat in crimen læfæ
Majeftatis*; Et concludit, quod non per *text.* in
Clem. paftoralis, generalitèr enim rebellis dici-
tur, qui quomodocumque palàm, vel occultè
contra fidem fuam Principi fuo devinctam, &
contra ipfius Principis honorem quidpiam facit,
ut elegantiffimus *Decian.*notat *lib.7.cap.32.n.2.*
Non fubditus verò nullo pacto dicitur commit-
tere rebellionis crimen adverfus eum,cui non
fubeft *Parif.conf.101.num.33.vol.1. Rol.à Vall.
conf.4. num.1. vol.1.* qui teftatur de communi,
idem *Decian.d.cap.32.num.10.* & *cap.8.num.5.
eod.lib.Clar.in §.læfæ Majeft.num.6.* qui etiam
communem opinionem effe dicit, *Oldrad. conf.
43.col.3.* & *Boff.in tit.de crimin. læfæ Majeftat.
num.80.cum feq.*

Nec me deterrent ea, quæ idem *Decian.* advertit
*d.cap.8.nu.5.*ubi in eam fententiam ducitur non
11 fubditum, qui fecreta nunciat hoftibus, fi non
ut rebellem,faltem ut proditorem debere puni-
ri ex *Bart. in extrav. prædicta in verb. rebellis*:
Nam fi *Bart.*verba attendamus,hoc non dicunt,
inquit enim ipfe, *quædam eft infidelitas vero
animo, quæ cadit in modum proditionis, & hoc
eft nomen generale comprehendens omnes, qui
ftant ficut fubditi, & inter fubditos corpore,
mente autem cum hoftibus, & inimicis commo-
rantur, nunciando illis fecreta*. Verba igitur
Bart. non eo tendunt, ut quilibet non fubditus
decreta denuncians inimicis proditor fit, fed il-
le demum, qui fubditus eft corpore, & inter
fubditos connumeratur, ut ratione fidelitatis
quam non fervat, proditionem commictat,quafi
fecus fit in eo, qui nullo fidelitatis articulo ad-
ftrictus inimicos de his, quæ fecreto fiunt cer-
tiorat, ubi enim fidelitas non debetur, infideli-
tas non committitur, cum præcipua proditio-
nis qualitas fit amicitia, *Cephal. conf.57. nu.13.
Tufch.concluf.869.num.11.* qua ceffante, ceffat
proditio, *Plaza in epit.delict.cap.21.Covar.var.
refol.lib.2.cap.20.num.7.*

Hoc autem non modo non punibile, fed neque de-
decori fore exemplo Sexti Tarquin. confirma-
tur, is fiquidem fimulata fratris fævitia, & odio
ad Gabios transfugit eorum vires exploraturus,
ut Livius narrat; & Arafpæ nobiliffimi Medi,
qui Cyri juffu ad Affiriorum Regem perfugit,
exploratifque hoftilibus copiis, & confiliis ad
Cyrum reverfus eft,ut legitur apud Xenophon-
tem in Pædia Cyri *lib.6.*

Unde neque mirum videndum eft id, quod *Petr.
Bellin.* teftatur fuiffe fcilicet, fua tempeftate
12 Mediolani captum nobilem quendã ex hoftibus
Gallis, qui ignotus, & pagano habitu indutus,
abfque confueto militari figno, occupationem
arcis clam tentaverat, neque id ei, aut noxæ
fuiffe, aut pœnæ in *tract. de re milit. in tit. de
delict.milit.fub num.47.*

Cum igitur ea, quæ nunciavit, fecreta non fint, is
cui nunciatum fuit hoftis non dicatur, & nun-
13 cians non fit fubditus, neque ratione originis,
neque domicilii, nec onera fuftineat in Regno,
juxtà ea, quæ docet *Bald.in conf.445. col.1.cir-
ca finem vol.4.* per *text. in l.1. ff. ad municipal.*
Confequens eft ipfum nullo Jure puniri poffe,
Boff.d.tit.de crimin.læf.Majeft.n.95.& feq.

Huc illa pertinent, quæ Scipione Majore, & Lu-
cio Corvino Confulibus eveniffe ferunt,quippe
14 cum tres milites hoftes, mentitis veftibus, &
fermone ad Romanorum exercitum exploran-
dum miffos Scipio comperiffet, illos trepidan-
tes, & de ultimo vitæ exitio cogitantes ad fe
duci primum juffit; Deinde exercitum omnem,
& cuncta, quæ in eo munimenta erant luftrare
permifit; Mox pavidos adhuc,& mortis cogita-
tione turbatos prandio confolatus eft blandif-
que verbis admonens, ut cuncta, quæ in exerci-
tu vidiffent hoftibus nunciarent, adjecto etiam
commeatu dimifit incolumes, prout ex Livio
meminit *Ferrett.de milit.in tit.de explor. & ex-
cub.* Senfit utique vir ille vetus imperandi fe
militum copiis, aliifque viribus perpollere;
quam ob rem hoftem explorandi cupidum illa-
rum notitia terrere maluit, quam inftruere.
Hinc *Onoxander Stratag. cap.9.* ità docuit: *Si
forte exploratores comprehenfi fint, de illis Im-
per. variè cenfeat; etenim fi exercitus fui vires
hoftium copiis longè inferiores arbitretur, jubeat
Speculatores puniri, fi verò multo apparatu con-
fiftat in armis fuæque copiæ probè inftructæ fint,
tunc minimè peccaverit fi exploratoribus exerci-
tum oftentet, illofque dimittat incolumes*. Hoc
utique præceptum fi alicubi fervandum effet, in
hoc Regno potiffimum, in quo Illorum, atque
Excellentiffimi Proregis noftri Comitis Montis
Regii vigilantiffima fedulitas in eo verfatur, ut
nedum his, quæ ad juftitiæ cultum pertinent,
fed

Digitized by Google

sed etiam iis, quæ ad deligendos milites ad armorum apparatus construendos, ad propugnaculorum, & arcium munimenta comparanda consistunt, adeò inter se nititur, ut non modo propinquis, sed alienigenis, & Barbaris ingens timor incutiatur, nec ulla spes invadendi relinquatur; Sic decet optimum Principem, cui præcipua rerum ad famam dirigenda. Cœtera enim Principibus statim adesse, unum insatiabilitèr parandum prosperam sui memoriam, *Tacit. annal. lib. 4.* Quod cum ita sit, despicienda erit omnis hostium explorandi cupiditas, imò deploranda curiositas illorum, qui cum hostes palam non sint, timore perterriti, amicorum etiam vires perhorrescunt; ignari fortasse eorum, quæ *Patrit. de Regn. Reg. lib. 2. tit. 1.* docet tutissimam regnantium custodiam, ut Turribus, propugnaculis, mœnibus, satellitibus, aut armis contineri, sed amicorum præsidiis Civium benevolentia, propriaque virtute.

Fulvius Danesius.

OBSERVATIO LXXVI.

SUMMARIUM.

1 *Principes moderari solent acerbitatem novorum tormentorum, quæ inveniuntur ob Judicum crudelitatem.*
2 *Tormentorum genera usque ad numerum 14. recensentur ex* Anton. de Ballis tract. crimin. lib. 2. de indit. qu. 5. à num. 11. ad 31.
3 *Primus torquendi modus est immissio aquæ, quæ calce sit admixta in nares rei obstructo prius ejus ore, qui uti periculosus est omninò vitandus.*
4 *Secundus est impositio taxilli super ossa pedis adhibito postèa instrumento ligneo, quod ossi adjungitur, vulgò dicitur* la stinghetta.
5 *Tertius est Scambent.*
6 *Quartus est Crapa.*
7 *Quintus est vigiliæ inter digitos fidiculis adstrictos.*
8 *Sextus est esus carnis salitæ potione denegata.*
9 *Septimus est ignis pedibus denudatis.*
10 *Octavus est instrumentum funis, & funis subtilis afferre magis dolorem, quam grossa, & num. 11.*
12 *Tortura est inferenda sine ponderibus ad pedes, nisi in publico latrone, & atrocioribus delictis, sed securius erit abstineri ab istis additamentis, juxtà ejusdem Authoris monitum.*
13 *Novum tormenti genus est, ut funiculo religentur testiculi.*
14 *Decimum, supinus ponitur reus super tabulam cum oneribus appensis.*
15 *Undecimum est somni privatio.*
16 *Duodecimum est equuleus.*
17 *Tertium decimum est verberum.*
18 *Quartum decimum tormenti genus est fidiculorum.*
19 *Tormentorum genera supratradita non sunt in usu in M.C.V. ubi practicantur tantum tormenta funis, & stangbettarum.*
20 *Tormentum polletri recessit ab Aula M. C. V. ab Anno 1647.*
21 *Romæ sunt usu quatuor tormentorum genera, quæ recensentur.*
22 *Tormenta vigiliæ quibus concurrentibus ibidem inferri solent.*
23 *Verbera connumerantur inter genera tormentorum.*
24 *Confessio extorta cum verberibus, etsi ratificata revocari potest.*
25 *Confessio coacta, & extorta metu tormentorum dicitur quando fuit facta à reo posito in carceribus, in quibus de fame, & frigore multum patiebatur.*
26 *Confessiones receptæ à Curiis Baronalibus semper præsumuntur extortæ, adeoquod constito de verberibus Reis illatis puniuntur Officiales.*
27 *Tormentum fidiculorum an possit inferri testibus à Commissariis habentibus præminentias M.C.V.*

De Quæstionibus. Pragm. IV.

Dal Magnif. Avvocato de' Poveri della G.C. della Vic. &c.

CUm maximo fundamento æquitatis prohibetur per hanc *Pragm.* ne inferatur tormentum aurei velleris, vulgo *il Tasone* pro quocum-
1 que delicto, nec tormentum funiculorum testibus, vel principalibus, nisi existentibus inquisitionibus satis gravioribus, quia Judices severi in dies solent adinvenire nova tormēta, adeoquod Principes sunt coacti illa moderari præscribendo modum eorùm crudelitati, ne miseri rei inter tormenta decedant, ut considerat *Zacch. qq. Medicolegal. lib. 6. tit. 2. qu. 1. nu. 24. vers. sed Judicum.*
Hinc est, quod infinita tormentorum genera reperiuntur adinventa, & quatuordecim recensen-
2 tur per *Anton. de Ballis tract. crimin. lib. 2. de indic. q. 5. à n. 11. ad 31.* quæ tormentorum genera ab eodem Authore collecta pro curiosorum gustu hìc transcribere placuit.
Primus torquendi modus est immissio aquæ, quæ calce sit admixta in nares rei, obstructo prius ejus
3 *ore; hoc genus tormenti fatentur præfati DD. esse plenum periculi, & reus faciliter suffocatur, & certè esset magis aptum ad pœnam, & mortem crudeliter inferendam, quam ad veritatem eruendam*

dam ideò non utimur, & eſt omnino vitandum.
Secundus eſt impoſitio taxilli ſuper oſſa pedis, adhi-
bito poſtea inſtrumento ligneo, quo os oſſi adjun-
4 gatur. & ſecundum Marſ. vulgo dicitur la ſtrin-
ghetta, quod non utitur, ut docet Farinac. lib. 2.
tit.5.q.38.n.67.
Tertius modus denudato reo juxta umbelicum a-
dhibetur ſcarabeus incluſus ciato aquæ, ita dum
5 ſcarabeus rodit umbilicum, reus graviter tor-
quetur.
Quartus eſt, ut lavatis pedibus rei aqua ſalita, adhi-
beatur crapa, quæ plantas pedum lambat, quod
6 ab ea libenter fit propter ſalis cupiditatem, quod
genus tormenti dicunt etiam graviſſimum, licet
tutè exerceatur.
Quintus, ut adhibitis virgulis inter digitos, poſt-
7 modum fidiculis, ſeù cordibus digiti, quam arctiſ-
ſimè perſtringantur.
Sextus eſt, ut reus comedat carnes ſalitas potione
8 ei penitus denegata.
Septimus per ignem; ponitur enim reus denuda-
tis pedibus in compedibus, & unctis lardo, atque
9 amovetur ignis, & inter ignem, & pedes poni-
tur tabula, qua elevata, Judex deambulat quin-
que paſſus, dum pedes exurantur, & deinde po-
nitur tabula depreſſa inter ignem, & pedes, &
ſic fit per vices Judicis arbitrio, & hoc tormen-
to utuntur in Regno, & nos uſi ſumus, ubi reus
propter aliquod impedimentum funi ſubiici non
poſſit, de quo Farinac. lib.1.tit.5.q.38.n.69.
Octavus modus eſt inſtrumentum funis, dum reus
manibus retro ligatis, atque vinctus brachia ele-
vatur fune religata ad ligneum inſtrumentum
per ictum ex eo, & ſic reus ipſe ex ligneo pendeat
ad tocca, & non tocca, ubi detinetur quaſi media
hora, vel ſecundum arbitrium Judicis, & po-
10 ſtea ſurſum elevatur uſque ad ligneum inſtru-
mentum, & monitus ſuper veritate delicti ſubi-
to deprimatur, & dato cavallutio dimittitur in
terram, & exinde iterum elevatur, & ſic fit bis,
aut ter, Judicis arbitrio, manus autem ligantur
fune ſubtili, quæ magis affert dolorem, quam
11 groſſa, Salycet. in l. nullus C. ad l. jul. Majeſt. &
ſimiliter detentio ad tocca, & non tocca eſt gra-
vior, quam ictus cordæ ſecundum Carrer. in ſua
practic. n.178. Marſil. conſ.14.n.23. maximè ſi po-
nantur pondera ad pedes num. 75. Alex. in l.1.§.
Divus Severus ff. de quæſtio. Bald. in l.1. ff. de cu-
ſtod. reor. Farinac. lib.2.q.38.n.62. quæ pondera
12 regulariter non apponuntur, niſi in publicis la-
tronibus, & in atrocioribus delictis, & tunc
etiam funis virga percutitur, & aqua frigida
ſuper eo infunditur, prout Marſ. dicit ſervaſſe, &
Foller. in pract. 3.q.3. princip. n.69. & 2.p. nu. 12.
Gbirland. de torment. q.4.n. 10. Sed cautè agen-
dum eſt, & ſecurius eſt abſtinere ab iſtis addita-
mentis, ubi corpus dilaniatur, & membra, & oſ-
ſa diſſolvuntur, ſecundum Gbirland. ubi ſupra
verſic. quintus, & ultimus, Brun. de indic. pag.
65.n.6. Boſſ. de tort. n.4. Jul. Clar. qu. 64. verſic.
ita debent, Burſ. conſ.101. in princip. & nu. 82.
Farinac. lib.2.q.38.n.49. & 64.
Novum tormenti genus ſecundum Marſ. eſt, ut fu-
niculo religentur teſticuli, deinde virgula percu-
13 tiantur, quod durum eſt, quod fit à Barricellis,
& armorum Capitaneis contra ruſticos in cam-
pis, ut latrones indicent.
Decimum eſt, ut reus denudatus ſupinus apponа-
tur ſuper tabulam, cui ex tranſverſo terga inhæ-
14 reant, ita ut tantum ſpina dorſi tabulam tangat,
deinde ad collum, & pedes rei grave onus appen-
ditur, quo fit, ut ſummus dolor, & cruciatus in-
fertur.
Undecimum tormenti genus eſt ſomni privatio, &
indictio vigiliæ, & omnia ad vim, & potum reo
15 conceduntur, tantum vigilia indicitur, vinctus
reus ſedens à duobus cuſtoditus ne dormiat; Ita-
que dum reus quaſi devictus ſomno, caput incli-
nat, manibus, aut virgis à ſomno excitatur à cu-
ſtodibus; Cuſtodes autem per vices mutantur, ut
vigiles quietem capiant, & erit hæc ſomni priva-
tio per horas quatraginta, & ſecundum Marſ.
graviſſimum eſt, & adhibetur pro cauſa gravi,
de quo tormento apud Farinac. quæſt. 36. n. 70.
lib. 11. ubi ponit alium modum magis tyranni-
cum.
Duodecimum tormenti genus eſt æquuleus vulgo
dicitur Forte ad ſimilitudinem tum ligneum ad
16 formam equi, & ſpina dorſi ſubtiliſſima, deinde
reus imponitur eidem æquuleo funibus ſic ſpatu-
la alligantur, ut reus quam maximè deorſum
trahatur, & ſpina dorſi æquulei, quam atrociſſi-
mè reum affligit, ut dicitur vulgò il Cavalletto.
Tertiumdecimum tormenti genus verberum, quod
ſolet inferri in campis perſonis humilibus ad in-
17 dicandum latrones, de quo in l. nullam C. ex
quib. cauſ. infam. irrogat. Maſcard. concluſ.162.n.
3. Add. ad Bertazz. conſ.426. lit. B.
Poſtremum eſt tormentum fidiculorum, ut reus ſu-
pinus ſcamno imponatur, deinde à capite ad pe-
18 des uſque omnibus articulis inter conjunctiones
oſſium funiculi includuntur, & ſic exceduntur,
ut nullum corporis membrum ſine ſummo dolore
ſit.
Verum dicta genera tormentorum non ſunt in uſu
in M.C.V. in qua ſolum practicatur tormentum
19 funis, & fidiculorum in torturis, quæ acriter in-
feruntur, & tormentum ſtanchettarum, quia
tormentum polletri obſervabatur ante revolu-
tiones anni 1647. à dicto tempore non fuit am-
20 plius ſervatum, ut teſtatur Doctor Phyſic. Ho-
rat. Greco in ſuo lib. intitulat. Il Medico Fiſcale
inſert. inter opus Anell. de Sarno ſect.4.cap.1.n.
7. verſ. queſti dunque, neque in delictis enormi-
bus, Scial. in prax. torq. reos cap.8.nu.16. in fine,
Et Romæ eſſe quoque in uſu quatuor tormenta
21 nempè tormentum funis, feli cordæ, tormen-
tum vigiliæ, taxillorum, & ſibillorum, ſed uſita-
tiſſimum eſt tormentum funis, teſtantur recen-
tiores Scriptores apud Zacch. qq. Medico legal.
eod.

Digitized by Google

eod.lib.6.tit.2.q.1.n.11.tom. 1. Sed tormentum
vigiliæ, quod Romæ infertur non poſſe inferri,
niſi duobus concurrentibus, nempe quod aga-
22 tur de atrociſſimo crimine, & quod urgentiſſi-
ma, aut quaſi indubitata indicia urgeant, *Ray-
nald.obſervat.criminal.in obſervat. ad cap.34. §.
11.ſupplet.5.n.152.tom. 3. Scannarol. de viſitat.
carcerat.lib.2.cap.4.de tormento vigiliæ à n. 13.*
ubi tradit exempla delictorum atrociſſimorum;
& inditiorum urgentiſſimorum.

Cum inter genera tormentorum connumerentur
hîc per *Anton. de Ballis* verbera, obſervan-
23 dum erit, quod confeſſiones extortæ à reis præ-
cedentibus verberibus, dicuntur extortæ metu
tormentorum, quibus probatis ex præſumptio-
nibus, & conjecturis, nempè per ſtigmata, ſi-
gnaturas, clamorem, & gemitum, admittitur re-
vocatio talis confeſſionis extortæ, licèt confeſ-
ſio fuerit ratificata in aula M. C. V. vel Regiæ
Audientiæ, quia per talem ratificationem non
24 excluditur probatio metus, juxta ea, quæ per
nos fuerunt adducta *in obſervat.ad ſing.353.&
354.à n. 6.cum ſeqq.tom.1.*

Quibus accedit, quod confeſſio coacta, & extorta
metu tormentorum, dicitur quando reus fuit
25 poſitus in carcere, in quo de fame, & de frigore
multum patiebatur, ex *Bart.in l.1.§.Divus ff. de
quæſt.* & aliis docet *Alex.Trentacinq.var. reſol.
2.de confeſſ n.49. verſ.Item*, quia nedum carcer
eſt ſpecies torturæ, ſed magis ad inſtar torturæ
habetur denegatio alimentorum, *gl. in l. item
apud Labeonem §. quæſtionem verb. dicunt ff. de
injur.& in clem.1.§.prop.verb. tormentis de hæ-
ret.* latiſſimè, & eruditè *Guilelm. Antonius de
Freundeberg.de reſcript. & morator. tit. 7. con-
cluſ.40.de alimentis à n.16.cum ſeqq.*

Hinc fit, quod confeſſiones receptæ à Curiis Ba-
ronalibus præſumuntur ſemper extortæ à com-
26 muniter accidentibus, juxtà *ſing.Marſ.1. in ulti-
mo manus ſigno*, & ſat eſt tale argumentum com-
probatum conjecturis, & ſola fama, *Conſil. de
Roſa reſol.crimin.8.ſivè 33.n.16.17.& 18.to.3.*

Si verò conſtiterit de verberibus illatis, puniuntur
officiales, *de Angelis de official. Baron.cap.287.
num.*12. & punitur etiam Baro ſi de ejus man-
dato fuerunt verbera illata, idem *Conſil. de Roſa
reſol.9.ſive 34.tom.3.*

Reſpectu tormenti fidiculorum, de quo loquitur
etiam hæc *Prag.* concordat cum *Prag.* 10. *in §.
66.de offic.Judic.* per quam prohibetur, ne poſ-
27 ſint uti hoc tormento contra teſtes etiam
Commiſſarii deſtinati cum præeminentia
M.C.V. non obſtante quod agatur de crimine
gravi, quod exornavimus in *cit. ſing. 353. num.
1.& 2.*

OBSERVATIO LXXVII.

SUMMARIUM.

1 *Rheda, ſeu currus ſiſtere non debet in Civitate
niſi tranſeunte D.Prorege, vel S.R.E.Cardi-
nalibus.*

2 *Judices an debeant eſſe primi in ſalutando, &
ſi ſalutanti non ſalutaverint, an ſit locus re-
cuſationi, & n.3.*

4 *Rheda an cedere debeat alteri rhedæ in via,
quæ ambas non capit.*

De Rhedariis. Pragm. V.

A noſtra notitia è pervenuto, &c.

AD ornatum hujus *Prag.* mandantis, ut cur-
rus ſiſtere non debeat per Civitatem, niſi
tranſeunte D. Prorege, videndus eſt *Gizz. in
obſer.ad Capyc.Lat.dec.25.n.* 20. 21. & 22. ubi
loquendo ante hoc bannum, quod fuit promul-
1 gatum de A.1666. dicit quod currus nedum ſi-
ſtere debet tranſeunte Prorege, ſed etiam Ma-
gnatibus, & Romæ S.R.E. Cardinalibus, niſi in
curru, ſeu vehiculo ſedeant viri cum mulieri-
bus, & adducit locum *Eccleſiaſt.cap.4. ibi: Ma-
gno humilia caput tuum:* & ſiſtitur currus, donec
tranſeant Principes, & Magiſtratus ſupremi, ex
Gratian.diſcept.for.cap.284.n. 55. lib. 2. quod
ſervari de urbanitate dixit *Lagunez de fruct.
p.1.cap.30.n.76.* Verùm idem *Gizz.* ſubdit, quod
hodie cum Magnatibus non practicatur, ut ſi-
ſtere debeat currus, quemadmodum non ſerva-
tur cum Magiſtratibus illud, quod ſervabatur
antiquitus aſſurgendi, caput aperiendi, & de-
ſcendendi à curru, ut teſtatur *Grat.loc. cit.* Ad-
2 dendum erit, quod Judices quandoque debent
eſſe primi in ſalutando, adeout ſi Judex ſaluta-
tus nolit reſpondere, eſt juſta cauſa ſuſpicionis,
Reg.Rovit.in comm.ad Prag.15. de ſuſpit. §. 19.
3 *num.7.&* 8. quod Ego intelligo, quando conſul-
tò non reſponderit, *Maſtrill.dec.151.n.* 46. *p.* 2.
Lagunez de fruct.cit.p.1.cap.30.n.62. adeo quod
ſecundùm terminos ejuſdem *Prag.15.eod.§.19.*
ſi Judex proprio juramento affirmaverit ſalutan-
tem non vidiſſe non erit locus recuſationi.

Dum hîc incidit ſermo de Rhedis, pulchrè quæ-
rendum erit quænam ex duabus rhedis cedere
4 debeat alteri in via, quæ ambas non capit, vide
Cyriac.controv.274.n.16.& 17.tom.2. ubi tradit
pulchras diſtinctiones inter rhedas conducti-
tias, & privatorum Dominorum, & inter ma-
jorem, & minorem, maxima diſtinctio eſt, quan-
do in uno curru reperiuntur mulieres nobiles,
vulgò *Dame*, quia iſtæ nemini locum cedunt,
doctus *D. Urſaja inſtit.crim.lib.2.tit.5. de crim.
homicid.n.127.*

OBSERVATIO LXXVIII.

SUMMARIUM.

1 Pragm. *hæc intelligenda eſt de ſalario conſtitu-
to*

to illis, qui mittuntur pro servitio Regiæ Curiæ, & non Baronum.

2 *Consuetudo, quæ viget in contrarium, quibus requisitis concurrentibus sustinenda veniat.*

3 Horat. Montan. *verba afferuntur pro quæstionis resolutione.*

4 *Vassalli non possunt compelli ad præstandum servitia personalia extra feudum.*

5 *Clausula* cum angariis, & perangariis *intelligitur intus pertinentias feudi, nisi aliter esset ex privilegio, vel præscripta consuetudine.*

6 *Statutum statuens, quod unus subditus pro alio teneatur, debet intelligi de debitis contractis intra territorium civium.*

7 Pragm. Regis Ferdinandi sub hoc tit. *strictè interpretatur, tanquam exorbitans à regulis Juris communis.*

8 *Barones jure comuni attento non possunt compellere vassallos ad præstandum servitia personalia, etiam mediante salario.*

9 Pragm. *debet intelligi de servitiis, quæ intelliguntur intus pertinentia feudi, & ponderantur ejus verba.*

10 *Vassalli carcerati à Barone, ex quo recusant servitia personalia præstare, sunt excarcerandi præstita cautione.*

De Salario eorum, Prag. I.

Ad perpetuã rei memoriam, &c. It §. incip. *Salarium autem, &c.*

AD intelligentiam hujus *Pragm.* ultra ea, quæ adnotavit meus *Genitor in sing.* 369. & Nos quoque ibidem breviter observavimus, viden-
1 dus est *Horat. Montanus in tract. de Regalib. in §. & plaustrorum n.* 2. ubi quod hæc *Pragm.* est intelligenda, prout loquitur de salario eorum, qui mittuntur pro servitio Regiæ Curiæ, & non Baronum, ad quorum favorem non probatur ex hac *Pragm.* consuetudo pro coactione vassallorum ad locandum animalia, & currus; Sed existimat *citatus Author*, quod consuetudo sustinenda videtur concurrentibus circumstantiis
2 illis, quibus Rex, vel Sac. Consil. id fieri permictit nempè cogendo habiles, & solitos locare tempore habili, & tradit distinctionem inter Baronem, & Regem, qui cogit omnes subditos, etiam non solitos locare rem clarius explicando, his verbis: *Item Barones cogunt tantum solitos locare, & eo tempore, quo non vacant suis negotiis,*
3 *ut dictum est, & sic non posset Baro cogere sutorem, vel barbitonsorem ad portandum literas, vel arandum terram, sed sutorem ad suendum, barbitonsorem ad tondendum barbam, aratorem solitum arare pro aliis ad arandum, currus, & naves solitas locare ad portandum, & sic de singulis, plaustra autem, & naves eorum, qui habent pro usu proprio, nec solent locare capere non potest, quia ut dictum est hæc potestas cogendi solitos locare, & tempore habili est fundata super ratione communi, scilicet ut dum aliis locant, locent & Domino eorum; alias denegatio esset ad æmulationem, & malitiam: At Rex quoties publica necessitas urget, cogit omnes subditos etiam non solitos locare; Sic pariter capit omnia plaustra, naves, & animalia ad asportandum lignamina, cæteraque necessaria ad usum militiæ, & defensiones Regni, Andr. in hoc text. n.* 53. *in fine, nedum intra Regnum, sed etiam extra, & id toties, quoties opus erit, Ferrar. Montan. de feud. lib. 6. cap. 4. versic. cæterum circa medium.* Accedit videndus *Novar. de gravamin. vassall. gravam.* 78. *gravam.* 83. *& gravam.* 84. ubi plenius materias pertractat adductis nonnullis rebus judicatis.

Hæsitatum fuit in terminis hujus *Prag.* num cives compelli possint à Barone ad præstandum servi-
4 tia personalia extra feudum, & negativè fuit resolutum à præstantissimis, & consultissimis illis causarum Patronis subscriptis in sequenti consultatione, quam hic imprimendam duximus cum satis breviter tendat ad hujus *Pragm.* interpretationem.

Responsum diversorum Advocatorum.

IN causa Civitatis Nuceriæ Paganorum cum Ill. Duce super servitiis petitis, ad ea non teneri dictam Universitatem ex infrascriptis clarè demonstratur.

Primò, nam vassalli pro servitiis extra feudum non possunt compelli, ex quo extra territorium
5 nulla est jurisdictio *l. fin. ff. de jurisd. omn. Judic. cap. ut animarum de const. lib.* 6. faciunt notata per *Andr. in cap.* 1. *§. sed nec justior, quæ sit prima caus. benef. amit.* ubi Rex non potest gravare Barones, ut præstent servitium militare extra Regnum, & per *Affl. in Const. prosequentes, nu.* 6. ubi in propriis terminis dicit, quod Baro non potest consequi servitia extrà territorium, hinc dicit idem *Affl. in Const. justitiarii, qui per Kalendas n.* 3. quod Baro, qui habet vassallos cum privilegio, quod sint angarii, & perangarii, intelligitur de angaria, & perangaria intus pertinentias feudi, non autem extrà districtum, *arg. l. final. ff. de jurisd. omn. Jud.* nisi expressè Princeps in privilegio voluisset, quod possint angariari vassalli, etiam extra districtum, quod non est præsumendum in dubio, ex quo *text. in Const. justitiarii per Provincias* jubet, quod vassalli in remotis partibus non graventur, quod est menti tenendum, secundum *Affl. loco allegato*, qui videatur rogo.

Hinc dicit *Bart in tract. de repræsal. in* 4. *quæst. primæ quæst. principal.* quod si statutum diffiniat, quod

6 quod unus subditus pro alio teneatur, debet in-
telligi de debitis contractis intùs territorium
Civium, non extra *l.cum unus §. fin. ff. de bon.
auth. Jud. possid. c. 2. §. 1. de const. lib.* 6. idem dixit
Joannes de Imol. consf. 50. quod sequitur *Affl. in
Const. ascriptitias n.* 5. ubi dicit, quod Barones
solent angariare vassallos extra territorium sine
privilegio, qui etiam videatur rogo, & hanc
eandem opinionem tenet *Niger in cap. Regn.
gravamina n.* 3. nisi hoc fiat ex privilegio, vel ex
consuetudine præscripta, quæ non sunt proba-
ta ex parte Illustris Ducis, & propterea Cives
Nucerini ad talia servitia compelli nullo pacto
possunt, ut latè per *Curt. in tract. de feud.* 4. *par.
in* 3. *quæst.* & per *Jacob. de Ardiz. in summ. feud.
cart.* 14. *vers. an domino absente*, hoc etiam tenet
Paris. in tract. de rei integ. cart. 56. & pluries dicit
Frecc. in multis causis determinatum *lib.* 2. *aut.*
3. *n.* 223.
Nec obstat si prætendat Ill. Dux talia servitia de-
beri virtute Regiæ novellæ *Pragm. Ferdin. I.*
7 nam in primis advertat excellens Dominus
causæ Commissarius, quod illa Regia novella
Pragm. fuit introducta in favorem Universita-
tum, & vassallorum, & ad removenda gravami-
na, & propterea debet intelligi in servitiis, quæ
fiunt intus territorium, vel in servitiis illis, quæ
incipiunt à feudo tantùm, ex quo cum dict. *Reg.
Pragm.* sit exorbitans à regulis juris communis,
debet strictè intelligi, ut quantò minus possit
lædat Jus commune, *l. si quando, C. de inoff. test.*
sed de Jure communi non possunt Barones eo-
8 rum vassallos compellere ad præstandum servi-
tia personalia, etiam mediante salario, ut dixit
*Bald. in l. fin. in princ. C. de bon. quæ liber. est tex.
in l.* 1. *ff. qui, & à quib. & l. domini prædiorum C.
de agricol. & censit.* quia nullus qui solvit Regi
tributum, potest compelli ad præstandum servi-
tia personalia, *l. unic. C. ne oper. à collator. exigan-
tur, lib.* 10. ergo quatenus Pars adversa præten-
dit servitia personalia mediante dicta Regia
Prag. debet intelligi de servitiis, quæ injungun-
tur intùs pertinentias feudi, non extrà distri-
9 ctum, ut quanto minus possit lædat Jus commu-
ne, cum sit exorbitans à regulis Juris commu-
nis, quod patet etiam ex verbis dictæ Regiæ
Pragm. dum dicit *fideles ad proprios sumptus
mittebantur*, & sic propria respicit servitia, quæ
fiunt intus feudum, vel quæ incipiunt ab ipso
feudo, non autem quando incipiunt à loco ex-
tra feudum, ad quod comprobandum adducitur
theorica *Bart. in l. quicumque C. de omn. agr. de
sert. lib.* 11. ubi quod si de Cluso debet portari
frumentum ad Perusium, primo Clusi, & postea
viciniores Cluso, & sic sentit, quod si à Provin-
cia Calabriæ transferatur frumentum, primo illi
Calabri, unde sumitur frumentum, postea alii
Calabri propinquiores illi loco, unde sumitur
frumentum; ergo Cives Nucerini nullo pacto
compelli possunt, & quatenus mediante Regia
novella *Prag.* essent compellendi debet intelli-
gi, deductis fructibus, quos dictus Ill. Dux per-
cipit ex bonis sitis in Civitate Nuceriæ, ac de-
ductis illis frumentis, & ordeis, & aliis victua-
libus, quæ percipit ex decima, imo etiam ad
prædicta compelli non possunt, stante abusu
cum reverentia, quo Illustris Dux utitur ven-
dendo frumenta, quæ cotidiè transmitti facit à
Provincia Calabriæ Ultra, quatenus videretur
eidem Sac. Conf. compellere vassallos ad ali-
quam quantitatem forte deficientem, non de-
bent gravari dicti vassalli, nisi justo mediante sa-
lario, non juxta formam Regiæ novellæ *Pragm.*
servata forma capituli cõcessi per Ill. Ducẽ dictæ
Civitati Nuceriæ, etiam mediante assensu Regio.
Cætera suppleant excellentes Judicantes.

Bartholomæus Baldinus.

Fabritius Sammarcus.

Fabritius Villanus.

Paulus Theodorus.

His accedit, quod lite pendente super præstatione
servitiorum inter Baronem, & vassallos recu-
10 santes servitia præstare, est impartiendus termi-
nus, & vassalli carcerati ob causam prędictã sunt
excarcerandi *præstita cautione solvendi judica-
tum*, ut extat determinatum apud *Gram. vot.* 12.
Cætera ad materiam hujus *Prag.* pertinentia vi-
denda sunt penes *R. de Marin. lib.* 2. *resol. Juris
cap.* 37.

SUMMARIUM.

1 *Pascendi jus non censetur sublatum vassallis in Demanialibus feudi, ex quibusvis clausulis contentis in Baronum privilegiis.*

2 *Jus pascendi competens Civibus in demanio Baronum, num extendatur pro animalibus deservientibus ad usum mercaturæ; & an extendatur ad Cives allectos, sivè incolas n.* 3.

4 *Fidæ, & diffidæ solutio an sit facienda ab exteris depascentibus cum animalibus in Demanialibus Baronum, Universitatis, & Civium.*

5 *Affertur novissima decisio S. C. lata junctis Aulis sub die* 12. *Julii* 1703. *& ejus integra verba transcribuntur allata decidendi ratione, & n.* 6. *&* 9.

7 *Baro est manutenendus in possessione adversùs Universitatem prætendentem habere communionem pascendi virtute Regii Assensus, quem Universitas allegat, sed non producit.*

8 *Decretum latum super possessorio habetur pro titulo habili, etiam in his, quæ sine titulo possideri non possunt.*

10 *Fidæ, & diffidæ jus versatur super toto territorio tam feudali Baronis, quàm demaniali Universitatis.*

11 *Pœna diffidæ pro damnis datis in Demanialibus Universitatis, & Civium, an possit exigi absque querela Domini territorii.*

 12 *Pœ-*

12 *Pœna diffidæ an possit exigi absque banno.*
13 *Jus diffidæ num possit excedere Augustale, referuntur determinationes.*

Ad §. 4. incip. *Item statuimus, &c.*

Accedit, quod Rex concedendo terram cum *montibus, planis, pascuis, & nemoribus*, nunquam videtur abstulisse usum vassallis, ut *ex Luc. de Penn. Frecc. & Novar. de gravam. vas-*
1 *sall. grav.* 147. *n.* 2. *&* 3. *tom.* 2. *Reg. Capyc. Latr. cons.* 102. *n.* 1. *tom.* 2. & nos addimus eundem *Novar. in gravam.* 32. *n.* 2. *&* 4. *tom.* 1. qui docet quod vassalli taliter habent fundatam intentionem circa jus pascendi in Demanialibus, quod semper veniunt manutenendi in possessione, nisi Barones ostendant privilegium Regii Assensus concedens territorium in Defensam; Videnda sunt, quæ disseruit *Consil. D. Franciscus de Andrea in consultatione illa*, quam nos reportavimus *obs.* 6. *n.* 34. *et* 35.

Non extenditur tamen iste Vassallorum usus ultra pascnlum propriorum animalium, quia si præ-
2 tenderent uti demanialibus Baronum ultra usum, tenerentur ostendere privilegium, vel præscriptionem immemorabilem, *Rovit. consil.* 30. *num.* 3. *&* 4. *tom.* 2. Ideoque Barones solent emittere banna prohibentia accessum animalium in nemoribus reservata facultate pascua sumendi pro usu tantùm, *Marcian. cons.* 22. *n.* 1. *tom.* 2. *Reg. Sanfel. dec.* 8. *Consil. Rocc. respons.* 82. *num.* 9. *&* 10. *lib.* 1. Quare non licebit Vassallis immittere alia animalia deservientia pro mercatura, vel industria, vel accepta ad soccidam absque solutione fidæ, & diffidæ, quæ solvi est consuetum inter exteros, nisi animalium industria versaretur inter eosdem Concives, nimirum si animalia, quæ immictuntur impinguanda in Demanio feudi, mactentur, & vendantur in laniaenis ejusdem Civitatis, juxtà decisionem Reg. Cameræ, quam refert *Reg. de Marin. lib.* 1. *resol. cap.* 220. *num.* 5. meminit *Novar. grav.* 32. *num.* 3. accedit *Montan. de Regal.* §. *argentariæ num.* 7. *fol.* 269. *& Card. de Luc. de servit. discurs.* 40. *à num.* 3. *ad* 6. ubi respectu industriæ, & mercimonii contrarium sibi verius videtur, ex *Gizz. ad Reg. Capyc. Latr. in observat. ad decis.* 66. *in fine.*

Hæsitatum quoque audivi an hoc Jus pascendi, quod competit Civibus naturalibus pertineat
3 ad Cives allectos, vel per incolatum, interrogatus allegavi ad Civium favorem decisionem *Reg. Sanfel.* 75. sed postmodum reperii *Consil. de Ros. cons.* 9. *num.* 33. *& Consil. de Alton. in obser. ad cons.* 48. *Reg. Rovit. n.* 22. qui laudat eundem *Sanfelic. cum Surd. Molfes. & Capibl.* sed adesse potest altercatio ex distinctione allata per *Novar. in cit. gravam.* 32. *nu.* 10. *&* 11. nempe si incola non habuerit incolatum per decennium in Terra Baronis, vel vellet uti immunitatibus, quibus fruuntur Cives originarii extra territorium, ex traditis per *Reg. Galeot. controv.* 67. *tom.* 2.

Aliter statuendum videtur respectu exterorum, quorum animalibus immissis ad pascua sumendum in territoriis, tam feudalibus, quàm burgensaticis Baronis, sive in demanialibus Univer-
4 sitatis, sive in territoriis propriis Civium, quæ vulgò *territoria appatronata* nuncupantur, erit locus fidæ solutioni, respectu quorū vocatur servitus fidæ, inducta ex præscripta consuetudine centenaria, ut diximus in *observat. ad singul.* 53. *nostri Genit. à num.* 1. *ad* 54. ubi reportavimus nonnullas novissimas S.R.C. decisiones, quibus addimus aliam satis recentiorem factam junctis duabus Aulis sub die 12. Julii Anni 1703. in causa Ducis Balneariæ cum Civitate Rhegii referente Regio Consiliario D. Cæsare de Natale; verba cujus determinationis sunt, quæ sequuntur: *Procedatur ad expeditionem causæ*
5 *possessorii plenarii, & interim decretum Domini causæ Commissarii latum sub die* 12. *Februarii* 1702. *fol.* 267. *debitæ executioni demandetur, verum si Cives Civitatis Rhegii immictant eorum animalia ad pascua sumendum in territoriis propriis Illust. Ducis Balneariæ utilis Domini Terræ Mottæ, sive feudalibus, sive burgensaticis, sive etiam demanialibus Universitatis, sive Civium, sive exterorum etiam dictæ Civitatis solvant fidam, prout se concordare potuerint: Et casu quo non fuerint fidati, & reperiantur lignantes, vel pascua eorum animalia sumentia in territoriis prædictis, ultra damnum æstimandum in beneficium Domini territorii, solvant etiam pœnam Augustalis, si verò se voluerint concordare pro evitanda pœna diffidæ pro damnis forsan inferendis in toto prædicto territorio, solvant fidam servata forma soliti ultra damnum æstimandum, pro quo solito capiatur summaria informatio, & interim donec aliter fuerit per S.R.C. provisum, solvant ad rationem contentam in informatione capta per Scribam Reg. Audientiæ Calabriæ Ulterioris Januarii de Vita ultra damnū æstimandum in beneficium similiter Domini territorii, quando verò noluerint se concordare pro diffida prædicta, & reperti fuerint dicti Cives lignantes, & eorum animalia pascua sumentia in eodem territorio, dato præcedenti banno, etiam ex officio, & etiam absque querela Domini territorii solvant pœnam unius Augustalis ultra damnum, ut supra, quod tamen damnum possit remicti consensu Domini territorii, in quo illud est illatum, si verò nullum sit illatum damnum, vel reperta fuerint animalia per transitum pascua sumentia propè viam, etiam in terris saldis, & apertis, exigatur pœna tertiæ partis Augustalis ab exteris tantùm, salva provisione facienda pro præterito tempore, tam pro fida, quàm pro diffida, Partibus plenius auditis.* Ratio

Ratio igitur decidendi circa Baronis manutentionem in poſſeſſione Juris fidæ, deſumpta videtur
6 nedum ex rationibus per Nos ſupra traditis,ſed ex alia determinatione,quę in eadem cauſa poſſeſſorii prodiit de Anno 166t. in quo dum hæc controverſia exorta fuiſſet, fuit ordinata manutentio in beneficium Ducis habentis intentionem fundatam de Jure communi contra eandem Civitatem Rhegii non habentem Juris aſſiſtentiam circa prætentionem Juris paſcendi, quam habere contendebat ſuper territoriis controverſis in vim antiquæ communionis, quæ tantum allegabatur abſque ulla exhibitione tituli, nec probatione poſſeſſionis immemorabilis, ut conſtat ex traditis per *Capibl. ſup. Pragm.* 1. *de Baronib.num.*250.*impreſ. Anno* 1666.

Sanè Univerſitas, quæ experiebatur actione confeſſoria vindicando ſervitutem Juris paſcendi,
7 vel interdicto uti poſſidetis,obtinere non poterat in judicio manutentionis lite pendente ſuper poſſeſſione Juris paſcendi, nullo legitimo communionis titulo producto contra Ducem, qui tuebatur actione negatoria, & habebat nedum poſſeſſionem, ſed fundatam intentionem de Jure communi, ex *text.in cap.quoad decimas de reſt.ſpoliat.* & ex aliis cumulatis per *Fulv. Lanar.in addit.ad Patruum in* §. *ſi quis per triginta,ſi de feud.defunct.fuerit controv.num.*88.*cum ſeqq.* & per *Reg. de Marin. reſol.Jur. lib.*2.*cap.* 204. *à num.*1.*ad* 4.*& in obſer.ad deciſ.*472.*Reg. Revert num.*4.*&* 5.*tom.*2.

Quibus accedit, quod decretum latum ſuper poſſeſſorio de Anno 1661. ſatis ſuperque pro titu-
8 lo reputatur, ad hoc, ut Baro lite pendente in poſſeſſorio obtinere potuiſſet, etiam ſi ageretur de rebus, quæ ſine titulo poſſideri non poſſunt, in terminis *Reg.de Marin.ad Revert. in obſerv. ad deciſ.*449. *num.*3.*&* 4.*to.*3.*&* ante eum *Reg. Marcian.diſputat.*65.*num.*30. *verſic.cum igitur diſput.forenſ.tom.*2.

Nec adverſatur, quod decretum Anni 1661. non fuerit locutum de territoriis demanialibus Univerſitatis, nec de propriis Civium, ſed tantum
9 decreverit, quod *manuteneretur Dux Balneariæ in poſſeſſione, ſeu quaſi exigendi jus fidæ, & diffidæ in territorio dictæ Terræ*, perinde quaſi fuiſſet in decernendo comprehendere territoria tantùm feudalia, juxtà intelligentiam illam, quam tempore diſcuſſionis hujus cauſæ in Aula palam tradidit doctiſſimus, & acutiſſimus quondam Regius Conſiliarius Petrus Fuſcus, cujus argumenta quamvis reſoluta extitiſſent ex reſponſionibus traditis per non minus doctum, quam eloquentiſſimum Ducis Advocatum D. Thomam Mazzaccara, Nos nunc addimus, quod decretum illud intelligendum eſt, prout de Jure; Cumque de Jure, & ex præſcripta conſuetudine Baro habeat fundatam intentionem fidandi Exteros, nedum in demaniis Univerſitatis, ſed in Civium territoriis, ut ſupra diximus; Cur dubitandum erit Jus exigendi fidam, & diffidam non verſari ſuper omnibus territoriis? cum Jus fidæ, quod verſatur in toto territorio non diſtinguit unum locum ab altero,ut ſubtilitèr ponderavit *Reg.de Curt. in diverſ. Jur.feud.cap.*3. *n.*79. *in fin. par.*2. ibi: *& ſecundum hanc opinionem hodie paſſim, & indiſtinctè judicamus, pro qua facit ratio, quia cum Baro habeat jus fidæ in toto territorio,quādo loca particularium ſunt aperta, non poteſt di-*
10 *ſtingui unus locus ab altero, & propterea concludendum eſſet Baronem non habere in reliquo jus fidæ, quod dicendum non eſt*; ideoque fatendum erit, ita fuiſſe de mente S.C. in decreto lato de Anno 1661. quemadmodum fuit expreſsè declaratum per noviſſimum decretum per Nos ſupra traditum.

Verba illa appoſita in decreto, ibi: *Dato præcedenti banno etiam ex officio, & abſque querela Domini territorii ſolvant pœnam unus Auguſtalis ultra damnum*. Concordat cum *Pragm.* 1. *de offic.Bajuli*, per quam fuit ſtatutum poſſe
11 etiam ex officio procedi pro damnis datis: *Statuimus, quod in damnis datis perſonalitèr, vel cum animalibus, ſive ex officio, ſive ad denunciam procedat*.

Concordant deciſa apud *Ann.ſing.*138. ubi quod ſine banno non poteſt Baro exigere pœnam fi-
12 dæ, & diffidæ, ſequitur *Conſ. Rocc. reſponſ.*5.*n.* 25.*tom.*2.*Reg.Sanfelic.deciſ.*8.*nu.*11.12. *&* 13. ubi quod pœna diffidæ fundatur in bannis, quibus mediantibus arcentur animalia ab ingreſſu, ut ex *Luca de Penna*,notarunt *Staiban.conſ.*91. *num.*10.*Barbat.de diviſione fruct.par.*1.*cap.*6.*n.* 9.*Monac.ad Minad.deciſ.*32.*num.*26.*in fin.Reg. Reverter.deciſ.*472.*verſ. & pro Barone, in fine*, qui concludit diffidam non competere, niſi habentibus Juriſdictionem, vel Bajulationem, &
13 pœnam diffidę non excedere Auguſtalē fuit rectiſſimè determinatum in præſenti cauſa, quia ita determinatur quotidie in gravaminibus Vaſſallorum,ex diſpoſitione citatę *Pragmaticæ*, ut docuit *Camill. de Curte in diverſ. Juris feudalis cap.*3.*num.*74.*par.*2.quamvis nonnulli Barones contendere ſoleant vigere in eorum favorem contrariam conſuetudinem, & obſervantiam indicendi in bannis majorem penam Auguſtalis virtute inveſtituræ,& privilegiorum *cum mero,& mixto Imperio*,tamen ſemper contra Barones judicatum vidiſſe teſtatur *Capiblanc.in Pragm.*8.*de Baronib. num.*381. & pro obſervantia *Reg.Pragm.* deciſum quoque teſtatur *Reg.Capyc.Latro in conſultat.*141.*nuu.*4.*&* 5.*tom.*2. quamvis in eadem *conſultat.* & in alia 66. *tom.*1. ſcripſiſſet pro contraria conſuetudine,quæ viget in Provincia Hydruntina. Accedit pro noſtra ſententia *R. de Luca in obſervat. ad citat.conſultat.*65.*à num.*1.*cum ſeqq.lib.*1.

Digitized by Google

SUMMARIUM.

1 *Universitates quamvis non teneantur ad constructionem novorum Castrorum, tenentur tamen ad reficiendum muros Civitatis, & num.2.*
3 *Quid in refectione Castri, & in constructione, & reparatione Turrium existentium, juxtà littora maris.*
4 *Universitates an possint sine licentia Regis construere, vel munire mœnia, & an Universitates convicinæ contribuere debeant.*
5 *Universitas an Baro teneatur construere, & reparare carceres. Resolvitur cum distinctione.*

In §. 5. incip. *Item ne in reparatione, &c.*

STatuitur ne Universitates locorum, & Terrarum Regni molestentur pro nova constructione Castrorum, sed tantum teneantur pro repa-
1 ratione veterum ædificiorum in casibus, in quibus tenentur.
Quid in muris Civitatum? videndus est *Gannaver. decis.39.* ubi *num. 27.* decisum refert mœnia,
2 seu muros Civitatis Tropeæ esse reficiendos per Incolas nemine exempto. Castellum verò positum pro majori fortificatione deberi refici à Fisco, cum ibi habitent tantummodò milites, accedit *Reg. Tap. in annotat. ad hanc Pragmat.* quas reposuit in *lib.6. Jur. Regn. tit.28. de gravam. Vassall. à num.1. ad 3.* ubi testatur de observantia hujus *Pargm.* & quod contribuunt Universitates pro constructione, & reparatio-
3 ne Turrium, quæ juxta maris littora per totum Regnum cõstructa sunt, pro qua reparatione facienda dicit fuisse assignatos ducatos quindecim mille octingentum nonagintaquinque, & gr. 19.
Hîc pertinet adnotare, quod DD. non sunt concordes, si liceat Universitatibus, Oppidis, &
4 Villis se munire mœniis, & propugnaculis, absque licentia Regis, ut constat ex traditis per *Montan. de Regalib. §. Palatia num.7. qui nu.8.* notabiliter advertit teneri contribuere ad reparationem Castrorum, nedum habitatores Castri, sed etiam alios, qui habent territoria in confinibus dicti Castri, licèt ibi non habeant domicilium.
Quid in construendis, & reparandis Carceribus deservientibus pro detinendis, & custodiendis
5 malefactoribus, diximus in *observ. ad sing.58. nostri Genitoris*, ubi decisum retulimus esse onus Universitatis, & Vassallorum. non autem Baronis, & nunc addo *Berart. de visitat. Magist. cap. 14. num.32. & cap.23. num.43. & Reg. Tap. lib. 6. Jur. Regn. in tit. de gravamin. Vassall. in annot. ad hanc Pragm. num.6.* ubi testatur servari in praxi, quod quando proventus sunt Baronis, ipse tenetur, quando verò proventus spectant ad Universitatem, compellitur Universitas ad reficiendum, vel construendum carceres.

SUMMARIUM.

1 *Verba* Capit. Regn. *incip.* Item statuimus *exprimuntur.*
2 *Verba ejusdem* Capituli, Juris ordine, *quomodo intelligenda.*
3 *Verba* Reg. de Marin. *traduntur ad intellectum dictæ legis.*
4 Reg. de Philipp. in differt. fiscal. 1. num. 32. *adducitur ad propositum.*

In §. 6. incip. *Cum sæpiùs ad nos querela pervenerit, &c.*

MAndatur ut contra possessores rerum fiscalium citatos ad ostendendum titulum procedatur Juris ordine servato, juxtà disposita in *Cap. Regn.*
Verba hujus *Cap. Regn.* quod incipit. *Item statuimus*, non fuerunt hic integrè transportata; sed sunt mendosa illa verba, *nisi legitimè conventi*
1 *fuerint*, nam in *text. dict. Capit.* legitur, *nisi legitimè convicti fuerint, & etiam condemnati*, ideò ad pleniorem illius intelligentiam integra verba hîc transcribenda duximus. *Item statuimus, quod si Procuratores Fisci, vel alii Officiales, seu publicæ personæ ad quorum officium istud spectat, credant possessiones aliquas, sivè Jura ad Fiscum spectãtia detineri per aliquos occupatores detentores, seu possessores dictarum possessionum, seu Jurium in competenti Tribunali conveniant, & contra ipsos servato Juris ordine procedatur, nec ipsarum possessione priventur, antequam legitimè convicti fuerint, & etiam condemnati.* Hæc eadem integra verba fuerunt transcripta per *Reg. de Marin. in obser. ad decis. 111. Reg. Revert. num.10. & 11.* ubi explicando cum *Nigr. & Luc. de Penn.* verba illa *Juris or-*
2 *dine*, intelligenda esse fatetur, ut libellus offeratur, possessor citetur, lis contestetur, & sententia feratur, comprobat *lib.2. resol. Jur. cap. 115. num.16.* & in *obser. ad decis.566. ejusdem Revert. nu.3.* ubi testatur de observantia *Capit.*
3 & hujus *Reg. Pragm.* his verbis: *Hac dispositione attenta disposita in capit. cum personæ, de privil. in 6. in Regno nostro cum Reg. Fisco nusquam fuerunt practicata, hucusque enim non vidimus, nec à majoribus audivimus D. Regem nostrum possessores earum rerum, quæ sunt de Regalibus de facto spoliasse, sed ordinariè Jura sua Regium Fiscum proposuisse, possessorem ad titulum ostendendum vocando, qui cum primum comparuerint exceptionem opponentes, vel immemorabilem allegantes, fuit terminus in causa impartitus, & interim lite pendente in possessione conservati.*

Cujus

Digitized by Google

Cujus Regia verba fuerunt adducta per *Dom.Reg. de Philipp.in differt.fiscal.differt.1.n.32.* quam-
4 vis ab illis recedendum putaverit, quatenus existimaverit nunquam in Regno fuisse practicatam dispositionem *cap.cum personæ de privil. in 6.* quod esse alienum ab inconcussa praxi pleniùs ostendere conatur idem *de Philipp.n.111. usq.ad num.117.* & in hoc ego concurro cum opinione dicti Authoris, ex quo concurrunt decisiones S.R.C. apud *Reg. Capyc. Latr. 77. à nu.24.ad 31.* & alibi passim, & similiter accedit contra *Reg.de Marinis*, quod causæ cognitio in his Regalibus non debet esse ordinaria, & plenaria, sed summariissima, ut benè advertit ex *Peregr.Alfaro,& Mar.Cutell. Reg.Matthæù de Regimine Regni Valentiæ cap.6.§.1.num.39.& 40.* & desumitur ex traditis per eundem *de Philippi cit.Fisc.differtat.n.69.in fine.*

SUMMARIUM.

1 *Vassallis auferri non potest facultas vendendi, & emendi; Et quid in aliis contractibus, n. 2.*
3 *Vassalli an possint cogi ad conducendum gabellas, Dohanas, furnos, ac alia Jura Baronalia. Et quid aliis conductoribus non repertis.*
4 Pragm. *bujus dispositio an subintret per indirectum Baronibus petentibus prælationem in venditione fructuum feudi facienda per Vassallos.*
5 *Baro an possit cogere Vassallum ad vendendum servitutem aquæ ducendæ.*

In §. 8. incip. *Item statuimus, &c.*

Statuitur, ut libera sit facultas Vassallis vendendi, alienandi, & emendi bona, nec possint per
1 Barones directè, vel indirectè impediri.
Concordat *Pragm.1. & 2.sub tit. de Baron.* Ampliatur dispositio harum *Pragm.* ut procedat,
2 & extendatur ad alios contractus, *Novar. de gravam.Vassall.grav.17.tom.1.*
Ampliatur secundò, ut procedat, etiam quando Vassalli cogerentur à Baronibus ad conducendum Dohanas, gabellas, furnos, bajulationes, defensas, molendina, passus, tapeta, terragia, & & alios redditus, *Pragm.13. de Baronib.R.Tap. lib.6. Jur.Regn.in comment. ad hanc Pragm.sub tit.de gravam.Vassall.num.4 fol.298.*
Verùm limitatio proponenda se affert, quando alii conductores non reperirentur, & illi qui per
3 Barones coguntur ad conducendos introitus Baronales superlucrati essent in primis conductionibus, ut habetur per *Novar. in gravam.18. num.5.* & per *Mel. in addit.ad dec.5. Gizzarell. num.9.verf.& de Vassallo*, ubi meminit *de Novar.in alleg.ejusdem insertis per Ricc.in collect. 2793.par.7.* & quod possit Baro in aliquibus casibus compellere Vassallos ad conducendum, & emendum res feudi, ex *Capibl.in Pragm. 1. nu. 162.de Baron.& Lagan. ad Rovit. sup. Rubr.de aquis, & aquæduct.num.3.& 4.*
Ampliatur tertiò, ut resultet per indirectum prohibitio hujus *Pragm.* quoties Barones petunt prælationem in venditione fructuum facienda per
4 Vassallos, siquidem sub hoc prætextu, nedum Vassalli privari solent libera illa facultate vendendi bona cui voluerint, sed tribuitur causa Baronibus vexandi, & angariandi subditos, imò illis tollendi, & auferendi bona de facto, sub velamine prælationis, ut satis ad propositum consideravit *Corradin.de Jur.prælat.qu.43.num.14. cum seqq.* ubi recedendum putavit à recepta *Bartol.*opinione, & aliorum sequacium tanquam falsa, & nullo Juris fundamento innixa, unde Regnicolarum opinionem admittentium prælationem ad favorem Baronum intelligi tantùm censeo in fructibus de feudo collectis venalibus expositis, dummodò Baro promptus, & paratus sit solvere pretium ab aliis oblatum in pecunia numerata, & non impediatur venditio, & extractio, prout colligitur ex allegatis, & traditis per eundem *Corrad.cit.qu.43.num.8. & 9.* & ex *decis.*traditis per me in *obser.11. n.13.& 14.*
Postremò hic observandum erit, quod Baro non potest cogere Vassallum ad vendendum servitu-
5 tem aquæ ducendæ per ejus fundum, quoties Vassallus offert vendere totum territorium, per quod venit ducenda aqua, & Baro recusat solvere pretium, juxtà decisionē S.R C. quam refert *Lagan.ad Rovit. in rub. de aquis à num.1.ad 6.* Rationes sunt, quia præsumitur æmulatio à Barone recusante solvere pretium totius territorii, & vicinus partem rei vendere cogi non potest, ut contra *Giurb.* resolvit *Marott.disceptat. for.cap.35.num.29.*

SUMMARIUM.

1 *Defensæ, & forestæ antiquæ an sublatæ censeantur per hanc* Pragm.
2 *Defensa quomodo antiqua dicatur.*
3 *Judicium nullitatis, seu revocationis defensæ an sit summarium, vel ordinarium.*
4 *Afferuntur distinctiones, & n.5.6.& 7.*
8 *Baro qui instituit defensam non servata forma hujus* Pragm. *non potest obtinere in possessorio summariissimo contra Vassallos, ex quo habet duplicem Iuris resistentiam, & n.9.*
10 *Quid in possessorio plenario.*
11 *Universitates an possint in Regno in publico Concilio facere defensas, & decernere venditiones pascuorum cum solo consensu Civium.*
12 *Sensus Authoris, qui desumitur ex visceribus Reg.*Pragm.
13 *Lex cessat, cessante ratione expressa in lege.*
14 *Manutentio in possessorio conceditur ad favorem Universitatis instituentis defensam urgen-*

gente ære alieno, etiam Barone reluctante.

15 *Montaneæ, & cætera demanialia possessa per Universitates intra fines territorii an censeantur demanialia feudi virtute concessionis factæ Baroni* cum pratis, nemoribus, &c.

16 *Universitati sufficit allegare concessionem Principis in demanialibus, & probare immemorabilem.*

17 *Demanialia Universitatis non sunt de pertinentiis, nec de dominio feudi, nisi quoad jurisdictionem: Et quid destructa Universitate, nullis relictis Civibus, num.18.*

19 *Defensa instituta per Baronem, vel Universitatem cum assensu, & consensu singulorum Civium, an sustineatur in præjudicium Universitatum Castrorum vicinorum habentium communionem pascendi, & num.20. Et quid quando defensa fuit instituta absq; consensu Universitatis communionem habentis, n.21. Et quid servetur in Hispania, nu.22.*

23 *Universitas quæ allegat communionem, sed non producit in promptu Instrumentum communionis cum privilegio Regii assensus, an possit obtinere in possessorio summariissimo.*

24 *Manutentionem, & fundatam intentionem habet, qui turbat in proprio territorio, & Juris præsumptionem contrariam, qui asserit se turbatum.*

25 *Et hæc possessio Juris pascendi in alieno territorio an habeat Juris communis resistentiam, vel potiùs non assistentiam; Et quid attento Iure Regni, n.26.*

27 *Universitas, quæ allegat communionem virtute Instrumenti, de cujus validitate dubitatur, an possit obtinere in possessorio plenario, vel lite pendente sit manutenenda in possessione.*

28 *Manutentio non datur possessori, quando actus posisestivi non deducuntur facti Jure servitutis, nec sunt clari, sed turbidi.*

29 *Termino impartito nulla explicata provisione super abstentione, vel manutentione in possessione, videtur virtualiter confirmatus in possessione ille, qui in ea reperitur.*

30 *Possessione existente turbida, vel obscura, degustanda sunt merita petitorii.*

31 *Possessio centenaria ad finem obtinendi in judicio plenario servitutis pascuorum, sive communionis, non erit ita exactè probanda, prout in cæteris casis, in quibus consideratur vera Juris resistentia.*

CUm hoc §.9. incip. *Et cum nec Comitibus, nec aliis forestas, seu Defensas absque nostra concessione instituere liceat &c.* Concordat *Pragm.* 11. *sub tit. de Baron.* & alia Jura Regni concordantia adducunt *Affl. in const. Regn. authoritatem n.*8. & *Reg. Rovit. sup hac Pragmatica num.*18.

Dum per hanc *Pragmaticam* annullantur forestæ, & Defensæ novitèr institutæ absque
1 Regio Assensu, in robore remanere videntur forestæ antiquæ, ut clarè dignoscitur ex illis verbis, *quæ antiquitùs non sunt*, quod fuit habitum pro constanti apud *Reg. Capyc. Lat. consult.* 102. & per decisionem ab eodem relatam *n.*20.

Exquirendum duximus, quando dicatur foresta antiqua, ad hoc ut dispositio hujus *Pragm.* locum sibi vindicare non possit, & reperio articu-
2 lum non fuisse tactum ab aliquo ex Regnicolis, quem viderim, excepto *Affl. in Const. Reg. authoritatem n.* 9. & 10. ubi relatis pluribus opinionibus, residet in illa, secundum quam decisum refert per R.C. tunc factum dici antiquum in istis prohibitis, quando excedit cursum ultra centum annos, concordat *Montan. controv.* 26. *n.*7. *vers. licet*, ubi testatur de communi.

In praxi hæsitandum mihi supereft, num actor possit hoc judicium dimissionis, & revocationis
3 defensarum experiri executivè, vel ordinariè, & quis obtinere debeat lite pendente; & judicium esse summarium, suadent mihi verba *Prag.* 11. *in fin. de Baron. volumus per officiales nostros summariè Partibus auditis provideri de justitia.*

Punctus igitur difficultatis in eo versatur, num conventus super dimissione defensæ nullitèr in-
4 stitutæ ob non servatam formam harum Regiarum Sanctionum, sit lite pendente in possessione conservandus; & pro resolutione difficultatis tres veniunt distinguendi casus.

Primus est, quando defensa fuit instituta à Barone
5 in præjudicium vassallorum.

Secundus, quando fuit instituta ab Universitate
6 in præjudicium Baronis.

Tertius, quando fuit instituta à Barone, vel Universitate, in præjudicium Castrorum vicinorum
7 habentium servitutem, seu communionem pascendi super eisdem territoriis.

Pro resolutione primi casus brevitèr, & resolutivè procedendo dico, Baronem non posse obtinere
8 in possessorio summariissimo lite pendente, ut resolvit in terminis *Prosp. Rendell. in tract. de Baron. pasc. cap.*3. *vers. unde sol.* 66. his verbis; *Unde in controversiis cum quæritur quis manutenendus an Baro, vel vassalli in summariissimo possessorio, decerni solet esse capiendam informationem, quia lite pendente, & interim fit provisio pro eo, pro quo jus assistit*; & postmodum subdit; *Jus autem assistere pro subditis apertè patet præter communes locos in dicta Regia Pragmatica Ferdinandi ad perpetuam rei memoriam, §. item statuimus*, accedit post *Capibl. super Prag.* 11. *de Baron. cap.*77. *n.*34. & 561. *Post. de manuten. obser.*44. *n.*38. & de praxi, quæ ita recepta se habet contra Barones, testatur *Reg. de Pont. consf.*97. *n.*26. *in fin. lib.*1.

Habet sane Baro duplicem Juris resistentiam, unam Juris communis resultantem ex violenta præ-
9 sumptione indebitæ usurpationis, quæ viget in Regno contra eos, & alteram satis majorem in-

sur-

surgentem ex claro Jure municipali hujus Re-
gni, ut perpendebat *Card.de Luc.de Regal.disc.*
245.n.7.& disc.146.n. 19. & proinde dicitur
improba, & non manutenibilis possessio, quæ
est contra præsumptionem Juris, vel contra
prohibitionem statuti, *Post.de manut.obs.* 44. *n.*
3.& 4.& *n.*20.& 21.

Fallit in possessorio plenario concurrente pro Ba-
rone possessione longissima, vel quadraginta an-
10 norum, in quo sufficit allegare titulum saltem
coloratum cum possessione, juxtà magis æquam
opinionem, quam profitetur *Capibl.de Baron.in*
supracit.cap.77.à n.1.ad 17.lib.2. & in his termi-
nis intelligendam puto traditionem *Cardin. de*
Luc. admittentis manutentionem possessionis
temporis considerabilis *de Regalib.disc.145.nu.*
7.& disc.146.n.17.

Accedendo ad resolutionem secundi casus pri-
ma facie affirmabam non esse diverso Jure
censendas, & judicandas defensas institutas per
Universitates super suis Demanialibus, ex clara
dispositione hujus *Pragm.* quę loquitur nedum
11 de Baronibus, sed de Universitatibus facienti-
bus forestas, seù Defensas: Sed meliùs perpen-
so articulo in contrariam descendi sententiam,
& sic posse Universitates absque Regio assensu,
sed cum consensu singulorum Civium in publi-
co consilio facere has defensas, & decernere
venditionem pascuorum,& glandium, ut docuit
Horat.Montan.de Regalib.§. argentariæ nu. 12.
vers.& aliquando, & satis in terminis nostris lo-
quitur *Reg.Rovit.sup. Prag.1.de salar.eor.n.* 29.
ibi: *Ut scilicet possit Universitas cum consensu*
singulorum Civium facere has defensas, & tunc
fortasse non requiritur Assensus Regius, stante
consensu singulorum, quibus jus competit; &
quamvis idem *Rovit.* resideat in hac sententia
cum aliqua hæsitatione, dum loquitur per ver-
bum *fortasse*, tamen ego adhæreo huic senten-
12 tiæ firmiter, & absque ulla hæsitatione desu-
mendo rationem, quam desumpsisse videtur *Ro-*
vit. ab eadem Regia *Pragm. Cum nostræ inten-*
tionis non fuerit, neque sit id concedere, quomi-
nus suo jure uterentur hi, quibus in illis jus an-
tea competebat, & sic cum ratio sit expressa in
lege illa ratione cessante, & sic cessante interesse
13 Civium per consensum ab eis præstitum, cessat
legis dispositio, ut per doctrinam *Bart. Bald.&*
Dyn. concludit *Prosp.Fagnan.in comm. sup. cap.*
sicut unire n. 45. *in fin.de excess.Prælat.in 5.lib.*
Decret.

His sic stantibus non video cur dubitandum sit de-
cernere pro manutentione ad favorem Univer-
sitatis claudentis Defensas, & vendentis pascua
14 urgente ære alieno, quemadmodum decisum
fuit pro manutentione apud *D.de Franch. decis.*
197. non obstante Baronis contradictione, &
apud *Ganaver.dec.* 37. *Montan.de Regal.in su-*
per.cit.loc. plenissimè *Card.de Luca de servitut.*
disc.36.n.3. disc.38.n.2.disc.41.n.8.disc 43.n.3.
& ultra rationes adductas per supradictos Au-
thores, accedit quod contra Universitates non
concurrit violenta illa præsumptio, quæ concur-
rit contra Barones, quod indebitè usurpassent,
ut admonuit *Fulv. Lanar. in addit.ad Patruum*
in cap.si quis per triginta num.84.& per Capibl.
sup.Pragm.11.de Baron.à n.52.

Nec adversantur supratraditis conclusionibus as-
sertiones, quas sæpe sæpiùs solent facere Baro-
nes, quod Montaneæ, & cætera Demanialia
15 possessa per Universitates intra fines feudi sunt
Demanialia feudi,& nulla possessio opitulari po-
test vassallis non docto in promptu de titulo, si-
quidem hæc principia vindicare possent sibi lo-
cum in Demaniis, quæ sunt de vero dominio
Baronis, in quibus non possunt Universitas, &
Cives aliquid ultra usum prætendere, ne indu-
catur diminutio feudi, & ob hoc conceditur Ba-
roni habenti intentionem fundatam manutentio
contra Universitates, quibus jus resistit, & in
istis terminis procedunt scripta per *Reg. de Pòt.*
consf.97.& Rovit.consf.30.n.4.lib. 2. secus in ne-
moribus, pratis, & montibus existentibus in
Demanio,& possessione Universitatum, quorum
dominium non poterit prætendere Baro, cui
fuit concessum Castrum cum *montibus, pratis,*
pascuis, & nemoribus, Gannaver.dec.37. n. 23.
nisi semota consuetudine immemorabili, vel pri-
vilegio ad favorem Universitatum, cui sufficit
16 allegare concessionem Principis probandam
per immemorabile tempus, ut advertit *Horat.*
Montan.de Regal.in §.argentariæ n. 10. *vers.&*
proindè. Adeoquod non possunt Barones sub
hoc velamine dicta bona uti feudalia occupare,
quamvis existant intrà fines feudi, etiam Uni-
versitatibus titulum non ostendentibus, ut benè
distinguit inter jurisdictionalia, & evidenter
feudalia *Capibl.in Pragm.11.de Baron.n.53.&*
54. & satis magistraliter de more *Montan. de*
Regal.in §.argentaria n. 10. & 16. ubi quod di-
cta bona licèt sint intra fines, & districtum feu-
17 di non sunt tamen de pertinentiis, nec de domi-
nio feudi, cui subsunt, nisi quoad jurisdictionem
tantum, remanente dominio penes Universita-
tem, accedit *Reg.Galeot.controv.53.n.36. lib. 2.*
controv.forens.

Verum destructa, seù devastata Universitate nul-
lis relictis Civibus, omnia Demanialia occupari
18 per Barones investitos cum planis, montibus,
& cæteris nemoribus vidisse in praxi receptum,
testatur idem *Montan.in cit.§. argentariæ num.*
14. quam tamen praxim dicit posse sustineri
Jure communi, non autem jure Regni atten-
to.

Restat postremò resolvendus tertius casus, respi-
ciens Defensas, forestas, aut clausuras factas in
19 præjudicium vicinorum habentium communio-
nem, aut aliud jus in dictis territoriis clausis; &
pro resolutione hujus casus tres alii veniunt sub-
distinguendi casus.

Primus casus erit, quando defensa, seu clausura
fuit facta per Baronem, vel Universitatem præ-
20 vio Regio assensu, & cum expresso consensu
vassallorum, & vicinorum communionem ha-
bentium, & tunc nulla cadit controversia, quia
Defensa est instituta servata forma *Pragm. 11.
sub tit. de Baron.* & juxtà praxim traditam per
*Gallup.in method.feudal.tom.2.par.5.cap. 3. de
jur.pascendi n.12.*

Secundus, quando Defensa fuit instituta absque
expresso consensu Universitatis habentis com-
21 munionis instrumentum Regio Assensu valla-
tum, & tunc Universitas, quæ allegat commu-
nionem cum antiqua possessione, venit manute-
nenda, & conservanda in possessione, non ob-
stante quod fuerit impetratum privilegium Re-
gii assensus super erectione novæ Defensæ ipsa
Universitate inaudita, juxta ea, quæ decisa le-
guntur apud *Capibl.tom.2.pract.qq.cap. 79. n. 3.
& 4. sup. Pragm.11. de Baron,* quem sequitur
*Novar.de gravam.vassall.grav.33.n. 7. & 8. &
Rev.de Luca de assensu q.124.* qui figurat casum
Universitatis Petræ Paulę cum hominibus Ter-
ræ Campanæ discussum, & decisum penes *Ca-
pibl.ipso Capiblanco* sub silentio involuto.

Concordant praxis, & leges Regni Hyspaniarum,
ubi non permittuntur Defensæ in præjudicium
22 vicinorum, nisi obtenta facultate à Rege, causa
benè discussa, & examinata concurrente utilita-
te, & consensu vicinorum, *Larrea alleg. fiscal.
110.n.16.par.2.*

Tertius est casus, quando allegatur communio per
Universitatem, sed non producitur in promptu
23 instrumentum communionis cum privilegio
Regii Assensus, neque justificatur continuata
possessio, seu quasi juris pascendi, sed potius de-
ducuntur actus contrarii interceptionis anima-
lium, & tunc Universitas, vel Baro, qui fecit
Defensam in discussione possessorii summarii,
debet obtinere manutentionem, quemadmo-
dum in terminis propriis in causa inter Univer-
sitatem Vetri, & Valvani obtinuisse testatur *Ca-
pibl.pract.qq.cap.80.* assistit enim jus Baroni, qui
24 turbat in proprio territorio, ubi fundatam ha-
bet intentionem, & resistit illi, qui asserit se tur-
batum, ut post *Rovit.Reg.Galeot.& Capibl.* ad-
vertit *Reg. de Marin.in observ.ad decis.Reg.Re-
vert.313.n.3.& lib.2.suar.resol.cap.204.n. 5. So-
lorzan.de Indiar.gubern.lib.3.cap.21.n. 56.*

Et quamvis illi, qui contendunt habere servitutem
juris pascendi in alieno feudo, non habeant Ju-
25 ris communis expressam resistentiam, sed po-
tiùs non assistentiam, cum adversetur illa præ-
sumptio naturalis libertatis, & proinde ad ma-
nutentionem sufficere videatur sola possessio,
quæ allegatur absque titulo, juxta considerata,
& plenissimè allegata per *Post.de manut.obs.44.
n.60.& per Reg.d. Marin.ad Revert.obs.ad dec.
279.à n.4.ad* 10.*tom.1.* tamèn in Regno crederem
26 quod adsit expressa Juris resistentia resultans
ex dispositione *Capit.Regn.Pondus æquum*, per
quod prohibentur communiones juris pascen-
di, & lignandi absque Regio Assensu, ex quo
servitus hæc tenderet ad feudi diminutionem,
juxta rationem, quam assignat *Reg.de Marin.
lib.2.suar.resol.cap.30.n.7.*

In possessorio tamen plenario, probata possessione
longi temporis, bene obtinere poterit Universi-
27 tas, quæ intendit continuare communionem
allegato, vel producto aliquo titulo, quamvis
non sit undique sollemnis, ut puta si produca-
tur instrumentum communionis, & deficiat Re-
gius assensus, ut considerabat idem *Capibl. in
supracit.cap.80.à n.5.ad 9.* sed quod in præsenti
specie, etiam lite pendente posset Universitas
instare pro manutentione virtute tituli colorati
qui oritur, nedum ex diuturna possessione, seu
quasi, sed ex dicto instrumento communionis,
de cujus validitate dubitatur ob defectum Re-
gii Assensus, juxta ea, quæ ponderavit *Reg. de
Marin.in observ.ad decis. Revert.136. à num. 5.
ad 7.*

Verùm difficile est obtinere in praxi cum dicta
sententia *Reg.de Marin.* cum in his, & simili-
28 bus servitutibus satis difficile videatur docere
in promptu de actibus possessivis, & quod jure
servitutis illi facti sint, ut dixit *Card. de Luc. de
servit.disc.95.n.3.* & quandòque pro parte Uni-
versitatis deducentis communionem, deduci so-
lent actus possessivi non clari, sed intricati, &
cum aliqua vi turbativa, vel violenta, unde cau-
tius ageret Judex impartiendo terminum sim-
pliciter nulla facta provisione super manuten-
tione, vel abstensione, nec conqueri potest U-
niversitas, quæ prætendit turbari super com-
29 munione, dum in ejus possessione, seu quasi,
remanebit, quatenus in ea reperitur, juxta pra-
xim insinuatam per *Reg.Marcian.in loc. inf. cit.*
Existente siquidem possessione turbida, con-
troversa, vel obscura, non erit decernendum
30 super possessorio, sed degustanda veniunt me-
rita petitorii, DD. cumulati per *Reg. Matthei
de regim.Regn.Valent.cap.11.§.5.nu.139. & 140.*
in quo petitorio Universitas postmodum obti-
nebit favorabilem sententiam pro existentia
communionis probata centenaria, etiam absque
illa exacta, & rigorosa probatione, quæ exigi-
tur in cæteris aliis causis habentibus vehemen-
31 tem Juris resistentiam, ut latissimè, & satis do-
ctè scripsit, & cum maxima discussione decisum
per Sac.Cons.demonstrat *Reg. Marc.* in celebri
illa causa inter Civitatem Muri, & Universita-
tem Castri Grandinis, non obstante quod pro
parte Universitatis Muri fuisset ad divisionem
communionis proclamatum, ut cernitur in illis
duabus *disputationibus 24.& 25.lib. 1. disputat.
forens.*

Digitized by Google

SUMMARIUM.

1 *Adjutorium an possit exigi à Baronibus, & Prælatis Ecclesiasticis absque literis Regiis.*
2 *Adjutorium, in quibus casibus exigatur, remissivè.*
3 *Adjutorium an veniat præstandum D. Regi nostro pro maritanda filia.*
4 *Afferuntur* literæ Regales *A.*1660.
5 *Episcopi quando, & in quibus casibus possunt exigere à subditis charitativum subsidium.*

In §. 10. incip. *Item cum Regni hujus Constitutionibus cautum sit, &c.*

DUm statuitur, ut Prælati Ecclesiarum, Comites,& Barones exigant moderatum adjutorium in casibus in eisdem *Constitutionibus*
1 expressis, oritur dubium, num possint procedere ad illius exactionem propria auctoritate, & sine literis Regiis, videndus est *Horat. Montan. de Regalib.in §. extraordinaria collatio*,ubi ponderatis verbis hujus *Pragm.* solvit dubium non posse exigi, sine licentia Regis, & testatur vidisse in praxi Barones recursum habuisse ad S. C. ad finem obtinendi condemnationem vassallorum.

Casus, in quibus debetur adjutorium Baronibus, taxantur in *Const.Regn. Quamplurimum*, quo-
2 rum quinque enumerat *Novar.de grav. vassall. grav.*5.*n.*6. & undecim, in quibus debetur nec ne, recollexit *Reg.de Marin.in obs.ad dec.* 505. *Reg.Revert.à n.*1.*ad* 15. qui *Reg. Revert.in decis.*369.*tom.*2.decisum refert adjutorium esse
3 prestandum Domino Regi nostro pro maritanda filia, quemadmodum præstatur à vassallis Baronibus, & *Reg.de Marin.in obser.n.* 8.tradit literas Regales Serenissimi Regis Philippi IV.
4 quibus sub datum 25.*Februarii* 1660.fuit mandatum exigi adjutorium in hoc Regno pro summa ducatorum centum mille ob nuptias contractas inter Serenissimam Infantem Theresiam Mariam ejus filiam cum Ludovico XIV. Gallorum Rege.

Episcopi quando, & quibus casibus possint à subditis postulare charitativum subsidium, viden-
5 dus est *Fagnan.in comment. ad cap. conquerente de offic.ordin.lib.*1.*Decretal.n.*38.& 39.ubi enumerat casus illos, nempe quando Episcopatus est nimis tenuis, vel ære alieno gravatus, vel Episcopus ad generale Concilium, vel ad Papam, vel Imperatorem pro bono publico accedit; vel si pro Ecclesia tuenda impenderet maximos sumptus, vel impenderit proprios redditus in favorem totius Diœcesis, quos duos ultimos casus notavit *Gonzal.lib.*3.*decretal. ad cap. probibemus tit.*39.*de censib. n.*10.

SUMMARIUM.

1 Pragm. *hac mandans Baronibus, ne prohibeant Vassallis hospites recipere, & tabernas habere, est in viridi observantia.*
2 *Quid quando Baro haberet Jus prohibendi.*
3 *Et quomodo de Jure prohibēdi apparere debeat.*
4 *Jus prohibendi an possit acquiri pacto, nempe mediante Instrumento inito cum Vassallis, qui confitentur esse subjecti Juri prohibendi.*
5 *Et quid quando essent obligati Vasalli mediante Regio assensu.*

In §. 11. incip. *Item quod nonnulli, &c.*

COncordat *Capit. Regn.*incip. *Item statuimus*, & *Pragm.*11.*de Baron.*

Hanc *Pragmat.* esse in viridi observantia testatur *Reg.Tap.lib.*6.*Jur. Regn.in comment. ad istum*
1 *§. hujus Pragm. collocatæ per eundem sub tit.*2. *de gravam.Vassall.vers. hujus Pragm. fol.*300. Et quamvis Joannes Maria Novar.*in collect.ad hanc eandem Pragm.num.*24.& 25.& *gravam.* 73.*num.*5. limitationem tradiderit in casu quo
2 Baro haberet Jus prohibendi acquisitum privilegio, pacto,vel consuetudine,& idem observat *Reg.Tap.in supracit.loc.num.*12. *vers. sed ut ad rem nostram*,tamen traditam limitationem,tunc recipiendam putarem quoties constaret Jus prohibendi fuisse Baroni præscriptione immemorabili quæsitum tempore concessionis privi-
3 legiorum, & hoc constaret ex possessione prædecessorum, mediantibus libris introituum, & releviorum, juxtà tradita per *Montan.de Regalib.in §.vectigalia num.*4.*in fin.* quibus cessantibus non posset prætendi aliquod Jus prohibendi,quamvis apparerent concessiones *cum tabernis, & hostariis, angariis, & perangariis*, aliisque clausulis apponi solitis in investituris, juxtà declarationem factam per Imperatorem *Carolum V. in Pragm.* 16. *de Baron.* ubi nos multa cumulavimus, tam in primis, quàm in secundis nostris *Observationibus*, & nunc addimus *Horat.Barbat.de divis.fruct.par.*1.*cap.*5.*n.*28.

Nec tale Jus prohibendi potest prætendi per Baronem pacto acquisitum, nempe mediante In-
4 strumento, in quo Vassalli confessi fuerint esse obligatos ad tale Jus,quia talis obligatio,& confessio non nocet, nec probat, etiamsi fundetur in antiquo solito, de quo non constet, nisi per confessionem, quæ semper præsumitur in fraude facta inter personas prohibitas, ut ex *Affl.in Const.quia frequenter*,considerant *Barbat.de divis.fruct.par.*1.*cap.*10.*num.*9.& *Lanar.in addit. ad Patruum in §.sequent* 30.*num.*65.*fol.*526.accedit *Reg.Revert.in decis.impressa per Reg.de Marin.lib.*1.*cap.*107.*à num.*20.*cum seqq.*

Aliter tamen dicendum puto quando Vassalli es-

Digitized by Google

fent obligati ad fervitia perfonalia mediante
5 Regio affenfu, ut ex *Conft. Reg.* incip. *quia fre-
quenter*, notavit ibidem *Affl.num.*1.*&* 4. & col-
ligitur ex *Lanar.in loc.fuperius cit.nu.*64.

OBSERVATIO LXXIX.

SUMMARIUM.

1 *Hæc* Pragm. *concordat cum difpofitione Juris communis.*

2 *Sufpitio affectata quæ dicatur.*

3 *Amicitia affectata nullum producit effectum ad Judicem recufandum.*

4 Judicis *arbitrio remittitur ad cognofcendum an inimicicia fit affectata, nec nè.*

5 Judicis *recufatio num poffit proponi à litigantibus, qui inimicitiæ caufam dederunt; & quid fi malitiosè fe gefferunt; & quid fi inimicitia proveniat ex vera, fivè falfa caufa, & quid fi ex caufa litis n.*6.*&* 7.

8 *Offenfio verbalis, vel realis in perfonam Judicis, vel ejus confanguinei, tam ante, quàm poft litem, reddit fufpectionem affectatam, & punibilem.*

9 *Judici an credatur de verbis injuriofis prolatis ad ejus aures, & referuntur exempla n.* 10.

De fufpitionibus Officialium, Pragm. 19.

Effendofi conofciuto dall'Illuftri Vicerè di quefto Regno, &c.

HÆc *Pragmatica* tollens fufpiciones affecta-
tas, concordat cum *Pragm.*15.§. 14.*fub hoc
tit.* & concordat quoque cum difpofitione Juris
1 communis, ut defumitur ex *text.in l.* 2. §. *fimili,
ff.fi quis cautionibus*, ibi; *Nam fi ipfe hoc affecta-
verit, vel caufam præftitit, non proderit ei exce-
ptio*, accedit *text.in cap. fufpitionis caufa de offic.
delegat.*

Sufpitio igitur affectata dicitur illa, quæ refultat ex
caufa ioimicitiæ procuratæ culpa, vel facto re-
2 cufantis, vel ejus conjunctorum, nempè ex liti-
bus fub hoc velamine inftitutis, vel ex offenfio-
nibus, feu injuriis verbalibus, vel realibus illa-
tis tam contra ipfos Judices, quam contra con-
fanguineos, vel affines tam ante, quàm poft li-
tem motam, ut habetur in hac *Pragmatica*. Me-
ritò igitur hæc inimicitia Judicem non repellit,
tam attento hoc jure Regni, quam jure com-
muni, quo infpecto fufpicio quoq; affectata dici-
tur, & nullum producit effectum ad Judicem
3 repellendum è munere judicandi, ex latè dedu-
ctis per *Reg.Mattheù de re criminali contr.* 65.
*à n.*27.*ad* 29.*Ricc.collectan.*453.*par.*2.*Baron.de
effect.inimicit.effect.*113.*num.*11.*& effect.* 116.
num. 34. unde meritò Senatus Cataluniæ nul-
lam folet habere rationem fufpitionum procura-
tarum, ut teftatur *Fontanell.dec.*14.*n.* 12. *&* 13.
videndus eft *Theodor.alleg.*3.*n.*3. Judicis tamen
4 arbitrio remittitur ad cognofcendum, quando
inimicitia fit affectata, vel procurata, necnè, *Im-
brian.de repulf.confiderat.*4.*nu.* 45. laudatus ab
eodem *Baron.citat.effect.*116.*n.*91.

Quamvis inimicitia, quæ ortum habuit à litiganti-
bus, effe juftam caufam fufpitionis, fupponant
5 *DD.* cumulati per eundem *Baron.cit.loc.nu.*17.
quibus addendus eft *Capyc.Lat.confult.* 101.*nu.*
32.*tom.*2.*& Prat.difcept.forenf.cap.*52.*num.* 19.
*tom.*3. tamen intelligendi funt, nifi qui inimici-
tiæ caufam præbuit, malitiosè fecerit, ut ipfum
Judicem tanquam Inimicum repelleret, *Reg.
Sanfel.decif.*81.*n.*2.*&* 3. quià cum tunc ex facto
recufantis provenerit, fieret locus difpofitio-
ni hujus *Pragmatica*, ex traditis *per R.Mattheù
in locis fuperiùs citatis.*

Et quid fi inimicitia proveniat ex vera, fivè falfa
caufa, vide eundem *Baron.effect.*116. *nu.*18. *&*
19. ubi quod ad inducendam inimicitiam capi-
6 talem, non eft infpicienda caufa offenfionis, an
fit jufta, vel injufta, *Confil.Prat.difc.for. cit. cap.*
52.*à num.*15 *ad* 20. tradit quamlibet inimicitiam
etiam orientem ex caufa litis inducere fufpicio-
nem, quod ego intelligo, nifi lis fuiffet finita,
& poft multum tempus decurfum agnofceretur
nulla fupereffe figna odii, juxta *decif. Maynard.*
92.*num.*2.*lib.*1. de qua apud *Fontanell.decif.* 14.
num. 27. fed videndæ funt decifiones per me al-
legatæ *obfer.*388.*n.*17.

Dum ftatuit hæc *Pragm.* ut per offenfionem ver-
balem, vel realem in perfonam Judicis, vel ejus
conjunctorum factam tam ante, quàm poft li-
8 tèm motam non folum non admittatur recufa-
tio tanquam affectata, fed quod certioretur Do-
minus Prorex ad hoc ut poffit mandare, quod
fibi de juftitia conveniens videbitur contra tali-
tèr delinquentes; quæri folet an refpectu talis
9 injuriæ verbalis prolatæ ad aures Judicis, cre-
datur ipfimet Judici de hoc fe conquerenti co-
ram Principe, affirmativè decifum refert *Thor.
in compend.par.*3.*verb.injurians aliquem ad au-
res in fine fol.* 552. & nos quoque practicatum
vidimus de anno 1687. in caufa inter Marchio-
10 nem D. Jofeph Serra, & D. Philippum Vives
de Cannamas, in qua nedum nõ fuit admiffa, fed
habita pro affectata recufatio propofita per
eundẽ Marchionem, contra Conf. D. Julium Cæ-
farem Bonitum Ducẽ Infulæ, fed idem Marchio
fuit ordine Proregis carceribus mancipatus:
poftquam idem Confiliarius certiorem reddi-
dit eundem D. Proregem, quod idem Marchio
mediante perfona cujufdam Equitis eum velle
nocere minatus fuerat, femper quod non pro-
tuliffet votum in ejus favorem.

OBSER-

OBSERVATIO LXXX.

SUMMARIUM.

1 *Consiliarii dati pro adjunctis, interveniunt tantummodò in decretis diffinitivis, non autem in interlocutoriis, & incidentibus.*

2 *Incidentia in unoquoque judicio assumunt naturam ejusdem judicii, & causæ principalis.*

3 *Adjuncti dati ad supplendum legitimum numerum, num hodiè dicantur dati in tota causa, & sic in incidentibus ad differentiam adjunctorum datorum ad dirimendam paritatem.*

4 Consil.Altomar.in observat.ad Rovit.dec. 52. *& in* tract.de nullit.rubr.9.qu.50.n.92. *refellitur.*

5 *Adjunctorum datorum ad dirimendam paritatem jurisdictio dicitur extincta, extincta paritate, adeo quod non possunt intervenire in emergentibus reclamationis, restitutionis in integrum, vel nullitatum, & n.6.*

7 *Adjuncti dati in causa principali, an censeantur quoque dati in causa suspitionis Judicum ejusdem causæ principalis.*

8 *Adjuncto uno absente num impediatur negotii expeditio, resolvitur cum distinctione inter Judices datos ad dirimendam paritatem, & Judices datos ad supplendum legitimum numerum, & n.9.*

10 *Adjuncti dati ad dirimendam paritatem, num iterum sint dandi pro adjunctis ad dirimendam aliam paritatem, quæ suborta fuit in gradu reclamationis, nullitatis, vel restitutionis in integrũ post diremptam primam paritatem, vel possunt dari alii Judices arbitrio superioris.*

11 *Votorum paritas ad hoc ut non inducatur inter septem Judices requiritur, ut quatuor concurrant, & ex undecim Judicibus requiritur, ut sex Judices concurrant in unam sententiam, Sed contraria invaluit observantia in Tribunalibus Regni Neapolis, & referuntur exempla, n.12.*

13 *Votorum paritas num inducatur per sententiam latam per tres Judices, quorum unus condemnat reum in pœnam mortis, alius in pœnam exilii, & tertius in pœnam pecuniariam.*

14 *Sententia magis Reo favorabilis in minori numero annorum erit exequenda, quando ex tribus Judicibus ordinariis, unus condemnavit reum ad remigandum per quinquennium, alius pro exilio per tantundem, & alius pro exilio per annum.*

15 *Quod procedit tam in causis civilibus, quam criminalibus præter S.R.C. ubi viget contraria observantia.*

16 *Adjuncti an sint dandi prævia lista suspectorum, & inconfidentium, & quid hodie servetur.*

17 *Adjuncti num possint congregari pro determinatione causæ, si numerus Judicum ordinarius Tribunalis deficiat, nempè in R. C. non adessent nisi duo ex Præsidentibus, & in S.R.C. non adessent tres Consiliarii.*

18 *Adjuncti num possint dari in discussione nullitatum, quoties primi Judices fuerunt in numero opportuno, & quid in causis pendentibus in Coll. Consilio, n. 19.*

20 *Aularum unio est concedenda de necessitate in causa reclamationis excedente summam ducatorum bismille.*

21 *Quid in causis criminalibus afferuntur, & conciliantur decisiones, n.22.24.& 25.*

23 *Quid in adjunctis concedendis in gradu reclamationis adversus sententiam mortis.*

26 *Quid in incidentibus, & emergentibus.*

27 *Aularum unio est concedenda in causis suspitionum, si causa principalis est introducta junctis Aulis, & Consiliarii Judices causæ principalis non possunt intervenire in causa suspitionis.*

28 *Aularum unio num sit concedenda in causa appellationis introducta in S. R. C. si causa fuit decisa junctis Aulis per M.C.V.*

29 *M.C.V. in causis ordinariis repræsentatur per duos Judices, & per quatuor in causis delegatis, & in S.R.C. ad revocandum decretum interpositum per M.C.V. cum suffragio duorum Consiliariorum requiruntur quatuor vota conformia, & duo quando decretum fuit interpositum in M.C. cum uno tantùm Consiliario.*

30 *Audientiæ Provinciales Regni debent expedire causas cum duobus Auditoribus, & non cum uno.*

31 *Auditor unus insimùl cum Præside num possit in causa pronunciare.*

32 *Auditores equitantes per Provincias non possunt tractare alia negotia præter commissa, & in negotiis commissis cum præeminentia M.C.V. num possint inferre torturas, & recipere confessiones reorum extra Tribunal.*

De suspitionibus. Pragm. XXI.

A nostra notitia è pervenuto, &c.

Consiliarii dati pro adjunctis interveniant tantummodò in decretis diffinitivis, non autem
1 in interlocutoriis, & incidentibus, nisi alitèr fuerit expressè declaratum. H.D.

Per hanc *Pragm.* videtur correcta regula illa Juris communis, quæ statuit, quod incidentia in unumquodque judicium naturam ejus judicii sequantur, *l.4.§.si dicantur, ff.fin.regundor. l.1. & 3.C.de ordin.Judic. Anton.* de *Matthæis ad lib.*

48.

48.*ff.tit.20.de inquisit.cap.4.num.25. vers.qua*
2 *autem*; Incidentia siquidem cum assumant na-
turam causæ principalis, eodem modo tractari
debent, DD. cumulati per *Reg.Merlin. controv.*
forens.cap.15.num.2.lib.1. adeoquod delegata
causa accessoria, & connexa ad illam causam de-
legata censentur per *text.in cap. providentiam*
de Offic. Delegat.& per doctrinam *Abbat. apud*
Marant.in spec.4.par.distinct.6. nu.31.
Cessare quoque videtur decisio *Reg. Rovit.52.nu.*
6.qui voluit, quod adjuncti dati ad supplendum
3 legitimum numerum dicantur dati in tota cau-
sa,& sic in omnibus actis ad differentiam adjun-
ctorum datorum ad dirimendam paritatem,
quorum jurisdictio extinguitur extincta pari-
tate.
Et quamvis *Consil.de Altomar.in observat.ad eun-*
dem Rovit.cit.dec.in prin.& in *tract.de nullit.ru-*
br.9.qu.50.n.9. interpretatus fuerit hanc *Prag.*
4 præscribere sibi locum in adjunctis datis ad di-
rimendam paritatem, secus in aliis Judicibus
datis pro adjunctis ad supplendum legitimum
numerum,nihilominus hæc interpretatio substi-
neri non potest, quia repugnant expressa ejus-
dem *Pragmat.* verba quibus esset facere vim
tradendo hunc intellectum, ibi: *l' aggionti che*
si danno nelle cause, & sic non loquitur de Judi-
cibus datis ad derimendam paritatem.
Rursùs non erat opus hac declaratione in adjun-
ctis ad dirimendam paritatem,quia ante Annum
1653. quo fuit edita hæc *Prag.*tales Judices ad
illum actum tantum adjungebantur, & illorum
5 jurisdictio extinguebatur dirempta paritate,jux-
ta observantiam, de qua testatur *Reg. Sanfelic.*
cum aliis laudatis in *observat ad sing.* 300. *mei*
*Genitoris num.*4. Quod hodie inconcussè ser-
vatur, adeoquod non interveniunt in remedio
nullitatum, nec in aliis emergentibus post pari-
tatem, sine novo rescripto D. Proregis, quem-
6 admodum novissimis temporibus practicatum
refert idem *Consil. de Altomar. in novis observ.*
*ad eundem Rovit.decis.52.num.*1.
Aliter tamen attentari potest in causis suspitionum,
in quibus cum decreta ferenda super rejectione
capitum suspitionis propositæ sint diffinitiva,
7 nec expectent aliam determinationem, nec ad-
mittant ullum remedium, adjuncti dati in causa
principali, censentur dati in causa suspitionis,
quæ sortitur naturam causæ principalis, & pro-
inde non est cur dici possit habere locum
in hoc casu dispositionem Reg. *Pragmaticæ*, ut
habetur ex traditis per *Reg.Rovit. decis.81.nu.*
13.14.15.& 16. & conferunt infra per me tra-
denda respectu unionis Aularum. Verùm audio
contrarium decrevisse Collaterale Consilium
die 13. Julii Anni 1703. in causa pendente in
Reg. Camera inter Regentem D.Januarium de
Andrea, & Universitatem Montis Dragonis.
Acta Reg.Cam.sunt apud Actuarium de Mayo.
Superius tradita adeò vera sunt, ut absente uno ex
istis Judicibus datis ad dirimendam paritatem
8 non possit procedi ad negotii expeditionem,jux-
tà observantiam, de qua apud *Reg. Sanfelic. in*
supracit.prax.judic.in increment.ad section.3.n.
3. ubi dixit Coll.Consf. *quod procedatur ad deci-*
sionem articuli paritatis cum quinque adjunctis
datis.
In adjunctis verò datis ad supplendum legitimum
numerum, qui habentur uti Judices ordinarii
9 vigore *Pragm.4.in §.4.de dilat.* aliter res se ha-
bet, quia absentia unius ex istis Judicibus non
impedit expeditionem causæ quando adsunt in
Aula Judices in numero opportuno virtute
ejusdem *Pragm.*4. §.4. etiamsi dicti Judices ad-
jungerentur Judicibus delegatis,juxtà determi-
nationem, quam recenset *Thor. in compend. de-*
*cis.par.3.verb.Judex unus ex tribus,fol.*611. *&*
*Reg.Merlin.contr.forens.cap.25.num.*15.*cent.*1.
ubi contrariam sententiam veriorem profite-
tur intelligendo *Pragm.4. de dilat.* in adjunctis
datis Judicibus ordinariis, non autem ubi ad-
junguntur Judices Judicibus delegatis, sed de-
cisiones semper in contrarium prodierunt, ut
habetur apud *Reg.Galeot.controv.Illust.cap.*58.
*lib.*2. & apud *Reg. Rovit. cons.*5. ubi latè *Dom.*
Consil.de Altomar.
Præterea Judices adjuncti ad dirimendam parita-
tem votorum factam in aliquo incidenti causæ
principalis si determinata prima paritate subo-
10 riatur alia paritas, vel contigerit nova paritas
in gradu reclamationis, nullitatis,vel restitutio-
nis in integrum possunt dari alii adjuncti, & non
iidem arbitrio Superioris, quià est nova causa,
Reg.Rovit.decis.52.in fine; Sed hæc opinio mi-
hi tuta in praxi non videtur, & merito contra-
rium servatum comperio apud *Thor. in com-*
pend.dec.par.3. verb.Judices adjuncti aliis Ju-
*dicibus,fol.*620. ubi soborta alia paritate in de-
cisione alterius incidentis fuit mandatum per
Coll.Conf. ut primi adjuncti ad illam dirimen-
dam intervenirent, remotis aliis Judicibus, qui
pro adjunctis extiterant dati.
Circa votorum paritatem illud scire oportet, quod
in causis criminalibus quatuor ex septem Judi-
11 cibus concurrere debent pro reo liberando ad
hoc, ut proferatur sententia valida, nec sufficit
si ex undecim Judicibus in causa vertente intra
tres Partes, quinque judicant pro una, quatuor
pro alia, & duo pro alia, ut ex *Anton. Fabr. &*
Thesaur. deduximus in *observat.ad sing.*300. *&*
*ad Pragm.5.de offic.Judic.num.*1.*&* 2.
Verùm contraria videtur invaluisse observantia in
nostris Tribunalibus, in quibus sæpèsepius pro-
12 feruntur sententiæ, juxtà illud, quod fuit con-
clusum ab æquali numero Judicum,nempe à tri-
bus ex sex Judicibus, ut patet apud *Reg. Re-*
vert.decis.83.in fine tom. 1. qui de hoc testatur
sub his verbis; *Unde causa relata in Collatera-*
li Consf.fuit decisum pro Episcopo,cum sex essent
votantes, tres Regentes, & tres Præsidentes,
tria

Digitized by Google

tria enim vota fuerunt pro Ecclesia, duo pro Fisco, & unum singulare; & postmodum nostris temporibus ita vidimus practicatum per Reg. Junctam erectam de ordine S.C.Majest. in causa Rationalis Francisci Corradi, per quam fuit publicata mortis sententia, non obstante quod tres ex sex Judicibus pro morte, duo pro tortura, & alter pro exilio vota præstitissent, ut habetur apud *Reg. Ducem Vasti Girardi in Commentar.super Rit. 274. num.137. tom.3.* & satis clariùs in *Indice V. Paritas Votorum*, & novissimè in causa D.Nicolai Ildaris per M. C. D.fuit publicata sententia favorabilis ad favorem Rei ex voto quatuor ex novem Judicibus concludentibus pro Reo, non obstante votorum scissura aliorum quinque Judicum ferentium vota singularia, de quo causa diximus in nostris *observationibus ad singular. mei Genitoris 330. à num.1.ad num.26.*

Neque fertur sententia valida, sed stat in suspenso, si sententia lata ex tribus Judicibus criminali-
13 bus, quorum unus condemnat inquisitum in pœnam mortis, alius in pœnam exilii temporalis, tertius in pœnam pecuniariam, ut ex *Roberto Titio* resolvit *Caball.resol.criminal.cas.119.à num.1.ad 10.* ubi modificando conclusionem dicit sibi non displicere *Thesaur.* sententiam dicentis esse attendendam sententiam magis favorabilem, & sic absolutoriam latam pro reo, juxtà *text. in l. inter partes*, & contrariam sententiam præscribere sibi locum in Judicibus delegatis, & in dictis terminis intelligendam esse *l.duo Judices, ff. de re judic.* videndus est *Consil.Dux Vasti Girardi*, qui latè de hoc agit *Comment.ad Rit.265.num.55.& 56.tom.3.* ubi quid servetur in Regiis Junctis.

Similiter erit exequenda sententia reo favorabilis lata in aliqua causa criminali per tres Judices
14 ordinarios, quorum unus tulit sententiam condemnantem reum ad remigandum per quinquennium, alius pro exilio per tantumdem, & tertius pro exilio per annum, & sic erit exequenda sententia pro anni exilio, quia in majori numero quinque annorum inest minor, ad *text. in l.diem proferre, §.si plures arbitri,ff.de recept. Arbitr. Mastrill. decis.183.* ubi sic decisum refert.

Idemque asseverandum erit in sententiis prolatis in causis civilibus cum condemnatione in quindecim, in decem, & in quinque, nam in quinque
15 tenet condemnatio, juxtà *text.in dicta l.diem proferre, & Cujac.* oppinionem tenet *Caball. cit. resol.119.num.21.ad 25.* sed hoc procedere poterit in aliis Tribunalibus, quam in S. C. Neapolis, ubi viget contraria antiquissima observantia, & sic data paritate in dicto Tribunali, tam in quantitatibus pecuniarum causarum civilium, quàm in numeris annorum causarum criminalium non publicatur sententia reo favorabilis, sed adducuntur alii *Consiliarii,D. de Franchis decis.356.num.1.*

Antiquitus non procedebatur ad dationem adjunctorum, nisi prævia lista suspectorum, vel incon-
16 fidentium secundum consuetum morem Tribunalium, *Reg.de Ponte decis.20.n.28. Rovit.consf. 9.* qui mos fuit immutatus per *Pragm.4.de dilat. §....* quæ substulit listam suspectorum, vel inconfidentium Judicum, sed quod Partibus litigantibus superesset tantùm jus animadvertendi D.Præsidem S. R. C.vel Dominos de Collat. Cons. vel Regentem M.C.V. adesse aliquos Judices suspectos declaratos, & hoc ante nominationem, quod inconcussè servatum vidimus, quamvis *D.Cæsar.in specul.peregrin.qq. cap.48. num.8.* dicat non vidisse dictam *Pragmat.* inconcussè servari per D.Proreges.

Cœterum circa adjunctorum materiam adnotare non erit omittendum, quod determinatio cau-
17 sæ cum adjunctis datis pro illius expeditione fieri non potest quando non adest Tribunal integrum Judicum ordinariorum, nempè in Reg. Cam. cujus Tribunal componitur ex tribus togatis, & altero non togato, ex *Pragm.68.de offic.Procur.Cæsar.* non adessent nisi duo Judices, & in S.R.C. non adessent illi tres Consiliarii requisiti pro forma per *Pragm.41.de Offic.S.R.C. Dom.Præs.de Ganaverr.decis.7.* qui refert motiva hinc indè, & in hac opinione residere videtur.

Non tamen possunt Judices adjungi in gradu nullitatum ad hoc, ut interveniant cum illis, qui sen-
18 tentiam tulerunt, quoties illi primi Judices fuerunt in numero opportuno, *Reg.de Marinis lib. 1 suar.resol.cap.118.num.10.*

Sed quid in Collaterali Consilio quando non deficit numerus Judicum, ex quo Tribunal est
19 plenum quatuor Regentium, vide *Reg. de Pont. decis.20.* ubi refert per Dominum Proregem datos quinque Adjunctos in discussione nullitatum, cum voto unius Regntis, qui fuerat voti contrarii in causa principali, non obstante quod idem *Reg. de Pont.* in contrarium fortitèr exclamasset. Quod hoc Anno 1703. de mense Julii iterum practicatum vidimus in causa Ducis Andriæ, cum Daniele Fizzarotti, ut ex actis penès Anastasium Reg. à mandatis Seribam.

Aliter asseverandum videtur respectu unionis Aularum in secunda instantia, siquidem in causa re-
20 clamationis, quæ excedit summam ducatorum bismille sunt concedendæ duæ Aulæ ex necessitate, ex Gratiis concessis per Cæsaream Majestatem, *Rovit.super Pragm.41. de Offic.S.R.C. num.2. Tasson.de anteph.versic.3. observat.3.num. 116. versic.9. Arbitrabitur.* Quamvis contrarium videam in dubium revocari respectu reclamationis causarum criminalium, in quibus præ-
21 tenditur casus iste omissus per *Gratiam*; & per consequens esse recurrendum ad Principem pro declaratione, quemadmodum in terminis horum privilegiorum Neapolitanorum, dixit *Reg. San-*

Sansel. decis. 136. num. 36. lib. 1.
Hinc cũ in causa forjudicationis D. Antonii Gat-
tola Marchionis Alfidenę inquisiti de rixa, cum
U. J. D. Marcello de Grassis, tunc Advocato pri-
mi ordinis, postmodum Præside R. C. S. fuisset
petitus recursus per Reg. Fiscĩ à decreto M. C.
quo pronunciatum extiterat supersederi in for-
judicatione, & demum cum fuisset pronuncia-
tum *esse deferendum petito recursui*, in gradu re-
22 clamationis interpositæ per Marchionem ad-
versùs hoc decretum fuit instatum, ut causa de-
cideretur junctis Aulis, & per Spectab. Præsid.
S.C. fuit denegata Aularum unio, sed tantum
concessi tres adjuncti, attamen habito recursu
ad Coll. Cons. ad instantiam Fisci, ibique facta
relatione per D. Reg. Soto sub die 21. Martii
1656. fuit pronunciatum, quod *causa expediatur*
23 *absque adjunctis*, ut ex actis penès Anastasium
Regium à mãdatis Scribam, de quibus exemplis
cũ nulla notio haberetur in causa Nicolai Iezo,
in qua idem articulus incidit disputandus, con-
trariæ prodierunt determinationes, siquidem
condemnato à M.C. dicto Nicolao ad pœnam
remigii per septennium, & per S. R. C. vita du-
rante, adversus quam sententiam S.C. cum reus
ob difformitatem obtinuisset reclamationem, &
petiisset causam decidendam fore junctis Aulis,
decrevit D. Præses S.C. *causam esse decidendam
in Aula, ubi residet D. causæ Commissarius*, sed
24 deducto negotio ad Coll. Cons. mandavit, *ut
causa decideretur junctis Consiliariis duarum
Aularum*, juxtà consimilia exempla, quæ ha-
bentur apud *D. de Franchis decis. 710. num. 12.
versic. Sacrum Consilium*, & apud *Reg. Capyc.
Latr. decis. 74. ante num. 1. tom. 1.* & respectu ad-
junctorum apud *Thom. Grammat. decis. 35. in
fine*, patrocinante pro Reo eximio Advocato
causarum criminalium D. Agnello Leopardo,
acta sunt penès Scribam M. C. V. Orontium
Persico.
Ad hoc tamen, ut tanti Tribunalis determinatio
pugnare non videatur cum illa superius tradita
in causa Marchionis Alfidenę, assignari poterit
25 discriminis ratio, nam in illa interfuerunt qua-
tuor Cconsiliarii conformes in voto, sed in hac
novissima conquerebatur Reus non concurisse
in decreto S. R. C. numerum quatuor votorum
conformium, quemadmodum requirebatur ad
infirmandum decretum M.C.V. latum cum vo-
to duorum Consiliariorum, juxtà *Pragm. 44. de
Offic. S. R. C.* & sic fuit practicatum illud, quod
in consimili facti specie judicatum refert *Rovit.
decis. 81. in fine*.
In incidentibus verò causarum, quæ debent tracta-
ri in duabus Aulis servatur diversimodè, quam
26 statutum est in adjunctis, sicque tam incidentia,
quam emergentia deciduntur junctis Aulis, *de
Franchis decis. 252.* quia incidentia annexa, &
connexa sunt ejusdem naturæ, & unum, & idem
sunt *Reg. Rovit. super cit. Pragm. 41. nu. 3. & 4.
de Offic. S. R. C.* adeoquod reconventionem es-
se quoque tractandam junctis Aulis, quemad-
modum tractatur causa principalis dixit *Consil.
de Rosa consult. 22. à num. 6. lib. 2.*
Inconcussè servatur hæc praxis in causis suspitio-
num, quæ sortiuntur naturam causæ principalis,
27 & proinde si causa principalis est introducta
junctis Aulis, causa suspitionis similiter debet
tractari junctis duabus Aulis diversis ab illis
causę principalis, quinimò si inter Cõsiliarios di-
ctarum duarum Aularum uniendarum pro de-
cernenda suspitionis causa adsint Consiliarii,
qui fuerũt dati pro Adjunctis in causa principa-
li isti non possunt intervenire in decisione cau-
sæ suspitionis, ex quo causæ suspitionum non
possunt tractari coram Judicibus ordinariis cau-
sæ principalis, juxtà *Regias ordinationes*, de qui-
bus apud *Reg. Rovit. decis. 81. num. 14. & 15.*
Illud sępè sepiùs in dubium verti potest circa unio-
nem Aularum, num causa, quæ fuit decisa jun-
ctis Aulis M. C. V. ordine Spectabilis Regentis
28 illius Tribunalis, introducta postmodum causa
appellationis ad S. C. illa quoque decidenda sit
junctis Aulis maximè si ageretur de causa duca-
torum 1800. capitalis, una cum interesse decur-
so, adeundus est *Thor. in compend. decis. part. 3.
verb. causa in prima instantia, fol.* 129. ubi fuit
negativè decisum, verum quod expediretur cau-
sa cum interventu Spectabilis Præsidis, & cum
adjuncto, ad hoc, ut in S.C. decideretur per sex
Consiliarios, quemadmodum per M. C. V. per
sex Judices determinata extiterat, quamvis in
fine referat aliam contrariam determinationem,
qua fuit mandatum, ut causa pariter junctis Au-
lis decideretur per S. R. C. ob magnitudinem
causæ importantis summam ducatorum decem-
mille, sed quod eodem modo debeat expediri
per S.C. causa decisa junctis Aulis per M.C. tra-
dit *Dom. Reg. Dux Vasti Girardi in Comment.
super Rit. 256. num. 12. tom. 2.* ubi refert nedum
Thor. decisionem, sed aliam Coll. Cons. de An-
no 1633.
Ad hoc, ut sciatur, quando adsit necessitas dandi
Adjunctos observandum erit, quod M. C. V. in
29 in ordinariis causis repræsentatur per duos Ju-
dices, in causis verò delegatis jurisdictionis
exercitium tribuitur quatuor Judicibus *ex lite-
ris S. C. M.* de quibus in *Observat. ad sing. mei
Genitoris* 352. & ad *Pragm. 1. de quæstion.* &
addimus *Cons. Altimar. de nullitatib. rub. 9. nu.
46. & 47.* ubi ex *Pragm. 1. de Offic. Magistr. Ju-
stitiar.* dubitat de opinione *Reg. Merlin. contr.
25. num. 18. lib. 1.* requirentis interventum qua-
tuor Judicum in causis delegatis; non autem in
cœteris causis.
In Provincialibus autem Audientiis Regni causæ
omnes ordinarię possunt expediri cum duobus
30 Auditoribus, non autem cum uno, argumento
ducto à *Pragm. 10. §. de offic. Judic.* & adsunt
provisiones Coll. Cons. allatæ per *Danz. de pu-
gna*

Google

gna Doctor.tom.2.tit.de offic. Judic.cap.1.num.6.
& num.23.& 24.& num.58. testatur de praxi
Regiæ Audientiæ Principatus Ultra expedien-
di causas cum uno Auditore concurrente Par-
tium, & Fisci consensu, sed quamvis regularitèr
31 cum Præside, itàut cum uno Auditore possit
Præses pronunciare, Caravit.super Rit. M.C.V.
63.num.1.versic præfata quæso, tamen unus solus
Auditor jurisdictionem non habet, Muscatell.
in prax.glos.tenebitur. Modern.D.Anton.Pulce
de præeminent.Regiar.Audient.tit.1.cap.12. nu.
7.& 8. & desumitur ex Pragm.10.in §.2. de of-
fic. Judic. quamvis contrarium intellectum illi
tribuere videatur D.Consil.de Altomar.de Nul-
lit.rubr.9.qu.50.num.63.tom.1.

Hoc tamen nullam recipit controversiam respectu
Auditorum equitantium per Provincias; qui
32 non possint tractare alia negotia præter com-
missa, & in negotiis commissis cum præeminen-
tia M.C.V. neque possunt inferre torturas, ne-
que possunt recipere confessiones Reorum ex-
tra Tribunal, nisi habuerint à Prorege hanc fa-
cultatem, ut diximus in observat.383.nu.1.& 3.
& observat.386.à num.9.cum seqq.

OBSERVATIO LXXXI.

SUMMARIUM.

1 *Observantia harum literarum Regalium comprobatur cum plurimis exemplis.*
2 *Casus disputatus pro Principe Bisiniani contra hæredes Cons.Salvi proponitur.*
3 *Salarium statui non potest Regiis Ministris sine Principis jussione.*
4 *Proreges an habeant potestatem impartiendi licentias Regiis Ministris recipiendi salaria ratione Delegationum.*
5 *Regiæ literæ anni 1593. an fuerint usu receptæ, & ex quibus dignoscatur observantia, num.6.*
7 *Legis abrogatio,& inobservantia, ad hoc ut inducatur per non usum, requiritur spatium 40. annorum.*
8 *Actus facti contra legem sunt semper invalidi.*
9 Clausula Irritans *in lege apposita, operatur, ut non possit allegari non usus contra legem, quod est de mente Principis.*
10 *Lex continens clausulam derogatoriam contrariæ consuetudini, non tollitur per contrariam consuetudinem in contrarium insurgentem.*
11 *Affertur distinctio tradita per Authorem præsentis consultationis.*
12 *Clausulæ irritantis vis quæ sit in Statutis.*
13 *Sententia Regiæ visitationis Archiepiscopi Salernitani refertur.*
14 Pragm.10.in §.9.de Official. *interpretatur.*
15 *Rescriptum delegationis Ducis Offunensium in personam Consiliarii Salvo affertur.*
16 *Argumentum à contrario sensu non ducitur à lege prohibitiva; & quid quando desumitur ex verbis narrativis, & non dispositivis legis, num.17.*
18 Reg.Rovit.*opinio refellitur.*
19 Regiæ literæ de Anno 1620. *interpretantur, & ostenditur easdem fecisse gratiam pœnæ, in qua fuerunt Ministri condemnati per Regiam Visitationem, nec acquievisse Regem dispensationibus factis per Proregem, n. 20. & 21.*
22 Literę Regales de Anno 1620.*continentes particularem ordinem Proregi directum non indigebat publicatione cum inserta formo literarum, ut de illis notitia haberetur, sed sat fuit registratio facta in Cancellaria.*
23 Literę Regales *non comprehendunt quantitates exactas antè illius datam, nec comprehendunt ea, quæ fuerunt gesta ante illarum editionem.*
24 Literæ Regales Anni 1620. *explicantur circa licentiam adversus illas obtinendam.*
25 *Affertur ratio, cur in* Regiis Literis *mandatur esse faciendam restitutionem in duplum per Ministrum acceptantem salarium contra prohibitionem.*
26 Literæ Regales *ponderantur circa taxationem salarii Ministri in ducatis bis centum pro uno negotio, & in ducatis biscentum pro pluribus negotiis.*
27 *Delictum Ministri an sit considerandum tam in accipiendo eum licentia informi, quam recipiendo excessivam summam.*
28 *Ministri recipiendo salarium contra prohibitiones Regales cum nullitate licentiæ, num tenentur restituere Parti acceptum,& fisco duplum.*

De Trigesim.& Salar. Official. Pragm. V.

In §. incip. *En quanto a lo que, &c.*

De observantia, & interpretatione harum *literarum Regalium* videndus est *Reg. Sanfelic.dec.328.à n.10.ad 13.& dec.380.*ubi in executionem illarum refert per Coll.Consilium de anno 1638. fuisse assignatos ducatos biscentum pro laboribus *D.Reg.Merlino,* tunc Consiliario in causa creditorum patrimonii de Lavello, & similiter sub die 4.Februarii 1647. fuisse observatum cum Regio Consil.D. Benedicto Trelles, & sub die 15. Martii 1644. cum Regio Consiliario Thoma de Aquino, in causa hæreditatis Marchionis Pinelli.

Istis literis Regalibus innixus Princeps Bisiniani,

instituit judicium contra hæredes Consiliarii
2 Pomponii Salvo, pro restitutione omnium quantitatum indebitè exactarum à suo patrimonio, ad rationem ducatorum mille pro quolibet anno pro salario ei constituto, uti Delegato virtute rescripti Ducis Ossuni de mense Julii 1619. & quia hæredes dicti Consiliarii nitebantur super inobservantia harum literarum Regalium, asserendo, nec illas fuisse tunc temporis publicatas, nec directas Tribunalibus cum ordine desumpto ex Cancellaria; Cuncta objecta fuerunt resoluta pro parte Principis, prævia consultatiune edita per *D. Parthenium Pitagna* celebrem sui temporis Advocatum, ideò sat nobis erit hìc typis tradere dictam integram *consultationem* tendentem ad ornatum, & veram interpretationem dictarum *literarum Regalium*.

Consultatio Parthenii Pitagna Fisci Patroni Regalis Patrimonii.

Veritas eorum, quæ brevitèr de more pro Domino Bisiniani Principe tetigi apertissimè confirmatur, dum ad illorum enervationem Adversarius, licèt doctissimus volumen impressit; & quia in paucis illa consistere solet, hæc pauca subnectam pro confirmatione potius, quam pro tuitione prioris scripti.

Dixi Consiliarium Salvum juris communis dispositione fuisse prohibitum, quantitatem illam à Pa-
3 trimonio Bisiniani recipere absque Regis licentia; nulli enim Ministro aliquid salarii nomine statui potest, nisi ex Principis jussione, *l. unic. C. de præbend. salar.* & licèt oscitanter *Alberic. in l. ambitiosa in fine, ff. de decret. ab ordine faciendis, & Avendan. de exeq. mandat. p. 1. cap. 2. sub n. 8. vers. unum tamen*, dicant dictam legem non servari, id tamen affirmant in salario à Decurionibus de publico constituendo ob medicinam, aut liberalem artem, prout disponit *d. l. ambitiosa*, & etiam quia satis durum esset, Decuriones pro quolibet modico debere adire Regem, ut dicit *Avend.* & antea dixerat *Lucas de Penn. in d. l. unica sub n. 2. vers. absit, ut pro modico.* Sed id provenit non ex eo, quia forsan *d. l. unic.* non servatur, sed quia possunt Decuriones talia salaria statuere sine Regis licentia, ut ex *d. l. ambitiosa*, advertit bene *gloss. in d. l. unic. in verbo consecutus*. At in Republica Imperii, & in constituendo salario Regiis Ministris debere servari dictam legem unicam, firmat apertè *Luc. de Penn. ibidem sub nu. 1. vers. verius videtur*. Sed quicquid sit de hoc, certum est Judicibus, quibus à Rege fuit jam constitutum salarium non licere è quocunque ex quavis causa aliquid accipere; nam ultra salarium nihil, dicit *text. in §. scriptum est exemplar, vers. quadam, auth. ut judic. sine quoque suffrag.* quo loci postquam statuit singulis Ministris salarium Imperator subdit, *& ultra hæc nihil*. Hinc neque à sponte dantibus licere Consiliariis, & Officialibus habentibus salarium, aliquid accipere scribit egregiè *Jacob. de Belvis. in d. §. scriptum est exemplar, vers. item est argumentum contra Consiliarios, &c.* & huic conclusioni concordat *lex Regia novæ recopil. 3. tit. 6. l. 9.* qua jubetur nil posse Officiales recipere, quod intelligit ibi *Azeved.* quando Officiales sunt salariati, & nullo modo excusari possunt ob salarii modicitatem; ipsi enim imputandum est, cur officium cum tam parvo salario acceptaverunt, sic bene *Azeved. ibi col. 1.* Quinimmo statuit lex ipsosmet litigantes debere jurare nil dedisse, aut daturos Judici, neque sportularum nomine, aut quavis alia de causa, *sic text. in §. 1. cum seq. auth. ut litigantes jurent*, & omne receptum contra talem prohibitionem in quadruplum restituent, *§. & hoc quoque, eod. tit* cui concordat *tex. in §. nullo quoque præsumente, auth. de judicib.*

Nec ad prædicta vitanda dicat Adversarius jam obtinuisse licentiam, ac dispensationem specifi-
4 cam à Prorege, cui omnia Rex commisit, & qui *alter Ego* vocatur, & quod propterea legitimè quantitates illas recepit; nam facilis est responsio, Proregis licentiam non posse ei opitulari; carebat siquidem tali potestate Prorex, cui anno 1593. *ex Regiis literis* (redactis jam in *Prag. decimam §. 9. de Officialibus*) prohibitum fuerat ne ad Partium petitionem, aut motu proprio unquam ex quavis causa, occasione delegationum, aut similium tales concederet licentias, irritando, ac annullando omnes in contrarium concedendas, ac si factæ non essent.

Hìc replicat Pars, talem legem non fuisse usu recep-
5 tam, imò fuisse contrario usu abrogatam, nedum per decennium, sed satis ultrà, & propterea non ligare, nec posse causam nostram decidere, & ad prædicta fundanda plura allegat, & multis utitur rationibus, prout per prius fecerat *Reg. de Ponte* propriam causam agens *conf. 146. à num. 33. usque ad nu. 47.* Pro quorum responsione possem dicere, omnium prædictorum nullam fuisse habitam rationem in Consilio Italiæ, in quo fuit jam, illis non obstantibus, condemnatus Regens de Ponte, & sic Pars iuvatur allegationibus, Ego vero innitor sententiæ: sed ut dignoscatur, justissimè sic fuisse decisum.

Dico assumptum Partis, legem istam ab initio non fuisse receptam, nec unquam observatam, &
6 quod ob id facilius illius abrogatio eliciatur, esse vanissimum, siquidem licèt *literæ Regiæ* continentes talem prohibitionem non ab aliis, quam à solo Prorege observandæ erant, & propterea sufficiens fuisset, si ipse tantum, cui dirigebantur, de eis notitiam haberet, attamen ut ostenderet Prorex enixam voluntatem illas observandi, nedum publicari, & imprimi curavit; sed illas

illas in volumine *Pragmaticarum* redegit, ut perventis ad publicam notitiam, abstinerent se omnes ab importunis precibus pro tali licentia, & dispensatione obtinenda, & ut sciretur, quod etiam si eam concederet Prorex, nil proficeret illis ex clausula irritante; quinimmò talem ordinem confirmavit, mandando illius observantiam ex illis verbis. *E visto per noi l'ordine sudetto di S.M. acciò si osservi, & con effetto si guardi, come conviene, facemo la presente, &c.* & certum est confirmare legem, esse eandem legem observare, ut dicit *glo. punctualit in cap. 1. de tregua*, & pace in ver. *confirmet. Felin. post Abb. in eod. cap. 1. in fine, vers. ultimo nota bene glo. hic.*

Qua observatione Proregis stante, sequitur clara conclusio, ad legem jam observatam, ac usu re-
7 ceptam abrogandam non minus, quam quadraginta annorum spatium requiri, sic reassumit post *Ioannem de Imol. Abb. Maria. & cæt. Felin. in d. cap. 1. de tregua, & pac. num. 13. vers. septima, & ultima*, & distinguens deinde sub *eod. num. vers. nihilominus ex prædictis considera*, & deindè *vers. secūdo modo possumus loqui*, tradit etiam *Salas de legib. disput. 19. sect. 20.* cum igitur tanti temporis cursus non effluxerit, non poterit super inobservantia Pars ad legem abrogandam se fundare.

Sed dico rursus consuetudinem licèt plurium actuum, non posse permittere id, quod lex ex-
8 pressè prohibet, sic loquens in matrimonio contrahendo, tradit *Covarr. post alios par. 2. relect. cap. 6. §. 10. n. 18.* ea ratione, quia actus facti contra legem sunt semper invalidi, ergo quamvis multiplicentur non prævalent legi. Hoc autem redditur indubitatum in casu nostro, in quo lex illa nedum jubet observantiam ipsius; sed ulterius progrediendo, prævidens inobservantiam, irruit contra actus in contrarium faciendos, illosque annullat, & irritat, ac si nunquam facti fuissent, qua circumstantia stante, nulla consuetudo poterit talem legem, aut impedire, aut tollere, sic tradit *Gemin. distinct. 4. cap. in istis, §. leges sub num. 4. vers. quandoque lex est præcepti.* Clausula enim irritans ibi apposita operatur, ut non possit deinde adversus eam allegari non usus, aut contrarius usus, sic ex pluribus decisionibus *Rot. Rom. apud Put. & Verall. & Rot. Janua*, & ex aliis fundat *Marta de clausul. claus. 191. sub nu. 9. vers. imo Rota diffinivit*, hoc etiam firmaverat *Cassad. decis. 9. num. 5. super regulas Cancellariæ*, & saltem talis *clausula irritans* in
9 lege apposita operabitur, ut contrarius usus non sit in consideratione, nisi per pluritatem actuum sciente Principe, qui legem emanavit; aliàs si de tali scientia non constat, talis usus allegari non potest, sic bene *Put. dec. 1.*

Quinimmo ex illa Principis prævidentia, annullando actus contra suam legem faciendos, elici-
10 tur ejusdem Principis voluntas expressa noluisse ex consuetudine actuum contrariorum suam legem abrogari; qua voluntate stante, inanis, & frustatoria est quælibet consuetudo contra legem adducta, sic bene post alios *Ioann. de Salas de legib. q. 97. tract. 14. disp. 19. sect. 5. ante nu. 54. vers. & nota, quod si Princeps*, ratio est, quia tales consuetudines contra legem sustinentur in vim scientiæ, & tolerantiæ Principis, saltem præsumptę, quod est adeò verum, ut deficiente tali scientia, nunquam prævalere consuetudinem legi, fundat idem *Salas ibidem n. 56. vers. sed existimo, & latius d. disp. 19. sect. 7. sub num. 1. vers. probatur quia*; ex quibus punctualiter infertur, legem continentem clausulam derogatoriam contrariæ consuetudini non abrogari ex consuetudine in contrarium insurgente, sic ex *Angel. Sylvestr. Sot. Molin. Abb. Vasquez, Navarr. Joann. Andr. Butr. Deci. Felin. Alex. Covarr. et cæt.* fundat *Salas in princ. sect. 75.*

Sed omnia hęc sint ex abundanti dicta pro responsione tantum eorum, quibus innititur Pars. At
11 satis distant à casu nunc in controversiam posito; non enim sumus in lege à Principe promulgata aliquod novum continente ab omni populo observandum; quo casu prædicta disputari possent: sed sumus in ordine quodam particulari directo à Principe suo Proregi, ne talem concedat licentiam, annullando, atque irritando contrarium actum, quo casu omnino fatendum erit, talem Principis ordinem debere ab eo, cui dirigitur, observari, & ex illius contraventione nedum non resultare ordinis abrogationem, sed potius ipsius actus contraventionis nullitatem ipso jure, *Bal. in l. 2. C. de cano. frum. lib. 11. Vant. et cæt. per Mastrill. dec. 264. n. 2.* & talem nullitatem illius actus ipso jure resultantem ex clausula irritante non posse evitari, neque consensu Partium, fundat *Felin. in cap. eum accessissent, de constit. sub num. 7. vers. et pro ista, benè Pedroch. cons. 37. n. 19. et post Turrecrem. et alios Mastrill. d. decis. n. 5.* quinimmo tantam esse vim clausulæ
12 irritantis in confirmatione statuti appositæ, ut illius vigore, neque statuentem posse illud revocare, ex *text. in c. dilecto de præb.* fundat *Butr. Imol. Abb.* quos refert *Felin. in d. cap. cum accessissent de const. n. 7.*

Sed quorsum plura? si illius ordinis viridis observantia detegitur satis apertè ex sententia Re-
13 giæ visitæ Archiepiscopi Salernitani, qua mediante fuerunt condemnati omnes Ministri, qui cum Proregis licentia, & dispensatione aliquid acceperunt, & dum cognovissent clarissimè nullitatem licentiæ ex dicto ordine anni 1593. putavit primus omnium hoc evadere *Reg. de Ponte* sic longum, atque laboriosum *consilium* pro semetipso componendo, quo non obstante, fuit sicut & cæteri condemnatus; ergo in hoc amplius immorandum non erit; Et gratia per piissimum Regem dictis Ministris concessa, deinde nedum non irritat judicatum, sed sententiam

confirmat; non enim S.M. fecit gratiã revidendi sententiam, quam neque injustam, aut irritam declaravit, sed remanente in sui robore judicato remisit solum condemnationes, & illas tantũ, quæ Fisci Ærario applicabantur, non autem, quæ Partibus restituendæ erant, prout inferius dicetur.

Et dum ad prædicta subterfugiendum prætendunt hæredes Conf. Salvi salarium fuisse illi constitutum tanquam administratori, non autem uti de-
14 legato patrimonii, & quod propterea non reperitur hoc prohibitum per *Pragm.* quæ tantum vetat Proregibus licentiam concedere Ministris, *por Delegation ò otra cosa semejante*, quasi quod administratio non sit res similis delegationi, & ob id non comprehensa in *Pragm.* prædicta; Replicatur esse hanc satis frivolam interpretationem ad restrictionem tam generalis legis prohibitivæ; statuitur enim in illa non posse Proreges dispensare Ministris aliquid recipere, neque ob causam delegationis, aut rei similis, quæ verba generalitatem denotantia fuerunt apposita, ut nil remaneret exclusum; nam certum est, quod quotiescumque aliquid Ministro injungitur, incommendatur, atque committitur, aut id dicetur delegatio, aut res delegationi similis, ut patet ad sensum.

Dico insuper Conf. Salvum fuisse constitutum à Prorege Delegatum patrimonii, prout patet ex
15 prima sua commissione, & licet fuerit etiam administrator; tamen hoc salarium duc. mille, de quo hodie tractatur, fuit ei per Offunensium Ducem decretũ uti Delegato ejusdem patrimonii Bisiniani, & non uti administratori, prout ex suo ordine, in quo legitur, *S. E. manda, que al Consejero Pomponio Salvo se le pague el salario de mil ducados cada año como Delegado del Patrimonio de Bisignano desde el dia que empezò à servir dicha Delegacion por todo el tiempo que la serviere*, ut refert etiam Pars *num.* 32. si ergo Prorex satis expresè jussit solutionem fieri Salvo uti delegato, & hoc in individuo per *Prag.* reperiebatur ei prohibitum, ad quid investigare, si erat ille delegatus, an potius administrator, & si prohibitio facta in casu delegationis, & rei similis comprehendebat etiam administrationem? Accedat prædictis ea, quæ in prioribus scriptis fuerunt considerata ad hanc exageratam administrationem elidendam, tum circa plura commoda, & alia considerabilia ex illa resultantia in beneficium Salvi, tum etiam circa laborem non multiplicatum, sed tantum subrogatum vice illius quotidiani, & ratione sui officii necessarii, quæ nunc non repeto.

Corruit similiter secunda Partis prætensio ad evitandam *Pragmaticam* 5. laboris, ac diligentiæ ejusdem Consiliarii in patrimonio curando, ex
16 eo, quia prætendit tantummodo prohibuisse *Pragmaticam* dispensationes sub colore laboris, qua de re argumentando à contrario sensu, dum non sub quæsito colore laboris, sed ex causa veri laboris dispensatum fuit cum Salvo, id non reperiebatur prohibitum. Siquidem dicitur ad exclusionem istius intelligentiæ sufficere, si ponderetur generalitas ejusdem *Pragmaticæ*, quæ vetat sub quavis causa dispensationem; & ideo sive adsit verus labor, sivè non, semper sumus in casu prohibito, cum non sit sumendum argumentum à contrario sensu, cum lege prohibitiva, cujus dispositio sic vigere debet in casu recto, prout in casu contrario, *ut post Bal. & alios concludit Surd. cons.* 25. *n.* 36. faciunt etiam tradita per *Dec. cons.* 386. *sub n.* 4.

Secundo considero dictam *Pragm.* in dispositiva non loqui, nec de colore, nec de sapore laboris, prout *Reg. de Pont.* & Pars adversa ponderant,
17 sed rectè intuenti ex illius dispositione totum contrarium elicitur, siquidem licèt in illius assertiva tantum dixisset Rex præteritos Proreges, non obstantibus veteribus prohibitionibus, aliquando concessisse licentias sub colore laboris, ideo ad hoc evitandum in futurum in dispositiva per generalem legem ab illinc in antea observandam prohibuit tales licentias dari ex quavis causa, nisi tantum pro delegatione bancorum, & sic in dispositiva non prohibet dari licentias sub colore laboris. Sed generaliter ex quavis causa, quinimo ex damnatione talium dispensationum factarum pro præterito sub colore laborum, & ex generali prohibitione statim secuta amplius non dispensandi non addito sub colore laboris, clarissimè sequitur non fuisse prohibitam dispensationem tantum in casu quæsiti coloris laboris, sed in omnem casum, sivè adsit labor verus, sivè non; argumentum etenim à contrario sensu tunc demum procedere potest, quando desumitur ex verbis dispositivis legis, non autem quando desumitur ex verbis narrativis ejusdem legis, prout in casu nostro, sic post *Feder. de Sen. cons.* 3. *Salic. in l. qui se patris, C. unde lib. Butr. & Imol. in c. cum apostolica de his, quæ fiunt à prælato, tenet Alex. cons.* 105. *n.* 8. *vol.* 3. *Abb. in c. publico sub n.* 6. *de electio.* ubi etiam id tradunt *Jo. And. Ant. de Butr. & cæt.* quos longa serie adducit, & sequitur *Everard. in centur. legal. in* 4. *loco arg. vers. quinto, dicta regula non procedit in verbis narrativis legis fol. mihi* 31. & tandem convincitur ex illa unica tantum exceptione delegationis bancorum, in eadem *Pragm.* expressa, quæ firmat in omnem alium casum, regulam in contrarium vulgata, *l. legata inutiliter, ff. de leg.* & ex aliis traditis per *Dec. in l.* 1. *ff. de reg. jur.*

Accedat prædictis *Pragmaticam* non dicere sub colorato labore, tunc enim dum loqueretur de labore colorato, forsan non procederet illius dispositio in vero labore, at dum dicitur in ea sub colore laboris, ex hoc non elicitur loqui de non vero labore; nam nil aliud hoc important verba ista sub colore, nisi sub prætextu, sub causa, aut ratione laboris, licet veri, & existentis,

prout

prout germanus sensus literæ sonat.

Nec in auctoritate Domini *Roviti* (viri alioquin doctissimi) aliqua erit vis constituenda, tum quia omnia supra fundata reddunt suam opinionem vanam, tum quia forsan hæc considerans,
18 & videns legem satis claram, non ausus fuit contra illam aliquid expresse firmare, sed titubando dicit *forsan non esset ponere os in Cælum*, &c. ut ibi *num.3.* & denique in fine advertit hæc pluries fuisse discussa in generali visitatione Archiepiscopi Salernitani, sed debebat adjungere fuisse nedum discussa, sed rejecta, ut ex sententia condemnatoria patet discussione illa non obstante.

Tertio, prætendit Adversarius non posse inquietari hæredes Cons. Salvi pro pecuniis receptis usq; ad mensem Maij 1620. stante Regia ordinatione sub tali die expedita, qua omnibus Ministris antea acceptum, fuit remissum, atque donatum.

Et licèt huic motivo occurrerit jam antea Princeps ponderando fuisse remissam pœnam, non autem restitutionem recepti; Attamen replicat Pars talem differentiam non legi, & incalescit contra Principem, ut producat condemnationes factas in Regia Visitatione, ut videatur hæc distinctio inter pœnam, & restitutionem recepti; nam tunc ei respondebitur, ut *num.34.*

Qua de re, ut quiescat Adversarius plura in hoc confidero, & primo litteras Regias de an. 1620.
19 remisisse Ministris, ac illis fecisse gratiam pœnę, in qua fuerunt condemnati in Regia visitatione, ob quod licèt non producantur per Principem actorem condemnationes, prout Pars desiderat, attamen est certum de jure sententiam præsumi latam conformem juris dispositioni, ideo ad fundandum, sententiam condemnatoriam distinxisse pœnam Fisco applicandam, à quantitate recepta Parti restituenda, sufficit fundare de jure semper legem distinguere inter acceptum, & pœnam, ut illud Parti, ista vero Fisco solvatur, *l.3. C. de assessor. sub vers. pro confesso*, clarius *in l.fin.§.quod si quis, C. de mod. mulctar.* Quod indubiè procedit in casu currenti, in quo non concurrit culpa patrimonii dantis (immo potius dixerim patientis alium accipere) siquidem tunc demum receptum Parti non restituitur, quando sordide dedit, & turpiter, ut Judex pro ea judicaret, cessante autem tali turpitudine, semper Parti, nullam culpam committenti, restitutio accepti esse faciendam, distinguendo tradit *glo.*tam in *l.3.ff.ad l.Jul. repet.* quam in *l.1.in verb.in quatruplum, C. eod.tit.*& jure *Authenticorum* in quatruplum punitur Officialis aliquid recipiens, ita tamen ut simplum damnum passo reddatur, triplum vero inferatur Ærario, dicit *text.in §. & hoc quoque vers. sed si quidem invenerint auth.ut* litigantes *jurent*, & declarat optimè *glos.in §.nullo quoque præsumente in verbo disposita auth.de judicibus*, & sic in casu *Reg.de Pont.* practicatum videmus, cujus hæredibus, dum munificentissimus Rex remiserit condemnationes, expressit intelligere de pœnis, quæ Fisco debebantur, sed super iis, quæ Partes tangebant, jussit illis justitiam ministrari.

Sed fateor supervacaneam fuisse supradictam resolutionem, ex quo unico verbo poteram me ex-
20 pedire advertendo Regiam litteram de anno 1620. non loqui penitus de pecuniis per Salvū à patrimonio Bisiniani exactis. Remittit siquidem in illis S.M.ac gratiam facit Ministris de pœnis, ad quas fuerunt condemnati per Regiam visitationem Archiepiscopi Salernitani, & Salvus pro pecuniis istis receptis, nè dum non fuit condemnatus in Regia visita, sed illas exegit satis post expletam visitam, cum exactio illarum inceperit post annum 1616. & 1619. & visitatio terminata fuit in anno 1613. Cumque littera illa veluti rescriptum particulare, & exorbitans tantum sonet, quantum cantat, & limitatè loquatur de pœnis condemnatis in visita non est apta comprehendere pecunias non condemnatas, nec exactas tempore visitæ; sed satis postea, ex traditis per *Angel.consil.138.nu. 2.* est enim rescriptum strictè interpretandum, ut latè post antiquiores fundat *Fab. de Ann.cons.62. n. 46.& seq.*

Patet ergo nullo Jure posse Partem se juvari dictis literis de anno 1620. quæ per actorem fuerunt
21 productæ ad duo, primo, ut dignoscatur nunquam Regem acquievisse dispensationibus factis per Proreges in contemptum *Pragmaticæ* de Anno 1593. & quando hoc sibi innotuit per literas Proregis in anno 1620. volens generalitati *Pragmaticæ* dispensare, noluit Proregi liberas concedere habenas, sed statuit strictam formam dispensandi, & certam quantitatem non excedendam taxavit; secundum, ut pateat, neque post istam permissionem factam Proregi, sub illa tamen formalitate explendam, Salvum usum ea fuisse procurando formæ implementum in sua licentia, & ob id sequitur omne receptum ab ipso ante literas de anno 1620. esse restituendum vigore *Pragmaticæ* de anno 1593. receptum autem post datam dictarum literarum similiter debet restitui ob formam non servatam in dispensatione.

Hinc licet Pars satis revolvatur circa prædictas literas, dum conatur fundare non ligare Ministros, non contineri in eis casum de quo agitur, nec Principi actori prodesse, ego possem omnia concedere parti acceptando literas habere omnes defectus per eam ponderatos; Nam illis sublatis certum est remanere *Pragmaticam*, cujus vigore annullatur omnino dispensatio Salvo concessa, & ideo tenebitur ejus hæres acceptam pecuniam, tanquam indebitam, una cum interesse, restituere.

Sed quando ad victoriam causę pro Principe acto-
22 re esset necessaria litera illa de anno 1620. oppo-

pofita adverfus eam non militarent. Prima oppofitio eft, non ligare Miniftros, ex quo eis non publicata, nec notificata, neque cum inferta forma literarum fuit ordo ex Cancellaria defumptus, firmatus à Prorege, & Regentibus, ac Tribunalibus directus, ut de illis notitia haberetur, juxtà exempla in *Pragmaticis* 69. & 70. *de offic. S.R.C.* & 6. & 7. *de relatio.* ut dicit Adverfarius *num.* 37. & 38. Hæc autem eft nullius momenti, fiquidem litera illa non continebat legem generalem per Populum, aut per Tribunalia obfervandam; tunc enim illis publicanda erat, prout in bannis, & aliis ftatutis fundat *D. Rovit. in Pragm.* 8. *de extr. anim. n.* 5. *poft Præfid. de Franch. decif.* 360. fed continebat tantum particularem ordinem Prurcgi directum ab eo dumtaxat obfervandum, qui nulla publicatione, aut bannimento indigebat; fatis enim fuperque fuit perveniffe ad manus illius, cui dirigebatur, & qui folus illum obfervare debuerat; & tamen, ut omnibus innotefceret, illum regiftrari fecit in Reg. Cancellaria, à cujus regiftro eft defumpta nunc copia in actis producta, prout S. M. mandavit, ibi: *y que efta orden fe regiftre paraque fe tenga noticia della*; & ille modus publicandi per Partem animadverfus obfervatur, quando contenta in ordinibus Regiis funt fervanda vel à Populo, vel à Tribunalibus, aut à Miniftris, tunc mittitur illis, qui ea tenentur obfervare, fic Præfidenti S.C. in *Pragm.* 69. *de offic. S.R.C.* fic *S.C. in Pragm.* 70. *ejufdem tit.* fic M.C. *in Pragm.* 6. & 7. *de relatio.* quod ceffat omnino hoc in cafu.

Secundam oppofitionem fcilicet literam illam
23 non comprehendere exactas quantitates ante illius datam, aut præfentationem amplector libenter.

Circa vero tertiam non competere Principi actori, fed Fifco actionem pecuniam illam recuperandi, ut eifdem literis credit Pars fundare; Adverto ante omnia non poffe hoc Partem prætendere pro quantitatibus per Salvum ante dictas literas exactas, cum ordo ifte non poffit comprehendere ea, quæ ante ipfius ortum fuerunt gefta, fed tantum, quæ poftea fupervenerunt, ex latè fundatis per Adverfarium in proxima antecedenti oppofitione *num.* 41.

Infuper, & fecundo dicitur non effe difceptandum, quid difponat dicta litera, nam id poffet fieri fi
24 licentia, aut difpenfatio conceffa fuiffet Salvo vigore dictæ literæ, vel faltem poft quam fuit à Prorege recepta; tunc enim ex quo forfan fuiffet exceffum in his, quæ litera difponit deberet fervata forma ejufdem mulctari Minifter, & effet infiftendum circa intelligentiam literæ, cui reftitutio mandatur in illa, at Salvus nullam, aut vigore literæ, aut poft literam receptam difpenfationem obtinuit, & fic non deliquit in literam, ut ità dicam, fed obtinuit difpenfationem, tempore quo litera nondum erat in effe producta, & vigebat tantum *Regia Pragmatica de anno* 1593. igitur ex illius inobfervantia incidit in *Pragmaticæ* pœnam, quæ eft annullationis licentiæ, five difpenfationis, & ex ea fequitur Parti reftitutio accepti, tanquam indebiti, quod effe omnino Parti reftituendum, latè fundavi fupra, & tradunt etiam poft *Angel. & alios Gomef. de actio. in princ. num.* 20. & *Avendan. de exequend. mand. par.* 1. *cap.* 1. *num.* 13.

Refpondetur tertiò, quod ordo in dicta litera contentus, ut reftitutio fiat per Miniftrum in duplo
25 Regio Fifco, poteft fundari ex quo dum poft ordinem (illo non obfervato) Pars dedit, & Minifter accepit, uterque exceffit, & particeps fuit culpæ alter in dando, alter in recipiendo, ideo uterque privari debet dato, & accepto illud Fifcò applicando, *arg. legis Lucius, ff. de jur. fifc.* Sed in cafu noftro hoc non poteft practicari, fiquidem nec patrimonium, nec aliquis pro eo dedit, aut petiit talem folutionem fieri, fed ipfemet Conf. Salvus advertens debita patrimonii excreviffe, adeout pro folvendis tertiis opus erat vendere feuda, hoc non obftante procuravit fibi tam magnam quantitatem anno quolibet folvi, & quod eft omni admiratione dignum, poftquam exercuerat delegationem per annos tres cum conftituto (licet nulliter) falario duc. 400. talem obtinuit ordinem exigendi mille, etiam pro præterito contra omnem æquitatem, & juris difpofitionem, in perniciem tam onufti patrimonii, & creditorum illius.

Quartò, fuit animadverfum tria difponi in litera illa, primo tradi formam concedendi difpenfa-
26 tiones; fecundò taxari quantitatem difpenfandam pro unica caufa, aut negotio in duc. ducentum; tertiò fimiliter difponitur; ut pro pluribus negotiis per anni circulum non difpenfetur Miniftro, nifi quantum afcendit fuum falarium, ideo dum fubjungitur, *fo pena que fe el Miniftro excediere en lo uno, y en lo otro pague à mi Regio Fifco, &c.* ifta pœna refertur ad duo poftrema, provifa fcilicet ne pro uno negotio exigeret Minifter ultra duc. ducentum, nec pro pluribus ultra fexcentum, quod expreffe elicitur, ex ponderatione verbi excedere; nam propriè exceffus eft in fumma taxata, & verba illa, *en lo uno, y en lo otro* declarantur *en lo uno*, plus accipiendo duc. bifcentum pro uno negotio, *y en lo otro*, plus ducatis fexcentum pro pluribus. Confirmatur hoc; nam quando licentia peccat in forma, non excedit Minifter, qui nil cooperatur in non implendo formam licentiæ, fed Prorex eft ille, qui tunc non obfervat mandatum Regis, ergo dum dicitur, *fo pena que el Miniftro, que excediere en lo uno, y en lo otro*, non poteft hic Miniftri exceffus referri ad cafum licentiæ informis; ideo perneceffe verba illa funt referenda in receptione, five exactione fummæ majoris taxatæ, in quibus tantum confiftit exceffus Miniftri.

Ex his patet minus rectè Adverfarium infurgere con-

contra hunc germanum intellectum in suis *alle-*
27 *gationibus num.*51. & quando affirmat non minus delictum esse Ministri accipere cum licentia informi, quam excessivam summam, ut *n.*52. sua pace non bene dicit, siquidem, dum cum licentia licet informi recipere, ex quo non cooperavit in concedenda licentia illa, quæ fuit operatio tantum Proregis, excusatus Minister ob existentiam dictæ licentiæ à delicto cum quælibet causa ab illo excuset, ideo sufficiens erit restitutio accepti detecta nullitate licentiæ, quod nō est quando recipit majorem summam, constituitur siquidem in mala fide plus accipiendo, quam Rex ordinavit, & ipse est particeps,
28 quia recipit, ideo dum hoc sapit delictum inexcusabile, debet tunc in pœnam solvere duplum Fisco. Nec tandem dicat Pars in casu nostro adesse excessum summæ, & defectum formæ, & quod propterea non tenetur restituere simplum Parti, sed duplum Fisco, quia non video quomodo sequi possit consequentia illa, quinimo concludendum censeo, quod stante nullitate licentiæ debet Parti restituere acceptum, ac stante excessu in summa forsan tenebitur etiam Fisco solvere duplum, sed hoc Domino Fisci Patrono relinquo. At hæc pro Domino Principe occurrunt.

Parthenius Pitagna.

OBSERVATIO LXXXII.

SUMMARIUM.

1 *Filiifamilias etiam emancipati non possunt nominari in Gubernatores Arrendamentorum, & Montium.*
2 *Minores 25. annis nequeunt esse Gubernatores Arrendamentorum, neque Sindici Universitatis, nec Tutores, vel Curatores.*
3 *Debitores litigantes cum Universitate, & qui computa prioris administrationis non reddiderunt, non admittuntur ad officia Universitatis.*
4 *Inquisiti, contumaces, & accusati repelluntur ab officiis universalibus.*
5 *Et quid in admissis ad graduationem, vel cessionem bonorum, vel quibus fuit datus Curator.*
6 *Gubernatores non possunt nominari in eodem gubernio, nisi elapso triennio.*
7 *Vacatio munerum, quæ jure communi attento debet esse ad idem officium per quinquēnium, & ad diversum per triennium, intelligitur existentibus aliis idoneis, & habilibus.*
8 *Confirmatio Sindici, & alterius Administratoris Universitatis potest fieri pro anno sequenti, quando electio fit convocato Concilio, & nemine discrepante.*
9 *Consignatarii vectigalium Regiæ Curiæ, & Civitatis sunt satisfaciēndi æqualiter, & per æs, & libram, non obstante quacumque anterioritate.*
10 *Creditores ex causa fiscalium, & Creditores instrumentarii Universitatum sunt quoque satisfaciendi per æs, & libram, nulla considerata prioritate temporis.*
11 *Referuntur novissima decreta, quæ prodierunt per Reg.Cam. sub die 24. Februarii 1676. & sub die 23. Junii 1701. cujus verba transcribuntur.*
12 *Decuriones Civitatis, qui prohibentur donare, possunt donare ex causa remunerationis.*
13 *Gubernatores locorum piorum, num possint concedere dilationem debitoribus.*
14 *Gubernatores vectigalium non possunt participare in affictu gabellarum, nec per se, nec per alios.*
15 *Et quid facta renunciatione ante assumptum officium.*
16 *Delegatorum vectigalium jurisdictio est tributa quoad vectigalium regimen.*
17 *Relationes à Delegatis vectigalium sunt faciendæ in Tribunalibus, ubi resident, & de ratione.*
18 *Delegationes an extinguantur per transitum Regii Consiliarii ad munus Præsidis Reg. Cam. Regentis, vel ad Tribunal M. C. V.*
19 *Annui redditus, seù gabellæ Reg. Cur. an possint emi pretio viliori, & postmodum reduci ad æqualitatem pro rata pretii soluti deductis alagiis. Affertur decisio Coll. Cons. cum motivis, & rationibus decidendi apud* Reg. Capyc. Latr. decis. 188. à num: 120. ad num. 128. *ad cujus mentem videtur publicata hæc* Pragm. in §. 9.

De Vectigalibus. Pragm. XXII.

Desiderando Noi, &c.

HÆc *Pragm.* plura statuit circa gubernium vectigalium, & quatenus *in* §.3. incip. *Che*
1 *non si possano*, prohibet ne nominentur filiifamilias etiam emancipati, videtur concordare cum dispositione Juris communis, per quod non curatur de Patria potestate in his, quæ publici sunt juris, *l. filiusfamilias*, *ff. de his qui sunt sui, vel alieni juris*, ideoque validæ sunt obligationes contractæ in consequentiam publici officii, *Cancer. p.2. cap.1. de Minor. n.*162. & 213. Concordat tamen cum dispositione ju-
2 ris communis respectu minorum 25. annos. qui nequeunt esse Tutores, Curatores, & Sindici Universitatis, juxtà *text. in §. minor, instit. de excusat. tutor. & de fiduciar. tutel. §. fin. Carroc. decis.*24. quem citat *Novar. in Rubr. de minor. Collect.*1. *num.* 11. §. 4. incip. *Che non possano*, concordare videtur cum dispositione *Pragm.*5. *in* §.17.

in §. 17. & 18. de Administrat. Univerf. per
3 quam debitores, & litigantes cum Univerfitati-
bus, & qui bona adminiftrarunt, nec computa
reddiderunt, prohibentur ad officia earumdem
affumi, fed hoc intelligendum effe Civibus con-
tradicentibus, non autem confenfientibus dicit
decifum *Caput. de Regimin. Reipubl. cap. 3. n.*
98. quem fequitur *Novar. in Comment. fuper
dicta Pragm. 5. num. 253.*

Concordat quoq; cum difpofitione juris commu-
nis 5. §. incip. *Che non poffano*, quatenus man-
4 dat, quod condemnati, inquifiti, & criminofi,
vel aliter accufati non poffint ad officia eligi, *ad
text. in l. reos criminis, C. de Infamib. lib. 10.
l. unic. C. de Reis poftul. lib. 10. Reg. de Ponte
de poteft. Proreg. tit. 3. §. 5. n. 2, 3. & 4. Novar.
in Collectan. fuper Pragm.* 10. de *offic.* Judic.
n. 114. & quod inquifiti, & infames repellantur
ab adminiftratione Reipublicæ, & Univerfitatis
dixit *Reg. Tapia lib. 7. jur. Regn. in Comment.
ad Pragm. 2. de administrat. Univerf. num. 13.
Amend. ad Franchis decif. 210. n. 20.* Et in con-
demnatis ad Regias triremes non admittendis,
ad Regimen Univerfitatis finito tempore con-
demnationis, loquitur *Reg. de Marin. lib. 2.
fuar. refol. cap. 36.* & non fine ratione ab hac
5 *Pragm.* fuerunt exclufi illi, qui fuerunt admiffi
ad graduationem, vel ceffionem bonorum, vel
eorum bonis fuit datus Curator, quià habentur
pro decoctis, & infamibus, *Stracc. de decoctor.
p. 5. n. 1.* quem laudat *Confil. Rocc. de Decoctor.
merc. notab. 4. nu. 13.*

Difcrepare videtur à jure communi difpofitio §.
8. incip. *Che non poffano*, quo cavetur, ut Gu-
6 bernatores non poffint nominari in eodem Gu-
bernio, nifi elapfo triennio fiquidem Jure com-
muni attento debet obfervari vacatio munerum
ad idem officium per quinquennium, & ad di-
verfum per triennium, juxtà *text. in l. 2. C. de
muner. non contin.* nifi in defectum idoneorum,
7 & habilium, juxtà decretum Collat. Conf. apud
*Reg. Rovit. in Pragm. 2. num. 15. de administrat.
Univerf.* & alia exempla apud *Novar. in decif.
37. num. 3.* & poteft quoque fieri confirmatio
Sindici, vel alterius Adminiftratoris pro anno
8 fequenti, dummodò electio fiat, convocato, &
congregato Concilio generali, & nemine difcre-
pante, ut decifum per S.C. refert *D. de Franch.
decif. 609.*

Dum in §. 13. Incip. *Che li Governatori*, mandatur,
ut confignatarii vectigalium, tam Regiæ Curiæ,
9 quàm hujus fideliffimæ Civitatis funt fatisfa-
ciendi æqualiter, & per æs, & libram, non ob-
ftante quacumque anterioritate, obfervandum
erit, quod idem ftatutum extat refpectu Credi-
torum ex caufa fifcalium Reg. Cur. per *Pragm.
7. & 8. de Commiff.* & necnon dictæ Reg. *Prag.*
receperunt poft eandem interpretationem, &
obfervantiam refpectu Creditorum inftrumen-
tariorum Univerfitatum Regni, inter quos fiunt
10 quoque liberationes per æs, & libram, nulla
confiderata prioritate temporis, excomputatis
quantitatibus receptis per aliquem ex dictis
Creditoribus, quemadmodum decifum extitit
per Reg. Cam. fub die 24. Februarii 1676. quod
nos reportavimus in noftris *Obfervat. ad fing.
74. num. 7.* & cum idem articulus iterum difpu-
tandus incidiffet in Reg. Cam. in caufa Univer-
fitatis Civitatis Theatis, cum Magnif. Bartholo-
mæo, & Philippo Fibione fuit confirmatum de-
cretum Anni 1676. & receffum à decreto domi
lato per D. Præfidentem Vidman, verba decreti
funt tenoris fequentis.

*In caufa in Reg. Cam. vertente inter Univerfita-
tem Civitatis Theatis cum Magnif. Bartholo-
mæo, & Philippo Fibione, ut ex actis.*

Die 23. menfis Junii 1701. Neapoli.

*Vifis actis, ac memoriali reclamationis, fol. 94. nec-
non decreto lato per Reg. Cam. fub die 24. men-*
11 *fis Februarii 1676. fol. 335. tertii vol. Per Dom.
Militem U.J.D. D. Nicolaum de Graffis Regiæ
Cam. Sum. Præfidentem, & caufæ Commiffa-
rium, factaque de prædictis omnibus relatione in
dicta Reg. Cam. coram Spect. D. Regēte D. Alon-
zo de Araciel Locumtenente, aliifque DD. Præ-
fidentibus ipfius, audita D. Fifci Patrono, fuit per
Reg. Cam. ipfam confenfu provifum, & decre-
tum, prout præfenti decreto decernitur, & pro-
videtur, quod liberatio ordinata fub die 22. men-
fis Januarii 1701. prout in actis, fol: 85. fiat per
æs, & libram inter omnes Creditores inftrumen-
tarios, qui legitimè reperiuntur in poffeffione exi-
gendi fervata forma prædicti decreti 24. menfis
Februarii 1676. hoc fuum.* De Graffis. *Ripet-
ta Actuarius.* De *Jannucci.*

Ad limitationem §. 14. videndus eft *Berart. in fpe-
cul. Vifitat. cap. 23. num. 65.* ubi quod Decurio-
12 nes Civitatis, aliàs prohibiti donare, poffunt
ex caufa remunerationis, ex *text. in l. jubemus,
§. fcientes, C. de Sacrof. Eccl. f.* & an Gubernato-
13 res piorum locorum poffint concedere dilatio-
nes debitoribus ad folvendum videnda eft alle-
gatio *Vincentii Sergii* 109. *inter allegat. diverf.
apud Reg. de Marinis tom. 3.*

Quatenus in §. 25. prohibetur Gubernatoribus
participare in afflictu gabellarum, & impofitio-
14 num, nec per fe, nec per alios, extenfa prohibi-
tione ad affines, & in cafu quod velint habere
partem in locationibus, debeant prius defiftere
à gubernio fub pœnis contentis in *Prag. 5. §. 6.
de adminiftr. Univerf.* advertendum erit, quod
hæc prohibitio militat quoque de Jure commu-
ni, juxtà *tex. in l. non licet, ff. de contrahend. empt.
Novar. de gravamin. Vaffall. gravam. 394. nu. 6.
& in comment. fuper cit. Pragm. 5. de adminiftr.
Univerfit. à num. 49. cum feqq.* Refpectu renun-
15 ciationis exercitii videndus eft *Bovadill. lib. 3. c.
4. num. 39.* qui admittit renunciationem antè af-
fum-

Digitized by Google

ſumptum officium, *Rovit. ſuper eadem Pragm. 5.num.11.*

Præterea tribuuntur etiam per hanc *Pragm.* in-
ſtructiones pro Delegatis Arrendamentorum,
16 unde ſciendum erit, quod illorum juriſdictio eſt
tributa ſolummodò ad vectigalium regimen, ut
in terminis conſiderat *D. Reg. de Philippis diſ-
ſertat.20.num.22.cum ſeqq.* Hinc fit, quod in §.
6.incip. *Che li Delegati*, mandat, quod in caſi-
bus gravaminum relationes fiant in Tribunali-
17 bus ubi reſident, & ita ſolet aliquando præci-
pere Coll.Conſ. quemadmodum fuit injunctum
per noviſſimas *literas Regales Anni* 1661. *quæ
reperiuntur regiſtratæ in 7. vol. literar. Regal.
penès Secretarium Reg.Cam. fol.*126. & obſer-
vat in terminis hujus *Pragm. Conſil. de Altom.
de nullit.rub.*10.*qu.*14.*n.*57.*in fin.tom.*2. & an-
te eum teſtatur *Reg.Sanfel.deciſ.*381.*nu.*9.*verſ.
ab aliis*, & non ſine fundamento rationis, ſiqui-
dem iſtæ Delegationes non ſunt veræ Delega-
tiones factæ Tribunalibus, ut univerſis, ſed De-
legationes factæ Miniſtris Tribunalium uti ſin-
gulis, & proindè erit locus appellationi, cum
non vigeat eadem ratio, ut perpendit *Conſ.Car-
lev.de Judic.tit.2.diſput.8.num.32.*

Delegationes iſtæ an extinguantur per tranſitum
Regii Conſiliarii ad munus Præſidis Reg.Cam.
18 Regentis, vel Locumtenentis, negativè reſolvit
*D.de Franchis deciſ.*445. ſed contrarium deſu-
mitur ex *literis Regalibus* apud *Reg. Sanſelic.
deciſ.*411.*num.*15.*&* 16.*tom.*3. ubi quod quan-
do Conſiliarii tranſeunt ad Tribunal Reg.Cam.
vel M. C. V. vel de una ad aliam Aulam non
poſſunt eſſe Commiſſarii cauſarum, quas anteà
retinebant, quæ *literæ Regales* reperiuntur ho-
die collocatæ in *Pragm.*84.*de offic.S.R.C. in
noviſſima.compilation.*

In §.9. incip. *Perche dall' Alaggi*, in ſecundis in-
ſtructionibus hujus *Pragm.* reducuntur gabel-
19 læ, & vectigalia pro rata pretii ſoluti deductis
alagiis, addendus eſt *Reg.Capyc.Latr.deciſ.*188.
ubi habentur motiva, & rationes decidendi, quę
dederunt cauſam publicationi hujus *Pragm.* ut
legitur *num.*120.*ad nu.*128. ſub his verbis: *Di-
ſcuſſo plenè hoc negotio in Coll. Conſ. in quo in-
tervenerunt Regentes Didacus Bernaldus Zu-
ſia Decanus, Matthias Caſanate, Antonius Ca-
racciolus Marchio Sancti Sebaſtiani, Ego, D.
Hieronymus Garſia de Benavarro, ac D.Dida-
cus de Uzeda Locumtenens Reg. Cameræ Sum-
mariæ, qui ordine Excellentiſſimi Proregis fuit
adjunctus, die* 15. *Octobris* 1649. *fuit communi
voto reſolutum, annuos introitus ſuper gabellis
antiquis eſſe reducendos ad æqualitatem pro ra-
ta pretii veri ſoluti, & ſic abſque alagiis, reſpe-
ctu verò illorum, qui erant Creditores ſuper no-
vis impoſitionibus fuit inter nos facta paritas, da-
tis per eundem D. Proregem quinque Adjun-
ctis, hoc eſt Conſiliariis D. Gaſpare de Soto, y
Acuña, Jo: Franciſco Marciano, & D. Jo: de
Burgos, ac Regiæ Cameræ Præſidentibus Jo:
Baptiſta Piſanello, & Vincentio de Andrea, die
22. ejuſdem menſis Octobris fuit dirempta pari-
tas, & communi omnium prædictorum Ad-
junctorum voto fuit reſolutum, quod omnes Cre-
ditores, tam antiquarum gabellarum, quam no-
varum impoſitionum, etiam hi, qui in ſolutum
dictas novas impoſitiones habuerunt, ſatis debe-
rent eſſe contenti, quod ipſi qui totum amiſerant,
participare deberent uti omnes alii pro quantita-
te verè ſoluta. Penès Ill. Ducem Caivani Suæ
Majeſtatis in hoc Regno Secretarium.*

OBSERVATIO LXXXIII.

SUMMARIUM.

1 *Viſitatio carceratorum fuit introducta de Jure communi, & in Regno ab Imperatore Carolo V. de anno* 1540. *& in Curiis Eccleſiaſticis fuit introducta per* Concil. Aurelianenſ. *num.*2.

3 *Regii Auditores Provinciarum Regni in qualibet die Saturni tenentur viſitare carceres Regii Gubernatoris loci, ubi reſidet Tribunal.*

4 *Decretum*, Scribatur, *quod interponi ſolet in viſitatione carceratorum, importat, ut nomen rei dicatur receptum inter reos, & quod proinde interrogandus veniat reus cum particula,* monitus, *& quæ requirantur ad hoc ut Judex poſſit ad hanc proviſionem devenire, n.*5.

6 *Decretum quod*, ſcribatur, *aut* habilitetur domi, *aut per* Palatium *interponitur in delictis infra delegationem ex mente hujus* Pragmaticæ.

7 *Et quid in delictis ultra relegationem, quando ex proceſſu conſtaret pœnam eſſe minorandam, vel non adeſſent legitima indicia, vel exiſtente nullitate proceſſus, vel deficiente corpore delicti, & n.*8.

9 *Interrogatio rei cum particula*, monitus, *quid importet, & quando abſtinendum ſit à tali interrogatione, & an inferatur reo præjudicium ex tali interrogatione facta in caſibus, in quibus fieri non debet.*

10 *Et an omiſſio interrogationis cum particula,* monitus, *inducat nullitatem.*

11 *Interrogatio rei cum particula*, monitus, *eſt præambulum litis conteſtationis, ad quod probandum afferuntur verba* Anton. de Matth. ad lib.48.ff. tit. 13. de accuſat.cap. 7. num.3.

12 *Litis conteſtatio eſt facienda expreſsè animo litem conteſtandi, aliàs proceſſus redderetur irritus.*

13 *Litis conteſtationis actus eſt explēdus C.P.T.S. & in M.C.Vic. debent intervenire duo Judices in cauſis ordinariis, & quatuor in delegatis, & n.*14.

15 *Et an cenſeatur receſſum à Delegatione, ſi in*

Digitized by Google

actu litis contestationis non interfuerint quatuor Judices, nec fuerit dictum, quod proceditur ex delegatione.

16 *Inquisiti, vel condemnati, num pendente appellatione, seu reclamatione possint concordari ad inserviendum in Regiis triremibus loco depositi, & quando sit deveniendum ad hanc provisionem.*

17 *Capitulum concessum huic Civitati num sit in observantia.*

18 *Condemnati ad triremes loco depositi, qui erant ultimo supplicio afficiendi, num possint Fisco instante ultimo supplicio damnari.*

19 *Ponderantur verba hujus* Pragm.

20 *Pœna in eodem genere pœnæ an infligi possit reis non convictis de crimine, cujus pœna triremium esset ordinaria pœna delicti.*

21 *Stylus, cum quo concurrit juris præsumptio est attendendus.*

22 *Condemnati, aut concordati ad serviendum in triremibus, qui fuerunt transmissi per Regias Audientias Regni, quomodo visitentur, & revideantur eorum causæ in M.C.V.*

23 *Carceratis pauperibus nullum currit tempus ad appellandum, vel prosequendam appellationem.*

24 *Regentes Regiam Cancellariam num possint domi concedere reclamationes à decretis latis contra pauperes viventes ex pane Regiæ Curiæ.*

25 *Coll.Conf.quomodo hodie concedat reclamationes in causis criminalibus.*

26 *Nullitatibus exclusis à statuto, non censetur exclusa imploratio officii Judicis.*

De Visitatione Carceratorum. Pragm. IV.

In tempo del governo dell'Almirante, &c.

Visitatio carceratorum erat inducta de jure communi per *tex.in l.fin.C. de custod. Reor.* & *l.Judices C. de Episcop. Aud.* in Regno fuit
1 introducta ab Imperatore Carolo V. de anno 1550. ut in *Prag.* 3 *sub hoc tit. & Pragm.*8. *de offic.Magist.Justit.* ideoque solent DD.Regentes Regiam Cancellariam accedere ad visitandum in die Sabathi per singulas hebdomadas, & per singulos menses per unumquemque ex Regentibus, ad hoc ut celeri expeditione carceratorum causæ terminentur, *Reg.Capyc.Latr. dec.* 177.*n.*1. & per *Concil. Aurelian.* 5. celebratum
2 sub Pelagio A.Domini 1556. fuit injuncta visitatio carceratorum Archidiaconis, seu Præpositis Ecclesiarum, ut *in can.* 7. *ejusdem Concil. tom.*4. *Concil.lit. C. num.* 20. juxta allegata per *Scanarol. de visit.carcerat.lib.*1.*§.*7.*cap.*1.*n.*2.
In Regiis Audientiis tenetur unus ex Auditoribus qualibet die Saturni visitare carceres Regii Gu-
3 bernatoris loci, ubi residet Regia Audientia, *Pragm.*10.*§.* 9. *de offic. Judic.* & in actu dictæ visitationis nedum possunt visitare carceratos pro causis criminalibus, sed etiam possunt concedere dilationem debitoribus solvendi mensatim aliquam summam à ducatis 50.infra arbitrio DD.Auditorum cum sola juratoria cautione, juxta observantiam, de qua testantur *Novar. dec.*31.*& Capibl.de Baron.super Pragm.* 8. *cap.* 42.*num.*13.*tom.*2.

In §. 7. incip. *La visita de los presos*, & in §. 9. incip. *Con esso, &c.*

Dum ambo isti §§. ratiocinantur de visitatione carceratorum non scriptorum, observandum erit, quod decretum illud, *scribatur*, inter-
4 poni consuetum per M.C.V. importat, ut nomen rei dicatur receptum inter reos, dum de scribi mandatur in libro cœterorum reorum, uper doctrinam *Fulgos.* advertit *Reg.Capyc. Lat dec.*121.*n.*26.*tom.*2.& pleniùs *Consil.de Ros.in prax.crim.cap.*13. *à n.* 42. ubi tradit, quod vi hujus decreti importat, seu indicat reum esse examini subjiciendum uti reum, & interrogari dum de crimine, cum particula, *monitus*, ad nem contestandi litem.
Ad hoc tamen, ut Judex possit ad hanc pro nem devenire, requiritur, ut reus scribendi
5 detentus, ne dum de crimine ultra relega... nem, sed gravatus indiciis ad torturam, ut per pendendo verba hujus *Prag.* admonuit *Consil. de Ros.cit.loc.n.*46.ubi quod in detentis pro cri minibus merentibus pœnam infra relegationem
6 interponitur decretum, quod *scribatur*, & *habilitetur domi*, *aut per Palatium*, quam praxim desumptam censeo ex verbis hujus *Pragmaticæ*, *ha sucedido, que despues de presos, y escritos han salido consignados, ò con decreto,licentietur, y à vezes con decreto defensiones per Palacium, y elRey intratanto le hà dado de comer,y si lo que obliga a esto decretos, se puede saber sin estos gastos, y tormientos de prision, por que no se hà de escusar.*
Substentabilis videtur hæc praxis, quod *scribatur*,& *habilitetur* etiam in delictis ultra relega-
7 tionem, quoties ex processu informativo evidentissimè constaret non esse locum pœnæ ultra relegationem ob causam minorantem, quia tunc cum esset locus habilitationi, subintrare posset praxis ità decernendi, *Capibl.de Baron. sup.Prag.*8.*par.*2.*nu.*258. *tom.* 1.quem laudavimus *in nostr.observat. ad sing.* 114. *& ad Prag.* 1. *de custod.reor.n.*8. & similiter non esset habenda ra-

ratio tituli criminis ad retardandam habilitationem rei, quoties non extarent legitima inditia, *Novar. de gravam. vassall. grav. 34. tom. 3. & in rub. sup. Pragm. 1. de visit. carcer. collect. 1. num. 6. Scial. in prax. torq. reos cap. 5. n. 13. & 14.*

Et similiter præscriberet sibi locum tradita praxis, existente nullitate processus, quia tunc esset lo-
8 cus habilitationi, *Thom. Gram. vot. 31. n. 12. in fin.* vel deficiente corpore delicti, cum tali casu nequaquam possit esse locus pœnæ ultra relegationem, etiamsi reus fuerit confessus, aut convictus de atroci crimine, *Carpzov. in prax. crim. q. 149. n. 44. in fin. par. 3.*

Interrogatio rei cum particula, *monitus*, ostendit, quod Judex est in probatis, & quod proinde
9 reus cogitur fateri delictum, ideò exiguntur indicia gravia, saltem ad torturam, quibus non concurrentibus, sed facto dubio existente, vel resoluto crimine ex scripturis præsentatis supersedendum erit super interrogatione cum dicta particula, interrogato reo cum juramento, ut testatur *Consil. de Ros. p. 2. resol. 21. à n. 12. ad 18.* Verum quod nullum inferatur præjudicium reo interrogato cum particula, *monitus*, ex abusu, qui inolevit interrogandi reos absque indiciis ad torturam sufficientibus, testatur idem *Consil. de Ros. in decret. & prax. crim. complem. post. primam partem n. 26. fol. mihi 215. qui à nu. 27. ad 29.* quærit an omissio interrogationis cum tali particula reddat processum nullum, & re-
10 solvit negativè, nisi fuisset inquisitus de pluribus criminibus, ut super nonnullis fuisset interrogatus cum particula, *monitus*, aliquibus non.

Hæc interrogatio præsferre videtur actum litis contestationis, quæ nihil aliud est in crimina-
11 bus, nisi interrogatio Judicis, & responsio rei, juxta monitum *Anton. de Matthæis ad lib. 48. ff. tit. 13. de accusat. cap. 7. nu. 3.* ubi subdit hæc verba: *Interrogatio fit de objectis criminibus. Accusator enim ait.* Ajo te Clodium interfecisse: *Judex interrogat*; an interfecerit? *Reus vel confitetur, vel contumaciter tacet, vel inficiatur, vel jure factum contendit, qui confitetur, pro victo habetur, qui tacet pro confesso, qui verò inficiatur, aut jure factum contendit, is reus fit recepto nomine, prædictaque die instituendæ accusationis gratia, quo facto lis contestata dicitur, ut enim in civilibus causis litis contestatio, nihil aliud est, quam narratio actoris, & contradictio rei: Ità in criminalibus intentio accusatoris, interrogatio Judicis, & inficiatio rei, litis contestationem faciunt*; Nihilominus usus invaluit, ut li-
12 tis contestatio expressis verbis fiat, nempè cum expressa clausula *animo litem contestandi, & litem contestando*, juxta praxim vigentem, nedum in M.C.V. quam tradit cum formula actus *Consil. de Rosa in prax. decret. cap. 8. n. 45.* sed in cœteris Curiis Regni testatur *Vio. dec. 310. Foller.* infra allegandus, & *Reg. Capyc. Lat. dec. 121. nu. 28. Camill. Borrell. in summ. decis. lib. 1. tit. 50. de litis contestatione n. 18. & 19.* Quo actu expressè non facto servata forma dicti styli, litis contestatio non haberetur pro facta, & processus nullitate laboraret, ut docet *Grevei ad Gaill. pract. conclus. lib. 1. conclus. 73. nu. 6. & conclus. 74. n. 2.*

Ad validitatem litis contestationis exigitur, ut fiat Judice pro Tribunali sedente, aliàs actus irritus
13 redderetur ex juribus vulgatis in *l. 1. de lit. contest. & l. rem novam §. patroni C. de Judic. & ex Const. Regn. incip. si damna clandestina, Foller. in prax. crim. 1. par. 2. part. verb. fiat contestatio litis n. 1. & 8.*

Quare in M.C.V. debēt intervenire duo Judices in causis, in quibus ordinariè proceditur, & in illis
14 delegatis quatuor; nā quatuor Judicibus tributur talis jurisdictionis exercitiū, juxta literas Regales, de quibus memores fuimus in *obs. ad sing. 352. n. 2. vost. Genit.* adeout si in dicto actu litis contestationis non intervenerunt dicti quatuor Judices, nec fuerit dictum, nec facta mentio,
15 quod proceditur ex delegatione, possēt non temerè pretendi fuisse recessum à delegatione, & per consequens esse admittendam ordinariam appellationem ad S.C. juxta notata, & decisa penes *Thor. in compend. decis. par. 3. v. appellatio interposita à Judice delegato fol. 49.*

In §. 17. incip. *En quanto, &c.*

Cavetur in hoc §. ut inquisiti, vel condemnati pendente appellatione, seu reclamatione non possint concordari, neque transmitti ad Re-
16 gias triremes loco depositi, nisi in casibus merentibus pœnam mortis, sed quando acciderit, quod pœna triremium esset ordinaria illius delicti, quæ non potest infligi, nisi reis confessis, vel convictis, quibus etiam competunt defensiones, tunc nō possint transmitti ad Regias triremes loco depositi, non accedente Fisci, reorum, & Partium quærelantium consensu.

Hæc provisio non est nova, sed antiquissima optimis fulcita rationibus, ut testatur *Reg. de Ponte de potest. Proreg. in rubr. de Regal. impos. tit. 4. à num. 51. ad 55.* ubi quod quamvis per Capitu-
17 lum Civitati concessum prohibeatur, quod pendente appellatione ad S.C. carcerati non transmittantur ad triremes, tamen dicit *Capitulum* nunquam fuisse servatum ex causa publicæ utilitatis, sequitur *Reg. Constant. in l. 11. C. de classic. n. 46. & 47. & Reg. Capyc. Latr. dec. 177. n. 7.* qui testantur ad hanc provisionem esse deveniendum cum maxima moderatione, & æquitate, & cum Reis accusatis de gravioribus criminibus, quos constat ex relatione facta à causæ Commissario, nullo modo posse effugere pœnam triremium.

Hinc fit, quod quoties fuerunt transmissi ad triremes loco depositi inquisiti illi, qui ultimo sup-
18 plicio erant afficiendi in casu, quod eorum cau-

sæ prævia sententia fuissent terminatæ, non po-
terunt demùm Fisco instante ultimo supplicio
damnari, ut decisum habetur apud *Reg. Capyc.
Latr.cit.decis.*177.

Ex quibus verbis hujus *Pragm.* superius reassum-
ptis, ibi, *à echar a galeras loco depositi*, *ò pen-*
19 *diente la apelacion, ò reclamacion, ò concordar-
los, se avia de mandar, que pendiente las apela-
ciones &c. no se biziesse sino en casos dignos de
pena de muerte: en que es cierto, que por non
estar averiguado, no puede ser la pena extraor-
dinaria, sino de galeras; Pero quando de los de-
litos es ardinaria la pena de galeras, en tal caso
non se puede bazer sin contentamento del preso,
y su Avogado, y de las Partes querelantes: por-
que consistendo il dar galeras por ser cõvencido, ò
confesso pueda el Reo en el termino de la apela-
cion, ò reclamacion &c. repulsar, o deducir ra-
zon, que no lo sea, y no se le pueden dar galeras.*
Statuitur, quod quando pœna triremium est or-
dinaria pœna delicti non possunt rei mitti ad in-
serviendum in triremibus pendente appellatio-
ne absque consensu tam rei, quam Partis quæ-
relantis, & assignatur ratio in lege, ex quo fun-
datur pœna in convictione, seu confessione, *Por-
que consistendo il dar galeras por ser convencido,
ò confesso.*

Igitur ducendo argumentum *à contrario sensu*
quoties pœna triremium est ordinaria pœna de-
licti, & non concurrit rei convictio, vel confes-
sio, sed tãtùm est gravatus reus indiciis urgenti-
bus, vel si adest convictio, adest quoque causa
minuens, nullo pacto poterit reus plecti pœna
20 triremium, neque ad tempus, quià esset infli-
gere pœnam in eodem genere pœnæ, & esset
confundere terminos torturæ, & condemnatio-
nis, ut punctualitèr advertit *Guazzin.ad defens.
reor.defens.*33. *cap.*14.*nu.* . . *vers.tandem, in
fin.* & decisiones habentur apud *Ricc.dec.* 169.
*p.*4.& *Reg.Sanfelic.dec.*138.*n.*7.*lib.*1.*D.Hiero-
nym.Basilico dec.*8.*n.*40.

Quibus accedit, quod si allegetur stylus forsan in-
ductus ex rebus judicatis in contrarium, dici-
21 mus, quod semper attendendus erit stylus, &
observantia ista, cum qua concurrit præsumptio
nedum juris communis, sed hujus legis munici-
palis id non obscurè innuentis, ad tradita per
*Novar.dec.*50.*n.*2. & 4. dum contraria obser-
vantia damnaodi reos pœnà extraordinaria, ex
præsumptionibus nullo jure probatur, ut dixi-
mus cum *Reg.Marcian.in obs.ad sing.*197. *n.* 20.
& 21.

In §. 19. incip. *Item mandar, &c.*

MAndatur, ut carcerati condemnati, aut con-
cordati ad serviendum in Regiis triremibus
transmissi cum catenis per Regias Audientias
22 ad M.C.V. visitentur per Reg.Coll.Conf.com-
misso negotio ad Judices M.C.V. ut causam eo-
rum summariè, & sine defensionibus revideant.

Concordat cum dispositione hujus *Pragm.* nedum
dispositio juris communis, de qua in *text. in l.*
22 *Divus Adrianus in primis verbis, ff.de custod.
reor.* sed concordant quoque *Pragm.* 10. *in* §.
52.*de offic.Judic.* Gratiæ concessæ huic Fidelis-
simæ Civitati, & Regno in Parlamento genera-
li de Anno 1642. & rescripta Coll. Conf. lata
sub die 28. Februarii 1649. quibus mandatur,
quod omnes condemnati ad triremes per Re-
gias Audientias, etiam procedentes ad modum
belli adsportentur ad carceres M. C. V. ubi re-
videantur eorum causæ, & magis clarius loqui-
tur *Reg. Rovit. super Pragm.*6. *num.*4. *de offic.
Magistr.Justit.* ubi, quod hi carcerati damnati
ad triremes per Regias Audientias, antequam
triremibus consignentur, revidentur eorum
processus per Judices M.C.V. etiam nulla inter-
posita pro ipsis appellatione, ad hoc, ut decre-
ta reformentur, si non ritè, & rectè processe-
rint.

Ratio cur dicit *Rovit.* nulla interposita appellatio-
ne; quia, ut plurimum isti carcerati sunt paupe-
23 res, quibus non currit tempus ad interponen-
dam, vel prosequendam appellationem, *Novar.
decis.*217.*Altimar.de nullit.rubr.*8. *qu* 3.*nu.*19.
*tom.*1. causæ verò delegatæ, vel ad modum bel-
li, in quibus non datur appellatio, sed reclama-
tio, quæ non sic de facili à Principe conceditur,
fuit provisum per decreta Coll. Conf. ut revi-
deantur per M. C. V. de quibus apud *Danz. de
pugn.Doctor. cap.*1. *de condemnatis pro delictis
num.*43. *ad* 48. *tom.*1. *Anell.de Sarno in prax.
crimin.cap.*30.*num.*35.& 36.

In §. 21. incip. *Finalmente, &c.*

STatuitur, ut unus ex Dominis Regentibus pos-
sit solus domi decernere, quod M.C.D. rela-
tionem faciat in Collater.Conf. de decretis latis
contra pauperes viventes ex pane Regiæ Curiæ,
24 & sub patrocinio Advocati pauperum, & nec-
non à decretis latis per Reg. Audientias Regni
procedentes ex Delegatione. Hæc Regia or-
dinatio malè servatur, quia nedum unus ex Do-
minis Regentibus, sed neque totum Coll.Conf.
se ingerit in concedendis reclamationibus cau-
25 sarum criminalium, nisi remissis memorialibus
per Scriptorium justitiæ, sed D.Prorex decernit
super reclamationibus, quemadmodum fuisse
introductum tempore Ducis Albæ Proregis,
qui hoc mandavit sub die 8. Octobris 1627. &
hoc rescriptum reperiri registratum in M.C.V.
testatur *Dominic.Taston.de anteph.vers.*3.*obser-
vac.*3.*num.*253. *vers.& ultimò*, de quo memo-
res fuimus in *Pragm.* 14.*in* §.7.*vers. verum in
fine de offic.S.R.C.*

Postremò observandum erit, quod si fuerit ela-
psum tempus statutum ad proponendas nullita-

tes,

Digitized by Google

26 tes, poterit Advocatus rei implorare officium Judicis, quia nullitate exclusa per Statutum, non videtur excluſa imploratio officii Judicis, DD. cumulati per *Conſ. Altom. de nullit. rubr.* 8. *qu.* 9. *num.* 11. & practicatum fuit per M.C.V. patrocinante D. Antonio de Gaeta, poſtmodum Regente, in cauſa Andreæ Campanilis, Nicolai Arenga, & Sociorum, ut ipſemet teſtatur in quadam ſua *Conſultat.* typis impreſſa, cui titulus inſcribitur: *Jura pro Joanne Antonio, Dominico, & Leonardo Napoleone*, ut patet in 5. *tom. alleg. diverſor.* apud me exiſtentium.

OBSERVATIO LXXXIV.

SUMMARIUM.

1 *D. Hieronymus Caymus Patritius Mediolanenſis, & olim Regens in Supremo Italiæ Conſilio, ſummis laudibus extollitur.*

2 Conſil. D. Thom. Carleval. in apolog. ad deciſ. 79. Reg. Rovit. *adducitur ad propoſitum.*

De Viſitatore Generali, & viſitatione Tribunalium, & Officialium omnium. Pragmat. I. II. III. & IV.

Carolus Quintus, &c.
Philippus Dei Gratia Rex, &c.
Riconoſcendo Sua Maeſtà, &c.
Convenendo al ſervitio di Sua Maeſtà, &c.

Aggredimur obſervandam Viſitationis Magiſtratuum materiam, quam tactam non vidimus ad interpretationem harum legum, nec à
1 *Scipione Rovito*, nec à *Joanne Maria Novar.* in eorum editis *Commentariis*, forſan, quia illis temporibus, titulus iſte inter Regias ſanctiones collocatus non reperiebatur; Verum, quia poſt impreſſionem primarum mearum lucubrationum ſuper eiſdem Regiis ordinationibus pervenit ad manus meas præſtantiſſimum, & elaboratiſſimum opus manuſcriptum inſignis illius Juriſcõſ. & Patritii Mediolanenſis *D. Hieronymi Caymi* Regentis in Supremo Italię Conſilio de Anno 1621. cui titulus inſcribitur *de Regia Viſitatione ad uſum Regis Catholici*, ubi materia cernitur bene pertractata, nedum inſpectis Juris communis principiis, ſed etiam in terminis legum hujus Regni, dignum exiſtimavi illud typis vulgare, & hic imprimendum ducere cum meis *Obſervationibus*, & *Adnotationibus*, ad hoc, ut labores tanti Viri lucem hominum conſpectumque aſpiciant, & literati, & curioſi illos deguſtent; Ad quod peragendum maximoperè me impulit teſtimonium celeberrimi illius Viri *D. Thomæ Carleval.* qui in *apolog.* ad quaſdam
2 *deciſ. Rovit.* & proprie ad *deciſ.* 79. *num.* 5. *poſt tract. de Judic.* de noſtro *Authore*, verba faciens ſic fatur. *Cujus quidem de Viſitatatione Tractatus magno ſtudioſorum malo non eſt excuſus.* Fruantur igitur ſtudioſi *Authoris* ſequentibus Commentariis, quæ non ſine meis laboribus, & vigiliis imprimendas curavi.

TRA-

TRACTATUS
DE REGIA VISITATIONE
Ad usum Regis Catholici,

AUCTORE

D.HIERONYMO CAYMO
PATRITIO MEDIOLANENSI,

Et in Supremo Italiæ Consilio Regente,

PER FRANCISCUM MARADEI J.C. NEAPOLITANUM

Nunc primò in lucem editus,& auctus suis Adnotationibus,& Observationibus.

SUMMARIUM.

1 *Visitationis Judicium fuit introductum à Ferdinando Rege Catholico ad instar alterius similis Judicii,quod viget in Regno Aragonum.*
2 *Visitationis Judicium fit de mandato Regis, & de absoluta ejus suprema potestate.*
3 *Rectores Provinciarum non habent facultatem visitandi, sed tantùm relationem faciendi ad Principem, & num.4.*
5 *Diffamatio an præcedere debeat hujusmodi inquisitionem.*
6 *Inquisitio, quæ fit in judicio Visitationis, num cõtinere debeat expressionem loci, & temporis.*
7 *Gravamina generalia, quæ proponuntur in hoc judicio universo Tribunoli deserviunt ad reformotionem abusuum.*
8 *Officiales an possint puniri de contraventione, de qua plenè non constet, sed de alio delicto resultante ex proposito gravamine.*
9 *Inquisitio generalis quomodo practicanda in judicio Visitationis, & quomodo, & quando ex Inquisitione generali deveniatur ad specialem, & condemnationem, num.10.*
11 *Testes recepti in judicio Visitationis non repetuntur citata Parte.*
12 *Testium nomina non publicantur in Judicio Visitationis, & de arigine hujus praxis, n.15.*
13 Cap. Regn. *incip.* vulgaris famæ proloquium, *declaratur.*
14 *Tortura ex processu informativo infertur contra sceleratos delinquentes, quos notabiliter fama gravat.*
16 *Privilegia Regni Siciliæ de non extrahendis causis ab illo Regno non habent locum in Judicio Visitationis, in quo agitur de informando Principis conscientiam.*
17 *Publicotio processus in Judicio Visitationis, num sit facienda, quando agitur contra hæredes Officiolis.*
18 *Pœnæ sunt arbitrariæ in judicio visitationis, quia Rex ad Visitatoris relotionem profert sententias, quæ regularitèr non excedere solent pœnas pecuniarios, suspensionis, vel privationis officii, & de ratione.*
19 *Pœna ordinoria dupli, & tripli an possit infligi in judicio visitationis.*
20 *Pœna privationis, & suspensionis an, & quando possit imponi.*
21 *Appellatio, & revisio quondo detur in Judicia Visitationis, & num relatione ad Principem pendente possint Judices Delegoti corrigere decreta, num.22.*
23 *Recursus an detur Fisco in hoc Judicio adversus sententiam absolutoriam.*
24 *Visitationis speciolia sunt observonda etiam repugnantibus Consuetudinibus Provinciæ, ubi exercetur Visitationis Judicium.*

ARTICULUS PRIMUS.
De origine Judicii Visitationis, & ejus specialibus.

MEmoriæ proditum est, extraordinarium hoc Judicium visitandi Tribunalia, & Officiales

les perpetuos introductum fuisse à Potentissimo D.Ferdinando Rege Catholico ad similitu-
1 dinem alterius similis Judicii, quod ex tunc viget in Regno Aragonum, ex legibus Regni, quas *Foros* appellant, corroboratum, sed quantum mea fert opinio, verisimilius est Potentissimum illum Regem, qui pace, & bello mirum in modum claruit, id cum consilio Procerum, & doctissimorum Virorum, quorum opera utebatur ad publicam universæ Reipublicæ utilitatem ex perennibus Juris Civilis, & Canonici fontibus exhausisse, ex quibus etiam manarunt pulcherrimæ leges, quibus Hispaniæ amplissima Regna moderantur, & florent; Hinc meritò præstantissimi Jurisconsulti usu rerum, & doctrina insignes, qui ad hujusmodi processus iudicandos, tum hic, tum in Italia confectos à Regia Majestate delegantur, vota, & sententias suas deducere consueverunt à præceptis Jurisprudentiæ, & Sacrorum Canonum decretis. Apud Chinenses fertur frequentes esse has Officialium visitationes, sed de his nihil ad nos, at id solum erit spectandum in brevi hujus materiæ pertractatione, ut sicuti visitationis Judicium à Jure ortum habuit, ità ejus praxis Juribus confirmatur ex relatione eorum, quæ amplissimi illi Viri approbarunt, & à me audita in Commentarium meum relata fuerunt; Agnoscent hi haberi in ejus lectione doctrinam propriam, & ingenii sui benè culti partus, ac nullas credo exactiores disputationes requirent à me laboriosissimum munus sustinente, sed potius omnem diligentiam commendabunt in his colligendis, ne tantorum Patrum labor periret, qui impensus ad particularium casuum decisionem, Judicium etiam visitationis in universum illustrare poterit, quod nulla lege scripta proditum moribus, & consuetudine paulatim coaluit, & ex plurimis doctissimorum Virorum sententiis coagmentatū certos jam ipsum sibi cancellos circumdedit, atque hic brevissima scripta tribuerunt materiam id pleniori calamo præstandi; Neque verò iniquum est Magistratus duriori hac lege coerceri, cum multa sint ornamenta, quibus eam mitigare molestiam possint, locus, authoritas, domi splendor, apud exteras nationes nomen, & gratia, toga, prætexta, sella, curulis, insignia, fasces, quibus in rebus cum summum rectè factis Reges nostri præmium, tum plura peccata periculis proposita esse voluerunt, & quis unquam hoc Senator recusavit, ut cum altiorem gradum dignitatis beneficio Regis sui esset consecutus, eò putaret durioribus legibus uti non oportere, quam multa sunt commoda, quibus caremus, tam multa molestia, ac difficilia, quæ subimus, atque hæc omnia honoris, & amplitudinis commodis compensantur, verba sunt *Ciceronis in orat. pro A. Cluentio, fol. mihi 56. & 57.* sed jura sese offerunt in limine specialia hujus Judicii, quæ promissam exigunt operam, quam breviter pro viribus præstabo.

Primum igitur speciale illud est, quod visitationes hujusmodi solum fiunt de mandato Regis, &
2 & ex absoluta illius potestate ob bonum publicum cum nulli alii salutem Reipublicæ tueri magis convenire, nec alium sufficere ei rei, quam Cæsarem credendum sit, ut dicit *text. in l. nam salutem, ff. de offic. Præfect. Vigil.* ac cum solus Princeps sit Judex Senatorum, *l. fin. §. adeo, C. ubi Senator. vel Clarissim. l. si gravius, C. de dignitat. lib. 10. Menoch. de arbitrar. cas. 518. nu. 2. Barbos. in l. 1. art. 4. num. 147. ff. de Judic.* solus etiam potest contra eos inquisitionem generalem decernere, *Marian. Soccin. in cap. qualiter, & quan. el 2. art. 5. qu. 7. num. 102. de accusat.* & idem statuendum est de aliis Tribunalibus Supremis, cum non solùm Senatores, sed etiam alii Consiliarii sint illustres, *Jos. in l. 1. num. 10. & Decius num. 12. ff. de offic. ejus, cui mand. el jurisdict.* qui ideò & ipsi à solo Supremo Principe cognoscuntur, ut passim probatur *tot. tit. C. ubi Senat. vel Clariss.* nec est novum, imò valdè necessarium, ut similia Principi reserventur in signum supremæ potestatis, nec alii communicetur, *cap. quod translationem de offic. legat.* & licet cura syndicandi jure ordinario Officiales temporales aliis committatur, *l. 1. §. sciant autem, C. ut omn. Judic.* & de Jure Canonico visitatio Ecclesiarum, & Clericorum Legatis, Episcopis, & aliis jurisdictionem habentibus permittatur, *cap. cum Apostolus, & cap. Procuratores de censib. lib. 6.* Hæc tamen, de qua agimus, adeò rigorosa est, ut nonnisi cum maximo damno publico inferiorum arbitrio committi potuissent, sed an licebit majoribus Magistratibus impunè vexari subditos, si Rectores Provinciarum providere non possunt nequaquam;
3 Rectorum enim cura erit monere Principem, quo provideatur qualiter publicæ disciplinæ, & læsis tenuioribus provideri possit, ut inquit *Imperator in l. 2. C. de offic. Rector.* unde adnotandi sunt quatuor termini in hac materia, scilicet vindicatio, pronunciatio, examen, & relatio ad Principem, quæ necessariò præsupponit qualemqualem informationem, de quibus omnibus fit mentio in *dict. l. 2.* ipsi ergo Rectori conceditur sola informatio ad finem referendi Principi, qui posteà diriget ad Provinciam negotium examinaturum, ut sunt verba *text. in Auth. ut Judic. sine quoque suffrag. §. si quis autem*, ibi: *dirigemus in Provinciam hoc examinaturum*, quæ verba nihil aliud significant, quam delegare ad processum instituendum, ut constat ex *cap. licet de offic. legat. & dict. Auth. §. jubemus, versic. & licentiam damus examinare violentiam*, quod si simpliciter delegatur hujusmodi causa, hoc solum intelligitur ad processum instituendum, *l. fin. §. nullius alterius Judicii* juncto *versic. adeo autem, C. ubi Senat. vel Clariss.*

poena

quisitus, qui habuit justam causam ità credendi, aut retento eodem themate inquisitus de hoc facto illud confitetur, ut accidit in proposito exemplo, & tunc cum allegaretur sine difficultate posse sequi sententiam ad pœnam extraordinariam, qua coerceri possunt delinquentes confessi, licèt nulla inquisitio præcesserit, *Farinac.qu.81.cap.2.num.81.& 82.& qu.1. num.33.* animadversum enim fuit ad aliam circumstantiam, quæ tanti fuit momenti, ut communi voto absolutus fuerit; aut verò ultimo loco adest narrativa facti, & inquisiti defensio, qui tamen factum negat, licèt id probetur ex processu offensivo, & tunc variè sentiebant Judices, alii enim dicebant diversum esse delictum probatum, à delicto, ad quod gravamen restringitur, ideò nullam condemnationem sequi posse, *l. in delictis, §.fin.detracto*, ubi *Bart. & alii, ff. de noxal.action. l.denunciasse, §. quid, ff. de adult. Clar.§.fin.qu.66.vers.Sed quid si pro parte-Boss. tit.de inquisit.num.182.Aretin.consil.22. in fine*, alii verò existimarunt in hoc judicio visitationis sola facti veritate inspecta procedi *Amed.de syndicat.n.216.* ideò posse sequi condemnationem ex causa non deducta in inquisitione, dummodò ex narratis colligatur *Boss.dicto tit.de inquisit.n.81.Ofascus decis.1.nu.21. Farinac.qu. 1.num.33.* nec quidquam proponi, vel aliter statuendum esset, cum inquisitus ità intellexerit gravamen, & super hoc se defenderit, sed juxta factorum, & gravaminis diversitatem diversimodè judicatum fuit, nam ubi constitit apertè Visitatorem voluisse omninò se restringere ad qualitatem criminis ultimo loco expressam, fuit reus absolutus ab observatione judicii, ex *Gabriel.in tit.de claus.4. nu.12.* dum loquitur de clausula, quæ majorem etiam vim habet; si verò id non constitit, processum fuit ad pœnam extraordinariam.

Quartum est speciale, quod ex eadem inquisitione generali datis tamen capitibus Parti, & ejus
9 inspectis responsionibus sequitur sententia, sed hoc pariter non abhorret à dictis antiquorum Interpretum, licèt enim regulariter in puniendis delictis præcedat inquisitio generalis, & per eam deveniatur ad specialem cum Partis citatione, ex qua, & non ex generali sequitur postea condemnatio, *Bart.dicta l.2.§.si publico nu. 13.versic.tertia regula, ff.ad leg.Jul.de Adulter. Bald.cap.1.§.injuria num.16. de pac. tenen. in feud.& in l.& quidem n.36. C.de accusat. Boss. tit.de inquisit.num.2.& 3.Menoch.de præsumpt. lib.1.qu.88.num.7. & 8.* & tamen in hac ipsa inquisitione generali docet *Bald. l. edita in lect.Paduan.num.31. vers. apparet ex prædictis, C.de edendo*, & clarius *in l. observare, §. proficisci, num.12.ff. de offic. Proconsul.* posse ex ea sequi condemnationem, & adverte quod *Clar. §.fin.qu.50.vers.item quia, & versic.suos*, etiam existimat *Bart.* & *Bald.* in effectu idem sentire, & nihil esse speciale in syndicatu, sed fatetur, ut declarat *Amed. de syndicat.num.28.& 29.* nam quædam est inquisitio generalis, quæ fit sine Partis citatione ad instructionem Judicis, & de ea loquitur *Bart.* cum ex ea non posset sequi cõdemnatio, quia ità condemnaretur indefensus, *Bald. in dicta l.edita nu.30. vers.cæterum*, cum inauditum damnare non possit; Alia est inquisitio generalis inventa à Statutis, vel Consuetudine introducta, quam præsupponere videtur *text. in dicto cap.qualiter, & quando il secondo de accusat.§.debet,vers.& exponenda sunt ei illa capitula de quibus erit inquirendum*, quæ fit citatis his contra quos inquiritur, ut solet fieri in Italia in syndicatu Officialium, & ex ea sine dubio absque alia sententiæ inspectione sequi posset condemnatio, & de ea loquitur *Bald.* ad quod *Clar.* non advertit, & de eadem inquisitione, quæ fit Parte citata, agit etiam *Boss.tit. de inquisit. num.72.* in quibus terminis procedit *text.in cap.ad petitionem*, ubi *Abb.nu. 2.& Soccin.num.3.de accusat.* vel saltem ubi facta fuit inquisitio præsentibus, & scientibus inquisitis, ut colligitur ex illis verbis, *ipso D.præsente, &c.* quæ scientia generalis, & præsentia in locum citationis generalis succedere potest, *Gabriel tit. de cit. conclus. 1. num.369.* & ex his justificatur primo loco praxis hæc in judicio visitationis condemnandi ex inquisitione generali datis prius capitibus, cum illa fiat scientibus inquisitis, & præsentibus, licèt in judicio non adsint.

Secundò, quia non est verum, ut etiam remota citatione per præsentiam, & scientiam inquisiti possit deveniri ex inquisitione generali ad condemnationem defensionibus prius receptis, ete-
10 nim in Regno Neapolitano adest *Capitulum, quod incipit, subjungẽdo, sub rubr. de crimin.denũciand.* de quo meminit *Maraut.in suo specul.p. 6.n.8.* quo expressè cavetur, quod ex inquisitione generali data copia repertorũ reo, si adsint 4. testes poterit deveniri ad pœnam ordinariã, & licèt *Maraut.* dicat id hodiè non esse usu receptum, tamen *num.8.* fatetur posse juridicè practicari; verum est, quod illud capitulum requirit, quod detur copia repertorum, quod non fit in judicio visitationis, ut de hoc alio speciali infra dicetur, & satis est hoc loco constare non esse novum, ut ex inquisitione generali sequatur cõdemnatio, de quo tantùm agitur nunc. Regulariter tamen de jure communi contrarium est receptum; Unde *Simanca cap.7. in adnotat.ad Zanchinum tract.de hæretic.* reprehendit *Campegium*, qui in *addit. ad eundem Zanchinum cap.9.in gl.D.num.9. vers.quare opinionem Lucernæ, &c.* latiùs intellexit *Abb.* dicta *dicto cap. ad petitionem*, procedere etiam in inquisitione generali facta contra hæreticos in genere, & sic sine ea possit deveniri ad cognitionem, Partis defensionibus prius auditis, quod favore fidei

non adeo acriter est reprehendendum, ut ex
prędictis, & *ex* eo quod statim subiiciemus, con-
stare potest. Tertiò eadem praxis comproba-
tur, quia re vera cum non omittatur illa citatio,
quæ est juris naturalis ad hoc, ut quis se defen-
dere possit; dantur enim capita, ut dixi, & reci-
piuntur defensiones; satis potest de jure ex cau-
sa Princeps, quæ potiùs sollemnitatē respiciunt,
excludere *Abb. cap. ea quæ num. 9. de sentent. &*
re judicat. Gabriel tit. de citat. conclus. 1. nu. 34.
Jas. in l. 1. num. 7. ff. de constit. Princip. Affl. decis.
283. n. 6. Covarr. pract. qq. cap. 23. nu. 6. vers. pri-
mò enim, Marant. in specul. par. 6. §. proposito nu.
10. fol. 361. Gaill. observat. 75. lib. 1.

Quintum speciale est, quod testes recepti in in-
quisitione generali post data capita inquisito
11 non repetuntur citata Parte contrà juridicam
Consuetudinem, de qua *Clar. §. fin. qu. 50. versic.*
item quæro, & qu. 45. versic. cæterum si reus, Fa-
rinac. qu. 72. nu. 36. sed hoc solet admitti in ju-
re, ut ob timorem potentiæ rei, & ex aliis justis
causis valeant dicta testium Parte non citata,
Felin. in cap. quoniam frequenter num. 7. ut lit.
non contest. Gabriel dict. tit. de citat. conclus. 1. n. 3.
Bajard. in addit. ad Clar. qu. 45. nu. 19. & 28. Fa-
rinac. dicta qu. 72. num. 116.

Sextum est, quod testimoniorum copia non datur
Parti, nec quoad nomina, nec quoad dicta te-
12 stium, propterea si post edita capita superve-
niant nova indicia, illa conjunguntur absque
nova editione, ne alteretur ex his aliqua quali-
tas delicti, tunc enim quoad illam qualitatem
caput de novo esset dandum, & quoad nomina
id etiam in hæresi admissum est à jure, *cap. fin. de*
hæretic. lib. 6. ut testium periculis occurratur,
quo vero ad dicta testium est speciale, & val-
dè singulare, quod nec in hæresi favore fidei ad-
mittitur, nec in inquisitione levis præjudicii de
jure Canonico, quæ tantùm ad reformationem
morum fit, & frugem melioris vitæ, ut dicunt
Innoc. cap. fin. num. 1. de purgat. Canon. Bald. di-
cta l. edita num. 32. nam & in ea datur copia te-
stimoniorum. *cap. qualiter, & quando il 2. §. de-*
bet, versic. & non solum de accusat. sed tamen
adverte, quod usque de anno 1326. Neapoli id
fuit concessum contra Officiales, quoad pecu-
niariam pœnam, præsupposita eorum mala fama
13 *in cap. Robert. &c. vulgaris famæ prologuium*
versic. si verò fuit malæ famæ repertus nulla sibi
inquisitionis copia præstita condemnetur, & sub-
duntur hæc notabilia verba; *Et breviter sic vos*
in hoc circumspectè, & attentè ex officio vestro
procedere volumus tam in personis testium,
quam in omnibus circumstantiis aliis, & specia-
liter quis sit zelus deferentis, vel instruentis ad
inquisitionem, aut quæ causa ipsum ad deferen-
dum, vel instruendum induxit, ut omnibus ex
officio ipso suppletis ei, contra quem inquiritur,
ignorantia nocere non possit, quæ verba viden-
tur desumpta ex *l. si non defenditur, ff. de pœn. &*
ex Bart. in l. penult. §. ad crimen, ff. de public. Ju-
dic. de quo etiam *Boss. de liter. Princip. bannit.*
admittent. ad nov. defens. num. 3. & 4. ex quibus
Visitator satis instrui possit, quodnam sit offi-
cium suum in recipiendis testibus, ad quod
etiam vide *Joann. Redin. in tract. de Majestat.*
Princip. vers. per legitimos tramites num. 202. &
dicunt *Anton. de Nigris, & alii ad dictum ca-*
put, quod id hodiè observatur in his, in quibus
non est correctum, cum sit ferè conforme juri
communi, quasi sentiant ex causa ob diffamatio-
nem Officialium, & eorum potentiam posse
Principem aliqua ex parte restringere modum
defensionis, moderando, & non tollendo jus na-
turale, ut sæpè admittunt juris Interpretes, *Fa-*
rinac. qu. 39. num. 14. & 113. ex quo valdè justi-
ficatur hujusmodi speciale, maximè dum agitur
de minori pœna, sic communiter receptum est
ferè in omnibus Provinciis, ut nulla data copia
14 indiciorum procedatur ad torturam ex proces-
su informativo contra atroces delinquentes, &
mala fama laborantes, licèt regulariter de jure
illa sit danda, & audienda prius Pars super qua-
litate indiciorum, de quo latè *Farinac.* qui Au-
thores cumulat *qu. 36. num. 30. & 31.* Ex qui-
bus facilè constat, non rectè locutum fuisse *Affl.*
in Constit. item dura, & dira de inquis. faciēd. n.
2. vers. & ideo nō valuit præcedens Constitutio,
quæ tollebat copiam defensionis inculpato de ne-
gando copiam repertorum, nam per hoc non
denegatur defensio, sed solùm modus illam fa-
ciendi restringitur ex causa, & ità remanet illæ-
sum jus naturale, & omnia rectè procedunt,
dum præcipuè recompensatio læsionis circa
modum procedendi fiat moderando pœnam, ut
infrà dicetur, & ubi etiam in aliquo præjudica-
tur defensioni, id ex causa licet *Dec. cap. ex par-*
te el 2. num. 25. de offic. Delegat.

Præterea origo hujus Consuetudinis non dandi
copiam inquisitionis justissima fuit, dum Prin-
ceps inquireret Officiales perpetuos ad con-
15 scientiæ informationem, ut eos reprehenderet,
moneret, mulctaret, ac etiam ab officio amove-
ret, prout expediens Reipublicæ esset, quæ o-
mnia Principi licent ex causa, & ejus soli con-
scientiæ committuntur, non autem judiciariæ
probationi, *Menoch. de arbitr. q. 55. in fine*, in
quo præcipuè se fundat *Joannes Redinus* hanc
Consuetudinem defendens in *loc. supra cit. num.*
180. & 187. quam rationem perpendens olim
Supremum Italiæ Consilium sanxit posse suam
Majestatem transmittere forensem ad visitan-
dum Officiales Regni Siciliæ, & posse eam visi-
tationem, seu inquisitionem hic videri non ob-
stantibus privilegiis illius Regni, quod illæ cau-
16 sæ, nec etiam criminales possint extrahi, & quod
soli Regnicolæ possint in naturales jus dicere,
eò quia præcipuè in eo ageretur de informando
Principis conscientiam, ut posset præmiis affi-
cere bonos, & corrigere malos Officiales, unde

cum

Digitized by Google

cum agatur principaliter de informatione Principis, non est copia edenda inquisitionis, *Bost. tit. de inquisit. num. 71. Campeg. ad dictum cap. 9. Zanchin. de haeretic. in gl. dicto num. 9.* sed cum Princeps, seu illi quibus curam committit Princeps, reperiunt aliquem confessum, vel convictum, cui apertè vident nullas defensiones competere posse, etiam si copia testimoniorum ei detur, eum condemnare solent in poenam pecuniariam, suspensionis, vel privationis causa expressa, quod satis justum videtur, cum privilegiati sint hi casus maximè apud Judices manu Regia procedentes *Bald. in l. qui crimen num. 23. ff. de his, qui accusar. non poss. Gabriel dicto tit. de citat. conclus. 1. nu. 332.* & notoria tunc dicuntur crimina, quo casu, nec ipsa citatio requiritur *Abb. dicto cap. cum olim. n. 20. de senten. & re judicat.* nec Parti defensio est de rigore concedenda, *Farinac. qu. 21. num. 77. & qu. 39. num. 24. Vasq. controv. jur. lib. 1. cap. 31. num. 9. & cap. 39. num. 1.* quae praxis mirum in modum comprobatur ex *cap. 1. §. sanè hujusmodi, versic. notoria verò crimina de censib. lib. 6.* quo loci Summus Pontifex concedit hanc incidentem notoriorum criminū punitionem Visitatori ad reformandos mores. Fateor quod postea paulatim Judices cęperunt extendere etiam ad casus quando inquisiti non sunt indubitanter convicti, dum Consuetudinem puniendi absque publicatione processus haberent ante oculos, & ratio ejus expressa non sit, quam ponderare possint, an cesset in casibus, qui se offerunt, sed & illud scio prudentes Judices, in quibus jura nitescunt, & sedantur periculosi illi impetus animi ad gloriā concitati, ad justitiā, ad mala penitus extirpāda ex Republica, quos solus usus flectere, ac sola aetas lenire solet, difficile haec postremò admittere, ac ferè solum temperatis valdè poenis contra diffamatos, contra quos jura leviores requirunt probationes; hujusmodi tamen speciale circa testes ex officio assumptos ad offensam sub fide secreti extendendum non est ad testimonia defensionum, in quibus cessat ratio secreti, & licèt allegaretur ita per indirectum, posse detegi aliquem ad offensā deposuisse, si idem in testem à reo produceretur cum necessario se referre deberet ad primum dictum, tamen dictum fuit non per hoc multiplicanda esse specialia, nec curandum de publicatione, quae facto ipsius testes sequatur, nec credendum, quod testis, qui verum dixit in offensivo offerat se ad mendacium dicendum in defensivo, cum justè Reo respondere possit, non posse se deponere contra veritatem, & propterea nunquam ego potui approbare opinionem doctissimi viri, qui contra-
17 rium rigorosè servavit, imò in casibus in quibus potest procedi, vel continuari processus contra haeredes Officialis, de quibus infra *art. 3.* si agatur de re magni momenti, crederem tutius esse edere copiam processus arbitrio saltem Judicis secundum qualitatem casuum, cum in haerede cesset ratio potentiae Officialis supra considerata, & aequitas dictat, ut haeredi, qui succedit in factum aliorum detur latior campus defensionis, quod aliquando observatum fuisse intellexi.

Septimum est speciale, quia omnes poenae solent esse arbitrariae in hoc judicio, & hoc primo, quia
18 S. M. ad delegati relationem profert sententiam, & certum est coram Principe omnes poenas esse arbitrarias, *Bald. in l. omnes populi n. 48. de justit. & jur. Menoch. de arbitrar. q. 96. num. 5. & 20. Farinac. q. 17. n. 6.* testatur *Castald. de Imperat. tom. 16. tract. q. 110. versic. trigesimo septimo.* Secūdo, quia ex causa ob inordinatum processum, & aliquam incertitudinem probationis, licet regulariter poenas moderari, *Soccin. dicto cap. qualiter, & quando el 2. art. 4. q. 2. nu. 1191. cum seqq. de accusat. Riminald. Junior in l. Imperium num. 306. ff. de jurisdict. omn. Judic. Redin. ubi supra n. 62. Farinac. q. 27. num. 7. cum seqq. Menoch. ubi supra n. 14.* Imo illud observatur, ut regulariter non excedatur poena pecuniaria suspensionis, vel privationis officii, tum quia dum praeter legem gravantur inquisiti in modo procedendi, & in jure suo laedantur *Bald. cap. 1. §. injuria n. 14. de pac. tenend. in feudo,* sublevandi etiam sunt pręter legem in irroganda poena *argumento l. 3. cum praeterea, juncta glos. in verb. debeat de suspect. tutor. & curat. l. eum qui in princip. ff. de jurejurand. l. quid ergo §. poena gravior ff. de his qui notant. infam. Bald. dicto cap. 1. n. 10. versic. in contrarium videtur l. observare ff. de offic. Proconsul. Marian. Soccin. dicto cap. qualiter, & quando art. 17. q. 12. n. 1251. cum duob. seqq. de accusat.* tum quia cum his absentibus à judicio totus processus instruatur, ut supra vidimus *4. 5. & 6. art. special.* de jure mitiori poena possunt coerceri, argumento *l. absentem ff. de poenis,* satis enim dicuntur absentes, cum ad judicium non admittuntur, *l. si filius alicui, ff. de jur. fisci*, & concurrente hac moderatione quoad poenas, latè tuetur consuetudinem *Redin. ubi supra num. 165. cum seq.*

Hinc infertur primo loco difficilè in hoc judicio posse deveniri ad poenam ordinariam dupli, &
19 tripli, cum vix fieri possit, ut convictus dicatur officialis, cum dicta testium non panduntur, *Affl. in commentar. ad Constit. Neapolit. in constit. incip. Hi, qui per inquisitionem, sub rubr. de inquis. fac. lib. 1. col. 1. versic. & sic apparet & n. 3.* unde omnino est temperanda poena, aut saltim ad illam tantum deveniendum erit contra confessum, vel adeo convictum, ut satis Judici constet, non posse probationes fisci à reo ulla ex parte elidi.

Infertur secundo si versaremur in delicto, in quo sola privatio officii imponi posset extraordina-
20 rio judicio, non satis tutum esse hanc eandem poenam visitationis imponere, sed hunc tantum ad tempus suspenderem, ut saepè observatum vidi

vidi, & conferunt tradita per *Farinac.q.100.nu. 27.vol.3.* quo loci hujusmodi pœna privationis officii, seu beneficii uti minor, & pœna civilis consideratur eo tantum casu, quando alia gravior pœna pro delicto imponi potest, secus si illa sola *Bajard.ad Clar.qu.73. n. 4.* post *Marant.* & alios, quos allegat; Adverte tamen, quod aliquando ex causa exceduntur hæ pœnæ, ut infra tetigi *art.7.versf.difficultas ad finem*, & ad illud semper erit advertendum, quod ad removendos magnos Judices ab officio, enormia requiruntur delicta, & majora, quam si agatur de inferioribus Judicibus, *Joann. de Platea l. Judices n.2.C.de annon.& tribut.lib.10.Farinac. qu. 3.n.423.cum seqq.* Id etiam vidi observari, ut in hoc judicio solùm ob bonum publicum privetur officialis officio, delinquens in officio, ejusdem administrationis, quando officia sunt vendibilia, non autem proprietate officii, vel pretio ejus, quod difficilius admittitur, *Dec.cap.novit n.89.de Judic.ad finem*, & de hac pœna suspensionis latiùs *art.7. & art. 4. versic.suspensio.*

Octavum est speciale, quod neque appellatio, neque revisio, neque aliud remedium datur ad-
21 versus sententiam latam in hoc judicio; quod & aliis casibus statui posse ex causa à Principe receptum est, *l.1.ff.à quib.appell.non lic. cap. super quæstionem §.hoc autem de offic. delegat. Afflict.in prælud.Constit.q.10.Dec.cap.ex parte el 2.n. 25.de offic. delegat.Covarr. practic.qq.cap.23. n. 6.in princip. & versic. 6.* & in nostris terminis est *text. in l.nulli juncta gl. C. quand. appellat. non recip.* de quo *Amed.de syndicat.n.236. cum seq.* Sed tamen antequam sit facta relatio S. M. possunt Delegati corrigere, & emendare jam
22 decreta, cum interim hæc specialia nota sint, nec vim sententiæ habeant, *Franchis decis. 185.* etiam post relationem ante Regiam approbationem, ex *l. §. veterum ff.de legat.3.*& ità sæpè di observari, ac etiam post latam sententiam, si ratio, & veritas id suadet, potest Sua Majestas ex gratia, ad quam recurritur subvenire, quamvis jure ordinario cesset hoc remedium, *Franc. Marc.decis.55.n.5.p.2.Valasc.consult.51.nu. 41. Menoch.de arbitrar.qu.70 n.43.* qui tamen magnam requirit causam, ut *ex Boss. tit.de supplic. advers.rem judicat.num.2.& 3.& tit.de querel. contr.sentent.n.10.versic. & super hac conclusione*, quod aliquando servatum fuisse intellexi,& concurrente causa, ne innocens damnetur, non solum potest, sed id Princeps concedere debet, *Boss.in simil.tit.de liter. Princip. bannit. admittent.ad nov.defension.n.3.Farinac.q. 11.nu. 65.* licèt enim possit Princeps ex causa tollere defensionem, hoc tamen locum habere non potest, quando detegitur ex eo sequi, ut contra Jus gentium innocens damnetur, *Abb.in cap. dilecti de except.& cap.ex parte el 2.de offic.deleg. Afin.in prax.§.2.cap. 34.n. 7.* faciunt tradita per *Odd. de restit.in integr.qu. 37. num. 36.* sublato enim omni remedio, nequaquam intelligitur prohibitus recursus ad Principem, quando magna causa id suadet, ut hoc casu *Farinac. qu. 11. n.64.ad finem ex Boss.in locis allegatis.*

Sed an hujusmodi recursus dandus erit Fisco, ubi etiam secuta fuit sententia liberatoria, hanc
23 quæstionem in simili tangunt *Boss. tit. de supplic.n.6.& Franch.decis.148.* ac uterque cõcludit, regulariter non esse dandum, nisi maxima causa id suaderet, affirmantes nullo modo sufficere illam causam generalem, ne delicta remaneant impunita, & *Boss.n.9.* exemplificat, quando adest criminis magnitudo, quod tamen intellige si simul concurrant indicia, & probationes, & *Franch.n.7.* quando notoriè fuisset gravatus, maximè si scandalosa esset liberatio, maximè de homine diffamato, ac difficilius in hoc judicio visitationis fisco erit concedendus hujusmodi recursus, cum sententia ab ipso Principe pronuncietur ad relationem Commissarii, & aliquibus in locis etiam receptum est, ut fisco indistinctè non subveniatur adversus liberatoriam sententiam, *Rot.Lucens.decis.1.num. 41. Farinac.q.101.n.32.*& adde his *Mastrill.de Magistrat. lib. 6. cap. 12. & Bovadill. lib. 5.Politic. cap.1.n.129.* qui advertit si Judices processissent ad pœnam corporalem, & ità excessissent qualitatem pœnæ, quæ eis à consuetudine permictitur in hujusmodi judicio, de quo supra *in speciali 7.* nullam esse sententiam, & posse reclamari *ex l.certa ratione, ff.quand provocar. non est necess.ubi Bald.* quod tamen declarandum est, nisi ageretur de reo confesso, vel apertè convicto de atroci crimine, quo casu consuetudinem non resistere monui *supra art. 7. versic. difficultas major versatur,circa finem.*

Alia etiam adnotari poterant hoc loco, quæ cum magis sint specialia judicii syndicatus, seu resi-
24 dentiæ, quàm visitationis, consultò omittuntur, & de his agetur infra, ubi occurret; Et notandum est hæc specialia attendi, etiam si repugnent consuetudines Provinciæ, in qua fit visitatio, cum committeretur hujusmodi iudicium, neque ibi adsint leges particulares circa modum procedendi in hoc judicio, quæ sunt attendendæ, *ex Bart.in l.omnes populi, ff.de justit.& jur.* sed tantum circa iudicia ordinaria, de quibus non agimus, & ità dubitasse malè *Mastrill. de hoc tractatu & de Magistrat.lib.6.q.2.n.28.*

SUMMARIUM.

1 *Visitationis judicium est de Regalibus introductum ad compescendam Magistratuum anthoritatem, & illorum excessus reformandos.*

2 *Commissiones, quæ tribuuntur Visitatoribus Generalibus sunt amplissimæ circa modum procedendi, adeòquod Visitator non habet arbitrium aliter procedendi.*

3 *Re-*

3 *Referuntur in proposita specie verba* D. Laurent. Mattheù controv.71.n.6.

4 *Praxis denegandi copiam repertorum cum nominibus testium, quæ servatur in judicio visitationis, continet maximam acerbitatem, & substinetur ex tacito consensu Judicum.*

5 *Testes duo omni exceptione majores non sufficiunt ad damnandum Judicem optimæ opinionis.*

6 *Repertorum copia non venit deneganda in judicio visitationis instituto pro criminibus commissis extra officium, nec pro illis, pro quibus anteafuit instituta accusatio.*

7 *Repertorum copio est concedenda in judicio visitationis, quod prosequitur contra hæredes officialis mortui.*

8 *Literæ Suæ Catholicæ Majestatis, quæ prodierunt de anno* 1680. *in causa hæredum Ducis Sancti Angeli afferuntur pro quæstionis resolutione.*

9 *Repertorum copia est concedenda in judicio plenario, in quo agitur de pœna ordinaria contra officialem.*

10 *Pœnæ an sint arbitrariæ in judicio visitationis.*

11 *Ca Regn.* Uulgaris famę proloquiū *declaratur.*

12 *Pœna dupli, tripli, & quatrupli quando practicanda veniat, cum suspensione officii, referuntur decisiones de anno* 1657.*n.* 13.

14 *Pœna concussionis, & extorsionis fuit aliquando extensa ad pœnam triremium data consnetudine delinquendi.*

15 *Appellationis, & reclamationis remedium num suspendat executionem sententiæ latæ in judicio visitationis.*

16 *Fiscus num in judicio reclamationis admittatur ad pinguius probandum.*

17 *Notorium gravamen, quod requiritur in judicio recursus, quomodo deprebendatur.*

OBSERVATIONES
Ad Articul.I.

AGgredior *Observationes* ad acerbissimum visitationis iudicium, quod esse de Regalibus consuetudine introductum ad refor-
1 mandos excessus Magistratuum, & ad illorum authoritatem compescendam, dixit *Reg. D. Laurent. Mattheù de re crimin. controv.* 71. *à n.*5. *&* 22. Quare commissiones, quæ tribuuntur Dominis Generalibus Visitatoribus sunt amplissimæ, tam quoad formam inquirendi con-
2 tra officiales, etiam de negligentiis omissis, & commissis, & etiam de oblivionibus, quàm quoad formam procedendi secretè, & absque quod testes repetantur, & eorum dicta pandantur, adeoquod neque Visitator habet arbitrium aliter procedendi, ut monet idem *Mattheù cit. controv.*71.*n.*6. his verbis: *Cum autem commis-*
3 *sio Principis nomine expedita fuisset, & eo consulto deliberata, neque de potestate, neque de voluntate dubitari posse dicebatur. Et licet hoc visitationis judicium (quod ex sui natura, & forma procedendi secretè, & absque eo, quod inquisitionis acta edantur, nomina, vel dicta testium reo communicentur, neque confessio exigatur, de quibus accusatur Cargos dicimus, eo respondente, & probante, quod sibi expedire credit unica sententia terminatur) institutum sit ad compescendam maximam authoritatem, quam Superiores Magistratus obtinent cum officio perpetuo, & sic solum in usu est contra Præsides, Auditores, Præfectos Curiæ, & cæteros Officiales Audientiarum, perpetuum munus obtinentes, cum facultas Principis, & Senatus nullis limitibus circumscribatur, & Gubernator, de quo agimus, Auditoris munus retineret, ne auctoritate hujus dignitatis crimina in gubernatione patrata obnubilaret, necessaria, & opportuna visa fuit via visitationis, ut recta justitiæ administrationi fieret satis, & crimina ab eo patrata debitis pœnis puniri possent. Neque Regius Visitator, cui negotium commissum fuit, habebat arbitrium instituendi aliud judicium, vel procedendi diversa forma, cum fines mandati transgredi ab eo non possent, ut docet text. in l. diligenter, ff. mandati cum vulgatis adductis per D. Solorzan. dicto tom.*2.*lib.*2.*cap.*6.*n.*18.*imò si excederet, nullam, & irritum esset, text. in l. ut fundus, ff. com. divid. cap. cum dilecta de rescript. idem Solorzan. dict. lib.*2.*cap.*4.*n.*50.*cum seqq.*

Hæc praxis denegandi copiam repertorum cum nominibus testium, quemadmodum *in* 6.*special.*
4 per *Authorem* traditur, maximam acerbitatem continere videtur, adeoquod dixit *Larr. dec.*98. *n.*21. acerbius, & durius agi in visitatione Judicum, quàm in causis Religionis, & Fidei, quæ instituuntur in judicio Inquisitionis, & non posse praxim hanc substineri, nisi ex tacito consensu Judicùm, qui videntur ei se subijcere tempore acceptationis Magistratus, ex eodem *Larr. & Solorzan. apud Reg. Mattheù de re crimin. in cit. controv.*71.*n.*14. videndus est etiam *Redinus de majest. Princip. in locis apud Reg. Rovit. super Progm.*1.*de munerib. n.*5. & de hac eadem praxi testatur *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. de elect. official. tit.*3.§.7.*n.*12. *Horat. Montan. de Regalib. verb. potestas constituend. Magistrat. nu.*16. *Laganar. in comment. ad Reg. Rovit. super Prag. de Syndicat. official. ubi ex allegat. Jo. Laurent. de Rogerio ibi inserta nu.* 15. quod ex hac denegata publicatione testium adeò videtur diminuta legitima defensionis facultas, quod duo te-
5 stes omni exceptione majores non sufficiunt ad damnandum virum optimæ opinionis, vide *Larr. decis.*98.*n.*39. *&* 50.

Restringenda primò venit hæc praxis, ut non procedat in criminibus, quæ ad muneris exercitium
6 non pertinent, nec de illis, de quibus fuit instituta actio antè visitationem, cum primum iudi-
cium

cium accusationis institutæ sit ordinarium, & regulare, & secundum visitationis extraordinarium secutæ inquisitionis, *Larr. decis.* 98. *à n.* 7. *ad* 14. ubi sic decisum refert, *Reg. Matthei controv.* 74. *n.* 31. *cum seqq.*

Restringenda secundò venit hæc praxis, quando visitationis iudicium terminandum veniret con-
7 tra hæredes officialis mortui, contra quos erit procedendum ordinariè, cum sit extincta actio criminalis descendens ex delicto, & datur tantum in hæredes actio civilis, quoad pœnas pecuniarias, & cessat ratio potentiæ officialis, quæ consideratur ad denegandam copiam processus, juxta *D. Reg.* opinionem, secundum quam habemus declarationem factam per Regem Philippum IV. apud *Solorz. de jure Indiar. lib.* 4. *cap.* 8. *n.* 62. & novissimam in Regno per Regias literas Serenissimi nostri Regis Caroli II. in causa visitationis contra hæredes Spect. Reg. Galeota Ducis Sancti Angeli, quæ literæ quamvis impressæ habeantur apud *D. Calà de visitat. Magistrat. differt.* 14. *n.* 27. hic quoque imprimendas duximus ad materiæ pleniorem ornatum.

El Rey. Spectable, fiel, y amado nuestro D. Danes Casati de nuestro Consejo Regente en el Supre-
8 *mo de Italia, y Visitador general en mi Reyno de Napoles. El Illustre Marques de los Velez mi Virrey en este Reyno con carta de 2. de Agosto deste anno hà puesto en mis Reales manos un memorial, que dice le bavian dado el Duque de S. Angelo, y sus hermanos hijos del Regente Jacome Capeche Galeota, en que refieren procedeis en continuar la informacion empezada al tiempo, que vivia su Padre pretendiendo sea con los herederos à visita cerrada, y del muedo, que se fuesse presente su Padre, que fuera lo mismo que condenarlo sin defensa, pues son los supplicantes, la maijor parte menores, y se hallan de los negocios del officio, y otras materias, que pretendeys con ninguna notitia, majormente siendo todos los cavos, y testigos suppuestos, en que non puedon defenderse, ni rechazar lo actuado, y pue procediendose de esta manera fuera quitar la defensa, que por las leyes se deve, y en especial cessado la suppuesta del ministerio, por la cuja attencion se inventò la visita cerrada; pues los testigos, que se han examinado con facilidad se pueden repetir antes de darse el processo en el termino ordinario de una visita abierta, y se hà practicada con otros ministros aun vivos como fueron los Generales, y Officiales moritimos, siendo Visitador el Regente Valero, que por terminos de pura razon a los herederos se puede usar de esta equidad actuandose solo en ellas el interes civil, y cessado los criminal, y acavada con la muerte del visitado, como me lo suplican en consideracion de los muchos servicios de la casa de los suplicantes, y que procedays con visita abierta, ayendoles con termino ordinario, y admittiendo reclamacion à mis Reales pies à un por lo sospensivo. Y bavien-do visto en memorial referido, ba resuelto ordinaros, y mandaros (como lo bago) que en lo que hubiere lugar de derecho, despues de la muerte del Regente Galeota solo procedays en juicio abierto, y ordinario, y que sin exceder desta mi Real orden si tubiereys algo, que representar lo avisseys por via deste mi supremo Consejo de Italia, que assi es justo, y procede de mi Real mente. de Madrid à 6. de Otubre de 1680. Yo el Rey. Bustamante Secretario. Con señales del Consejo.*

Restringitur tertio, quando esset procedendum ad pœnam corporalem, quia tunc plenius esset
9 audiendus officialis, ut dicam infra in *art.* . . . cum *Horat. Montan.* & *D. Laurent. Matthei controv.* 74. *n.* 43. & 44.

Accedit ad *n.* . . . ubi deducit *Author* pœnas esse arbitrarias in judicio visitationis, quod hoc est
10 verum, ubi concurrit causa arbitrandi, aliàs causa non concurrente esset infligenda pœna ordinaria imposita per leges, & statuta Terrarum, *Berart. in specul. visitation. in tit. de sentent. cap.* 26. *num.* 36. 37. & 38. ubi ponit nonnulla exempla, quorum primum est in Judice condemnante aliquem ad mortem ex dolo, qui punitur pœna *l. cornel. de Sicar.* si sententiam fuit executus, nisi constiterit, quod propter imperitiam illum ad mortem condemnavit, *Raynald. observat. crimin. cap.* 4. §. 6. & 7. *à n.* 12. *cum seqq. to.* 1. ubi quod corruptelæ pœna potest extendi usque ad mortem, juxta facti, & personarum qualitatem, & juxta distinctiones ab eo traditas.

Pœnæ, quæ imponuntur contra officiales in Regno nostro promanant ex Constitutionibus Re-
11 gni, Regiis Pragmaticis, & ex clara dispositione *Capituli Regni*, *vulgaris famæ proloquium*, ubi officialis, qui pecuniam à privatis exegit, ad quatruplum tenetur, sine violentia ad duplum, si verò receperit à sponte solvente cum concus-
12 sione, tenetur quatruplo, sine concussione, ubi aliquid datum fuerit pro faciendo, vel non faciendo negotio ad triplum fisco tenebitur, de cujus capituli observantia videndus est de *Nigris ibidem n.* 25. *Prat. in respons. fiscal.* 2. *à num.* 4. *cum seqq. Reg. de Ponte decis.* 16. *Reg. Merlin. controv. cent.* 2. *cap.* 29. & pœnam quatrupli cum suspensione ab exercitio practicatam vidimus
13 per Coll. Consf. facto verbo per M. C. sub die 2. Februarii 1657. in causa Joseph Valiero, & Pompei Strambone Deputatorii salutis, contra quos fuit dictum, quod *cõdemnentur ad quatruplum, & amplius non exerceant*, ob concussionem ducatorum quinquaginta in personam U. J. D. Jo: Baptistæ de Amore, referente D. Marchione Crispani tunc Aulæ Præfecto M. C. V. ut ex actis penes Calistum, quamvis pœna extorsionis, & concussionis data consuetudine delinquendi
14 fuisset aliquando extensa per Reg. Cam. contra officiales pecuniarios ad pœnam triremium per septennium, & ad solvendam pœnam extortam, & pe-

& pecuniariam ducatorum quinque mille in beneficium Regiæ Curiæ, ut habetur apud *Reg. Reverter. decis.* 260.
Remedium appellationis, & reclamationis num suspendat executionem sententiæ latæ in judicio
15 visitationis, videndus est *Berart. in specul. visitat. cap.* 26. *n.* 78. *& 79. Larrea decis. Granat.* 98. *n.* 19. ubi quod nullus superest revisionis, aut supplicationis recursus, nisi interponatur à suspensione officii, *Anna sing.* 476. *Camillus Borrell. in summ. decis. tit.* 32. *n.* 283. *&* 284. *tom.* 2.
Remedium recursus, de quo hic loquitur *Author vers. sed an hujusmodi* regulatur ab appellatio-
16 ne, & deciditur secundum terminos reclamationis, à qua non videtur differre, nisi quoad notorium gravamen, quod requiritur ad hoc ut fiscus obtineat. In utroque tamen judicio tam reclamationis, quam recursus terminus impartitur, difficultas tamen est, an solus reus in termino reclamationis novas probationes producere valeat, & quamvis ita affirmaverit *Consil. de Rosa in prax. cap.* 11. *n.* 6. *&* 7. *p.* 1. tamen *p.* 2. *resol.* 18. decisum refert per Coll. Conf. fiscum esse admittendum ad pinguius probandum in gradu reclamationis, stante quod testes erant integri, & recepti absq; ullo accusatoris ministerio.
Notorium gravamen proponendum, & justificandum in judicio recursus tunc deprehenditur
17 adesse, quando sine aliqua probatione extrinseca ex actorum inspectione, vel ex allegationibus, & *DD.* authoritatibus appareat sententiam continere errorem facti, vel juris, tamquam latam contra notorium jus Partis, *D. Michael Calderò decis. Cathal.* 96. *n.* 27. *tom.* 2.

Franciscus Maradei.

SUMMARIUM.

1 *Visitationis judicium comprehendit personas comprehensas in commissionibus, à quibus regulatur potestas visitandi, & inquirendi.*
2 *Barones Regni Neapolitani an subiiciantur judicio visitationis.*
3 *Visitator an possit inquirere contra Officiales Civitatum administrantes illarum bona.*
4 *Officiales temporales, qui steterunt syndicatui an possint inquiri per Visitatorem.*
5 *Officialis administrans statum sui consanguinei praevia licentia, an possit inquiri de muneribus receptis.*
6 *Officialis qui habuit studii adjutorem ad videndum processus, an possit aliqua pœna coerceri.*
7 *Officialis an possit capere, & retinere animalia transeuntia per sua bona, donec solvatur damnum.*
8 *Visitatoris jurisdictio an possit prorogari per inquisitum, contra quem non poterat Visitator inquirere.*
9 *Nullitas processus fabricati per Visitatorem ex defectu jurisdictionis, an possit per S. M. sanari, & num.* 10.
11 *Visitator an possit procedere contra Notarios, qui falsitatem commiserunt in præjudicium Fisci.*
12 *Visitator an possit procedere contra Officiales, qui mediante pecunia obtinuerunt officia.*
13 *Puniri an possit tractatus, & conatus obtinendi munus medio pecuniæ.*
14 *Uxor filii, & familiares Officialis syndicantur una cum Officialibus, non tamen coercentur judicio visitationis.*
15 *Officiales obtinentes cessiones minori pretio contra debitores, & conductores suorum bonorum, an teneantur judicio visitationis, & num.* 16.
17 *Stellionatus crimen datur in subsidium, & cessat quoties dolus purgari potest actione ex contractu, & de veritate hujus conclusionis, nu.* 18. *&* 19.
20 *Fidejussores Officialium an teneantur judicio Visitationis, & nu.* 21.

ARTICULUS II.

Ad quos extendatur Judicium Visitationis.

Porrò hoc judicium solum comprehendit personas comprehensas in commissione, seu delegatione, & aliquando fit delegatio ad inqui-
1 rendum contra certum Officialem, vel contra totum Tribunal, ut hic sæpè contingit, & in Italia latior regulariter est commissio, nam delegatur Visitator ad inquirendum contra omnes Regni Officiales Regios, demptis Proregibus; sive justitiæ, vel militaris, sive pecuniarii sint, de iis, qui in officio peccarunt, & ejus calore commiserunt, & contra quoscumque, qui fiscum fraudarunt, propterea cum potestas visitandi, seu inquirendi dependeat à commissione, illa est diligenter attendenda, neque ultra eam Visitator jurisdictionem extendere potest, *l. diligenter, ff. mandati, cap. venerabili de offic. Delegat. Soccin. tract. de visitat. nu.* 8. *versic. tertium quæro.*
Dubitatum fuit igitur primo loco, an Visitator possit in Regno Neapolitano inquirere Baro-
2 nes, & feudatarios de excessibus commissis contra Vassallos, qui & ipsi dicuntur Officiales Regii, *Franchis decis.* 211. *nu.* 7. *Mastrill. ad indult. cap.* 40. *&* 36. *nu.* 18. *Joseph de Sese post Afflict.* quem allegat in *decis. Aragoniæ* 5. *num.* 18. & resolutum fuit, quod hujusmodi querelæ remittantur ad Proregem, nisi fortè ab aliquo Barone, & Officiali aliquid calore officii perpetratum fuisset, cum re vera sua Majestas agat solum de visitandis Officialibus suis, qui jurisdictionis ha-

habeant exercitium, non de Baronibus, in quos proprietas jurisdictionis translata fuit, igitur cum proponeretur Baronem, & simul Officialem carius locasse suam Baroniam, idest ejus redditum ob cessam conductori facultatem creandi Judicem ordinarium in ea, quod est illicitum, dictum fuit hoc non fuisse factum authoritate officii, prout in dubio præsumendum est ad excludendum majus delictum, *Mastrill. ubi supra cap.40.num.*10. & ad Proregem culpam remittendam esse.

Secundò dubitatum fuit, an Visitator possit inquirere contra Officiales Civitatum, qui bona il-
3 larum de more administrarunt, cum non sint absolutè Regii Officiales, & in Regno Siciliæ multum de hoc altercatum fuit, dum allegaretur Consuetudo interpretativa pro Visitatore, sed cum illi Officiales acquieverint, admissi fuerunt, nemine reclamãte processus, & judicati paterno affectu: Sed postea Regnum, ne in posterum id fieret, à S.M. obtinuit; Neapoli autem, & Mediolani, ubi nunquam de hoc actum fuerat, nequaquam facta fuit inquisitio contra Civitatum Magistratus, licet ut plurimum à Gubernatore, seu Prorege eligantur, aut confirmentur, specialiter in exercenda jurisdictione à Principe concessa.

Tertiò, revocatum fuit in dubium, an contra Officiales temporales, qui jam syndicati fuerunt,
4 posset procedere Visitator, & observatum fuit, ut non posset procedere respectu capitum, pro quibus jam absoluti, vel condemnati fuerunt, cum non debeat sæpiùs queri de eodem crimine, *l.licet, §.fin.ff.Naut.Capon.& Stabul. l.sepeliri, ff.de sepulchr.violat.glos.in cap. de instantia de accusat.* sed si nova delicta detegantur, utique à Visitatore contra eos ob id procedi posse, cum inquiratur, ut plurimum in Patria propria, *glos.Bart.in l.datur, ff.ad l.Jul. repetund.* & ibidem *Salycet.Parit de Puteo de syndicat.in verb. Officialis finito officio, cap.quidquid velit, Bald. in l.observare, §.proficisci, qu.4. ff.de offic. Procons.* nec leges municipales, aut edicta Judicum syndicatus facere possunt ad negotium, ex traditis à *Felin.in cap.penult.num.*8. *de re judic.* nam ex illis non excluditur superioris authoritas inquirentis ob bonum publicum, nec etiam privatus excluderetur, extante ignorantia, cum nunc tantum detegatur factum, *l. si cui, §.idem, ff.de accusat.& Parit de Puteo ubi supra nu.*2. ad finem, quod fortè non esset recipiendum, quando Officialis hoc medio visitationis rigorosè fuit exclusus, nam tunc amplius molestari non deberet.

Quartò, disputatum fuit, an Officialis administrator status affinis sui prævia Proregis licentia in-
5 quiri posset ob munus acceptum ab Universitate loci prædictæ administrationis, & resolutum fuit non posse, cum ex qualitate muneris, & aliis circumstantiis constaret id nequaquam datum tanquam Officiali Regio, sed solum uti administratori status, quod & in dubio præsumendum est ad excludendum delictum.

Quintò, hæsitatum fuit, quid agendum, dum constaret Officialem studii adjutorem habuisse ad
6 videndum processus, & allegationes, & conclusum fuit, electam esse Officialis industriam, nec posse in his uti aliena industria, seu opera, quæ solet esse administrationi justitiæ perniciosa, & extra ordinem pœna pecuniaria coercendum esse culpam hanc, qua versatus fuit in officii administratione.

Sextò, propositum fuit Officialem medio famulorum animalia transeuntia per bona sua capere,
7 & ea includere, donec damnum datum in bonis Domini solverent, & dictum fuit de jure communi verum esse, quod animalia hæc possint capere, sed tantum ad finem cognoscendi Dominum, non autem ad finem retinendi, donec solvatur damnum datum, *l.Quintus Mutius, ff.ad l.Aquil.* ubi *Bald. & Alberic. glos.in cap. si senserit de jurejurand. Affl. super Constit. sub rubr. de pac.tenen.in Regn. nu.*34. *Cepoll.de servitut. rustic.prædior.tit.de servitut. jur.pascen. cap.*9.*n.*30. & quod in Regno Neapolitano ex *Constit. Regni* possunt capi, sed statim sunt Bajulo consignanda, *Const. pervenit in rubr. de furt. & latron. & in Const.animalia in rubr.de animal.in pasc.affidandis*, & utrobique *Affl.* retenta fuisse ad finem, ut damnum solveretur, id contra jus factum fuisse, & dominum teneri, qui id non solùm scivit, sed etiam mandavit, & omni in casu cum uteretur opera malorum hominum notoriè, ut erat probatum, posse eum puniri ex eorum delicto, licet mitius, *l.*1.*§ familiæ, ff.de publican.& vectigal.Dec.l.servus num.*7.*C.de pact. Clarus q.*86. *versic.infertur, §.fin.Farinac. qu.*24.*num.*89.*Menoch.de arbitr. cas.*343. & ità pœna pecuniaria mulctatus fuit, dum colore, & authoritate officii, hoc fieri testes deponerent, multum verò similiter.

Septimò, controversum fuit, an inquisitus à Visitatore, contra quem non poterat inquirere, si
8 nihil opposuit, & gravaminibus datis respondetit, dicatur prorogasse jurisdictionem Visitatoris ex *l.*1.*de Judiciis*, & habitum fuit pro absoluto, quod non, nam licet magis communiter receptum fuerit, quod jurisdictio criminalis possit prorogari, *ut per Interpretes in dicta l.*1. ubi *Cagnol.num.*46.*Clar.§.fin.qu.*42. *Soccin. cap.significasti num.*36. *de for.competent. Farinac. qu.*7.*num.*4.*Decian.in tract.crimin.lib.*4.*cap.*23. tamen cum jurisdictio Visitatoris pendeat ab instructione Regis, secretò inquisitus potuit justò credere posse Visitatorem id facere quod faciebat, & ità stante errore non procedit prorogatio, *l.si per errorem, ff.de jurisdict. omn. Judic.l.*2.*ff.de Judic.Soccin.dicto cap. significasti nu.*38. *Decian.dicto cap.*23.*nu.*3. *Marant.de ordin. Judic.par.*4.*decis.*2. *num.*15. secundò, quia jurisdictio

ctio hæc Visitatoris delegata non potest prorogari ad personam non contentam in commissione *cap. debet*, *& in fine de offic. Delegati*, *Cagnol.dicta l. 1.num.41.& ibidem Castrens.nu.6.* & latiùs *Barbos.art.1.num.204.& 214. Bajard. ad Clar.qu.42.num.8.Soccin.ubi supra num.25.* qui id extendit etiam, quando delegatio est ad universitatem causarum, quod non probat *Barbos.n.21.* sed veriùs delegatio Visitatoris non extat ad universitatem causarum, sed restricta ad certas personas. Tertiò, quia potestas hæc procedendi via visitationis est de reservatis Principi, ut *supra dixi art.1.in princip.* ergo prorogari non potest à sola parte, *Barbos. ubi supra art.1.n.201.& art.4.n.42.*

Octavo, & successivè discussum fuit, an eo casu possit Sua Majestas nullitatem processus sanare
9 ex defectu jurisdictionis, ad hoc ut ad sententiam deveniri possit, & an id debeat fieri; Et potestas admissa fuit, *ex glos. in cap. nullus alterius ad finem, versic.solus tamen Princeps 9. quæst.2. Bald.in l.rescript. C. de precib. Imperat. offeren. n.8.ad finem, Romanus cons.307.n.3.& text. in cap.ad petitionem de accusat.* quo loci sententia post declinatoriam nulla erat ex defectu jurisdictionis, & ibidem *Felin. in 6. notab. & in cap. qualiter, & quando el 2. num. 16. de accusat. Jas.in l.1.n.7.de constit.Princip.Boer.decis. 206. n.7.Abb.cap.ea quæ n.9.& cap.cum olim nu. 27. de sentent. & re judicat. Archidiacon. in cap. si quis Abb.18.qu.2.n.1.cum seq.fol.227. Isern. in cap.1.n.4.in fine de vassall.decrep.ætat.& omnes DD. cap.ad petitionem de accusat. Vant.de nullit.tit.qualiter sentent.& process. null. repar. nu. 23.& 24.Restaur.Castald.de Imper.q. 110. versic.227.* & hoc casu, de quo agimus, quando processus est nullus ex defectu jurisdictionis, adde *Abb.post Innoc.in c.prudentiā n.19.versic.exemplum in Papa de offic.delegat.& ibid.Dec.n.202. Angel.l.licet, ff.de Judic.Luc.de Penna in l.2.in princ.versic.sed an Princeps, C.de jur.fisc.lib. 10. Decian.cons.18.n. 280. lib. 3.* quod intellige, ut per omnes, quando rectè omnia sunt instructa quoad merita, quia Pars se defendit, alioquin si non fuit Pars citata, vel non potuit se defendere, tunc hic est defectus juris naturalis, quem Princeps supplere non potest, *Abb. dict. cap. ea quæ n.9.& cap.cum olim n.22.& 24.Clem.pastoralis versic.cæterum defectus de sentent. & re judic.* ideo si Pars opponit declinatoriam, & facta exceptione juridica non fecit suas exceptiones, omninò crederem, aut processum non esse confirmandum, aut saltem post nullitatem reparatam esse ei dandum remedium ad se defendendum, ne decepta remaneat authoritate juris.

Sed an debeat id facere Princeps, & re vera quando est electa persona Visitatoris, ut in casu proposito, cui creditus fuit modus hic singulariter
10 procedendi, sanari facilè potest defectus, cum ejus authoritas solùm prorogetur ad aliam personam, sivè casum, & si ageretur de Judice ordinario, qui via visitationis nulliter processisset, nequaquam id crederem admittendum esse, cum tunc ageretur de concedenda Judici nova jurisdictione, quæ ei credita non est, quod difficilius admittitur, sicuti in simili de prorogatione, quæ fieri potest à Partibus, docent *Clar. dicta qu.42.Cagnol.dicta l.1.n. 46.ff. de Judic.* id igitur primo casu admittendum erit favore publico, ne delicta remaneant impunita, *l. ita vulneratus, ff.ad l.Aquil.* quando data est fides secreti testibus, & clarum est non posse delicta detegi ex nova inquisitione, quæ jure ordinario liceret.

Et ex his cum dubitaretur circa processus visitationis Provinciæ Mediolanēsis compilatos con-
11 tra Notarios dictum fuit, ubi agatur de Notario, ac Ærario, vel qui in præjudicium fisci aliquam falsitatem fecerit, rectè eos procedere, cum commissio Visitatoris hos casus comprehendat; ubi verò agatur tantùm de instrumentis confectis inter privatos, contra eos non potuisse inquirere Visitatorem, ut licèt Sua Majestas possit hanc nullitatem sanare, cum gravamina receperit, & eis responderit, nequaquam tamen convenire ut id faciat propter inquisitorum præjudicium, quibus quodammodo præjudicatur in defensione juris naturalis, quæ difficilior redditur in judicio visitationis, nonnulli tamen ex jam dictis, & ex notatis supra *art. 1. in 7.special.* fuerunt contrariæ opinionis, dum enim constaret de delictis, nec alia via possit justitiæ ex bono publico consuli, nec concedendum sit præjudicare in jure naturali, sed solum in modo defensionis, quod licèt præcipuè pœna temperata omninò contendebant, quod nullitas hujusmodi sanari debebat, ne sequatur fisco, & bono publico damnum irreparabile, ex qua causa solet recedi ab ordinariis regulis juris, *Alex.l.4.§.condemnatum nu. 10.ff. de re judicat. Ripa l.admovendi n.48.versic.multa enim, ff.de jure jur.*

Nonò fuit habitum pro constanti Visitatorem procedere posse contra eos, qui mediante pecunia obtinuerunt officia, nullum enim majus deli-
12 ctum potest esse in officio, quod mediante delicto illud ingredi, & hac eadem lege punitur, qua corruptela *l. sancimus C. ad l. Juliam repetund.Auth.ut Judic.sin. quoq. suffrag. §. si quis autem Decian.* admonet, hoc magis ambitus, quam repetundarum esse crimen, *lib. 8. crimin. tract.cap.35.n.2.* & cum ordo Supremi Consilii Italiæ puniat procurantes officia mediante pecunia pœna inhabilitatis perpetuæ, & sic conatum, quemadmodum ex jure communi in barattaria receptum est, *l.Imperatores de jur.fisc.Bald. in auth.novo jure C. de pœnis Judic. malè judicant.* ubi etiam in contrarium arguit, ut cum *Felin.* & aliis secuti sunt *Decian.dicto cap. 35.n.*

36, *Menoch, de arbitr. cap. 343. n. 20. & cap. 360.*
n. 81. Farinac. qu. 111. art. 7. num. 103. quod est
speciale in hoc crimine, cum æquiparetur cri-
mini læsæ Majestatis, ut per *Decian. ubi supra,*
Mascard. de probat. conclus. 465. n. 10. non leviter
dubitatum fuit, dum constaret officialem pro-
curasse literas commendatorias, quibus manda-
batur socio suo, ut certam pecuniæ quantita-
tem erogaret pro novo munere, licèt Mercator
diceret non fuisse solutam pecuniam, qua non
potuit officium obtinere, nam hic conatus, seu
tractatus obtinendi munus medio pecuniæ pos-
set puniri ex illo ordine Consilii; & quod non,
ponderabatur, quod ubicumque agitur à lege
municipali de puniendo conatu, id intelligen-
dum est, dummodo conatus sit proximus, & ta-
lis, ut quoad attentantem dicatur perfectum
delictum, *Menoch. de arbitrar. cas.* 360. *nu.* 117.
& de barattaria in specie idem *Menoch. cas.* 343.
num. 23. Farinac. dicta q. 111. art. 7. n. 103. qui in
his terminis intelligit *Veralli assertionē dec. 214.*
n. 3. lib. 3. quam sequitur *Viv. dec.* 113. *num.* 1. sed
re vera *Verall.* motus fuit ex ulterioribus *Bald.*
verbis, dum arguit contra opinionem affirmati-
vam, quam primo loco proposuerat, quam alii
sequuntur, ut supra dixi, & ità apertè tenet, nul-
lum conatum puniri in barattaria. Si igitur ordo
punit solum proximum conatum, non est ex-
tendendus ad hanc receptionem literarum, quæ
continet actum remotum, cum proximus pro-
missæ pecuniæ non sit concludentèr probatus.

E contra quod possit pœna extraordinaria puniri,
consideratur de Jure communi Ipsum attenta-
13 tum esse punibile in his casibus, ut supra di-
ctum fuit, & ità legem Consilii, ut aliquid ope-
raretur, esse intelligendam de conatu etiam re-
moto, cum qualitas delicti suadeat, ut conatus
etiam aliquantulum remotus puniatur, quod ali-
quando admittitur, *Menoch. dict. cas. 360. n. 33.*
ad finem, & nu. 44. 55. & 123. Præterea sicut
regulariter remota consuetudine punitur cona-
tus proximus actui saltem mitiori pœna, licet
lex solum de actu, hoc est de delicto consu-
mato loquatur, ut *Menoch.* docet *d. cas. 360. nu.*
86. juncto n. 95. Covarr. in Clem. si furiosus p. 2.
in initio n. 6. versic. verum circa de homicid. Ita
quando lex municipalis punit conatum proxi-
mum, & habet hunc pro separato delicto, &
gravi, debet conatus proximus puniri pœna ex-
traordinaria, quia satis dicitur conatus proxi-
mus ad hunc immediatum conatum, qui prin-
cipaliter punitur. Addebant quod quando deli-
ctum consistit in ipso conatu, punitur conatus
quilibet etiam remotus, imò sola cogitatio, *Me-*
noch. dicto cas. 360. n. 6. quod accidit in præsen-
ti dubitatione, nec actus procurandi munus me-
dia pecunia damnatur tamquam vis, ex qua col-
ligitur depravata intentio prætendentis, *Aut. ut*
Judic. &c. quæ ita colligitur ex remoto conatu,
sicuti ex proximo. Id etiam proponebatur, quod
licèt vulgatum illud sit conatum remotum, non
puniri tamen id intelligendum est, si agatur de
pœna ordinaria, vel paulò mitiori imposita ipsi
conatui à statutis, cœterum attentatum etiam
remotum pœna leviori arbitrio Judicis punitur
juxta conatus qualitatem, si non constet de
pœnitentia, *Bald. cons. 244. ad evidentiam col.* 1.
versic. item ipsa attentata lib. 1. quem sequitur
Menoch. dicto cas. 360. n. 23. in fine Covarr. di-
cta Clement. si furiosus de homicid. p. 2. versi. ter-
tiò est omninò considerandum, idem Bald. l. data
opera num. 51. C. de his qui accus. non poss. Gram-
mat. consil. crimin. 36. n. 16. Decian. dict. lib. 8. cap.
30. n. 38. Clar. §. fin. qu. 92. versic. suos tamen ad fi-
nem, & hujusmodi consultatione utitur *Ulpian.*
in simili *in l. absentem, versic. potest quis defen-*
dere, ff. de pœnis, & ex his communiter fuit re-
solutum in proposito casu inquisitum punien-
dum esse, sed mitiori pœna, cum non fuerit co-
natus proximus.

Imò observatur, quod licet uxor, filii, & familia-
res alicujus officialis de jure teneantur, *l. Jul.*
14 *repetund.* & unà cum officialibus syndicentur
in judicio ordinario syndicatus, *l. in comites, ff.*
ad l. Jul. repetund. glos. in verb. cujus l. 1. ff. eod.
Farinac. qui alios refert *qu. 111. n. 140. & 141.*
illi tamen judicio hoc visitationis non conve-
niuntur per rationem suprà allatam, quia restri-
cta est commissio ad Officiales Regios, ideò so-
lùm ex eorum delictis civiliter inquiruntur ipsi
officiales, quod jus admittit, ut infrà *art.* 13. di-
cetur.

Undecimum dubium fuit an ex hoc judicio con-
demnari possit Procurator Cæsaris, qui dum es-
15 set creditor conductorum bonorum suorum
cessionem aliorum creditorum receperat contra
eos, inter quos aliquæ minori pretio factæ fue-
rant; Alii enim contendebant hoc casu non posse
in hoc separari dignitatem à persona, & con-
templatione officii omninò fuisse factā: alii con-
tendebant, nihil colore officii factum fuisse, in
potentiorem jura non præsumunt culpam ratio-
ne potentiæ in eo, qui recipit cessionem, sed
tantùm puniunt fraudem cedentis ad vexan-
dum debitorem, *l. fin. C. ne liceat potent. Abb.*
cap. ex parte art. 1. versic. & nota verbum patro-
cinium de alienat. Judic. ex quo declarandum
est dictum *Speculat. in tit. de cession. §. 1. n. 1. vers.*
& potentior se immiscens punitur extraordina-
riè, ac Hostiens. in summ. eod. tit. cap. 1. versic. item
potentior, ut videlicet loquatur de potentiore
præstante patrocinium, de quo in *l. 1. C. ne lic.*
potent. non de potentiori cessionario, de quo in
l. fin. dict. tit. tantò magis cum Procurator Cæ-
saris non dicatur in hac materia potentior, qui
non habet merum, & mixtum imperium in ea
Provincia, ex *Bald. cons. 151. lib.* 1. quem sequi-
tur *Cravete. cons. 204. n. 43. Abb. cap. ex parte nu.*
1. vers. & ex his infertur, de alienat. mut. Jud.
caus. fact. Menoch. cons. 38. n. 47. si verò perpen-

datur

Google

datur cessionem factam fuisse minori pretio contra *l.ab Anastasio C.mandat.* hoc nihil connexionis habet cum dignitate, postea quam idem omnibus æqualiter est prohibitum, nec ulla impressio colligitur ex natura cessionum, & præcipuè attento quod jam Officialis erat creditor illius, contra quem cessiones accipiebat, & sic in rem propriam satis videtur recepta, quod licet, *dicta l.ab Anastasio junct. l.per diversas*, cujus decisio in exceptionibus extendi debet ad omnes casus similes, ut ibi admonent *Bart. Castrens. Salycet.* Et alii admittebant, dum agitur de cessione facta Officiali uti potentiori illam subiici judicio visitationis, cum reprobetur uti contemplatione dignitatis facta; sed difficultatem in eo consistere, an in eo casu, de quo agebatur, culpa officiali imputari posset; verùm culpam in recipiendo viliori pretio cessionem ullo modo ad id judicium pertinere, cum unicuique privato ea illi opponatur: & stantibus his altereationibus placuit communiter dictum factum, in quo quædam rigorosè nimis gesta animadversa sunt, aliqua levi pœna coerceri debere ad utilitatem partis, vel fisci, quasi minus honestum sit officialibus Regiis his se immiscere, ut de Clerico docent omnes, *dicto cap.ex parte ubi Abb. n.* 10. qui subdit quod Clericus hoc casu poterit de juris contraventione puniri, licèt non defuerint qui advertant, non omnia quæ rigorosè, & injustè fiunt, digna esse pœna, si *text.* illam non imponit, *l.si quis §. Divus, ff. de relig.& sumpt.funer. Bald.conf.* 15. *in fine lib.* 1. *Natta conf.*545.*n.*9. *Riminald.jun.conf.*268.*num.* 52.*& conf.*285.*n.*147.*Vulpell. conf.*129.*num.* 9. *Cravett.conf.*280.*col.fin. vers. considero etiam*, nam quod dicit *Bart.l.creditores* 3.*C.de pig.* Judicis arbitrio illum puniri, qui aliquid minus civiliter, & urbanè fecerit, intelligendum est, quando lex ad urbanitatem aliquid præcipit, ità ut contra præceptum legis speciale fiat, ut ibi per eum, & declarat *Menoch.de arbitr.cas.* 380. *num.*9.

Nota autem, quod *Bald.conf.* 14. *in princip. lib.* 1. hæc injusta appellat tamquam facta contra bo-
16 nos mores sine turpitudine, ut in simili perpendit *Dec.conf.*655.*n.*17.*&* 28. etenim si quid fieret contra bonos mores cum turpitudine, utique illud punitur extra ordinem, licet pœna à lege in specie inducta non sit, *l.item apud Labeonem §.appellare, versic.hoc enim, ff.de injur. l.*1.*§. injuria, ff.de extraordin.crimin. Clar.§.fin.q* 83. *vers.item puniendi*, veluti accidit, si quid in injuriam tertii committatur, ut *dictis juribus*, & in quocumque casu, in quo dolosè aliquid fit in damnum alterius, *l.*3.*in princ. ff. de crimin. stell. Decian.tractat.crimin.lib.*1.*cap.*4.*n.*8.*Farinac.q.* 19. *n.*34. & de primo casu, quando aliquid fit contra bonos mores in injuriam alterius, loquitur *titulus, ff.de extraord.crimin.* & de secundo, quando aliquid dolosè fit in damnum pecuniarium alterius, agitur *in tit.de crim. stell.* & ità clara resultat differentia inter hos titulos, quam suis verbis obtenebrat *Boss. tit. de extraordin. crim.n.*10.

Porrò hoc secundo casu tradunt Interpretes post *Bald.conf.*14.*in fine lib.*1. quod congerunt *Me-*
17 *noch.de arbitr.cas.*381.*n.*58.*Farinac.q.*19.*n.* 36. cessare crimen stellionatus ubicumque purgari potest dolus actione ex contractu, in quo intervenit, & ex *l.*3.*§.quod enim in privatis, ubi glos. in verb.de dolo actio.ff.de crimin.stellion.* arguüt, quod crimen stellionatus detur in subsidium, sicuti, & actio de dolo, ergo si hoc cessat, ubi datur actio ex contractu, *l.eleganter, ff.de dolo*, pariter cessare debet crimen stellionatus; Verum hujusmodi argumentatio malè meo judicio deducitur, quia verum quidem est, quod sicuti in civilibus, quando deficit actio ex contractu datur in subsidium actio de dolo civilis, ità in criminalibus quando cessat proprium nomen delicti proceditur ex crimine stellionatus, ut inquit *Ulpian. d. l.*3. & hinc sequitur, ut sicuti actio civilis de dolo cessat, si ex contractu agi potest, ità cessat actio criminis stellionatus, si ex nominato crimine illa procedere possunt, *Boss. dict. tit.n.*4. non tamen ex hoc inferri potest, ut quando cessat actio civilis, cessat accusatio criminalis stellionatus, cum diversa hæc sint, & à simili solum procedat argumentatio, nec quidquam impediat, quod accusatio criminalis concurrat cum civili actione, nam quoad civilem non est subsidiaria, nec superflua, dum ad vindictam, & sic ad separatum finem tendit.

Secundo *Bald.conf.*75.*lib.*1.*versic. & valdè absurdum esset*, comprobat opinionem, ut evitetur
18 absurdum, si admitteremus ex quolibet mendacio in contractibus sequuto posse agi criminaliter, sed nec istud facit ad rem; nam potius concludit accusationem stellionatus indistinctè nedum ob dolum circa contractus, quam quod ea detur, & non concurrat cum actione civili ex contractu, de quo puncto agimus; Ideo dic quod non committitur stellionatus ob omne mendacium, ut patet exemplis allatis à Legislatoribus, & Interpretibus, sed tunc solum cum fraus, & dolus reprobatus versetur, unde nihil nocere debent consueta mendacia, quibus sibi invicem credere debent contrahentes, *Bald. d. conf.*14.*n.*3.*lib.*1. contraria igitur opinio, quod imo cum actione civili ex contractu concurrat accusatio criminalis stellionatus, probant *ad literam l.*1.*in fine l.tutor §.*1. *& l.si quis pignore §. fin.ff.de pignorat. action.* per quæ jura id firmavit *Petr.Gregor.lib.*39.*syntagm.jur.cap.*14.*nu.*3. quem adducit, nec improbat *Menoch. dicto cas.* 38. *nu.* 7. & easdem leges ante ipsum allegavit *Bald.in hoc dicto conf.* 15.*sunt & alii casus lib.*1. quo loco respondet eos continere speciales casus, nempè in emptione, & venditione ob exuberantiam bonæ fidei, & in pignore, ob frequen-

tiam contractus, ſed illa jura in nulla ſpecialita-
te ſe fundant, imò ſupponunt uti rem indubita-
tam, ità in crimine ſtellionatus receptum eſſe,
& ſi ex confeſſione tenentium contrariam opi-
nionem conſtet accuſationem ſtellionatus con-
currere cum actione de dolo civili, *gloſ. in verb.
de dolo actio. dicta l.3.ff. de crimin. ſtellion.* cum
diverſum in actione civili ex contractu, ex quo
Farinac. dicta q.19.n.35.& 36. ſe involvit malè
diſtinguendo contra mentem omnium, dum exi-
ſtimavit id quod communiter Interpretes do-
cent, accuſationem ſtellionatus concurrere cum
actione civili de dolo, de quo agit *n.* 35. repu-
gnare huic alteri eorum aſſertioni, quod non
detur accuſatio ſtellionatus, quando ex actione
civili ex contractu poteſt dolus purgari, de quo
agit *n.*36. nam ſecundum mentem Interpretum
diverſi ſunt hi caſus, & propter diverſitatem
hanc, aliud in uno, & aliud in alio ſtatuunt.
Quibus perpenſis veriſſima mihi videtur hæc ſe-
cunda opinio, ut accuſatio ſtellionatus non im-
19 pediatur, licet competat actio ex contractu, &
indiſtinctè amplectenda, cum nitatur apertiſſi-
mis legum deciſionibus, nec authoritas Inter-
pretum, qui, articulo non diſcuſſo, *Bald.* ſecuti
ſunt, movere nos debet, nec ſola authoritas
Bald. tanti momenti eſſe debeat, ut contra jura
expreſſa primam ſequamur opinionem, qui
etiam *dicto conſ.15.n.1.verſ. niſi intervenerit al-
terum duorum &c.* primam opinionem, quam in
conſilio antecedenti generaliter firmaverat, ut
alii qui illam ſecuti ſunt, ità reſtringit, ut ferè
illam diſtrahat. Fateor quidem tolli hoc crimen
ſtellionatus, ſi quis ſatisfaciat parti læſæ ante
ceptum judicium, *l.1. ubi Salycet.* reddit ratio-
nem, *C. de crimin. ſtellion.* ſed hæc ſatis ſint de
difficultate incidenti.
Undecimò quæſitum fuit an fidejuſſores officia-
lium conveniri poſſint in judicio viſitationis, &
20 in hoc diſtinguendum eſſe puto, aut enim Viſi-
tator proceſſit contra officialem, & contra il-
lum tulit ſententiam, & dubitatur an hujuſmodi
ſententia exequi poſſit contra fidejuſſorem non
citatum in his, de quibus tenetur pro officiali,
& tunc Conſilium Supremum Italiæ reſcripſit
id poſſe fieri, tum quia verius videtur, quod
ſententia contra officialem principalem lata
præjudicet in conſequentiam fidejuſſori non ci-
tato, *Peregr. de fideicomm. art.53. nu. 46. verſic.
hac ratione*, tum quia id facilius receptum eſt,
quando agitur de his, quæ concernunt commo-
dum Reipublicæ, *l.1. C. ubi cauſ. fiſcal. l. quiſquis
C. ad l. Jul. Majeſt. Bald. l.1. C. ne filius pro patr.
Bart. l. cum filius in princip. ff. de verbor. obligat.
Alex. conſ.84. n.4. lib. 3.* neque obſtat, quod id
admitti non debeat, quando ſententia jure ſpe-
ciali lata eſt, ut hoc caſu ex *Alex. ibid. n.6. verſ.
confirmatur prædicta*, quia cum in conſequen-
tiam teneatur fidejuſſor, ſolum id eſt ſpectan-
dum, an jure contra principalem proceſſum fue-
rit, quocumque modo id fiat.
Aut verò mortuo, vel abſente officiali principali-
ter Viſitator agere vult contra fidejuſſorem of-
21 ficialis, & illum condemnet ex his, de quibus
tenetur pro officiali, & tunc contrarium ſentie-
runt Judices viſitationis, cum reſtrictum ſit hu-
juſmodi judicium ad ſolos Officiales.

S V M M A R I V M.

1 *Viſitandi poteſtas non comprehendit perſonas
non comprehenſas in commiſſione.*
2 *Barones Regni Neapolis an ſubiaceant judi-
cio viſitationis, & referuntur exempla tam
antiqua, quàm recentiora.*
3 D. Hieronym. Calà de Viſitat. Magiſtrat. diſſer-
tat.6. *repellitur, & ad convincendum ejus er-
rorem, afferuntur verba* Horat. Montan. in
cap. Imperialem, §. præterea Ducatus n.143.
4 *Officiales, qui fuerunt abſoluti à Syndicatu non
poſſunt amplius inquiri, nec viſitari. Et quid
in ſecundo Syndicatu ſuper non deductis in
primo. Affertur noviſſima determinatio Col-
lateralis Conſilii, n.5.*
6 *Viſitatoris juriſdictio num prorogari poſſit de
conſenſu Partium in caſibus, in quibus caret
juriſdictione.*
7 *Officiales, qui obtinuerunt officium mediante
pecunia an poſſint viſitari.*

OBSERVATIONES
Ad Artic. II.

ACcedit, quod poteſtas viſitandi regulatur à
commiſſionibus, & ideo nil mirum, ſi non
comprehendat perſonas non comprehenſas in
1 commiſſione, ut dicit *D. Author hic in princ.*
ex quibus principiis deſcendit quoque illud,
quod uxor, filii, & alii familiares officialium non
coerceantur judicio viſitationis, quemadmo-
dum dicit *D. Author hic n. . . verſic. imo*; Qua-
re neque admittitur probatio privilegiata con-
tra officialem pro muneribus receptis per fami-
liam, non probata ratihabitione, ut dicam in
obſervat. ad art.10. n. . .
Reſpectu alterius articuli, quod hic tangit *D. Reg.*
de viſitatione Baronum Regni, ad quorum fa-
vorem inclinare videtur, ex quo habent juriſdi-
2 ctionem in proprietate, & non in exercitio, Nos
addimus eos jam eſſe in poſſeſſione non ſubja-
cendi judicio viſitationis juxta exempla anti-
qua, quæ contingerunt de anno 1585. cum Ar-
chiepiſcopo Salernitano Regni hujus Generali
Viſitatore, quàm noviſſima anni 1680. tempo-
re viſitationis Regentis Daneſii Caſati, ſiqui-
dem mediantibus literis Regalibus fuit ſublata
poteſtas viſitandi Barones, & injunctum, ut eiſ-
dem nullam moleſtiam inferrent, quarum ulti-
marum literarum Regalium tenor habetur in-
ſertus per *D. Calà de viſitat. Magiſtrat. diſſer-
tat.6.*

*tat.6.*qui tamen à veritate aberrare videtur, dũ
3 firmat, Barones visitationi non esse obnoxios,&
Carolum V. Cæsarem noluisse assentire suppli-
cationibus Universitatum Regni Visitatorẽ po-
stulantium,sed deputasse Reg.Cons.S.Claræ Ju-
dices super gravaminibus Baronũ, quia contra-
rium patet ex innumeris Reg. *Prag.sub t.de Ba-
ron.* quas resultasse ex relationibus habitis à Vi-
sitatoribus missis per eundem ad sublevandos
subditos, advertit *Horat. Montan.in cap. Impe-
rialem, §.prætereà Ducatus n.* 143. sub illis ver-
bis: *Dixi, malo nostro fato , scimus enim quam
dura sit servitus vassallorum Baronalium , & in
nostris Tribunalibus sunt plures processus gra-
vaminum Baronum erga suos vassallos, ità quod
non est Civitas Baronalis in Regno, quæ non li-
tiget cum suo Barone , & ideò Andr. paulò ante
benè dixit, interest mea non addici servituti,quę
præter alia erit in hoc; dicit præter alia; sed his
temporibus dicendum est præter innumera alia,
expertus scio quid loquor , sed propter modestiam
taceo, hoc tantum dicam Domino meo Regi, quod
invictus ille Carolus V. etsi continuis bellis esset
implicitus , nihilominus misit Visitatores Baro-
num ad sublevandos subditos , qua visitatione
perspecta edidit optimas Pragmaticas , ut in tit.
de Baronib. & ab eo tempore huc usque caruit
Regnum his suffragiis, cum Barones in donati-
vis procurent, Regni nomine peti, quod sibi pro-
dest,prorogationẽ scilicet successionis feudorum.*

Accedit ad tertium dubium, quod Officiales, qui
steterunt syndicatui , à quo fuerunt absoluti,vel
4 condemnati,non possunt amplius inquiri etiam
ex omissis, vel ignoratis, cum obstet exceptio
rei judicatæ, *Solorzan.de jur.Indiar. lib.4. cap.
8. num.67. 68. & 69.* ubi testatur de recepta
praxi Supremi Senatus Castellæ, & Indiarum,
& respondet ad contrarias decisiones aliquan-
do factas in Regno Siculo,& Neapolitano apud
Mastrill.& de Ponte decis.26.Muta dec.5. apud
*Thor.in compen. decis. verb.Syndicatus ab Offi-
ciali,fol.512.pag.2.* sed quod in Regno Neapo-
litano Officialis semel absolutus in syndicatu
bannis præcedentibus non possit molestari co-
ram Supremis Judicibus super non deductis in
syndicatu, diximus in *Obser. ad sing.* 380. *nu.9.
&* 10. quod vindicare sibi locum, etiam si non
deducta in primo syndicatu, deducerentur in
secundo syndicatu ejusdem Judicis habuit pro
5 constanti Supremum Collat. Cons. sub die 13.
Februarii anni 1703. in causa syndicatus Judi-
cis M.C.V. D.Francisci Resta ad querelam No-
tarij Dominici Cavallo referente dignissimo
Regente D. Seraphino Biscardi, ut ex actis pe-
nès Lombardum; Et quid si adesset aliquod im-
pedimentum præstitum querelantibus,vide in
Pragm.14.§.26.de offic.Secret.

Circa articulum septimum hic tactum per *D. Reg.*
num possit prorogari per inquisitum jurisdictio
6 D. Visitatoris in casibus, in quibus caret juris-
diction, advertendum erit, quod jurisdictio
Visitatoris tamquam ad certum genus causa-
rum prorogari non potest ex juribus, & ratio-
nibus adductis per *Authorem*,quibus nunc ad-
do *Reg.Merlin.controv.71.num.21. & 22.cent.
2.Campana resol.12.num.12.*

Deveniendo ad nonum articulum, qui transit sine
controversia apud *Authorem*, ut sit locus visi-
7 tationi contra Magistratus, qui obtinuerunt of-
ficia mediante pecunia, addimus ad confirman-
dam ejus sententiam authoritatem *Berart. de
Visitat.cap.16.à num.1. cum seqq.* & conferunt
tradita per *Reg.de Ponte de potest. Proreg. in
tit.de election.Official.§.7.nu.9. &* 10. & respe-
ctu conatus dandi pecuniam pro obtinendo of-
ficio, quem similiter esse punibilem conatur
probare *D.Author cit.loco* addendus est *D.Reg.
D.Carol.Petra in comment.ad Rit. M. C. V.
308.num.202.tom.4.* qui laudat eosdem Autho-
res à nostro Authore laudatos ipsius nomine
suppresso.

Franciscus Maradei.

SUMMARIUM.

1 *Visitationis judicium an transeat contra mor-
tuos, & quid decedente reo post sententiam
suspensam per appellationem, & afferuntur
distinctiones, nu.2.3. & 4.*
5 *Sententia condemnatoria super pœna pecunia-
ria an possit sequi post mortem rei confessi.*
6 *Repetundarum crimen experiri potest contra
hæredes Officialis intra annum.*
7 *Et quid quando agitur de dolo, vel de actione
ad interesse, vel de culpa in faciendo, & nu.8.
& 9.*
10 *Hæredes Officialis an conveniri possint coram
Visitatore, & teneantur coram eo respondere.*
11 *Afferũtur distinctiones, & n.12.13.14.15.& 16*

ARTICULUS III.
Quomodo contrà mortuos sit procedendum.

UT autem appareat quomodo contra mor-
tuos procedat hoc judicium visitationis
sciendum est, quod in publicis delictis,si defun-
1 ctus fuerit reus pendente judicio, dubitatum
fuit olim an ad instar privati criminis prosequi
possit bonorum ademptio principaliter impo-
nenda contra hæredes,ut constat ex *glos.in l.de-
functus, verb.jus cognoscere , ff.de public. Judic.*
sed communiter postea receptum fuit id non
posse fieri, *Salycet.l.fin.num.6.C.si reus, vel ac-
cus.mort.fuer.per text.in l.ex judiciorum , ff.de
accusat.Peregr.de jur.Fisc.lib.4. tit.5.Vasq.con-
trov.Illustr.cap.96.nu.15.Farinac.qu.10. nu.53.*
ubi tres hujus assertionis rationes affert, *Meno-*

ch.cons.

ch.conf.99.nu.150. quæ parum ad rem faciunt, sed clara, & notabilis ratio expenditur à *Paul.l. si pœna, ff. de pœnis*, nempè quod pœna constituitur in emendationem hominum, quæ mortuo eo, in quem constitui videtur, desinit, ad quem vide *Aul.Gell.Noct.Atticar.lib.6.c.*14.& quod dicitur de confiscatione bonorum procedit in qualibet pœna pecuniaria, *Bald.in l.unic. num.*10. *C.ex delict. defunct.* nec obstat, quod pœnæ etiam in exemplũ aliorum imponantur, ut idem *Aul. Gell. & l. 1. ff. ad l. Juliam repetund.* nam illa tunc solet esse pœna corporalis, vel si pecuniaria in consequentiam pœnę capitalis, ut statim dicetur; At pœna pecuniaria principalitèr imponenda, de qua loquitur *Paul.* præcipuè ad emendationem spectat, licet in consequentiam, & de exemplo serviat, ut dicta *l. 1.* si reus decederet post latam sententiam, & illam
2 suspensam per appellationem, tunc distinguitur, nam si pœna confiscationis venit tacitè in consequentiam condemnationis corporalis illa extinguitur, cum de pœna corporali amplius agi non possit, secus si pœna pecuniaria, vel partis bonorum principaliter una cum corporali imposita fuisset, *l. 1. ff. si pend.appell.mort.fuer. l.3. C.eod.l.fin.C.si reus, vel accus.mort.fuer.* propterea cavendum erit ab *Alba conf.*90. *Menoch.remed.*1 *.recup.num* 157. & ab aliis nonnullis, qui confundentes casum mortis pendente appellatione, & casum mortis pendente accusatione, & nitentes in his, quæ de primo casu traduntur, concludunt morte rei perveniente post accusationem, etiam si agatur de publico judicio remanere contra hæredem cognitionem pœnæ pecuniariæ principalitèr imponendæ, nam non
3 obstante similitudine eorum duorum casuum distinguunt unum, vel alterum Interpretes communiter, & diversitatis rationem afferunt, ut est videre apud *Cyn. & Bald.l.unic.C.ex delict.defunctor.* illum *ad finem in addit. num.*5. & hunc *num.8.versic.alii dicunt contrarium*, quorum casuum diversitatē apertissimè supposuit *Imperator Justin.in l.penult. & l.fin. C.si reus, vel accusat. dum in penult. l.* apertè, & generalitèr tradit, reis publicorum criminum decedentibus pendente accusatione bona successoribus eorũ denegari non debent, in *l. fin.* quæ subsequitur, declarat, si decedat lata sententia, ac pendente appellatione durare judicium contra hæredes quoad confiscationem principalitèr impositam, & hinc constat rectè *Farinac.qu.*10.*num.*53. dubitasse de assertione *Marci Anton. Eugen. in conf.*21.*num.*12. qui dixerat secundum mentem omnium *DD.* in publicis delictis mortuo reo accusatione pendente posse agi contra hęredes ad pœnam pecuniariam, nam totum contrarium verum est, nec est novum secundum diversitatem casuum, & eorum favore jus nostrum conservari ex juris interpretatione, modo litis contestatione, modo sola sententia, ut de interruptione præscriptionis docet post alios *Balb.in tit.de præscript. 6.p. qu.4 col.*1. non sine ratione agitur litis contestatione in privatis delictis, favore partis læsæ pœna ei applicanda conservatur, non obstante morte rei posteà secuta, & in publicis non nisi secuta sententia, cum odiosus sit casus, in quo agitur de pœna applicanda Fisco, atque hoc etiam non obtinet, quando pœna pecuniaria dependet à corporali, nam ratione hujus dependentię odiosissima fit, ex qua delicto morte extincto necessariò agendum esse, & ideò sententia tunc non sufficit, nisi fecerit jam transitum in rem judicatam, ut supra dictum fuit.

Nonnulla autem circa limitationes, quas congerunt *Farinac.Pereg.Vasq.in locis supra cit.* ad-
4 vertenda sunt, & primò dum limitant regulam, quando pœna imponitur ipso jure, quia declaratio facti potest sequi contra hæredes, id intelligendum est, quando ità convincitur delictum, ut pœna à lege imposita ipso jure ex tunc locum habere possit, cœterum si solum probaretur delictum ad pœnam, & non simpliciter declarat factum, & ità reo mortuo ferri non potest.

Secundò, circa limitationem qua si reus est confessus possit post mortem sequi sententia super pecuniaria pœna, cùm confessio æquiparetur
5 sententiæ declaratoriæ, id procederet quando confessio est de delicto certe puniendo certa pœna à lege expressa, tunc enim habet vim sententiæ, ut pœna dupli à lege municipali imposita sequi possit; generalis enim, & indefinita confessio non nocet, *Boss.tit. de delict. num.*15. sed certè debet esse, & continere locum, & tempus, sicut inquisitio, & accusatio, idem *Boss. tit.de confess.num.*43. sic & quod subdunt, si conclusum sit in causa ante mortem rei posse ferri sententiam contra hæredem, intelligendum est, si simul liquidè constet de delicto, ita ut sententia necesariò condemnatoria sequi debeat in pœnam legis certam, & sic finis habet necessariam consequentiam ad principium, ut possit ad id retrotrahi, ut *l.denique, §.1.* ubi *glos. & Bart.ff. de minor.* quod expresè docet *Bald. Author hujus opinionis in l.1. num.9. C. de delict. defunct.* quem cum hac modificatione sequuntur *Vasq. dicto cap.96.num.*18.*ad fin.controv. Illustr.lib.*1. *Francisc.Marc.decis.*761.*num.*20.*Farinac. dicta qu.*10. *num.*54. Sed hoc de facili in judicio visitationis contingere potest, in quo ferè semper agitur de pœna extraordinaria, ut supra monui *art.1.in 7.special.* ex quo in eo difficile potest dici reus convictus, cum dicta testium non pandantur, ut idem adnotatum, *versic. hinc infertur*, ex quo fit, ut rectè cum *Bart.dicto §.1.nu.*4. dicere possimus in judicio visitationis finem non habere necessariam consequentiam ad principium, & quod sententia tali modo feratur, & per consequens cessare dictam limitationem in eo, quod sæpè vidi observari, sed luce meridia-

diana non procederent, ubi indistinctè receptum est morte extingui delictum ante sententiam prolatam, etiam quoad pœnam pecuniariam, *Clar.§.fin.qu.*15.*versic.sciat enim*, *Barbos. in l.divortio*, §.*si vir num*.47.*ff.solut.matrim.*

Tertiò ad punitionem criminis repetundarum, pro quo agitur contra hæredes intra annum, *l.*
6 *fin.ff.ad l.Jul.pecul.* advertendum erit circa munera, quod illud procedit, si ab actu litigantibus accepta sint munera ultra centum aureos in anno, quia *l.Jul.repetundarum* coercetur *l. eadem in fine*, *ff.ad l.Jul.repetund.Decian.tract.crimin. lib* 8.*cap*.35.*num*.14.*Menocb.de arbitr.cas*.517.*num*.11. cæterum si ab aliis accepta sint munera, quibus Judex habitu esse potest, non comprehenditur in *l. Jul.repetund.* dato quod ex aliis juribus id esset prohibitum, de quo *Menocb. dicto cas*.517.vel ex *l.municipali* in pœnalibus à simili facilè est admittenda extensio, ut in hæredes detur judicium in his, sicuti fit in prohibitis ad *l.Jul.repetund. Dec.consf.*268. *col.penult. Peregr. de jur.Fisc.lib* 4.*tit*.5.*num*.3. maximè cum hæc nova prohibitio contineat minus delictum in §.*bis autem verbis*, legitur de *l. Aquil.* clarum est ibi agi de culpa in faciendo, & tamen Imperator illam præsupponit actionem in hæredem transituram suisse si ultra damnum nunquam lis extimaretur. Secundo per *l.Procuratoris*, §.*si cujus dolo juncta l.seq.ff.de tribut.action.* quo loci verum agitur de dolo in committendo, & simul
7 deciditur actionem intelligi rei persecutoriam, & contra hæredes dari, nam adhuc datur actio in civili judicio ad damna, & interesse, *l.ne quisquam*, *ff.pro soc.* cum similibus, de quo infra *art.* 8. & tunc hanc actionem existimo non ex delicto, sed propter delictum dari argumento *l.quia non de dolo*, *ff.de tribut. action.* ut de condictione furtiva docet *Barbos.ubi supra num*.13. & in hoc casu salva opinione *Covarr. dicto lib*.3. *cap*. 3.*num*.7.*ad finem versic. resolvit*, cum re vera non possit actio ad interesse data, intelligi ad pœnam, quæ aliundè irrogatur hoc casu, ideo transit ad hæredes, *Bois.tit.quomodo procedat.per act. in delict.nu*.30.*juncto n*.1.*&* 17.

Secundus est casus, quando criminalitèr non punitur separatim improbatus actus, sed tantum
8 datur læso actio ad interesse, quæ tamen aliquo casu potest excedere damnum datum, & tunc dicitur pœnam continere, & factum respicere, §.*bis verbis legit*, *Instit.ad l.Aquil.* & ità contra hæredem non transit, ut ibi, & ad hunc casum refero, *l.Julianus autem*, *ff. de Judic.* cum arbitrio Judicis ultra damnum lis extimari possit, licèt regularitèr id fieri non debeat; idem est si aliundè colligatur legem de pœna egisse, ut in terminis *l. penult. in fin. ff. de nov. oper. nunciat.* quo loci contemptus Judicis suadet, ut destructio expensis contemnentis mandatum Judicis intelligatur in pœnam decretam.

Tertius est, quando retento proximo themate nihil habita ratione, utrum agatur de culpa in fa-
9 ciendo, in dubio intelligitur ad utilitatem propositam, & dari contra hæredes dicto §.*bit verbis legit, de quo Barbos.num*.250. quod, & probatur *l*. 4. §.*in eum*, *ff.de damn. infect.* atque id tanto magis quando aliquid suadet, ut actio sit rei persecutoria, ut succedit in actiune, quæ datur contra Magistratum, ad utilitatem pupilli ob culpam, vel negligentiam, nunquam statuta fuit eadem ratio, quæ datur contra tutorem, *l.fin. ff.de Magistrat.conveniend.* ex quo etiam fit, ut ob levem culpam, non detur hoc casu actio in hæredes Magistratus, *l.non similiter*, *ff.de Magistrat.convenien.* quia nec contra hæredes tutorum, fidejussorum, & nominatorum, *l.t. C.de hæred.tut.* & in his terminis procedit *l*.3.§.*fin.ff. de pecul.* de quo latè *Barbos.supra num*.78. nam datur ibi actio de peculio contra Patrem propter culpam filii, qui dum in Magistratu esset non cavit idoneè pupillo, dum tenetur eadem actione civili, qua tenetur ipse tutor, *l.fin. ff.de Magistrat.conven.* ut per hæc *glos. in l. Magistratus*, *ff.de administr.rer. ad Civit. pertinent.* extendit etiam ad alias Magistratuum administrationes in his ex culpa levi in utilitatem publicam, nam quando tutores sunt, illorum administratione non parant præjudicium hæredi suo ob simplicem negligentiam, ut supra dictum fuit, quod argumentum à tutoribus ad Magistratus probatur ex *glos. in l*.1.*rubr. non potest*, *C. de hæred. tut. & Bald. num*.43. *l. quæ fortuitis*, *C.de pignorat. action.* unde quod dicitur *in l.fin.ff.ad municip.* quod si Magistratus in exactione legatorum cessaverit, ipsum, vel hæredem teneri, procedit quia penitus cessavit, & sic versatur in culpa lata argumento *l. quod ad hæredem*, *ff.de Magistr.conven.* & ex mente allegatæ *glos.* declarandum pariter erit, quod tradit Imperator *dicta l.fin.in princ.ff.de administr. rer.ad Civit.pertinent.* nempe operum periculum etiam ad hæredes pertinere, ut hoc solum admittendum sit, quando concurrit culpa lata, quamvis re vera Curatorum operæ non possint dici constitutæ in Magistratu, & sic non faciat ista *lex* ad materiam, de qua agitur, ut admonui *dicto cap*.15.*ad fin.* ex quibus notabiliter limitatur hic tertius casus, quando agitur ob levem culpam contra Magistratum, nam tunc huiusmodi actio non datur contra hæredes.

Ultimo loco proponitur principaliter hujus articuli dubitatio, an in casibus, in quibus supra di-
10 ctum fuit, obligationem transire in hæredem, possint hæredes officialis conveniri hoc speciali judicio visitationis contra officiales introducto. Et pro faciliori quæstionis resolutione illam divido in duobus casibus.

Primus casus est, quando cœptum fuit hujusmodi judicium cum officiali, qui postea mortuus est,
11 & tunc secundùm communem Interpretum opinio-

pinionem receptum est, præventionem hanc operari, ut heres qui alias non est subjectus jurisdictioni Visitatoris, teneatur coram eo respondere, ità ferè omnes passim docent ex illo *text. in l.hæres absens in princip.ff.de Judic.* quo cavetur hæredem defendendum esse in loco, in quo defunctus conveniri poterat, & per consequens coram eodem Judice, ut declarat *Barb. ibid.n.*121. ratio est, quia tunc hæres non convenitur ex propria persona, sed ex persona defuncti, quam repræsentat, idem *Barbos.n.* 10. *&* *n.*100. ad quod id magis communiter infertur, si inceptum sit judicium contra laicum id perseverare coram Judice sęculari, non obstante quod is mortuus sit, & clericum hæredem reliquerit, *dicta l.ubicumque, & l.qui Romæ, ff. de Judic.Barbos.dicta l.hæres absens, n.* 179. *& l. si constante §.fin.n.*27.*ff.sol.matr.Covarr.pract.cap.* 8.*n.*3.*Gaill.observat.*37.*n.*9.*lib.*1.*Surd.dec.* 110. qui alios cumulat, *& Surd.n.*9.*ac Barbos. n.*13. assignant rationis diversitatem inter hunc casum, & illum, quando nondum erat cęptum judicium.

Advertendum est autem in hac materia, quod ad hoc ut lis dicatur incępta cum defuncto, satis fuisse defunctum in vita citatum ad causam, ut admonet *Barbos.ibidem num.*24. *& n.*143. cum versemur in terminis præventionis, quam solet citatio inducere, *l.si quis postea, ff.de Judic.* propterea cum in judicio visitationis duo tantum

12 actus palam de consuetudine fiant. Primus, quando Visitator pervenit in Provinciam, non adhuc edicto publico visitationem denunciat, & omnes incitat ad deferendum delicta officialiū; Secundus quando jam secretè perfecto processu offensivo gravamina dat culpatis, existimo primum actum succedere loco inquisitionis generalis, quæ de more formatur in inquisitionibus in syndicatu ordinariis, scilicet in Italia, quam refert *Amad.in tract.de syndic.n.*4. & ità per hunc primum actum satis dici cęptum judicium quoad omnes officiales, quasi per quandam generalem citationem, & tunc dici litem contestatam, quando gravamina in specie cuilibet eduntur, hinc receptum est officiales syndicandos post dictum primum actum non recedere absque licentia Visitatoris, qui eam non solet concedere, nisi Procuratore dimisso, & fidejussione præstita judicatum solvendi, & ex hoc infero, si mortuus sit officialis post illum primum actum, ejus hæredem per supradicta omninò teneri perseverare in eo judicio tamquam is, qui repręsentat personam defuncti, tam magis, si jam edita fuissent gravamina officiali ante mortem, & sic litis contestatio, vel fidejussio, de qua supra, præstita, & hæc sæpius vidi observari. Nihil autem refert, quod hæres defunctum defendat, vel non, quamvis sit citandus, ut supra dixi *versic.*6. cum ob juris necessitatem ex persona officialis defuncti, quam repręsentat subiiciatur jurisdictioni Visitatoris, quo cessante, nec comparendo, ejus jurisdictionem prorogaret, ut dictum fuit *artic.*2.*versic.*7.*controversum fuit.*

Secundus casus quando officialis mortuus est, antequam Visitator perveneril in Provinciam, &

13 illum primum actum fecerit, & tunc vidi doctissimos viros in diversas ire sententias; Alii enim contendebant hæredem lite mota post mortem officialis non teneri respondere coram hoc Judice, ut de Clerico hærede laici receptissimum est apud Interpretes in dicta *l. hæres absens in princ.ff.de Judic.* diversa enim sunt, quod obligatio in eum transeat in aliquibus casibus ex delicto defuncti, quod verissimum est, & quod non teneatur respondere coram eo Judice hæres officialis defuncti, cui ipse non est suppositus, *Bald.auth.quas actiones n.*13.*de Sacrosanct. Eccles.* quæ sententia corroboratur perpenso ordinario modo procedendi circa visitationes, qui videtur restrictus ad solam officialis personam ex quodam quasi contractu cum eis inito, quod sub hac conditione munus suscipiunt, & sicut privilegium morte extinguitur, nec eo hęres uti potest, *Barbos.ubi sup.n.* 217. ità odium morte desinit, nec eo premi debet hæres, argumento *l.si pœna, & l.crimen, ff.de pœnis*; Alii verò sentiebant judicium hoc visitationis introductum fuisse favore publico, & subditorum, argumento *l.*1. *ut omn. Judic.tom civil. quam milit.& Auth.ut Judic.sin.quoq.suffrag.§.necessitatem, & §.illud videtur, versic. sciant enim.* Ideò militant ejusdem favoris rationes; idem observandum esse in casibus, in quibus lex pœna, vel restitutione afficit hæredes, ut scilicet illi conveniantur coram eodem Judice, cum cōmissio visitationis realitatem quandam sapiat, & magis delicta officialium, quam ipsorum personam spectet, alioquin cum longum post tempus fiant visitationes, malè bono publico, & subditis esset consultum, nam si officialium hæredes fruerentur hoc privilegio, officiales allicerentur ad furta, & rapinas, & sic privilegium ob bonum publicum concessum operaretur contra regulam juris, ut hæres privilegiatus non teneatur comparere coram Judice defuncti, *Barbos. ubi supr.n.*162. tanto magis id operari debet, ut hæres secundum regulam *dict.l.hæres absens*, respondere teneatur coram Judice defuncti.

Ideoque receptum esse in simili addebant in syndicatibus, seu residentiis ordinariis, in quibus solus officialis est subditus syndicatoris jurisdictio-

14 ni, & tamen apertè Interpretes admittunt, ut ejus hæredes stare debent eo syndicatui in casibus, in quibus ex delicto defuncti tenetur hæres *Roman.l.*4.*§.in eum Alex.post Ang. in dicto §.fin.ejusdem leg.ff.de damn.infect.* quod usu cōprobatum est, ut quamvis magis extraordinarium sit judicium visitationis, quàm sindicatus, & residentiæ, satis tamen est, nullam inter hæc judi-

judicia esse differentiam quoad id, de quo agimus, nam utrumque datur contra solos officiales, ut ab utroque est exemptus hæres, si ejus persona propria consideretur.

Mihi autem visum fuit secundam hanc opinionem in re dubia admittendam esse favore publico, quæ primo loco confirmatur ex regula generali posita in dicta *l. hæres absens, in princ.ff.de Judic.*quod hæres teneatur sequi forum defuncti, cum conveniatur ex ejus persona quam repræsentat non ex propria, quæ regula nullatenus limitatur, quod ego sciam, quando ex privilegio actoris defuncti sortiebatur forum; qui est casus, de quo agitur, nam ut dixi, in favorem Reipublicæ hujusmodi inquisitio contra officiales ex officio statuta fuit, & subditorum, ut commodè possint propriam injuriam prosequi coram inquirente in loco administrati muneris, ergo standum est regulæ in vim quasi contractus initi cum Principe, & officiali tempore suscepti muneris, ut hoc nunc admictam, quod tamen non placet,cum ità daretur initium vitiosum huic judicio (quod non est admittendum) tenetur respondere in loco administrationis officii coram Visitatore,eodem modo tenetur & ejus hæres, & sic quod nihil varietur tam quoad forum, quam quoad obligationem, *Barbos.ubi supr.n.* 146.

Secundo, quia si officialis munus complevit, vel aliter deseruit sine aliqua difficultate adhuc te-
15 netur respondere in judicio visitationis, licèt nunc non sit amplius officialis, *l.* 11. *C. de ratiocin.Barbos.ubi supra* §.1.*n.* 77. ergo ejus hæres, qui ejus personam repræsentat, dato quod non possit dici subsistere in eo officium, ut arguitur in simili, *Surd.dec.*110.*n.*3. quia ait esse fundamentum, cui adhuc nemo apertè respondit.

Tertio, quia cum de certa consuetudine non constet in hoc judicio ordinario visitationis, & residentiæ moribus introducto, ut ab initio dixi, quæ maximè attendenda est, non videtur recedendum à consuetudine recepta in judicio syndicatus, & residentiæ, *l.non possunt*, *& l. fin. ff. de legibus*.

SUMMARIUM.

1 *Repetundarum, peculatus, & de residuis actio num possit proponi contra officialium hæredes.*
2 Pragm.48.num.5. de offic. Procur. Cæsar. *declaratur.*
3 *Et quid si fisci instantia non sit proposita infra annum.*
4 *Repetundarum accusatio proponi potest ultra annum contra hæredes, si civiliter proponatur à Parte corrumpente, & non à fisco.*

OBSERVATIONES Ad Articul. III.

ACcedit ad hunc articulũ,quod actione in criminibus repetundarum, peculatus, & de residuis potest fiscus experiri contra hæredes of-
1 ficialis mortui, dummodo proponatur infra annum à die mortis inquisiti, juxta *text.in l.2.ff.ad l.Jul.repetund.& in l.dantur eod.tit. & in l.fin. ff.ad l.Juliam peculat.Hugo Donell.in l.unic.nu.* 48.*versic.obiicitur*, *C.ex delict. defunct.* latè *D. Cresp.de Valdaur.observat.*83.*n.*26.*par.*2.qui *n.* 63.refert sic pluries decisum, quod procedit,
2 etiam in terminis juris Regni, nempè *Prag.* 48. *num.5.de offic.Procur.Cæsar.* per quam est præscripta pœna amissionis officii ipso jure, & absque alia declaratione contra Perceptores delinquentes secunda vice, nam ad hoc ut dicta pœna possit practicari contra hæredem nominatum in officio, nedum requiritur, ut fisci instantia sit
3 proposita infra annum, ut decisum coram Generali Visitatore, refert *Rovit.dec.* 64. *num.* 16. Et quid Perceptore mortuo ante litem contestatam,videndus est *de Marinis in observat.ad decis.*70.*Reg.Revert.lib.*1.*Reg.de Philippis dissertat. fiscal.* 16. & quamvis voluerunt nonnulli DD. dari hanc actionem post annum pro eo, quod ad hæredes pervenit, tamen intelligendum erit de actione civili ad simplum, quæ non competit fisco, sed tantùm Parti corrumpenti, quando illud, quod fuit Judici datum, non fuit turpiter datum, *Reg. de Marinis resol. jur. cap.* 244.*n.*6.*&* 7.*tom.*2. ubi refert sic practicatum in causa visitationis contra hæredes Regentis Joannis Francisci de Ponte, qui fuerunt con-
4 demnati ad restituendas quantitates exactas à patrimonio Principis Bisiniani, non ad fisci beneficium,sed ipsius patrimonii. Videda sunt allegata per *D.Parthenii Pitagn.in cõsultat.per nos impressa super Prag.*5.*de trigesimis nu.*19.*&* 20.

Franciscus Maradei.

SUMMARIUM.

1 *Officialis an sit interim suspendendus pendente visitatione, & an possit ad alia munera promoveri, & n.*7.9.*&* 10.
2 *Afferuntur distinctiones.*
3 *Officialis, qui nondum nactus fuit possessionem, si accusatus fuerit post electionem, an sit repellendus à possessione sui officii.*
4 *Distinguuntur tres casus, & adducitur ratio dubitandi in contrarium cum opinione Antheris, & cum limitationibus, & n.* 5. *&* 6.
8 *Notarius accusatus de falso an impediatur instrumenta conficere pendente accusatione.*
11 *Tutori an sit interdicenda administratio pendente judicio suspecti.*
12 *Et quid quando accusatio detegitur calumniosa.*

13 *Officialis suspensio potest decerni, quando ultra accusationem concurrunt probationes jam factæ ex delictis, vel diffamatione.*

14 *Et an sufficiat suspitio malæ administrationis per summariam informationem.*

15 *Officialis, vel Prælatus, quomodo reddatur suspectus de mala administratione, vel de futura dilapidatione bonorum Ecclesiæ ad finem decernendi suspensionem, afferuntur exempla, n.16.17.18.& 19.*

20 *Officialis suspensio an procedat si inquiratur de delicto commisso in alio officio.*

21 *Et quid si accusaretur, quod emit officium.*

22 *Quid si ageretur de delicto commisso in officio temporali.*

23 *Officialis suspensio, seu interdictio ab administratione fit, vel à toto officio, vel à parte si separatæ sint jurisdictiones.*

24 *Officialis suspensio num durare debeat, donec judicium pendebit.*

25 *Officialis suspensio an cesset secuta sententia diffinitiva privationis officii, à qua fuit appellatum*

26 *Et quid secuta sententia absolutoria, à qua fiscus appellavit.*

27 *Officialis suspensio non potest decerni pendente termino defensionum reo assignato, & de limitationibus n.28.*

ARTICULUS IV.

De Remotione, & suspensione Inquisiti pendente hoc judicio.

ET quoniam cœpta visitatione sæpè dubitatur
an officialis sit interim suspendendus, & an
possit ad alia munera promoveri, conabor om-
1 nia, quæ apud Interpretes in hac materia reperii
infrascriptis casibus comprehendere.

Primus est, quando agitur de crimine non com-
misso in officio, & tunc licèt accusatus non sit
2 admittendus ad novas dignitates, tamen retinet
jam datas, nec suspenditur, *l.1.ubi Joannes de Platea, C.de reis postulat.lib.* 10. *Roman. consil.* 297.*n.3.Felin.cap.omnipotens de accusat.* sola enim accusatio non parit infamiam ante sententiam, *Dyn.cap.infamibus n.6.de regul.jur. lib.6.* licèt aggravet quodam in modo opinionem accusati, *Joannes de Platea dicta l.Felin.dicto cap. omnipotens*, quæ sanè aggravatio, seu suspicio non est tanti momenti, ut dignitatibus, seu officiis possessis aliquod præjudicium parari possit, sed tantùm impedit futurorum petitionem (ut dixi) quod adhuc non est perpetuum, donec sequatur sententia, sed solùm per annum admittitur, ubi non steterit per reum, quominus causa finiatur, *l.Reus delatus, ff.de muner.& honor. l.Lucius §.idem respondit, ff. ad municip.* quod tempus favore publico restrictum esse ad annum, tradit *Joannes de Platea dicta l.* 1. *& Innocent.cap.accusatum, de Simon.* Idem dicitur de Reo delato dum non potest esse Procurator, ut anno transacto cesset prohibitio, *l.Reum in fine, C.de Procurat.* ut si quis fuit relegatus, vel remotus à dignitate ad tempus, tunc restitutus debet tantùm per idem tempus repelli à nova dignitate, *l. ordine, ff. ad municip.l.ad tempus, C.de his qui ad exil.dant.lib.* 10. evanescit enim infamia juris finito tempore, quando videlicet causa cognita fuit moderata pœna ad hujusmodi relegationem, vel amotionem temporalem, *l.* 1. *C.de his qui in exil.dant.lib.* 10. *ubi Joannes de Platea in l.Imperator ff. de postuland. glos. in §. pœna gravior, l.quid ergo & ibi Bart. ff. de his, qui notantur infamia*, secus esset si moderata fuisset pœna sine causæ cognitione, vel si imposita esset in judicio perpetuo infamiam afferente hujusmodi temporalis relegatio, vel amotio à dignitate, *Glos.Bart. & Joannes de Platea ubi supra*, sed tamen non adeo evanescit, quin remaneat ejus vestigium, quod impedit re vera promotionem ad novos honores per tantidem tempus, ut dixi, hæc autem procedunt multo magis si ageretur de inquisito, *Felin.dicto cap. omnipotens*, & sentit *Bart. dicta l. Reus delatus*, dum se remittit *ad Innoc. in c.accusatum, de Simon.*

Sed quid dicendum si quis fuerit electus, sed non-
dum nactus sit possessionem sui officii, an si ac-
3 cusatus fuerit post electionem, sit repellendus à
possessione sui officii, tamquam à dignitate nova, an verò potius sit admittendus tamquam dignitatis jam acquisitæ prosequatur possessionem, ubi nihil aliud obstet, quam accusatio ipsa, ex quo repellendus sit, facit *l. penult.ff. de milit. testam.* ubi electus ad militiam, non dicitur miles, antequam in Castris sit, & ad idem spectat, *text.in d.l. Reus delatus, §.* 1 *.ff. de muner. & honor.* ubi agitur de impediendo, ne electus possessionem honoris consequatur, ut dicit *Glos. in verb.appellatio, & in verb.honoris admitti*, quia agitur de acquirendo novo honore, idem firmat *Glos.in l.unic.§.*1 *.in verb. participare, ff. nihil innovar.appell.pend.* & ideo præsupponere videtur, licet jam sit electus, cum tamen adhuc non sit nactus possessionem, eum habendum esse loco ejus, qui agit de acquirenda nova dignitate, sed meo judicio hujusmodi quæstio decidenda est ex iis, quæ clarius tradunt *DD.* de collationibus beneficiorum Ecclesiæ, cum in eo vigeat eadem prohibitio, ne accusati ad novam
dignitatem eligantur, dicto *cap.omnipotens*, &
4 utroque casu tam electo ad beneficium Ecclesiarum, quam electo ad officium temporale datur idem officium Judicis ad possessionem adipiscendam, *Boer.decis.*151.*n.*1. Sunt igitur in hac quæstione opiniones diversæ tractę ab *apostillis ad Abb.in dicto cap.omnipotent*, & ego credo

do

Google

do advertendum esse dignitatem à Principe jam esse collatam, & possessionem solum deficere, quæ est facti, & consecutiva ad ipsam electionem, *Menoch.remed.6.adipiscend. nu.* 46. sicuti ergo accusatio superveniens non præjudicat electioni jam factæ, ità nec possessioni, quæ petit suum principium electionis, cui accedit; sic Notarius condemnatus de falso, qui non potest nova instrumenta conficere, poterit tamen jam facta ante sententiam explere, & edere, cum id veniat in consequentiam instrumenti jam ante confecti, *Bart.in repet.l.Barbarius n.13.ff.de offic.Præf.Castrens.cons.*168.*n.*4.*versic.si ergo non vitiantur lib.*1.*Felin.cap.fraternitatis n.*5.*de heret.*sic appellatio, quæ suspendit futura, non impedit ea, quæ veniunt in executionem præteritorum, *Abb.cap.pastoralis* §.1.*de appellat.* & hoc satis apertè præsupponunt *DD.* dum quærunt, an exceptio criminis impediat possessionem, nam cum hæc succedat loco supervenientis accusationis, eam non impedire possessionem sentiunt, nisi paratus sit excipiens in continenti probare delictum cum infamia, quo probato possessor esset removendus, *Marian. Soccin.cap. accedens ad fin.de accusat.Menoch. dicto remed.* 6.*adipisc.n.*52.& hoc absque difficultate procederet ubicumque quis accusaretur de crimine perpetuo post electionem, *ut ibi per Menoch.n.* 57.Non obstat *l.penult.ff.de milit.testam.*ubi miles non utitur privilegio antequam sit adeptus possessionem, quia diversa est materia, cum non agatur hic de privilegio, sed de mero jure communi, potest enim admitti, officialem non posse uti privilegio, antequam adeptus sit possessionem, *Mastrill.ad indult.cap.*36.licèt dignitatem acquirat ex solo titulo, *Boer.decis.*150.*n.* 8. minus obstat *glos. in d. l. Reus delatus*, quia ibi loquitur *glos.* quando appellatum fuerat ab ipsa electione, quo casu appellatio rescindit vim ipsius electionis,itaut re vera dicendum sit agi de nova dignitate, & pendente appellatione possessionem non posse adipisci, & ex eadem ratione evitatur *Glos.in dict.l.unic.* §.1.*ff.nihil innov.pend. appell.* sed & verius ibi dicendum est agi de alio novo honore acquirendo, non de honoris jam collati possessione, quæ interpetratio comprobatur ab ultimis verbis dictæ *l.Reus*, *verb.ergo*, *&c.* dum illativè proferuntur arguendo in casu, in quo nulla præcesserat electio, infert autem *Petr.Antibol. dict.glos. in tract.de mun.par.*3.*num.*69.*tom.*12. quem sequitur *Aviles cap.Prætorum num.* 4. si Universitas allegat electionem sui Prętoris esse nullam, antequam sit adeptus possessionem,& ità ad eam infringendam agat, tuendo privilegium suum non inhabilitatem electi tangendo, *l.fin. C.de crimin.sacrileg.* tunc eum non esse admittēdum ad possessionem, nisi post latam sententiam super nullitate, & hæc sunt verba *Specular. in tit. de cens.*§.*ibi*,quem sequitur *Alberic.d.l.Reus,&* *Joann.Andr.cap.significasti nu.*7.*de Judic.* quod intellige, quando opponitur contra electi personam, dum sic vacillat ejus status, ut loquitur *Abb.* secus in aliis oppositionibus, nisi offerantur probationes incontinenti ad exceptionem nullitatis probandam contra electionis titulum, qui in forma authentica exhibetur, *Dec. consil.* 219.*vers.sed in casu isto*, *Capyc.decis.*121.*nu.*27. *&* 28.*& Menoch.d.remed.6.adipis.n.*135.& nisi fortè ipsemet Princeps, vel ejus Fiscus ex ejus ordine se opponat, nam tunc non potest dici perfectum jus acquisitum esse in officio, si Princeps, qui id concessit, jam illud impugnat, argumento, quod tradit *Lancell. de attent. nullit. pend.num.*92.*versic.quia Papa committendo*, illud tamen certum est,hunc dignitate jam acquisita ante litem motam minimè privandum esse lite pendente, *Alberic.d.l.Reus cap.nonne* 8.*qu.* 4.*Didac.variar.resol.lib.*1.*cap.*36. *versic. quinto principalitèr*,eandem dubitationem esse ex *Speculat.& Joann.Andr.supra citat.Avendan.de exeq.mandat.Reg.cap.*19.*nu.*23.*fol.*123.quod si solum verbis denunciaretur electus de criminibus clarum esset nequaquam impediendam esse possessionem, cum nec eo casu electio esset retardanda, *Abb.d.cap.Omnipotens n.*41. *& ibid. Felin.& Soccin.in fin.* sed solum erit jus accusandi, postquam electus fuerit adeptus possessionem, ut ibi per eos, facit *cap. constitutus in fine de appellat.* si autem jam accusatus de facto electus fuerit, & secuta sit santentia absolutoria, dicunt *DD.* adhuc requiri novam electionem, ut per *Felin.* post alios *d.cap. Omnipoteus nu.*3. de quo latiùs ibi per *Marian. Soccin.* distinguentem inter inquisitum, & accusatum.

Secundus est casus, quando agitur de crimine commisso in officio taliter tamen, ut eo probato
5 non esset quis officio, seu dignitate privandus, & tunc non est interim Officialis suspendendus, *Bart.l.vero Procuratori*, §. *tunc quidem num.*4. àlias est *l.ratum*,§.*sunt quidam*,*ff.de solut.Frāch. decis.*8.*num.*2. ne plus puniatur pendente causa in casu dubio, quam in claro post sententiam,ex qua ratione infero,quòd si agatur de delicto,cujus pœna non sit privatio, sed tantum suspensio Officii temporalis, adhuc suspensio fieri poterit pendente causa aliis requisitis concurrentibus, dummodò non reddatur longior suspensio pendente judicio, quam esset à lege imposita, ubi de delicto constaret,& hoc comprobatur ex his, quæ *ibid.*tradit *Bart.in fin.*dū pendente lite existimat tutori cōvicto posse dari adjunctum,si ille sit dandus in diffinitiva sententia, probata suspicione,& tunc crederē suspicionis tempus,quod lapsū est pēdente judicio, esse computandum in temporali suspensione, quæ in diffinitiva imponitur, ne quis gravetur ultra pœnam à lege impositam delicto, sic in simili observatum est, ut tempus carcerationis computetur in tempore quo quis debet exulare, *l.omnes*,*C.de pœnis*,ubi

Bald. & *Salycet.* neque obstat hoc difficile evenire posse, cum plerumque suspensiones pendente judicio fiant ob timorem malæ administrationis futuræ ut infra dicitur in *seq. cas.* propterea cum hic non sit suspectus malæ administrationis, in diffinitiva probato delicto, quod puto, dum solum ad tempus suspenditur, nam si dilapidator esset in diffinitiva fortè privandus officio, ut *cap. licet Heli de Simon.* & *cap. venerabili de offic. delegat.* notatur, non poterit idem pendente judicio propter hanc suspitionem malæ administrationis, quæ purgatur per illam temporalem suspensionem, suspendi ex doctrina *Bart. in dicto §. sunt quidam*, nam respondetur posse considerari suspensionem malæ administrationis, quę purgatur per illam temporalem suspensionem, *argum. l. ordine, ff. ad municip.* sed ut verius dicitur in diffinitiva non considerari suspicionem, nec propter eam aliquem posse puniri, aut ab ejus officio suspendi, *Abb.* & alii *d. cap. accusatum*, & *cap. licet Heli de Simon.* sed interea solum puniri verum delictum, quod operatur, ut pendente judicio admittatur ob dictam suspicionem suspensio ejus officii, à quo in diffinitiva potest, vel privari, vel ad tempus suspendi,

Tertius est casus, quando agitur de delicto commisso in officio, quo probato esset Reus suspendendus, seu privandus officio, vel de his, quæ proximè dixi, nempè quando quis favore, colore, calore, authoritate, prætextu, vel contemplatione officii delinquit, *Farinac. qu. crimin. par. 1. qu. 19. num 44.* itaut ex officio, in quo peccavit, sit privandus, ut latè per eundem *Farinac. ibid. num. 43.* ubi verbigratia constat delictum contemplatione officii commissum fuisse, aliàs in dubio ad excludendum majus delictum, dicendum esset non fuisse commissum in officio, *Roland. à Valle cons. 1. num. 36. vol. 3. Mastrill. ad indult. gener. cap. 40. in fine*, & *cap. 36. num. 22.* in hoc casu licet non allegent jura, quod ego sciam de eo in specie loquentia, tamen arguentes
6 tes ab his, quæ tradita sunt in tutore, & Prælato, cui magis æquiparatur Officialis, quam tutori, ut advertit *Bart.* de Notario loquens in *l. Barbarius num. 13. ff. de offic. Præt.* ut & in alia materia arguitur, de qua *Pinell. de rescind. vendit. in 1. par. rubr. cap. 2. num. 30. versic. ex iisdem*, admittunt Officialem accusatum interim suspendendum esse, ità *Bart. l. Judices versic. sed an Judicis, C. de dignit. lib. 12. Paris de Puteo in tract. de syndicat. in verb. accusat. Cassan. in Consuet. Burgund. Const. crimin. 10. num. 2. Menoch. præsumpt. 85. num. 7. lib. 2. Cappell. Tholos. q. 371. Franc. Marc. decis. 654. par. 1. Aviles cap. 5. per tot. num. 4. Lancell. de attentat. cap. 4. declar. 4. n. 28.* & *cap. 5. nu. 17.* confert id, quod dicit *Bald. l. reus in princip. ff. de Procur.* quo loci ait idem operari pendentiam litis, quod sententia condemnatoria quoad interdicendum alicui officium.

Verùm in contrarium facit, quia accusatione pendente non debet quis privari possessione officii,
7 nec ejus exercitio, *Abb. dicto cap. Omnipotens num. 5. Felin. num. 1. de attent.* & *Joann. Andr. cap. 1. col. 2. in princ. versic. sed numquid ex infamia facti negotio pendente de accusat. lib. 6.* & eos loqui etiam de crimine commisso in officio satis constat ex exceptionibus, quas statim subliciunt *glos. in cap. fin. versic. propterea ex eo de testib.* & ibi *Abb. num. 2.* hinc videmus accusato de dilapidatione, licet ea probata sit beneficio privandus, solum tamen interdici temporalium administrationem, de quo infra dicitur in *3. limitat.* non autem eum suspendi ab omnibus, quibus probato delicto esset privandus, *cap. venerabili de officio Delegat.* & *dicto cap. quia 3. qu. 2.* item accusato de simonia solum interdicitur Missæ celebratio, *cap. accusatum de simon.* facit *cap. nonnè 8. qu. 4.* ubi Clericus non potest denegare obedientiam Episcopo suo, quamvis accusato, propterea dicit *Joann. Andr. in dict. cap. venerabilis num. 14.* quod suspectus de dilapidatione præterita timetur de futura, cujus dictum in *1. parte* alii sequuntur tamen ibi, tum in dicto *cap. licet Heli*, & tamen clarum est Prælatum privari probata dilapidatione præterita, ut notatur dictis juribus, sic regularitèr Notarius accusatus de falso non impeditur ante con-
8 demnationem nova instrumenta cõficere, *Bart. in l. Barbarius num. 13. de offic. Præt. Felin. cap. fraternitatis nu. 5. in fine de hæret. Alex. l. si quis ex argentariis num. 6. ff. de edend. Clar. §. fin. qu. 73. vers. Notarius*, secus post condemnationem, in quibus terminis loquitur *Bart. l. eadem, ff. ad l. Jul. repetund.* & *in cons. 77.* & rursus in *consil. 174.* allegatus à *Grammat. dicto cons. 10.* quod adhuc non est satis tutum, nisi in ipsa sententia condemnatoria fuerit privatus authoritate conficiendi instrumenta, ut per *Bajard. ad Clar. dict. qu. 73. num. 47.* saltem ubi non sit condemnatio notoria, *Castr. cons. 180. num. 3. par. 1.* quo fit, ut cesset responsio *Lancell. de attent. dict. par. 7. c. 4. declarat. 4. num. 32.* quam affert, dum hujusmodi objectum à simili de Notario præsentisset, ideò Officialem interim non suspendi regularitèr tradunt *Aufrer. in addit. ad Cappell. Tholos. dict. qu. 371.* quem sequitur *Lancell. ubi supra cap. 5. nu. 17. Bertrand. cons. 83. vol. 1.* & huc spectat, quod tradit *Vincent. de Ann. in sing. positis post suas Allegationes sing. 370.* dum dicit observatum fuisse, ut Officialis quidam, nec etiam post litem contestatam fuerit suspensus; Idemque præsupponere videtur *Bovadilla in sua politica lib. 5. cap. 1. num. 155.* dum remota lege Castellæ, quæ Visitatoribus, Syndicatoribus expresse concedit facultatem Officiales, quos detegunt culpatos suspendendi pendente judicio, admittit id non esse observandum, puta si Judex ordinarius prosequitur Officialem, in hoc casu salvat dictum *Consilium Bertrandi*, & doctrinam *Avendani*,

dani, & *Azevedi*, quod lata condemnatoria ad privationem officii, si ea sit per appellationem suspensa, non impediatur Officiali exercitium sui officii de qua latiùs infrà; Cum itaque in Italia nulla adsit lex particularis circa hujusmodi suspensionem, nec ulla sit differentia, sivè ordinarius procedat, sivè syndicator quoad id, de quo agitur, sequitur utroque casu secundum opinionem *Bovadill.* minimè deveniendum esse ad suspensionem pendente judicio.

Existimarem itaque regulam negativam esse tradendam, quod accusatione pendente, quantum-
9 vis agatur de delicto commisso in officio, quo probato accusatus esset officio privandus, non sit Officiali interdicenda administratio, seu exercitium officii, & *DD.* in contrarium adductos salvandos esse in limitationibus, quas statim subjiciam, quamvis aliqui minus generalitèr meo judicio locuti sint.

Limitatur igitur primò hæc regula, quando timor adest, quod Officialis accusatus, seu inquisitus
10 terreat testes, vel Judices corrumpat, nam tunc donec instruatur processus, debet ab administratione removeri, *cap.cum litteris, §.item testibus, Paris de Puteo in verb.accusatus num.2.Franc. Marc.decis.654.num.6.& 7.glos.cap.quia 3.qu.1. Joann.Andr.dicto cap.licet Heli num.13.& 14.* hinc sequitur, quod perfecto processu offensivo, & sic cessante causa, suspicio hæc cessare debet, quod si Delegatus, qui habet hujusmodi authoritatem suspendendi, ne terreantur testes post perfectum processum offensivum persistat in suspensione, utique injustè facit, & debet primò admitti Reus ad exercitium officii, quam de alia suppositione ex alia causa tractetur, ut colligitur ex *cap.venerabili de offic.Delegat.* & tantundem debet stare in possessione officii, quanto tempore eo injustè privatus est, nisi versaremur in causa scandali, vel suspicionis de dilapidatione, *Abb.ibid.nu.2.Felin.n.1. Gab.in suis comm. in tit.de restit.spoliat. conclus.1. num.15.* de quo vide *Menoch.remed.15.recup.num.646. & 648.* procedit autem hæc limitatio etiam contra feudatarium, qui accusatus fuisset de injusta subditorum vexatione, *Grammat.consi.10. Lancell.de attent.par.2.cap.5.nu.15.* quod extenditur etiam ad filium mortuo patre, ut apud eosdem, atque huc pariter referenda sunt, quæ tradunt *DD.* dum sentiunt, idem esse si adsit suspicio, quod Reus maletractet testes, qui contra eum deposuerunt, vel possunt deponere, *Hostiens. dicto cap.licet Heli nu.9.versic.quod intelligo, & Anchar.num.15.ad finem versic.nam, & justa, Imola dicto cap.venerabili num.22.*

Secundò, limitatur in tutore, nam & interdicitur ei administratio pendente judicio suspecti, *l.cum*
11 *quem, C.de suspect.tutor.§.si quis autē, Instit. eod. tit. & Lancell. dicto cap.1. num. 19.* qui ad hoc requirit, ut lis sit contestata, ratio est, quia tutor habet jus satis debile, cum nihil jure proprio in officio possideat, *Innoc.dict.cap.licet Heli ad finem de simon. Abb.ibid.num.8.& cap.venerabili num.8. ad finem, Imola dicta l. ratum, §.sunt quidam, ff. de solut.* alias *l. vero Procuratori autem nu.3. Instit.de susp.tutor. Paris de syndicat. verb.accusat. num.4.* sic Prælatus regulariter facilè deponitur, *cap per tuas in fine de simon.glos. dicto cap. quia ad finem 3.qu.2. Marian.Soccin. cap.qualiter, & quando num.465. & 650. de accusat.* sic pariter ipse existimarem Administratores, qui non habent dignitatem, nec administrationem justitiæ, sed nudum salarium facilè posse suspendi, sed cum nihil in officio possideant, salarium non suspenditur, & in istis terminis procedunt, quæ tradit *Joann. de Platea in l.1.num.2.per illum text. C.de frument. Alex. lib.11. & Ripa de Peste in tract. de remed. ad conservand.ubertat.num.27.* ubi voluit, si timetur de præda posse suspectoribus frumenti interdici administrationem, idem de executoribus tradit *Bald.l.7.in fine, ff.de sport.* & de custodia viarum tradit *Farinac.qu.31. num.124.* & conferunt tradita à *Salycet.l.mancipia num.7.C.de serv.fugit.Farinac.vol.3.qu.111.nu.424.* minores enim Officiales facilè removentur ab officio, *Joann. de Platea l.Judicis num.2. C.de annon.& tribut.lib.10.* & huc spectat, quod tradit *Anchar. cap. accusatum de simon.* dum considerat facilè admitti suspensionem à celebratione Missæ, quia in ea nihil jure proprio habet Clericus, & generalitèr *Marian.Soccin.cap.fin. n.34. de accusat.* tradit difficilius interdici administrationem secundum qualitatem juris proprii, quod quis habet in re, & hæc sunt dicta *Canonistarum, Bart.* autem in *dicta l. vero Procuratori, §. sunt quidam, ff.de solut.* considerat aliam differentiam inter tutorem, & Prælatum, qui ibi ab *Imola*, & aliis reprobatur, ideo eam non attingo, sed idem in *repetit.l.Barbarius nu. 13.versic. non obstat, ff.de offic.Prætor.* novam assignat rationem, quæ in effectu accedit jam dictis; dicit enim id procedere in tutore, quia officium tutelæ est gratia alterius, & non interest tutoris, secus fore in alio officio, In quo Officialis intersit, quia tunc difficilius removetur ab administratione. Quæ autem dicta sunt, procedunt
12 dummodò accusatio non sit calumniosa, debet enim Judex inspicere, qua mente illa proponatur *glos.dicto cap.quia ea versic.item num.3.q.2. Franc.dicta decis.8.num.4.* infamatus non repellitur ab honoribus, quando talis est solum apud viles personas, *Felin.cap.omnipotens de accusat.*

Tertiò limitatur, quando ultra accusationem concurrunt probationes jam factæ ex delictis, vel
13 diffamatione eorum, nam tunc deveniri possit ad suspensionem ab exercitio tradunt *Lucas de Penna in l.Judices verb.sceleribus versic.sed an Judic.* ibi: *quod videtur verum, C.de dignit.lib. 12.Franc.Marc. dicta decis.654. num.6. Innoc. cap.accusatum in princ.& cap.licet Heli num.5.*

ubi

ubi Joann. Andr. num. 12. de simon. Lancell. dicta par. 2. cap. 5. num. 20. Franc. dicta decis. 8. num. 4. facit glos. in verb. donec vers. item nec ad accusationem cap. fin. 3. qu. 2. sed hoc intelligo, quando ex inspectis delictis resultat suspicio dilapidationis, seu malæ administrationis futuræ, juxtà terminos cap. venerabilis de offic. Deleg. ubi Abb. & cap. licet Heli de simon. ubi notant omnes DD. & in istis terminis procedunt etiam jura loquentia de tutore accusato, & suspecto, Ancharan dicto cap. licet Heli num. 15. licet ex sola accusatione, & sic ex leviori suspitione suspēditur, cum debilius jus habet, ut supra dixi in 2. limitat. quæ jura afferunt DD. ad comprobandam supradictam conclusionem, & ex his non solùm infertur, quoad Officiales, qui pecuniam Fisci trahunt, sed ad omnes, quibus credita est, quando justus timor est, nè eam perdant, ut loquitur Farinac. qu. crimin. 111. par. 3. redduntur enim, & ipsi tunc suspecti dilapidationis, & admittitur sequestratio pendente lite, ut præfati DD. considerant, Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. limitat. 10. num. 11. & rursus cap. 4. num. 19. cum seqq. declarat. 4. sic licet antè sententiam nemo sit infamis, l. Athletæ, §. calumniator, ff. de his, qui notant. infam. & ideò accusatus de jure civili non removetur ab accusando, si tamen sit probatum tale crimen, quod immediatè reddat suspectum accusatorem de calumnia etiam ante sententiam repellitur ab accusando, Decian. tractat. crimin. lib. 3. cap. 17. num. 22. est enim speciale ejusdem dilapidationis, ut propter periculum imminens privetur quis ex talibus suspicionibus, ab administratione officii sui, Joann. Andr. in cap. licet Heli nu. 13 vers. 2. de simon. Aufrer. ad dictam decis. 371. Cappell. Tholos. Benedict. Capra reg. 73. num. 5. nec aliud sentit Bart. Author hujus assertionis in dicta l. si libertus, §. in quæstionibus, ff. ad municip. dum opponit dict. l. uno Procuratori, §. sunt quidam, ff. de solut. & l. eum qui, C. de susp. tutor. & dicit eas procedere in delinquente in officio, est enim intelligendus secundùm jura, quæ allegat, quando videlicet tale delictum reddit suspectum Officialem malæ administrationis, ut in eis de tutore præsupponitur.

Hinc infertur si constituta esset pœna privationis officii egrediendi Civitatem, quod accusatus, & inditiatus de hoc crimine non esset suspendendus interim, & idem si ageretur de alio graviori crimine, dummodò non resultaret suspicio malæ administrationis, quæ (meo judicio) solùm resultat, quando plura concurrunt delicta, quæ consuetudinem aliquam malè administrandi inferant, ut non obscurè supponit Franc. dicta decis. 8. num. 3. versic. & erat in præsenti causa, nec negari tamen ex unico delicto consideratis circumstantiis posse eam suspicionem oriri arbitrio Judicis.

Porrò notandum est, licet sola suspicio malæ administrationis sufficiat, & ut dixi summaria super
14 ea informatio, Joann. Andr. dicto cap. licet Heli
num. 13. Abb. dicto cap. venerabili n. 3. qui nu. 8.
ad finem refert Doctorem dicentem, quod etiā
sine scriptis hujusmodi summaria inquisitio de
suspicione dilapidationis procedere potest, quod
ipse non admittit, si agatur de suspendendo interim officialem ab administratione &c. licèt etiam verum sit, quod hæc suspicio dilapidationis in futurum probetur per conjecturas etiam leves, Joann. Andr. n. 14. Abb. n. 5. Ancharan. n. 16. Marian. n. 19. & 38. dicto cap. licet Heli; Unde deducitur, quod conjectura debet esse plenè probata, Menoch. de præsumpt. q. 51. col. 1. & lib. 3. præsumpt. 133. n. 81. hinc factum, ex quo deducitur indicium ad delictum, debet esse per duos testes probatum, Boss. tit. de indic. nu. 19. ità pariter factum, unde deducitur adminiculum ad probationem corroborandam, debet esse plenè probatum, Petra de fideicomm. q. 13. n. 24.
Tria autem exempla colliguntur ex dictis DD.
probandi hujusmodi suspicionem futuræ dilapi-
15 dationis; Primum ponitur post Hostiens. per
Joann. Andr. dicto cap. licet Heli nu. 14. Marian.
Soccin. n. 20. Ancbar. n. 16. quando Ecclesia est dives, ac modica impensa est necessaria, & nihilominus reperitur ære alieno gravata, hoc enim probato resultat suspicio, quod Prælatus dilapidavit bona Ecclesiæ, & hinc inferri posse videtur si officialis erat pauper, & nunc reperiatur dives, cum tamen officii emolumenta modica sint, quod dilapidavit justitiam, Nevizan. in Sylv. nupt. lib. 5. rubr. quomodo judicandum nu. 110. ad med. vers. sic etiam memor Judex, quem refert Farinac. q. 111. n. 278. Bald. cap. cum in jure perito de elect. in fine, ibi: præsumitur subtraxisse Fisco, vel turpiter acquisivisse, Ripa l. si ventri, §. eorum in fine, ff. de privil. credit. facit Boss. de offic. corrupt. n. 5. ad med. ibi, quod non crederem servari ab his, qui parvo tempore efficiuntur ditissimi, nisi dixerit ex hoc solum præsumi officialem illicita percepisse, & ità in præteritum malè in officium versatum fuisse, Menoch. præsumpt. 85. n. 2. lib. 2. & latiùs præsumpt. 52. lib. 3. ubi in fine id admittit arbitrio Judicis contra generalem præsumptionem, quod quis præsumatur factus dives ex sua industria, & labore, idem Menoch. præsumpt. 28. lib. 6. ideo ex hac præsumptione non posse aliam deduci ad præsumendam malam administrationem in futurū Menoch. de præsumpt. q. 43. n. 6. & 14. & præsumpt. 67. lib. 6. Ruin. cons. 29. nu. 14. lib. 4. Osasc. decis. 176. n.

Secundum exemplum ponitur à Joann. Andr. dicto
cap. venerabili n. 14. quem sequitur Bald. & alii
16 ibid. quando est probata dilapidatio præterita,
& ex ea desumitur suspitio futuræ dilapidationis, de quo ibi glos. in verb. suspectus in princip. vers. hodie vero &c. ad hoc autem ut dilapidatio præterita dicatur probata, requiritur plena

pro-

Digitized by Google

probatio de factis injustis, & delictis præteritis, *Mascard.de probat.vol.1.conclus.* 515. ex quibus arguitur ad malam administrationem futuram, & hoc est, quod præsupponitur dicto *cap.quia ea vers.quam in usus malè convertendo distinct.* 3.*quæst*.2.

Tertium est exemplum, quando probata est diffamatio multorum criminum, *cap.si quis Presby-*
17 *ter.& cap.inter de purgat.canon. cap. Presbyter, & cap.si mala* 2.*q*.4. *glos. in cap. accusatum de Simon.ubi Abb.& alii*, quæ diffamatio quomodo sit probanda, vide *Mascard. ubi supra conclus*.513. tunc enim accedente accusatione, vel dilapidatione, licet in specie non sint probata delicta, satis urgens resultat suspicio malæ administrationis futuræ, & per consequens interdici poterit secundum præfatos DD. administratio officii, *Menoch.remed. 6. adipisc.n.* 52. *Lancell. dicto cap.5.n.*20. sic probata diffamatione ob sinistram suspitionem, quæ indè oritur, repellitur quis ab accusando, *Dec.n.2.versic.secunda ratio*, si autem plenè non esset probata diffamatio, dato quod tunc aperiatur via ad inquirendum, ut per *Mascard. dicta conclus.* 513. non tamen posset ad suspensionem, de qua agitur, procedi, *Ancharan.dicto cap.licet Heli num.*15. *de Simonia*.

Quarto limitatur propter atrocitatem delicti commissi in officio, nam tunc concurrente ejus deli-
18 cti infamia, proceditur ad suspensionem, *cap. inter in princ.de purgat.Can.Innoc c.accusatum*, & ibi *Abb.in fin.Jo.Andr.cap.1.col.2. in princip. de accusat.lib.6.Franc.Marc.dicta decis.664.nu. 6.vers.idem est Menoch.remed.17.recuper. n. 42. Lancell.de attentat.p.2.declarat.4. n.* 33. secus si esset infamatus, cum non possit stare accusatio sine diffamatione, *Soccin.cap. omnipotens nu.* 8. *de accusat*.& est differentia inter proximè dicta, & hanc quartam limitationem, quia hic sufficit sola diffamatio ejus delicti, de qua agitur, ut sufficiat ad inquirendum, quod est speciale propter atrocitatem delicti, *Marian. Soccin.dicto cap.accusatum, nu.* 10. *de Simon.* ibi verè requiritur diffamatio plurium delictorum legitimè probata, ità ut resultet suspicio futuræ malæ administrationis, & quod officialis macula, & sordes vitæ penes probos sint divulgata, ut per *Decian.dicto lib.3.cap.17. n.* 20. *Aviles autem cap.5.prætorum n.4.* existimat omninò delicta commissa in officio esse atrocia, quia ea sunt modo levia, modo mediocria, modo atrocia, ut ipsa naturalis ratio suadet, *l.lex Julia,ff.ad l. Juliam repet.Covarr.clement. si furiosus de homic. p.6.n.6.vers.primum sit atrocissimum,Decian.ubi supra lib.8.cap.36.n.*39. nequaquam tamen id in omnibus casibus, in quibus tenetur lege repetundarum admittendum erit, ut puta si quis contra illam legem, ut in *Leadem in fine*, aliqua munera à volentibus receperit sine damno justitiæ.

Quinto limitatur quando adest periculum scanda-
li, si perseveret officialis in officio, nam tunc in-
19 terim suspenditur, *cap.Presbyter si à Plebe* 2. *q.* 4.*cap.si quis Presbyter in fine de purgat. Canon. Franc.Marc.dicta decis.*654.*n*.3.

Quartus principalis est casus, quando versaremur in delicto commisso in alio officio, quod prius exercuit, & hoc non reperi tactum à DD. sed
20 tamen ipse idem dicerem, quod fuit dictum, quando agitur de delicto commisso in munere, quo nunc fungitur, arguendo à tutore, *Glos. est singularis in l.suspectus autem est in verb. removeri instit.de suspect. tutor.* quæ vult tutorem posse removeri uti suspectum, si in aliis tutelis malè se gessit, per *l.3.§.quæri potest,vers.si autem ff.de suspect.tutor.* & ità accusari & suspendi interim potest; Idem ergo dicamus, & in officiali, cum re vera militet eadem ratio malæ administrationis, & certum sit propter delictum puta baractariæ commissum in alio officio, posse hoc, quod tunc retinet privari, latè *Farinac. q.* 111. *vol.3.art.2.n.27.&* 30. de quo latius infra *artic.* 7.*in fine.*

Idem ipse existimarem servandum esse, si quis accusaretur, quod emisset officium, nam pari lan-
21 ce ambulant delicta commissa in officio, & ejus emptio, *l.fin.C.ad l.Jul.repet.* & quod dicitur de delicto commisso in officio, dicitur etiam in delicto contra id, quod tendit ad officium, nempè in ejus procuratione, *cap. translatum de constit. & statut.* idem argumentum desumptum à tutore, quia si tutor emit tutelam, non solum removetur à tutela, sed etiam traditur Prætori puniendus, *l.3.§.tutor ubi Glos.verb. removebitur in secundo intellectu, ff.de suspect.tutor. & §.sed & si quis Instit.eod.* & idē cautū est in Simonia, ex qua resultat delictum ad officium cōsequendum, non in officium, *cap.accusatum de simon.* nulla enim major suspicio malę administrationis esse tunc potest, quam hæc *l.2. ubi Joann. de Platea C.de municip.lib.*11. *Auth.ut Judic. sine quoque suffrag.col.1.& 2.Boer.decis.* 149. *nu.* 2. *Decian.ubi supra lib.8.cap.*38.

Quintus est casus, quando agitur de delicto commisso in officio temporali, & tunc omninò dic,
22 quod dictum fuit de officio perpetuo, *Franch. dicta decis.8.n.6.Lancell.cap.5.n.17.p.2.*

Ultimò sciendum est hujusmodi suspensionem, seu interdictionem administrationis fieri, vel à toto officio, vel à parte, si separatæ sint jurisdictio-
23 nes in qua peccavit, vel aliter arbitrio Judicis posse provideri, sicuti de Prælato dicitur, qui modò ab administratione temporalium, modò à toto, prout peccavit, suspenditur, vel ei datur adjunctus, vel aliter providetur arbitrio Judicis, *glos.magna in cap.quia ea ad finem,vers.hæc autem scias 3.q.2.Abb. cap.licet Heli n.* 18. *in fine, ibi, item & probata suspicione*, ubi etiam *Ancharan.n.17.vers.secunda opinio*, ibi, *nisi aliter visum fuerit superiori, & Marian. Soccin.n. n.46.de Simon.* & cum plura hujusmodi usu recepta,

Digitized by Google

cepta, & proposita sint media ad corrigendum Judices, humaniori via corrigi debent, ubi satis bono publico consulatur, *Bovadill.politic. lib.1. cap.16.n.30.& lib.5.cap.1. n.* 198. in quo maximè versatur arbitrium Judicis, sic etiam si plures pœnæ probato delicto sunt à jure indictæ, relinquitur arbitrio Judicis pœna potissima, quæ sit imponenda.

Suspensio autem regulariter durare debet, donec judicium pendebit, *§.si quis autem instit. de suspect.tutor.Bart.l.libert.§.in quæstionibus, ff. ad*
24 *municip.* & si necesse erit pro bono publico, alius deputabitur ad officium exercendum, *Luc. de Penna dicta l.Judices verb.sceleribus, versic. sed an Judices, C.de dignit.lib.*12. quod intellige, nisi Collegæ adsint, qui possint supplere, *l.Imperator §.1.ff.de appellat.*facit *text.in cap.venerabili de offic.delegat. quoad usque veritate comperta duceremus aliter providendum*, verum ubi causa suspicionis deficeret, quia talia detegerentur, quæ adeò infringerent probationes factas, ut neque suspensio malæ administrationis revocanda esset, quod fieri potest, cum sit indicta per sententiam provisionalem, seu interlocutoriam, quinimò ubi admitteretur suspensio ultra hos casus cum *DD.* generaliter loquentibus, quo casu ratio suspensionis nulla alia esse potest, quàm infamia illa, seu aggravatio opinionis, quæ ex sola accusatione, seu inquisitione resultat, ut annuit *Franc.dicta decis.8.n.5.* qui tamen allegat *Innocentium* loquentem de infamia, hoc est de infamatione delicti atrocis, non de infamia, quæ gravat opinionem, de qua agit *de Franc.* & differt ab alia, ut prosequitur *Bald.l.1.in 8.opposit.nu.* 20. *C. de summ. Trinit.* tunc crederem suspensionem durare non debere ultra annum, multo minus potest possessoribus damnum, aut incommodum aliquod afferre.

Sed an cesset hujusmodi suspensio, si postea sequatur sententia diffinitiva privationis officii, à qua fuit appellatum, dubium facit, quia interlocuto-
25 ria circa suspensionem durare debet solum pendente lite, & sic lata sententia diffinitiva cessare videtur, ipsa autem diffinitiva sententia per appellationem rescinditur, & suspenditur, itaut nec infamiam, nec alium effectum producat, *l.unic. §.1.vers.integer enim status, ff.nihil innovar.appellat.pendent. & in terminis l. Hispan.in l.* 14. *tit.7 lib.3.recopilat.* quæ permittit Syndicatori, & Visitatori, ut si quem officialem reperiat criminosum, eum suspendat, mox ejus defensionem recipiat, & diffinitivam sententiam proferat, *Bovadill.in sua polit.lib.5.cap.* 1.*n.*191.refert *Avendan.in cap.19.Prætor.* 1.*part. n.* 25. *versic. decimus casus* tenētem non infringi vim suspensionis prædictæ, sed adducit *Azeved.dicta l.*14. *ex glos.l.suspendens n.3. & seq.* firmantem illam suspensionem cessare, & ipse *n.*192. opinionem *Aveud.*confirmat ponderando mentem legis ex majoritate rationis, & arguendo à perpetua exclusione quoad novos honores, & refert consilium Regium in causa appellationis solere providere, ne suspensi in prima instantia admittantur ad officii exercitium pendente appellatione à diffinitiva & addit *n.39.&* 193. ubi Judex ordinarius procedit contra officialem, & eum diffinitiva sententia privat officio, cum lex Regni non det ordinario authoritatem suspendendi, sicut eam concedit Visitatori, & Syndicatori; Verum quidquid sit stante lege Regni Castellæ, quam tamen ego crederem interpretandam esse secundum terminos juris communis, de quibus supra ex traditis ab *Afflict.in prælud.ad Constit. qu.2.nu.4. Menchaca de success.creat.§.26.nu.7. Sanchez de matrim.lib.7.qu.87.num.2.* dico verissimam esse de Jure communi opinionem *Avendan.* & *Bovad.* etenim suspensio, quæ interim fit de Officiali accusato ob delictum commissum in officio provenit ab accusatione, concurrente suspicione malæ administrationis, vel atrocitate delicti, vel scandalo, ut dixi supra in 3.*artic.* licèt ergo appellatio suspendat effectum sententiæ, quam rescindit, non tamen impedit effectum accusationis, *Felin.* c.*Omnipotens n.* 1. *ult.notab.de accusa post Imol.*quē allegat *l.qui latronibus,§.1.in repetit.D.qui test.facer.poss.*propterea inferunt, Reum, qui appellavit, excludi à novis honoribus pendente appellatione, quia exclusio non à sententia diffinitiva, sed ab accusatione manat *Covarr.variar.lib.1.cap.16.n.11. ad finem*; Idem ergo dicamus appellationem non tollere vim hujus suspensionis, quæ fundata est in accusatione, non autem in sententia, quæ sanè suspensio, vel durabit militante eadem ratione suspensionis, cum indifinitè fieri solet, ut de sequestro in similibus terminis tradit *Jas.l.si fidejussor,§.si satisdatum num.23.ff.qui satisdar.cogant. Curt. sen. de sequestr. qu.*18. est enim hæc suspensio, quasi quoddam sequestrum justitiæ, ut supra declaratum fuit, vel à superiore jurabitur secundum praxim Consilii Regni Castellæ, ut dixi; Et ex his patet responsio ad contraria, salvari autem potest opinio contraria *Azeved.* quando secuta esset sententia absolu-
26 toria, & Fiscus appellasset, nam sententia, quantumvis appellatione rescissa facit aliquam præsumptionem resultantem ab accusatione. Non tamen illud est omittendum, quod tradita per *Bovad.nu.*193. vera sunt in se, quia cum eo casu Judex ordinarius non devenerit ad suspensionem ante sententiam, cum tamen talia essent delicta, ut pendente judicio de jure non esset Reus ab administratione officii suspendendus, utique id admitti debeat post sententiam rescissam per appellationem, cum pendentia appellationis non impediat exercitii officium, quod exercere poterat ante sententiam, *l.postquam, §.Imperator, ff.ut leg.nom.caveat.* sed ratio ab eo allata non non subsistit, quod videlicet Judex ordinarius

non

non habeat authoritatem suspendendi ante sententiam, quia si talia fuissent delicta, ut posset devenire ad suspensionem, utique si non expressè habeant hanc authoritatem à lege Castellæ illa tamen suppleri potest, jus Castellæ interpretando secundum dispositionem juris communis, ut videlicet dicamus ordinario Judici non esse denegatam facultatem suspendendi in his casibus, in quibus de jure communi id licet, nisi fortè fuisset ei limitata jurisdictio.

Notandum autem est, pendente tempore ad se defendendum assignato Reo, conquiescere omne
27 Judicis officium, & ideo non posse Judicem hujusmodi suspensionem decernere, *Franc. decis.8.num.2.* quod tamen (ni fallor) minimè admittendum est, nam licèt regularitèr pendente dilatione conquiescat officium Judicis, *l. sive pars, C.de dilat.* tamen id non procedit, quando periculum esset in mora, *Franc.cap.significante de appellat.in 6.limit.Gabriel in suis commun.tit.de dilat.conclus.*1.*num.*12. in qua limitatione versatur suspensio, de qua agitur ob timorem malæ administrationis, & scandali, ut latè supra ostensum fuit, ad quos terminos etiam revera refertur suspensio, quam diximus propter atrocitatem delicti permissi, nam & ex ea oritur suspitio malæ administrationis, & scandali ex sola accusatione juncta diffamatione, si igitur omissa sit suspensio, seu sequestratio justitiæ, dilatio non impedit, quin deveniatur ad suspensionem, si consideretur aliquid propter quod expediens sit bono publico eam facere, utique fieri potest urgente suspitione malæ administrationis, non obstante pendentia dilationis, *Bald.* notabilitèr in *l.Aristo, §.si major.ff.de Jur.deliber.*

Sed & secundo limitatur illa regula, quando id quod facit Judex tendit ad alium finem, nec
28 præjudicat illis super quibus cōcessa est dilatio, *Bost.tit.de dilat. num.*10. *Gabriel ubi supra num.*5.*Lancell. de attent. dilat. pend. num.*20. *&* 23. sed in propria conclusione dilatio datur ad se defendendum Reo respectu sententiæ diffinitivæ, & pœnæ in ea inferendæ, non ergo impeditur Judex, quin ei possit interdicere administrationem officii interim pendente judicio, quæ provisio nihil commune habet cum sententia diffinitiva, nec cum pœna delicti, ut ex his, quæ supra latè deducta fuerunt, constat.

SUMMARIUM.

1 *Pœna suspensionis officii practicatur contra Officiales delinquentes quatuor concurrentibus, & quomodo in praxi suspensio deducatur refertur, num.*2.

3 *Officiali electo accusato de crimine, qui nondum fuit nactus possessionem num sit deneganda possessio ob propositam accusationem.*

4 *Ponderantur verba tex.in* cap.accedens 23. de accusation. *& referuntur casus disputatus in Collat. Cons.de anno* 1680.

5 *Officialis officio privatus, num possit promoveri ad aliam dignitatem.*

OBSERVATIONES Ad Artic. IV.

AD confirmationem hujus Articuli suspensionis ab officio inquisitione pendente videnda sunt latè scripta per *R.Merlin.cent.*2. *contro-*
1 *vers.forens.cap.*28.ubi tuetur esse locū pœnę suspensionis quatuor requisitis concurrentibus, quorum primum, ut delictum sit commissum in officio, & non extra officium; Secundum, ut crimine illo probato subintret privationis pœna; tertium, ut ex informatione constet aliquod substantiale; quartum, ut judicium suspensionis proponatur per Fiscum ante dationem termini super defensionibus, eò namque dato, vel pendente conquiescit officium Judicis, cum quibus requisitis pertranseunt *Reg.Galeota respons. fiscal.*15. *à nu.*44.*Reg.Reverter.decis.*2. ubi nonnullas decisiones refert, & comprobat *Reg.de Marinis in observat.*

Hinc fit in praxi, quod in eodem decreto, in quo dantur defensiones, dicitur, *quod Officialis su-*
2 *spendatur ab administratione, Reg.Sanfelic.dec.*61.*num.*11.*vers.ex his*. Verum solent quandoque Suprema Tribunalia in hoc eodem decreto mandare, *quod liceat Officiali suspenso nominare suo periculo personam approbandam per S. E. pro administratione officii, donec aliter, &c.* ut fuit resolutum per Reg.Junctam formatam contra Marchionem Prosperum Parisanum ad instantiam Comitis de Villamediana sub die 28. Maii 1688.

Respectu alterius articuli incidentis circa Officialem electum accusatum de crimine, qui nondum
3 nactus fuit possessionem ultra adducta per *Dom. Reg.* hic, videnda sunt jura satis aperta in *cap. Omnipotens Deus*, & in *cap. accusatum* 4. *de simon.* & *cap.super his* 16.*de accusat. Canon. quia ea* 3.*qu.*2.*cau.tanti* 81.*dist.*ubi communiter Canonistæ, & signantèr *Abb.*& alii relati per *Barbos.in dicta cap. Omnipotens*, qui *num.*3. limitat *text.* ut non procedat in accusato per malevolos, & non gravato apud graves, & bonos viros.

Accedit *text.in cap.accedens* 23. *eod.tit.de accusat.* ubi his sequentibus apertis verbis, inquit Sum-
4 mus Pontifex; *Mandamus nisi præfatus super objectis eidem in modum exceptionis criminibus, videlicet perjurio, & homicidio, publicè fuerit infamatus, concessionem nostram sibi factam executioni mandetis; Deindè si legitimus accusator apparuerit, audiatis quæ fuerint hinc indè proposita, & sic prædicta crimina, vel eorum quodlibet legitimè probatum fuerit contra eum, ipsi super eadem præbenda silentium imponatis;* Unde *Hostiens. Jo: Andr. & Abb.* summando dictum *text.* dixerunt, quod exceptio criminum pos-

possessionem Prælati non retardat, nisi fuerit de his publicè infamatus, concordant *Barbos.* & *Fermosin.* qui in eisdem locis tradunt regulam desumptam à *DD.* quod agenti possessorio adipiscendæ in beneficialibus non obstat exceptio criminum.

Hæc juris principia fuerunt de Anno 1680. justissima existimata per Supremum Collaterale Consilium coram hujus Regni Generali Visitatore Reg. Danese Casati in causa executoriationis Cedularum Regalium ad favorem D. Petri Emilii Guaschi Electi ad munus perpetui Judicis M. C. V. qui nedum obtinuit literarum exequutionem, sed officii possessionem, non obstante acerrima contradictione Deputatorum hujus Fidelissimæ Civitatis.

Major potest insurgere difficultas in Officiali, qui fuit ob delictum officio privatus, num possit ad aliud, sive dignitatem promoveri, & in hoc adhibenda erit distinctio inter delictum commissum extra officium, & sic ob causam, quæ non pertinebat ad officium, & inter delictum commissum in exercitio officii, & in primo casu non videtur cur iste Officialis non possit promoveri ad aliam dignitatem, in secundo verò casu nequaquam promoveri poterit ob infamiam in quam incidit officium primum malè exercens, *Reg. de Marinis in observat. ad Reverter. decis. 2. nu. 9.* ubi allegat jura in *l. 2. C. de Palatin. sacrar. largition.* & *Reg. de Ponte de potest. Proregis tit. 3. §. 5.*

Franciscus Maradei.

SUMMARIUM.

1 *Officiales tenentur Judicio visitationis, & syndicatus de dolo, lata, & levi culpa, non autem de levissima.*

2 *Officialis quando, & quomodo teneatur in syndicatu civilitèr de culpa levi, & quando criminalitèr ob injustitiam, num. 3.*

4 *Officialis culpa, quæ à negligentia manat, quomodo puniatur, & afferuntur tres opiniones Doctorum, nu. 5. 6. & 7.*

8 *Officialis ob negligentiam magnam an possit officio privari.*

9 *Judices hodie de generali consuetudine non syndicantur, nisi de dolo, & lata culpa.*

10 *Judex an veniat syndicandus ob injustam sententiam.*

11 *Judices Supremorum Tribunalium, num syndicentur de injustitia, & quid fuerit injunctum Visitatoribus Italiæ ex ordinibus S. M. refertur.*

12 *Judicis injustitia difficilius præsumitur, cum potius præsumatur error juris, & lata culpa, quàm dolus.*

ARTICULUS V.

De qua pœna syndicentur Officiales.

Proceditur autem contra Officiales in hoc judicio visitationis, sicut & in syndicatu ordinario, de dolo, lata, & levi culpa, nam de levis-
1 sima culpa nequaquam tenetur, etiam si agetur civilitèr *Bald. cap. 1. §. Judiciis tit. de juram. pac. firman. Menoch. de arbitr. cas. 339. n. 21. Farinac. qu. 111. num. 486.* nisi fortè constaret Officialem procurasse officium, *Paris de Puteo de syndicat. verb. negligentia cap. 1. num. 19. & verb. culpa Officialis cap. 1. Farinac. dicta q. 111. num. 448.* nec enim debet de quolibet levi errore Officialis molestari, *Paris ubi supra verb. Judices ad syndicandum qui sint cap. 2. nu. 23. Bossi. tit. de Official. corrupt. num. 35. Grammat. consil. 14. num. 3. Bajard. ad Clar. §. fin. qu. 73. num. 38.*

Sed & illud, quod dictum est de syndicatu Officialium de culpa levi procedit quando civilitèr
2 agitur, puta ad damna, & interesse, quo casu tenetur Officialis ex levi culpa Parti, non ad totale interesse, sed in quantum Judici conveniens videbitur, *Paris de Puteo verb. negligentia cap. 1. num. 16. Menoch. dicto cas. 339. & cas. 341. Catald. de syndicat. num. 69. Amed. num. 69. Bald. in l. observare, §. profectò, qu. 9. ff. de offic. Proconf.* qui tamen *Bald.* in meo libro nihil de hoc dicit, sed quod se remittit ad ea, quæ dixit in *l. 15. ff. quod quisque Jur.* ubi nihil tradit, quod scriptis repugnet, & *Amed. dicto num. 101. & num. 22. Affl. dicto §. Judices num. 6. Farinac. dicta q. 111. num. 443. 444. & 445. & qu. 87. nu. 78.* ubi loquitur de omnibus delictis ex levi culpa commissis, *Paris de Puteo in dicto verb. negligentia cap. 1. nu. 19.* qui generalitèr agit de quavis levi culpa punienda in Officiali post *Bald. in l. quæ fortuitis num. 43. C. de pignor. act.* & omnes allegant *l. fin. ff. de var. & extraordin. cogn. & instit. de obligat. quæ ex quasi delict. nasc. in princ.* & tunc filiusfamilias tenetur tam de peculio, quod tempore sententiæ habebat, *l. si filiusfamilias 15. ff. de Judic.* & Paterfamilias pro quantitate bonorum, tunc per eum possessorum, ut ibi per *Barbos. num. 25. & 48.* & hinc infert *Paris de Puteo de syndicat. tit. Jud. ad syndicand. qui sint cap. 11. num. 19.* quod Officialis non carceratur post condemnationem, sed solum tenetur in quantum facere potest per *Angel.* quem allegat, quod repugnat traditis per *Barbos. dicta l. si filiusfamilias num. 14.* sed opinionem *Angel.* vidi practicari in Officialibus delinquentibus in officio post condemnationem, quod favore publico justè admissum fuit.

At quando ob injustitiam criminaliter agitur contra Judicem, quod fieri potest *glos. dicto §. Judices,*

cet, ubi *Bald.n.1.verf.dicit Jacobus hic Farinac.*
3 *dicta q.111.n.36.Boff.ubi fupra n.12.*& tunc requiritur dolus, & ità intelligo quod dixit *Accurf.*prout etiam *Amed.ubi fupra n. 27.* & *218. Decian.tract.crimin.lib.8.cap.37.n. 15.* & *Dulcett.de fyndicat.num. 12.* ut videlicet procedat, quando non adeft dolus, vel latiffima culpa æqualis dolo, nam fi hæc concurrant, tunc de jure, & confuetudine criminaliter proceditur, *Amed.dicto tract.de fyndic.n.128.Bald.* & *Affl. dicto §.Judices,Catald.de fyndic.q.10. n. 11. Farinac.dicta q.111.nu.484.* etiam fi ceffet furtum, & barattaria, ut contra Riccardum Melampi dixit *Angel.tract.de fyndic.n.2.Paris de Puteo in d.verb.Judices ad fyndicandum qui fint cap. 2.n. 10.* non tamen ex lata culpa poteft Judex puniri pœna famofa, *Paris ubi fupra in verb. negligentia cap.4.n.6.Farinac.de teft.q.56. nu. 13.* & *vol.3.q.87. n. 34.* nam & femper mitius punitur idem *Farinac.ibid.n.71.*& licet ex dolo, & culpa lata teneantur, adhuc dicitur ex quafi maleficio teneri, *Bald.l.fi filiusfamil.n.4.ff.de Judic.*

Sed magis in fpecie agendo de culpa officialis,quæ à negligentia manat, vario modo de hoc lo-
4 quuntur Interpretes, alii enim exiftimant ob eam dari tantum actionem civilem ad totale intereffe, *l.4.§.in eum, ff.de damn.infect.* cum agatur de delicto in non faciendo, quod mitius punitur, quam opinionem latè defendit *Barbof. l. fi filiusfamilias 15.n.60 cum pluribus feqq.ff. de Judic.* & alii exiftimant criminaliter eum poffe puniri ultra totale intereffe, *Bart.l.fin.ad fin.* & *ibi Alex.in addit.ff.de var.* & *extraord.cognit.* & *Bart.*intentionem rectè declarat *Farinac.q. 111. num.393.* alii verò volunt eodem modo poffe puniri negligentiam Judicis in non faciendo, ficuti quando per imperitiam judicat, ut fupra declaravi, *Menoch.de arbitr.caf.341.n.2.* qui de communi teftatur *Boff. tit.de official.corrupt.n.24.*

Ego exiftimo omnes iftas opiniones jure admitti poffe fecundum diverfitatem cafuum, nam opi-
5 nio *Barbof.*quæ fuit *Bald.in dicto §. in eundem n. 2.* procedit, ut ipfe *Barbof.*monet *n.64.*in cafibus, in quibus introductæ funt fpeciales actiones à jure ad intereffe confequendum, quod expreffè docet *Bart.in l.1.n.6.C.quomod.* & *quãd. Judex,* & *d.l.fi.ad fin.ff.de var.* & *extraord.cogn. Farinac.q.111.n.402.*licet in difcurfu*Barbof.*latius dictum extendit, non advertens fi id generaliter accipiatur, ftatim fequi, ut ex culpa levi ob negligentiam teneatur Judex ad totale intereffe, licet culpa in non faciendo confiftat, & fi ex culpa levi per imperitiam Judicis, teneatur tamen arbitrio Judicis pro modo culpę, & per confequens minus eft, quod culpa verìtur in committendo, quià gravius debet puniri, nam quoad effectum nihil refert, quod actione civili primo cafu fimpliciter teneatur; fecundo verò ex quafi maleficio arbitrio Judicis dum facit litem fuam, cum Judex regulariter excedere non debet verum intereffe, *Bart.q.9.incip.*Judex per imperitiam in folutione quæftionis *n. 3.* nifi dixerit *Barbof.*non negare, quod Judex minuere poffet pœnam intereffe pro modo culpæ, quod videtur fentire *Bald.in cap.1.§.Judices nu. 6. ubi Affl.n.5.de pac.juram.firm.*ajunt Judicem negligentem facere litem fuam, quatenus partem lęfit, illa enim verba *faciendi litem fuam* important arbitrium Judicis.*Boff.tit.de official.corrupt. num.24.verf.* & *fenfus hujus conclufionis.*

Secunda verò opinio *Bart.* & *Alex.* procederet in cafibus, in quibus criminaliter poteft procedi;
6 nam tunc datur actio ad intereffe, *Bart. d. l.fin.* prout accidit in terminis *Auth. ut differentes Judic.in princ.*quam allegat *Bart.* & eam continere cafum fpecialem propter qualificatam negligentiam rectè advertit *Barbof.num.74.* ficuti etiam contingit in *Auth. non folum, verf.sciente Judice,* & in *Auth.de armis in fine, l.quicumque C.de diver. offic. lib. 12.* Idem dico quando verfamur in dolo, vel culpa latiffima, quo cafu criminaliter agi poteft, ut fupra declaravi, & in fpecie de negligentia tradit *Farinac. dicta q.111. n.408.* & *412.* ubi alios cumulat, & adde *Bart. dicta difput.9.verf.è contrario n. 5.* qui allegat *l. properandum, §.fin autem, C.de Judic.* & *Auth. de mandat.Princip. §. fit tibi,* quæ jura generaliter loquuntur de Judice negligente facere,quod debet, & propterea fimul officialis tenetur ad totale intereffe, ut per *Bart.*ibi *Farinac. n. 403.* & *412.*ficuti fi dolosè malè judicaffet, ut fupra dixi, *Barbof.dicta l.fi filiusfam. n.47.*

Tertia autem opinio recipienda eft, quando fola concurrit culpa levis,cum & in negligentia modo leviffima, modo levis, & modo lata culpa
7 confideretur, *Clar.§.fin.q. 73. verf. item Judex,* & fic civiliter tantum procedi poteft, & verfamur in cafu, quo jura nullam particularem actionem introduxerunt, nam tunc licet de hoc in fpecie jura non loquuntur, tamen deducitur ex generalitate rationis, *l.fi quis abfentis ad fin. ff.de action.* & *obligat.* & *§.penult.verf.cum enim inftit. de obligat. quæ ex quafi malefic. nafcunt.* cum Judex aliquid peccaverit, & aliundè non competat actio,illa danda eft ex quafi maleficio, & fic fequitur, ut verfemur in terminis *l. fin. ff. de var.* & *extraord.crimin.Farinac.dicta q.111.n. 402.Boff.ubi fupra.*

Et fubdunt allegati DD.Magiftratum ob negligentiam magnam poffe privari officio, *Barbof.n.75. Farinac.n.419.Menoch.caf.314.n.15.* fed hoc intellige de officiali temporali, fecundum doctri-
8 nam *Bart.l.mancipia n.4.C.de ferv.fugit.* quam fequitur *Farinac.ubi fupra n. 422. Paris de Puteo in dicta verb.negligentia cap.2.n.7.* & verius ipfe exiftimarem id accipiendum effe juxta terminos *l.1.C. de offic. Præfect. Vrb.* & fecundum illud, quod omnes allegant, nempè ut id leges non imponant, fed in utilitatem publicam à Principe fiat, fi generaliter in officio fit negli-

gens, prout declaravi *art. 7. vers. hæc autem quæ*
dicta sunt simul Bald. l. quæ fortuitis n. 48. C. de
pignorat. act. extendit contra *Bart.* ex levissima
culpa tutorem uti insufficientem posse ob utili-
tatem pupilli removeri, licet ex eo neque pupil-
lo teneatur, neque uti suspectus removeri po-
test, cum hæc inter se diversa sint; existimo igi-
tur ob negligentiam difficile esse, velle tempo-
ralem officialem puniri privatione officii, sed
quidem posse eum ob utilitatem publicam ho-
nestè amoveri, cum generaliter sit negligens,
nec diversum statui in suspensione iisdem ratio-
nibus militantibus, pari passu ambulare debeant
privatio, & suspensio, licet doctissimos viros
audierim contrarium asserentes, quod est tem-
perandum in casibus, in quibus lex expresè im-
ponit privationem officii ob negligentiam, ex
l. 11. C. de sport. l. quicumque, C. de divers. officiis,
& Auth. de armis col. fi. nam tunc lex est servan-
da, vel statutũ particulare, quod fortè id puniret.
Verum adeo rigorosa visa sunt, quę de hujusmodi
inquisitione contra officialem ob levem culpam
9 in judicio civili diximus, ut consuetudo paula-
tim ipsa respuerit, & sic hodiè solum generaliter
Judices syndicantur de dolo, & lata culpa, *Jas. l.*
1. n. 11. C. ut omn. Judic. post Angel. quem allegat
tract. de syndic. n. 8. Amed. ubi supra 247. Boss. n.
26. Gramm. cons. crimin. 34. num. 11. Catald. dicto
tract. de syndic. qu. 13. & q. 265. Clar. §. fin. qu. 73.
vers. idem Judices ubi de negligentia *Grammat.*
theorem. 11. n. 8. qui *n. 9.* monet consuetudinem
esse probandam, *Ludov. decis. Lucens. 1. nu. 50. &*
decis. 3. n. 39. & in suis conclus. conclus. 38. versic.
infertur 102. Bertaz. cons. 71. & cons. 91. vol. 1.
quem ad hoc allegat *Bajard. ad Clar. qu. 73. Bo-*
vad. in polit. lib. 5. cap. 3. Farinac. q. 111. n. 425. ubi
de negligentia, & *n. 572.* de injustitia *Joann. de*
Plat. l. Judex n. 4. ad fin. C. de annon. & tribut. sed
tunc officialis de culpa via ordinaria erit te-
nendus, *Angel. post Bart. tract. de syndicat. n. 4.*
Et his terminis retentis syndicandus, vel non syn-
dicandus erit Judex ob injustam sententiam,
10 nam si solum levis culpa ei imputari potest, ut
quia verisimilem opinionem secutus fuit, nequa-
quam erit in syndicatu molestandus, *Menoch.*
de arbitr. cas. 339. n. 2. Farinac. q. 90. n. 102. si ve-
ro error juris magis clarus sit, tunc dicitur Ju-
dex in culpa lata, *Farinac. dicta qu. 111. n. 479.*
sed tamen illa duplex esse potest *Farinac. qu. 88.*
num. 60. & 67. alia simplex, & ordinaria, quæ
ex mero juris errore oritur, & hæc solum civi-
liter punienda erit ad interesse partis, vel minus
arbitrio Judicis, cum magis accedat levi culpæ,
quam dolo, *Farinac. q. 111. n. 446.* altera latior
valdè enormis, & emanans ab ignorantia crassa,
& supina juris, quæ affectata dicitur, & quam
Cagnol. l. contractus n. 6. ff. de reg. jur. appellat la-
tam culpam malitiæ, & versutiæ, & hæc omni-
nò criminaliter punitur, *Farinac. dicta q. 111. n.*
484. q. 87. n. 45. & q. 90. n. 100. cum seq. quæ talis
esse potest aliquando, ut deveniri possit ad pœ-
nam ordinariam, ex traditis ibi à *Farinac.* quod
rarò tamen, & non nisi ex magna causa admit-
tenda erit, cum re vera sit dolus præsumptus, &
non verus, *Farinac. d. q. 88. n. 60.* quia taliter non
punitur in delictis, *Farinac. dicta q. 37. nu. 121.*
& testatur *Bovad. ubi supra n. 55.* Tribunalia su-
prema non syndicari de injustitia, secus quoad
officiales temporales, ubi reddit rationem dif-
ferentiæ, quod tamen ego non admitto, quando
versamur in culpa illa latioris versutiæ, & mali-
tiæ, hinc vidi observari in visitationibus, quæ
de more fiunt in Italia ex ordine Suæ Majestatis
11 injungi, quod non permitteret Sua Majestas
Tribunalia molestari ob injustitiam, nisi vel ali-
quid factum fuisset contra ordines Regios, vel
aliundè, quamvis ex sola injustitia suspicio doli
colligi possit.
Notandum tamen est dolum hunc difficile in offi-
ciali præsumi ob injustitiam, cum potius error
12 juris, & sic lata culpa præsumitur, quam dolus,
Bald. l. observare §. proficisci n. 24. q. 29. ff. de offic.
Procons. Cravetta cons. 847. n. 3. Menoch. præ-
sumpt. 21. n. 3. & præsumpt. 3. n. 31. & 32. Boss. tit.
de official. corrupt. n. 19. Farinac. dicta qu. 111. nu.
381. & 481. & q. 37. n. 121. fallit quando Judex
esset valdè peritus, ex traditis ab eodem *Me-*
noch. lib. 6. præsump. 22. n. 4. & in specie *Farinac.*
dicta q. 111. n. 385. qui idem tradit quãdo noto-
ria, & valdè esset injustitia, quod eo maximè ex
causa aliquid faciendi, vel non faciendi perpen-
dendum esse existimo, *Menoch. præsumpt. 3. nu.*
11. lib. 5. & idem dic de negligentia, nam ex ea
regulariter non præsumitur dolus in officiali,
Barbos. l. filiusfam. n. 81. ff. de Judic.

SUMMARIUM.

1 *Officiales num teneantur ex omissionibus, &*
negligentiis in officio commissis.
2 *Et quid propter inhabilitatem, insufficientiam,*
vel imperitiam.
3 *Actio rei malæ judicatæ num sit actio crimina-*
lis, vel civilis.
4 *Visitatio non practicatur in Italia contra su-*
prema Tribunalia ob injustitiam, nisi propo-
natur facta contra ordines Regios, redactos in
volumine Legum.
5 *Magistratus superiores num visitentur de re-*
bus judicatis in Aulis, & quid quando res ju-
dicata contineret turpitudinẽ, vel iniquitatem.
6 *Officiales inferiores ex generali consuetudine*
non syndicantur pro iniquis sententiis.
7 *Et quid in judicio visitationis, stantibus am-*
plissimis commissionibus Visitatorũ Generaliũ.
8 *Visitatoris sententia num sit proferenda in soli-*
dum, vel pro virili contra officiales, & num
sententiæ executio suspendatur per remedium
divisionis.
9 *Executio sententiæ latæ in judicio syndicatus*
num sit facienda insolidum, vel pro virili.

OBSER-

OBSERVATIONES
Ad Artic. V.

AD confirmationem eorum, quæ hic per *D. Authorem* traduntur obſervandum erit,
quod officiales coerceri poſſunt pœna privatio-
1 nis, nedum ex fraudibus, ſeu ſceleribus in offi-
cio commiſſis, ſed etiam ex omiſſionibus, & ne-
gligentiis, juxta *text.in l.quicumque*, *C. de di-
verſ.official.& Apparit.lib.*12. cujus verba cum
magno *DD.*cumulo afferuntur per *Reg.de Phi-
lippis differt.fiſc.*14.*à n.*14.*cum ſeqq.qui num.* 18.
hoc recipiendum putat in negligentia diſſoluta,
dolo proxima commiſſa in gravibus, & non in
levibus, quia diſſoluta negligentia prope dolum
eſt, *ex l.ſi fidejuſſor* 29.*ff.mandati*, & deciſum
habetur apud *Reg.Reverter.deciſ.*114.*in fine*,
ubi quamvis firmaverit, quod officialis potuiſſet
officio privari propter inhabilitatem, & inſuffi-
2 cientiam, tamen vota fuerunt contraria, adeo-
quod inutiliter hoc fuiſſe dubitatum, dixit *Dom.
Reg.de Mariu ibid.n.*3. ſed quod ſola negligen-
tia, vel inhabilitas ſufficiat ad privationem,
quando eſt craſſa, & ſupina, dixit *Horat. Mon-
tan.de Regalib.offic.n.*270.*fol. mihi* 241. Judices
tamen Superiores non viſitantur de imperitia,
*Berart.in ſpecul.viſitat.cap.*25.*n.*56. & alii apud
*Calderà deciſ.*94.*n.*33.maximè de rebus judica-
tis in Aula, ut inferius pleniùs dicam.

Verum actio rei malè judicatæ contra Magiſtra-
tus non eſt vera actio criminalis, ſed civilis, ut
3 ex *Bellug.& Bovad.*monet *Calà de Viſitat.Ma-
giſtrat.differt.*8.*n.*2.

Author noſter tangit hic, quod Tribunalia Supre-
ma non ſyndicantur de injuſtitia, & quod ità ſer-
vatur in viſitationibus, quæ fiunt in Italia, niſi
aliquid factum ſit contra ordines Regios, & Ego
addo requiri, quod ordines Regii ſint typis im-
4 preſſi, & redacti in volumine legum, ſeu Prag-
maticarum, quià alias poteſt allegari ignorantia
legum extravagantium, & nulla pœna tenetur
officialis, *Giurb.conſ.*72. *n.* 52. *Cyriac. controv.*
555.*n.*85.*tom.*4.*Reg.de Ponte conſ.* 146. *nu.* 34.
*lib.*2.

Verum illud hic adnotare non erit omittendum,
quod Magiſtratus ſuperiores non viſitantur de
5 rebus judicatis in Aulis, quæ habent authorita-
tem ab extrinſeco, *Solorz.de jur. Indiar. lib.* 4.
*cap.*8.*n.*55.*&* 56.*Larr.deciſ.Granat.*98.*n.*59. *D.
Creſp.de Valdaura obſerv.*6. *n.* 10. *D. Calderà
deciſ.*94.*n.*36.*tom.*2. ubi adducit rationes, & no-
viſſimas res judicatas, & latè differit *D. Hiero-
nym.Calà in ſuo noviſſ. tract. de Viſitat. magi-
ſtrat.differt.*8.*n.*3.*&* 4. qui reſtringit concluſio-
nem, quando res judicata contineret turpitudi-
nem, vel iniquitatem, tamquam per ſordes pro-
latam, vel ob relationem veritati contrariam
collegis factam, & in his terminis intelligendam
puto doctrinam *Thom.Grammat.in conſ.crimin.*
54.*& Viv.deciſ.*37.*n.*19. qui dixerunt Audito-
res, & Judices M.C.V. non ſyndicari, niſi de
ſententiis, in quibus fuerunt Commiſſarii, &
non de aliis factis ab eorum Collegis, ſed in
contrarium ponderari poteſt *text. in l.ſi tu*, *&
Collega tuus, C.de Magiſtrat.conveniend.Cara-
vit.in Rit.*98.*n.*2.*Laganar.ad Rovit.ſup.Pragm.
de Syndic.Official.à n.*61.*cum ſeq.*

Hanc concluſionem ego extendo in omnibus offi-
cialibus etiam inferioribus, qui ex generali con-
6 ſuetudine non ſyndicantur pro iniquis ſenten-
tiis, *Reg.Rovit.in Pragm.*1.*n.*39.*de ſyndicat. of-
ficial.* quod procedit etiam in judicio viſitatio-
nis, in quo non obſtantibus ampliſſimis commiſ-
ſionibus, quæ dantur Generalibus Viſitatoribus
præſumitur Regem ſe uniformem reddere cum
7 generali hac conſuetudine, ut in terminis ſcrip-
ſerunt *Alex.Raudenſ.conſ* 49.*n.*87. *& Maſtrill.
de Magiſtrat.lib.*6.*cap.*8.*num.*2.relati per *Joann.
Laurent. Roger. in allegat. inſert. per Laganar.
ad Rovit.ſuper Pragm.*1.*de ſyndic. official. nu.* 7.
quos noviſſimè laudat *D.Calderò deciſ.* 95.*num.*
19.*tom.*2.

Accedit inſuper, quod Viſitatoris ſententia contra
Magiſtratus ex dolo, vel culpa, eſt proferenda
8 inſolidum, & non pro virili, ex quo culpa, & do-
lus non poſſunt pro parte committi, *D. Creſp.
de Valdaura obſerv.*84.*p.*2. ubi ſic refert reſolu-
tum per illud Supremum Conſilium, ponderat
text.in l.Magiſtratus 7.*ff. de Magiſtrat. conven.*
quem miratur non citaſſe *Carlev.de Judic. diſp.*
5. Verum non poteſt procedi executivè, cum
in executione proponi poſſit remedium diviſio-
nis, ſuper quo dandus eſt terminus, ſi omnes
ſunt ſolvendo, *Reg.de Ponte dec.*10.ubi ſic in fi-
ne judicatũ refert per Supremum Italiæ Conſi-
lium, ſequitur *Berart.in ſpecul.viſitat.cap.* 26.*n.*
69.70.*&* 71.ubi quod regulariter Judex in ſyn-
dicatu non tenetur, niſi in quantum facere po-
teſt.

Inſolidum tamen eſt facienda executio ſententiæ
latæ contra plures querelantes in judicio ſyn-
9 dicatus, ſeu viſitationis juxta limitationem *text.
in l.*1.*C.ſi plur.unic.ſentent.*ſecundum quam de-
ciſum refert *Rovit. ſuper Pragm. de ſyndicat.n.*
65.*&* 72. concordant ſcripta per *Reg.de Mari-
nis lib.*1.*ſuar.reſol.cap.*315.*n.* 3. ſed contrarium
noviſſimis temporibus deciſum legitur apud
*Reg. Ducem Vaſti Girardi in comment. ſuper
Ritib.M.C.V.*297.*à n.*49.*ad* 62. *tom.* 4. de quo
memores fuimus in noſtris *Obſervat.ad ſing.no-
ſtri Genitor.ſing.*380.*&* 381.*n.*15.

Franciſcus Maradei.

SVMMARIVM.

1 *Officialium delicta probantur plenis probatio-
nibus ſi agatur criminaliter, conjecturis, &
præſumptionibus ſi civiliter proponatur accu-
ſatio, & n.*15.

2 Te-

Digitized by Google

2 *Testes mediatores, quærelantes, carcerati, & corruptores repelluntur.*
3 *Accusare Officialem de barattaria an quilibet teneatur.*
4 *Testibus singularibus bonæ opinionis, & famæ an sit credendum in crimine barattariæ.*
5 *Afferuntur distinctiones, & n.6.*
7 *Et quid quando agitur de probando delictum in genere per testes singulares deponentes super diversis speciebus, vel de probanda eadem specie. Conciliantur opiniones adhibita distinctione quinque casuum, n. 8.9.10.11.& 12.*
13 *Indicia diversa tendentia super diversis delictis num conjungi possint ad infligendam pœnam ordinariam.*
14 *Pœna suspensionis, & privationis officii dicitur pœna extraordinaria, si de barattaria agatur.*

ARTICULUS VI.

Quales probationes requirantur contra Officiales.

PORrò ad probandum hujusmodi delicta in officio si criminaliter agatur, requiruntur plenę probationes, sicuti in quolibet alio crimine, da-
1 to quod sit difficilis probationis propter præsumptionem, quæ stat pro officialibus, *Boss. de official.corrupt.n.14. Mascard.de probat. conclus.* 165 *n.4.Menoch.de arbitr.cas.*116.*n.*23.*Farinac. q.*111.*n.*264.secus si civiliter, nam tunc admittuntur conjecturæ, & præsumptiones, *Boss. dicto n.14.Mascard.& Farinac. ubi supra Decian. dicto lib.*8.*cap.*38. *n.* 1. hinc sequitur testes non omni exceptione majores, si civiliter agatur, esse idoneos. secus si criminaliter, *cap. 2. de testib. lib.6.Amed.de syndicat. n.* 568. & 187. *Grammat.conf.crimin.*35.*n.*45.*Farinac.d.q.*111. *num.* 272.*Decian.dicto cap.*38.*n.*2. *Boss. ubi supra nu.* 58. quibus in locis agentes de mediatore pon-
2 derant, an is partem pecuniæ acceperit, vel detulerit pecuniam Judici, ità ut agat de se exonerando ad ejus fidem minuendam requiruntur etiam leviores probationes, quando officialis mala fama laborat, *Paris de syndicat.in verb.testes cap.*2. excludunt à depositione quęrelantes, corruptores, & alios ab officiali carceratos *Amed.de syndicat.n.*190.*Dulcett.n.*29.*Farinac. dicta q.*111.*nu.* 215. sed ubi testis turpiter pecuniam non dedisset, ut quia illam dedisset, ut citius causa expediretur, ut redimat vexationem, vel ut redimat proprium sanguinem, de quibus latè *Farinac.dicta q.* 111. *n.* 109. & renunciaret expressè repetitioni, utique probaret, idem *Farinac.de testib.q.*60.*nu.*51. *Menoch. de arbitrar. cas.*235.*n.*26.

Sunt tamen, qui existimant quemlibet teneri officiales accusare, *l. jubemus C.ad l. Jul. repetund.* dum dicit *jubemus*, atque *hortamur*, *Decian.in tract.crimin.lib.*8.*cap.*37.*n.*6. & *Auth. ut Judic. sin.quoq.suffrag.§.necessitatem, vers.sed etiam*
3 conceditur licentia officialibus deferendi officialium delicta, addendo, *imò necessitatem*, per quem *text.* idem affirmat *Paris de Puteo loc. cit. verb.Judicis cap.*3.ubi pœnas contravenientium subdit, quem sequitur *Luc.de Penna, l.Judices in verb.sceleribus, vers.item nota, C. de dignit. lib.*12.& *Bajard. in addit.ad Clar.q.*73. *nu.* 24 qui refert *Ritum Regni Neapolitani* obligantem Judicem Vicariæ revelare barattariam alterius, quod tanto facilius procederet, si Judex, seù syndicator jussisset sub pœna, ut quilibet notificare teneretur delicta officialium, quod potest facere *Farinac.q.*51. *n.* 19. *Bajard. ad Clar. q.*25.*vers.sed nunquid Rimin.conf.*327. *lib.* 3. & ideo delator his casibus, quę necessitate legis, vel præcepto Judicis detulit, fidem faceret, & habetur tamquam testis, *Boss.tit.de dilat.num.*2. *Farinac.de testib.q.*60.*num.*70.*cum seq.* sed hæc apud me satis dubia sunt, cum magis voluerit Imperator *dicta l.jubemus*, & *dicto § necessitatem*, hortationem facere enixam, quàm præceptum pœnale, ideo incidenter jussum, & necessitatem admittunt causativã, videlicet si volunt bono publico consuli, non autem præcisam, & licet Judex possit ex causa id imperare, tamen quantum fieri potest, debet abstinere ab hujusmodi edictis inusitatis, ex quibus multi simplices captarentur, *Sola ad constit. antiq. Sabaud. tit.ut nemo invit.accus.n.*8.*cum seqq.usque ad finem*, & sic firma remanet Interpretum opinio supra adducta, quod quęrelantes, & accusatores à depositione contra officiales excluduntur.

Quod si à lege municipali caveretur, ut testibus singularibus bonæ vocis, & famæ in hoc crimi-
4 ne fides adhibeatur, tunc id erit servandum, *Jason.l.admonendi n.*77.*ff.de jurejur.* dummodo probata sit bona fama testium, & sic qualitas à statuto requisita, in qua realiter se fundat *Farinac.q.*47.*n.*712.*Grammat.conf.*35.*n.*28.*Covarr. de testament.cap.relatum nu.*6. *Franc.decis.*644. *par.*4.tantò magis si lex requireret optimam existimationem, *Menoch.præsumpt.*1.& quod testis ille singularis sit omni exceptione major, *Dec. conf.*101.*n.*4.*ad med. Jas. in repet.dictæ l.admonendi n.*247. & deponat immediatè de delicto, non super adminiculis, idem *Dec. conf.* 3.*nu.*9. secus si admitteret solum dictum turpiter dantis, vel prætendentis restitutionem, tunc enim non videretur recipienda hujusmodi lex municipalis, *ex Farinac.de test.q.*64.*n.* 197.An autem hoc procedat in judicio visitationis, dixi infra *art.*11.*sed an quicumque testes*, non negarem tamen in terminis juris communis, si plures testes singulares integrè deponerent de diversis barattariis, quin possit deveniri ad pœnam extraordinariam.

Quod ut faciliùs constare possit, repetendæ sunt con-

Digitized by Google

contrariæ in hoc Interpretum opiniones, alii
5 enim existimant, quando dicta testium singula-
rium diversis actibus deponentium diriguntur
ad probandum generale quoddam crimen, eos
facere plenam probationem quoad pœnam or-
dinariam, puta si unus testis deponat de verbis
hæreticalibus, alter de aliis in diverso tempore,
& loco, item si unus deponat de una blasphe-
mia, alius de alia, unus de una barattaria, alius
de alia, cum enim testes tendant ad probandum
reum esse hæreticum, blasphemum, vel corrup-
tibilem, & si cum conveniant in finem principa-
lem, nihil refert quod differant in medio, per
quod deponunt, *l. qui sententiam, C. de pœnis,
gl. in ver. adsistet l. ob crimen, §. fin. ff. de test. pul-
chrè Roland. à Valle cons. 33. col.* 1. sunt enim
contestes de quo agitur, licet singulares in quo-
libet speciale actu, *Salycet. l. actum n. 5. & 6. C.
de probat.* & hanc opinionem multi amplectun-
tur, quos cumulat *Gabr. tit. de testib. conclus. 2.
num. 18. Rimin. Jun. cons. 7. n. 27. cum seqq. Pa-
cian. de probat cap 14. n. 3. & 4. Farinac. de test.
q. 64. n. 150. Petr. de fideicomm. q. 12. nu. 538. &
Pacian.* comprobat opinionẽ ex mente aliorum
ea ratiocinatione, quod hi testes singulares in
effectu non inducuntur ad probandos illos a-
ctus particulares, sed ad probandum genus, &
ità actus particulares adducuntur in vim ratio-
nis, quasi quilibet dicat, Reum esse hæreticum,
sivè blasphemum, & id se scire, quia tali scilicet
tempore protulit talia verba, circa quam ratio-
nem nulla singularitas obstat, cum quilibet te-
stis reddat particularem rationem sui dicti; Alii
verò in contrariam penitus ivere sententiam,
existimantes hoc casu nullo modo probari deli-
ctum nec in genere, nec in specie, *Salycet. l. te-
stium, C. de test. q. 8. num. 16. vers. . . Alex. cons.
72. n. 4. lib. 1. & ibi addit. in lit. A. & rursus in
cons. 100. n. 5. vers. fortius dicto lib. 1. Simancas
de hæret. lib. 64. n.* 80. qui eadem *Salycet.* ratio-
cinatione utitur, *Royas de hæret. p. 2. exercit. 6.
num. 142. Pegna ad director. inquisit. lib. 3. schol.
3. vers. erga primum, ad primum, Mascard. de
probat. conclus.* 856. *n.* 10. & alii multi, quos alle-
gat *Petr. de fideicomm. q.* 12. *n.* 149. & *Farinac,
q. 64. n.* 151.

Porrò inter multa, quæ in discussione harum opi-
nionum afferuntur, pauca quædam adnotanda
6 sunt, & primum illud est requiri, quod concor-
dent testes hi singulares in idem genus, ità ut
idem genus turpitudinis reperiatur in qualibet
specie, de qua singuli deponunt, ut dixit *Bald.
num. 4. cons. 449. ad evidentiam lib.* 5. requiritur
enim, quod ratio concordiæ sit eadem veritas,
licet diversis modis percepta, quæ pluribus ap-
pareat, in eis causet eandem scientiam, *Bald. l.
actor n.* 18. & 19. *C. de probat.* & sic hujusmodi
notitia repræsentata in animis testium fit com-
munis, & non singularis, ut docet idem *Bald.
cons.* 465. *visis dictis articulis nu. 66. lib.* 4. quod
fieri non poterit, nisi concluderint in idem ge-
nus, ut omnes fatentur primam opinionem fir-
mantes; unde solum conjungi possunt testes in
materia, de qua agimus, deponentes de singulis
barattariis, non autem illi, qui de diversis mu-
neribus fortè deponerent, quod est aliud genus
delicti, sed hi conjungentur ad diversam pœ-
nam, cum enim in uno agatur de probanda tur-
pitudine barattariarum in genere, in alio de re-
ceptione munerum in genere, & sic de diversa
pravitate singula sunt probanda per actus com-
prehensos sub eadem specie, sivè genere subal-
terno, *Salycet. dicta l. actor n. 7. & Bald. nu.* 18.
Gabr. tit. de test. conclus. 2. n. 27.

Neque obstat si supponamus agi magis de amplo
genere, nempe officialem recipere contra pro-
hibitionem juris, tunc nec posse probari per te-
7 stes singulares, deponentes tam de barattaria,
quam de muneribus, cum in his singulis actibus
reperiatur idem genus turpitudinis recipiendi
contra jura, sicuti *Bald. & Salycet.* proximè al-
legati dicunt, quando agitur de probanda juris-
dictione in genere, quatenus sub se continet
merum, & mixtum imperium, ac jurisdictionem
in specie sumptam, nam respondeo hoc qui-
dem esse verum, & quod tunc nequaquam po-
terit dici probata turpitudo barattariæ, ut idem
fatentur, sed solum turpitudo generalis reci-
piendi contra jura, & ita nullus respectus habe-
ri poterit ad qualitatem barattariæ, & hoc nos
concedimus, præterea non ità latè est accipien-
da hujusmodi probatio in genere, alias jam se-
queretur proponi posse, quod agatur de pro-
bando homine delinquente in genere, & ità pos-
se conjungi testes singulares deponentes de sin-
gulo quoque delicto, quantumvis separato, &
tunc optimè militarent ratiocinationes, quibus
moti *Simancas, & Royas in locis citat.* irrident
hujusmodi assertionem *DD.* probandi delictum
in genere, nec mihi ipsi fingere possunt, quæ
pœna tunc imponi possit, cum nulla species de-
licti probata sit, quibus tales pœnæ impositæ
sint à lege.

Secundum est, quod omnes admittunt singulares
hos testes non probare singulas species, seu ca-
8 sus, de quibus singuli deponunt, sed tantum in
genere, *Alex. dicto cons. 72. n. 2. lib. 1, Farinac. q.
64. n.* 185. tunc fit, quod si quis sit accusatus de
hac, vel de illa barattaria, illæ nequaquam pos-
sunt probari per singulares testes de his depo-
nentes, cum tunc in specie sint probanda, sicuti
deducta fuerunt, non in genere, *Salycet. l. 3.
num. 16. vers. Ego teneo, C. de testib. Bart. dicto
cons. 449. n. 4. lib.* 5, & tales testes potius inferant
ad multiplicitatem delicti, quam ad probandum
unum solum, ut ait *Alex. post Butr. dicto cons. 72.
n. 3. vers. similiter Petr. dicta q. 12. n. 717. juncto n.*
720. quo fit ut difficile in judicio visitationis,
de quo agimus, recipi posse videatur prima opi-
nio, tunc quia capita specialiter sunt danda de
qua-

Digitized by Google

qualibet barattaria in termino, ut si generaliter ederetur aliquod caput, dicendo, quod officialis plures commisit barattarias, non potest deveniri ad sententiam, ut dixi *art. 1. in 3. special.* quo casu plena probatio requiritur in singulo capite, tum quia in eo probatio generalis, quod Judex est corruptibilis, non sufficit ad condemnandum, sicuti nec ipsa confessio generalis sufficeret, *Boss. tit. de confess. n. 42. Farinac. q. 81. n. 31.* & prima illa opinio procedit, quando sufficit probatio generalis, *Bald. dicto consf. 465. n. 7. lib. 4. & Salycet. dicta l. testium n. 16. ibi, ubi hæresis in genere deducta fuisset, licet libellus de jure admitti non debeat*, sed tamen contrarium verius existimo, quia cum in hoc judicio procedatur sola facti veritate inspecta, non attenditur, quod deductum sit, sed quod potest ex narratis deduci, ut supra dixi, *art. 1. in 3. special.* ideo licet non fuerit propositum delictum in genere, sed tantum in specie, cum tamen id colligatur ex narratione specierum potest super eo procedi, specialitas gravaminis requiritur ad hoc ut defensionibus via certa aperiatur, non ad hoc ut solum super delicto speciali procedatur, & dato, quod posset quæri de delicto in genere, videlicet subalternato, quod ego facilè admitto in hoc judicio, in quo non est principalis intentio singulorum delictorum pœnas prosequi, sed officiales malè versantes in officio ad emendationem leviter punire, veluti incorrigibiles ab officio amovere ad utilitatem universæ Reipublicæ, unde delictum in genere satis potest excitare Principem ad providendum aliqua via bono publico, tunc hujusmodi probatio per singulares testes in singulo actu satis dicitur specialis, quatenus refertur ad illud genus, non autem generalis, ideo sufficit secundum illos, qui dictam opinionem firmant, hinc etiam infertur non dici probata munera in singulo casu ad pœnam dupli de quo infra *art. 11. vers. at notandum.*

Tertium est, quod illa prima opinio procedit, licet solum adsint duo testes singulares de diversis
9 actibus, *Bald. dicta l. actor n. 17.* & alii sæpè *Pegn. ad Direct. dict. l. 3. Scol. 127. col. 7. vers. & quæ hactenus diximus*, sed multi eam acceipiunt solum quando major numerus testium cõcurrerit, *Addit. ad Alex. dicto consf. 72. n. 3. lit. A. lib. 1. Covar. variar. lib. 3. cap. 3. n. 4. ad fin. Simancas dicto tit. 64. n. 77. & Farinac.* alios allegat *dicta q. 64. nu. 208. & 209.* quam opinionem approbavit *lex Regni Castellæ*, quæ in similibus casibus requirit saltem tres testes singulares de actu diverso, & *Pragm. Neapol 4. sub tit. de muner. official.* quę requirit quinque testes, ubi sunt de diversis casibus, & certè hoc rationabilius, & tutius est, ad hoc ut numerus suppleat talem qualem defectum contestationis, & id vidi in hujusmodi visitationis officio practicari, quia nunquam deventum fuit ad aliquam condemnationem, quando tamen adsunt duo actus cum singulis testibus.

Quartum est, quod resolutio hujusmodi controversiæ dependeat à vera cognitione termini, quî
10 operatur, testium copulam, seu contestationem, & qui primam opinionem tuentur, inter quos primum locum obtinet *Bald.* tum in *consiliis*, tum in *lecturis*, in eo fundant sufficere ad reddendum testes contestes, quod eadem verba repræsententur in notitiam eorum, licet diversis modis (addo) & temporibus, quæ identitas veritatis est notitia, sicuti militat, si agatur de probando aliquid in genere, ità deficit, quoad probationem singularium actuū, nam alias est veritas, & scientia unius actus, & alia alterius actus *Bald.* subtiliter perpendit in locis supra allegatis in *primo notabili*, qui verò aliam opinionem tuentur, & præcipuè *Abb. consf. 42. lib. 1. col. fin. vers. probo*, postremò tradunt id, quod refert testes contestes esse solam appropinquationem ad sensum eorum eodem tempore factam, quæ deficit, quando singulares testes de diversis actibus deponentes inferunt ad genus, & huc spectat, quod ait *Alex. dicto consf. 72. lib. 1. num. 4. versic. nam dictum testis*, & ideo ex quo testis est singularis in causa per eum allegata, nec habet contestem, non probabit, quod intellige in causa videlicet immediata, per quod factum devenire potest ad notitiam testis.

Quintum est, quod aliqui differentiam constituunt, utrum agatur de probando delicto in genere
11 per testes singulares deponentes super diversis speciebus, an agatur de probanda eadem specie, puta de eadem hæresi, vel eadem blasphemia per testes singulares deponentes de verbis prolatis diverso tempore, & loco, *Siman. in dicto tit. 64. nu. 75. Pegna scol. 127. col. 5. vers. subsequitur nunc*, sed nullam inter hos casus constituendam esse differentiam melius docent *Royas dicto tract. de hæret. par. 2. assert. 1. nu. 145. Farinac. dicta qu. 64. nu. 214.* qui alios refert, in utroque eadem ratio singularitatis militat.

Quo vero ad quæstionem principalem difficile est interponere judicium in re adeo controversa
12 apud antiquos Patres, & tutiùs esse praxim doctissimorum Virorum sequi, qui mediam viam eligentes observarunt, neque condemnandum esse Reum, juxtà primam opinionem, neque absolvendum juxtà secundam, sed pœna extraordinaria illo casu eum puniendum esse, cum qua etiam transit *Directorium Inquisit. lib. 3. qu. 72.* & ibi *Pegna scol. 127. col. 3. in princ. & col. 9. in princ. Royas dicta assert. 6* quo solum loci reiicit primam opinionem, quod pœnam ordinariam, *Farinac. dicta qu. 64. nu. 218.* & hoc etiam scripsisse judico in casu, de quo *Rimin. jun. dicto consf. 9.* constat ex eo, quod dicit *nu. 23.* nempè judicatum fuisse, quod Reus teneretur abjurare palàm, hæc enim est pœna extraordinaria, nam si eum habuissent pro Reo convicto, uti nega-

negativus erat Curiæ seculari relaxandus, atque in idem tandem inclinat *Campeg. in addit. C.ad Zanchin. de hæret. cap. 12. in verb. singulares vers.cui tamen hæc, nimis aspera videretur*, pro qua facit *Bald.dicto cons.455.lib.4.*qui *n.7.*loquitur in hæc verba: *Sed hic quilibet testis facit indicium, sive argumentum, & omnia argumenta sunt ejusdem generis, unde unum fortificat reliquum, juxtà notata* in *l.11.§.1.ff.de excusat.Tutor. & Curat.* & licet in specie sit diversitas, tamen in genere est eadem qualitas, & omnes isti actus habent causas colligatas quantum ad idem genus turpitudinis, unde non sunt omninò, nec simplicitèr testes singulares, sequitur, quod nec etiam sunt absolutè contestes, ideò multum rationi convenit, ut solùm sufficiant ad pœnam extraordinariam, si plures adsint de muneribus, ità ut etiam respectu hujus secundi capitis possit deveniri ad aliam pœnam extraordinariam, ut supra dixi *primò notabili*, & sic de reliquis, tunc sine dubio possunt conjungi, & graviori pœna extraordinaria simul coerceri, quod sæpiùs vidi observatum fuisse, tunc enim non conjunguntur indicia diversi generis ad faciendam probationem, quia non licet, sed unica sententia pœnæ arbitrariæ comprehenduntur contra eundem hominem, quod non est prohibitum.

Dubitatum autem fuit in Senatu Mediolan. si inquisitus de assassinio, furto, aut rubaria ità in singulis capitibus esset judicatus, ut pro quoli-
13 bet condemnandus esset perpetuò ad triremes secundùm morem illius Provinciæ, an omnibus cumulatis posset deveniri ad pœnam ordinariam furcarum, & dum aliqui existimarent nequaquam posse in criminalibus conjungi diversa inditia tendentia ad diversa delicta ad pœnam ordinariam, nec hoc esse conjungere pœnam, sed ad diversam, & ordinariam pœnam transitum facere, quæ sicuti in singulo delicto imponi non potest, ita nec si de eis agatur simul; communis tamen opinio est in contrarium, & ita furcis suspensus fuit Reus, quod summæ authoritati illius Senatus contra hominem perditum, & diffamatum concedi potest, de qua *Boss.tit.de remed. ex sol.Clement.Princip.n.46.*

At in judicio, de quo agitur, licet non soleat excedi pœna suspensionis, & privationis officii, (ut dixi *supra art.1. in 7.spec.*) adhuc tamen illa di-
14 citur pœna extraordinaria, si de barattaria agatur, cum aliæ pœnæ à Jure cumulatę omittantur, aliquando possent concurrere tot testes de diversis casibus, & talibus adminiculis, & præsumptionibus corroborari, ut moveat animum Judicis ad hujusmodi graves pœnas imponendas, ex traditis per *Covarr.dicto cap.3.num.4. ad finem lib.3.var.Cravetta cons.73.num.36.* Pœna enim extraordinaria, quæ imponitur ob defectum concludentis probationis apud Supremos Judices extenditur etiam ad mitiorem corporalem, *Clar.§.fin.qu.63.vers.tu scis, Farinac. quæst.86. num.117.*

Cum igitur ex supradictis constat, leviores probationes requiri, si agatur civilitèr, & fortiores si
15 criminalitèr, non levis est dubitatio in judicio visitationis, an videlicet agatur civilitèr, ità ut sufficiant conjecturæ, & præsumptiones ad condemnandum, dum via inquisitionis proceditur ad mitiorem pœnam, *cap.per tuas de simon.* an verò potius agatur criminalitèr, & sic plenæ requirantur probationes, cum per rigorosam inquisitionem procedatur, & condemnetur Officialis ad pœnam pecuniariam dupli, vel tripli, vel ob aliam extraordinariam ad suspensionem officii, ac etiam ad ejus privationem, ut supra dictum fuit in *art.7.special.* at ego omissa disputatione adverto, sicut generale est in omnibus delictis duplicem oriri actionem, alteram civilem ad privatam utilitatem, alteram criminalem ad publicam vindictam, *l.fin. ff.de furt.l.1.C. quand.civil.act.* ita speciale esse in his syndicatibus contra Officiales, ut in eodem judicio, & processu principalitèr Officialis criminalitèr, & civilitèr condemnari possit, *Bald. l.venales, C. quan.provocar.non est necess. Amed. de syndicat. num.167.& num.216.Grammat.vot.25.num.7. Decian.dicto lib.8.cap.37.num.15.Farinac.dicta qu.111.num.184.* & fusè allegant *Auth.ut Jud. sin.quoq.suffrag.§.oportet et l 1.* qui non sine difficultate inducitur, & adverte quod *Farinac.n. 183.* existimat contrarium docere *Bald. in l. quod evitandi, C.de condict. ob turp. caus.* sed si rectè perpendantur *Bald.* verba, loquuntur in diverso casu, nempè quando solum civilitèr processum fuit, & dicit tunc ex eo processu civili non posse deveniri ad condemnationem criminalem, sed si criminalitèr principalitèr agatur, & sic processu criminali utique etiam criminalitèr agi potest, ut dictum fuit, & in propriis terminis distinguit *Barbos.l.si ab hostibus 11.§.final.num. 50.ff.solut.matrim.* si igitur agatur de inferenda pœna criminali, dicam nos versari in judicio criminali, & requiri probationes concludentes; si verò agatur de pœna civili, tunc admittam sufficere præsumptiones, & conjecturas, argumento *text.in cap.quoniam, & cap.cum literis de testib.Maranta in specul.par.4.dist.1.num.33.*

SUMMARIUM.

1 *Testes singulares an conjungantur ad probandas sordes, & corruptelas, Judicis.*
2 *Probatio resultans ex testibus singularibus; num concludens sit pro pœna ordinaria.*
3 *Inditia unius delicti num possint cumulari cum inditiis alterius delicti ejusdem, vel diversæ speciei ad infligendam pœnam ordinariam, vel extraordinariam.*
4 *Reus inquisitus de pluribus criminibus merentibus pœnam exiliarem potest pro omnibus pœna relegationis damnari.*

OBSERVATIONES
Ad Artic. VI.

Hic accedit illud, quod dicemus ad *Art.* 11. ubi plenius agemus quomodo probentur Officialium delicta, & si sufficiant tales quales probationes, & conjecturæ.

Testes singulares singularitate cumulativa conjunguntur ad probandas sordes commissas per Ju-
1 dices, dummodò sint contestes de facto, vel de circumstantiis facti per doctrinam *Bald. in l. de quibus n.* 37. *de legib.* & ex aliis apud *Reg. Mattheis controv.* 76. *num.* 18. & 51. Sed quod hæc probatio non dicatur probatio concludens ad
2 pœnam ordinariam, sed ad pœnam extraordinariam, vel ad torturam, dixit *Raynald. observat. crimin. observat. ad cap.* 32. §. 4. *dub.* 2. *suppl.* 7. *à n.* 10. *cum seqq. tom.* 3. concurrit cum hac opinione *Anton. Gomes. tom.* 3. *variar. resol. cap.* 12. *n.* 12. *Mascard. de probat. conclus.* 894. *n.* 11. *vol.* 2. *Carpzov. in prax. crimin. qu.* 123. *nu.* 54. *par.* 3. & quid in crimine usuræ, ubi quoque admittuntur in hoc Regno per statutum testes singulares, dicemus in *cit. art.* 11. *versic. illud in fine*.

Non recipienda videtur sententia Senatus Mediolanen. quam refert *D. Author num.* 13. *versic.*
3 *dubitatum fuit*, siquidem contra inquisitum, & inditiatum de pluribus capitibus nunquam potest deveniri ad pœnam ordinariam furcarum conjunctis, & cumulatis omnibus inquisitionibus, nedum quia vulgatum est in criminalibus probationes non conjungi, sed etiam Inditia unius delicti non possunt cumulari cum inditiis aliorum delictorum quoad pœnam ordinariam, sed benè quoad pœnam extraordinariam leviorem, quemadmodum refert practicatum per *Rot. Florent. Marc. Anton. Sabell. in summ.* §. *inditium num.* 10. de quo memores fuimus in *Observ.* 288. *num.* 7.

Benè tamen inquisitus de pluribus delictis merentibus plures pœnas exiliares potest pro omnibus
4 pœna relegationis puniri, *Gramm. vot.* 17. *Capiblanc. de Baron. cap.* 58. *tom.* 2. & hanc praxim servare M.C.V. testantur *Gizzarell. decis.* 90. *n.* 4. *versic. & hac, & Novar. decis.* 3.

Franciscus Maradei.

SUMMARIUM.

1 *Pœnæ quæ dicantur civiles, & quæ criminales in judicio visitationis.*

2 *Pœna tripli quæ infertur pro delicto barattariæ potest dici civilis, & criminalis.*

3 *Causæ omnes continentes pœnam à relegatione infra dicuntur civiles, & possunt cognosci à Barone habente in Regno jurisdictionem civilem.*

4 *Pœna pecuniaria applicanda Fisco an dicatur civilis, vel criminalis.*

5 *Pœna suspensionis, vel privationis officii, num dicatur causa civilis, vel criminalis.*

6 *Syndicatus judicium, num comprehendat omnes pœnas à jure impositas contra delinquentes in officio.*

7 *Princeps an possit suum Officialem privare prævia extrajudiciali informatione de rationabili causa, quæ movere potest animum suum, & inter rationabiles causas enumerari solet, quod Officialis sit crudelis, negligens, vel insufficiens.*

8 *Affertur discrimen inter privationem resultantem in judicio contentioso visitationis, & illam, quæ fit ex motu proprio Principis.*

9 *Pœnæ plures imposita contra Officiales, nempè pecuniariæ, & corporales an simul cumulari possint.*

10 *Officialis an possit officio privari ob delictum in alio officio commissum.*

11 *Officialis damnatus de crimine barattariæ, ex quo fuit privatus honore Doctoratus, num possit promoveri ad aliud officium habens adnexum munus judicandi, & num.* 12. 13.

14 *Tutor qui malè se gessit in prima tutela, num sit removendus à nova.*

15 *Officiales num à tempore delicti commissi in exercitio primi officii censeantur inhabilitati ad acquirendum aliud quomodocumque simile.*

16 *Officialis officio privatus ob delictum, num possit ad idem redire ex certa Principis scientia.*

17 *Officialis officio privatus, num possit privari exercitio alterius officii, quod exercet in alia Provincia.*

ARTICULUS VII.

Quæ sint pœnæ civiles, vel criminales in Judicio Visitationis.

Videndum igitur est, quæ sit pœna civilis, vel criminalis ex iis, quæ dixi de consuetudine imponi Officialibus mediante hoc judicio, &
1 primo loco quoad pœnam dupli, vel tripli applicandam Fisco dixit *Amed. de syndicat. nu.* 168. *Mascard. de probat. conclus.* 165. *num.* 4. *Farinac. dicta qu.* 111. *num.* 271. & extra pœnam dupli, vel tripli indistinctè civilem esse dicunt *August. ad Angel. de malefic. in verb. per Judicem maleficiorum in addit. incip. Adde tu in hac materia in principio, Paris de Puteo in verb. corruptio cap.* 3. *num.* 2. *tract. de syndicat. Boss. tit. de Official. corrupt. num.* 7. *vers. in hac opinione, Grammat. consil. crimin.* 35. *num.* 11. *in fine, ver.* 9. *quia re-*
2 *spondetur*, ubi etiam loquitur de pœna tripli à lege municipali indicta, prout & *vot.* 25. *num.* 7. *vers. Constitutio autem Regni, Farinac. qu.* 111. *n. num.* 142. & 159. *Decian. tract. crimin. lib.* 8. *cap.* 37. *num.* 1. & *cap.* 39. *num.* 20. Sed prior senten-
tia

tia magis placet, quæ accedit communi opinioni, quod quando ob delictum applicatur pœna Fisco, tunc semper dicatur causa criminalis. Peregr. de jur. Fisc. lib. 4. tit. 8. num. 8. Cagnol. lib. 11. num. 91. Clar. §. fin. qu. 1. vers. quarta igitur fuit opinio, Farinac. qu. 100. num. 10. Anton. de Nigris ad cap. Regn. Neapol. in cap. 235. ubi adest inserta Pragm. Reg. Ferdin. num. 4. vers. 6. opinio, pulchrè per Jo: de Plat. l. sciant omnes num. 4. C. de his, qui ex public. ration. lib. 10. & secundo loco adducta intelligi possunt, quando pœna applicatur Parti, tunc enim omnes supradicti fatentur judicium esse civile, Peregr. dicto tit. 8. n. 6. quod in terminis legis 1. C. ad l. Jul. repetund. accidit secundum aliquos Menoch. de arbitr. cas. 342. num. 15. & quando agitur de corruptione facta in causa civili ex l. & generalitèr, §. illud, ff. de calumniat. Amed. de syndicat. num. 170. Farinac. dicta qu. 111. num. 66. quos tamen ego non sequor, propterea hoc respectu DD. illam pœnam civilem nominarunt, quia parti applicatur civili judicio, vel dic illam pœnam tripli largo modo à DD. dici civilem, si conferatur cum pœna corporali, quæ ob idem delictum barattariæ infertur, nam pœna pecuniaria, habita ratione ad rigorem pœnæ corporalis, videtur quandam civilitatem sapere, Menoch. de arbitr. cas. 265. n. 6. & 8. unde cum corporali semper concurrit, ut infra dicam, non vero quod ex hoc dicatur civilis in strictiori significatu, quod ad hoc, ut sufficiant leviores probationes, nam quoad hoc erit causa criminalis, & sic diversis respectibus dici potest criminalis, & civilis, Salycet. pulchrè l. 1. num. 3. in fin. vers. & ipse glos. C. de sepulc. violat. Dec. in rubr. de Judic. collat. fin. vers. sed dicendum est nu. 49. de Nigris ad cap. Regn. Neapol. loc. cit. num. 8. ità Neapoli ex dicta Pragm.
3 obtinuit, ut causæ omnes dicantur civiles, quæ continent pœnam à relegatione infrà, sed an possint cognosci à Barone habente civilem jurisdictionem, prout & in Regno Siciliæ observatur, non tamen per hoc dicendum est quidquam remissum esse circa probationem, cum re vera de pœna criminali agatur, & ipsamet Civitas Neapolitana, in qua adest Vicaria, quæ cognoscit de civilibus, hæ causæ à relegatione infra determinantur à Vicaria criminali, sed dum opponitur concessio jurisdictionis simplicis, facta Baroni, concessioni meri, & mixti Imperii factæ alteri, illa primo vulgò vocata fuit civilis, ut dixi, tamquam modicam coertionem continens, & hanc denominationem secuta fuit allegata Pragmat. quæ jurisdictionum distinctiones colliguntur à Bart. in l. imperium, ff. de jurisd. omn. Judic. quamvis aliqui ex antiquis Interpretibus docuerunt, quod causa sit civilis, quando agitur de pœna pecuniaria applicanda Fisco, quæ sicuti communitèr rejecta est, de Nigris ubi supra num. 3. Farinac. qu. 100. num. 12. Clar. dicta q. 1. vers. 2. &c. ità eorum dictum reiiciendum est, quod dictæ assertioni nitebatur, idem autem erit si pœna applicetur Parti, vel Fisco, nam à digniori qualitate dicetur criminalis, Farinac. qu. 100. num. 51. quod si agatur de condemnando ad damnum, & interesse, vel ad rei restitutionem, de quo Farinac. dicta qu. 111. num. 36. tunc sine dubio causa erit civilis, & sufficient conjecturę, & præsumptiones, cap. afferte, ubi glos. & alii extra de præsumpt. quem text. in his terminis intelligit Farinac. qu. 86. num. 17.

Quo verò ad penam pecuniariam extraordinariam applicandam Fisco, illa pariter erit criminalis, &
4 Farinac. dicta qu. 100. num. 20. & solum infligi potest ex his probationibus, ex quibus regularitèr licet in delictis deveniri ad pœnam extraordinariam, in quo ad loci ordinem erit recurrendum præcipuè ad Farinac. qu. 86. vol. 3.

Difficultas major versatur circa pœnam suspensionis, vel privationis officii, cum in judicio visita-
5 tionis ex inquisitione ad hoc præcipuè agatur, dato quod de jure sęviores pœnæ maneant contra delinquentem in officio, ut supra vidimus art. 1. in 7. special. & difficultas oritur ex cap. per tuas de Simon. & ex traditis ab Aretin. Dec. & aliis in rubr. extra de Judic. Clar. q. 1. §. fin. vers. quintus est casus. dum concludunt causam esse civilem si ex inquisitione agatur ad privationem officii, Paris de Puteo in tract. de syndicat. verb. probatio, cap. 2. n. 2. qui in specie in his terminis ponderat dici causam civilem, & criminalem, juxta dispositionem dicti cap. per tuas, sed tamen negari non potest, quin in hoc judicio visitationis principaliter agatur ad commodum Reipublicæ, & ad vindictam publicam, Bald. §. proficisci q. 6. l. observare, ff. de offic. proconf. Amed. de syndicat. n. 29. ex quo sequitur communem esse opinionem, quod causa sit criminalis, Clar. dicta q. 1. verb. ex quorum communiter dictis Farinac. dicta q. 100. n. 4. & re vera pœna hæc, quæ honorem, & famam hominis tangit, Joann. de Plate. l. Judices n. 3. C. de annon. & tribut. lib. 10. gravior est pœna corporalis, ut perpendit Jo: Redinus in loc. cit. nec admitti debet etiam via inquisitionis, nisi apertissimè officialis convincatur, l. 8. §. prætereà, ff. de susp. tutor. neque obstant contraria, nam præsupponitur illa non procedere quando agitur de privatione officii publici, ex Dec. dicta rubr. de Judic. n. 9. Nigris ubi supra n. 8. ad fin. secundo respondetur illa pariter non procedere, quando agitur (ut hoc casu) de privatione, vel suspensione officii ob dolum, qui lædit extimationem, limitatio est Farinac. q. 100. n. 22. & 74.

Tertio respondetur judicium syndicatus ex sui natura comprehendere omnes pœnas à jure im-
6 positas delinquentibus in officio, cum de jure civili nulla sit differentia quoad pœnam, sivè agatur via inquisitionis, sivè via accusationis, quidquid sit de jure canonico, Clar. dicto §. fin. q. 57. vers. sed hæc quidem conclusio, quod autem offi-

officialis solum condemnetur ad privationem
officii, id fit ex evidentia ob aliqualem proba-
tionem, dum dicta testium non panduntur reo,
ut dixi *art.1 in 6.spec*, & sic non desinit esse
causa criminalis, sicuti nec quando ob defectum
probationum aliquis Reus punitur pœna mitio-
ri, sufficit enim, quod in periculum majoris pœ-
næ deductus fuerit, ut in simili dicit *text.in l.in-
terdum la 2.vers.sed etsi nihil amplius,ff.de furt.*
sive si delictum erit grave, & concludenter pro-
batum, aliquando audivi duriorem pœnam im-
positam, & vidi pœnam exilii temporalem im-
positam, ac etiam solet eo casu dari copia reo
totius processus, ut via ordinaria perficiantur
perficienda, & possit deveniri ad pœnam ordi-
nariam, facit *Decian.dicto lib.8.cap.37. num.15.*
secus est in terminis *dict.cap.per tuas de Simon.*
quia in his ab initio restrictum est judicium,
quod ex sui natura non posset pœna excedere
privationem administrationis.

Hæc autem, quæ dicta sunt, procedunt, quando ob
dolosum delictum à Judice imponitur officiali
7 pœna privationis officii, sed tamen adverten-
dum est ex visitatione aliam remotionem ab of-
ficio resultare posse, quam præcipuè videtur
spectasse, *Joann.Redin.ubi supra nu. 277.cum
seq.* quia videlicet ea mediante Princeps infor-
mat conscientiam suam, an fortè aliquis officia-
lis damnosus sit Reipublicæ, licet tamen non
deliquerit, ut in judicio contentioso possit pri-
vari officio, nam poterit tunc Princeps ex causa
rationabili amovere hunc officialem recenta
etiam opinione ea, quod non possit Princeps ad
sui libitum voluntatis aliquem privare munere
suo cum accedente aliqua rationabili causa, quæ
moveat animum suum, adhuc possit; inter au-
tem causas rationabiles illæ præcipuè enumera-
ri solent, puta si sit officialis crudelis, si negli-
gens, vel insufficiens, *Paris ubi supra in verb.
crudelitas officialis n.5.Menoch. de arbitr. q. 55.
n.10.* & quamvis *Bald.l.mancipia, C. de serv.fu-
git.* dixerit officialem perpetuum non deponi
ob negligentiam, quam sequitur *Farinac. dicta
q.111.num.422.* tamen id procedit, nedum in
Principe, sed etiam in Magistratu Inferiori ha-
bente arbitrium à Principe, in quibus terminis
loquitur *Menoch.dicto num.* 10. satis certum est
hanc uti rationabilem causam sufficere, etiam
si agatur de officiali perpetuo.

Maxima autem est differentia inter hanc, & illam
privationem, nam illa fit ad vindictam ob deli-
8 ctum, & à Judicibus visitæ, hæc autem fiunt ob
utilitatem publicam à solo Principe, illa infamat
tamquam proveniens ex causa certa, & dolo,
hæc nequaquam, cum ad summum latam cul-
pam præsupponat, ob quam non sequitur infa-
mia, *l.hac enim juncta glos.in verb.& est verum
ff. de susp.tutor.Farin.q.100.n. 24.* licet dedecus
aliquod proferat, *Glos. in l. testamento centurio
in fine, ff.de manumiss.vind.* & in illo requirun-
tur probationes concludentes, ut supra ostendi;
illa continet pœnam criminalem, hæc civilem,
quæ etiam poterit cohonestari à magnanimo
Principe concedente salarium hujusmodi offi-
ciali, donec vixerit, ut aliquando factum fuit, &
simul existimationi officialis consulendo.

Ultimò circa has pœnas contra officiales malè
versantes in officio erit illud memoriæ mandan-
9 dum de jure communi plures esse impositas pœ-
nas, quæ origine concurrunt, sed tamen electio-
nem tollunt, & unam tantum tolli debere, *Boss.
tit.de official.corrupt.n.7.Farinac.q. 111. nu. 82.*
qui hoc limitat in pœna privationis officii, quæ
cum aliis pœnis cumulari possit, si tamen lege
municipali particulares pœnæ pecuniariæ, &
corporales fuerint indictæ, illæ solum erunt im-
ponendæ, *Gramm.cons.crimin.35.n.58.* quę opi-
nio licet controvertatur, satis mihi placet cum
Farinac.dicta q.111.n. 97. & eam de consuetu-
dine servari tradit *Afflict.in constit.Regn.si quis
aliquem n.7. & 8.* nisi fortè lex municipalis lo-
queretur de pœna pecuniaria, tunc cumulanda
adhuc esset pœna corporalis à jure communi in-
dicta, *Gramm.dicto vot.25.n.7.* cum enim jure
communi duplex pœna imponatur pecuniaria,
scilicet dupli, vel tripli, & alterius pœnæ cor-
poralis, non est dicendum mentem fuisse sta-
tuentium, & alterantium pœnam pecuniariam
excludendi pœnam corporalem, quæ separa-
tim à jure imponitur ultra pecuniariam, & idem
ex eadem ratiocinatione crederem admitten-
dum, si statuta alterarent solam pœnam corpo-
ralem, nam adhuc pœna pecuniaria dupli, vel
tripli juris civilis cumulari possit, quæ ab eo ju-
re separatim ultra corporalem irrogatur, secus
esset si ageremus de delicto, in quo à statuto
primum pœna corporalis, secundò sola pecu-
niaria imponeretur, *Dec.cons.90.n.2.Menoch.de
arbitr.cas.276.n.9.Bojard.ad Clar.§.fin. qu. 73.
num.9.*

Sed an suspendi, & privari poterit officialis à mu-
nere, quo nunc fungitur ob delictum commis-
10 sum in alio officio, & regula constituenda est,
officialem tantum privandum esse officio, in quo
deliquit, *l.Judices, C.de dignit.lib.12.l. 1. C. si
quacumque prædit.dignitat. l.si aliquid C. de su-
sceptor.lib.10.Auth. de armis ad fin. & ibi glos.
in verbo sollicitudinis, Bald.l.mancipia n.5.C.de
serv.fugit.*

Limitatur primò hæc regula quoad habilitatio-
nem alterius similis officii, nam si talis est culpa,
quod privari possit officialis officio, quod reti-
net, multò magis potest ei inhibere aliud simile
officium, ad quod aspiret ex his, quæ adnotata
sunt supra *art.4. cas. 1.* & sunt *text.* de hoc in *l.
nullus ibi auth. aliam sibi acquirat C. de Palat.
Sacrar.larg.& in l.quicumque, vers.jam ad nul-
lam militiam habeant facultatem aspirandi,C.de
dict.offic.lib.12.* & utrobique notat *Rebuff.Joan.
de Platea in l.jurisdictio n. 3. ibi*, & *nota singu-
lari-*

lariter, quod condemnatus, vel remotus ab officio
ob turpitudinem suam amplius ad aliud officium
redire non potest, C. de ann. & tribut. lib. 10.
Rebuff. l. si aliquid ad finem, vers. & item intel-
lige, C. de suscept. lib. 10. & ibid. Joann. de Plat. in
fine. Castr. l. mancipia in fine, C. de serv. fugit.
Affl. in Constit. Neapol. incip. eos tantum n. 7. lib.
3. Bart. clarè in l. Cassius in fine, ff. de Senat.
quam opinionem amplexa est Constit. Mediol. in
tit. de pœn. §. officiales, quæ videntur eam etiam
extendere ad dissimilia officia, quod suadetur
ratione, qua utitur glos. in simili in l. eadem in
verb. postulare, ff. ad l. Jul. repet. etenim sententia
privatus officio, quo fungebatur, remanet ma-
ximo dedecore, Joann. de Platea dicta l. Judi-
ces n. 3. ad finem, C. de annon. & tribut. lib. 10.
Farinac. qui alios allegat q. 19. n. 42. ergo ad di-
gnitates novas promoveri non potest, argum. l.
31. C. de dignit. lib. 12. l. eos, ff. de Decurion. & si
concurrisset juris infamia, indubitatum illud est
Bart. d. l. Cassius in ultimis verbis facit l. cum
Prætor fin. vers. largè impellitur, ubi glos. ff. de
Judic.

Limitatur secundò in crimine barattariæ, quia con-
demnatus ex eo, non solum privandus est offi-
cio, in quo peccavit, sed simul etiam honore
11 Doctoratus, ut sic & exauctoratur, seù degra-
datur, l. Judices, C. de dignit. lib. 12. in illis verbis
ablatis codicillorum insignibus, hoc est dignita-
tem, ut explicat ibi glos. in eodem verb. & hono-
re, idest Doctoratus gradu, qui est honor, ut ibi
ibi per Joann. de Platea in princ. vers. & hanc
legem benè notat, sivè potius honore judiciali,
quod in idem reincidat, ut applicat Luc. de
Penna ibid. in verb. honore, ità Franc. Marc. dec.
686. n. 7. p. 1. Capyc. decis. 121. n. 18. Menoch. de
arbitr. cas. 342. n. 7. & alios cumulat Farinac. qu.
111. n. 27.

Hinc fit ut ad aliud officium, in quo versatur justi-
tiæ administratio, & munus judicandi, promo-
12 veri non possit, aut illud exercere, si jam id ha-
bet, cum jam honore Doctoratus, seu judiciali
privatus sit, Clar. §. fin. q. 73. vers. Judex commit-
tens barattariam post Boss. tit. de officialib. cor-
rupt. n. 10. vers. & in privatione officii, qui o-
mnes in hoc concordare asserunt, & ratio colli-
gitur ex eadem l. Judices, nam cum munus judi-
candi pendeat à Doctoratu, non ideo minus di-
citur privatus tam respectu primi, quam alte-
rius cujuscumque officii, in quo illud versaretur,
propriè enim ad Senatus Consult. spectat jus ju-
dicandi, quamvis etiam illiterato possit Prin-
ceps aliquando illud conferre, maximè per par-
ticularem delegationem, Decian. respons. 18. nu.
15. 17. & 19. vol. 1. & hoc est, quod dicit ibi Im-
perator Grat. nec sibi post hac de eo honore scili-
cet judiciario, & Doctoratus blandiantur, quo
se ipsos indignos judicaverunt, nempe quia eo
abusi sunt, & ideo peccaverunt, & condemnati
ex hujusmodi crimine repetundarum, alia ratio-
ne etiam à judicando amovebantur infamiæ vi,
probatur, l. eadem §. hac lege damnatus, & ibi
glos. in verb. postulare ne prohibetur, ff. ad l. Jul.
repet. in l. Cassius ff. de Senat. unde refert De-
cian. tract. crimin. lib. 8. cap. 39. n. 7. Cæsarem re-
petundarum convictos etiam ordine senatorio a-
movere, & has duas limitationes sæpius vidi ad-
mitti in praxi, licet non defuerunt contradicto-
res.

Limitatur tertiò, ut si Judex qui deliquit in officio,
quod gerebat, sit promotus ad aliud officium, in
13 quo versatur, eodem jure posset suspendi, vel
privari hoc secundo officio ob delicta commis-
sa in primo officio jam relicto, etiam si non a-
gatur de barattaria, etenim quamvis prima fa-
cie videatur dubia assertio, tamen illa probatur
primò ex l. 3. §. quæri potest, vers. si autem, ff. de
susp. tutor. ubi cavetur tutorem, qui malè se ges-
sit in illa tutela esse removendum à nova tutela,
14 quam nunc obtinet, & ex hac etiam lege lo-
quente in tutore in §. nunc videmus, vers. quod si
quis, admittit Bart. in l. eodem, ff. ad l. Jul. repe-
tund. n. 3. vers. quid dicemus, arguit ad excluden-
dam remotionem ab officio Notariatus, & for-
tius glos. in verb. pacto l. nullus C. de Palatin.
Sacr. lib. 12. allegat in individuo dicto §. quæri
potest in fi. qui est vers. si autem supra adductus
ad corruborandam conclusionem illius legis,
quod existens in una militia non possit aliam
obtinere, & ex his comprobatur secundò loco
hujusmodi limitatio, dicta authoritate Bart. &
glos. dum Bart. ex divisione illius legis in §. nunc
videamus, arguit quemquam amoveri ab officio
ob delictum commissum per officialem, ergo
sentit ex dispositione ejusdem legis in §. quæri
potest, posse eum amoveri, si deliquit in simili of-
ficio, & dum glos. allegat dictum §. quæri potest,
pro concordanti ad dictam legem nullus, omni-
nò significat dispositionem illius legis procede-
re non solum in alia militia acquirenda, sed etiã
in alia, quæ esset acquisita, quod & non obscu-
rè senciunt, Andr. de Barulo in dicta l. nullus, &
Joann. de Platea in vers. quæritur ille, & omni
alio officio, accedit etiam quod idem Joann. de
Platea tradit in l. judicium n. 2. vers. potestas er-
go, C. de annon. & tribut. lib. 10. quo loci vult
officialem posse amoveri propter suspicionem,
quæ apertè militat contra eum, qui malè versa-
tus est in simili officio, cap. non potest 11. q. 7. l. si
cui §. iisdem, ff. de accusat. cum nihil tutum esse
possit contaminata semel mente (ut inquit Se-
neca) quem ad hoc allegant Andr. & Affl. in
Constit. Neapol. incip. Nullus Campio lib. 2.

Tertiò facit, quia ex tunc tempore delicti intelli-
guntur ipso jure privati illo primo officio, &
facultate aspirandi ad aliud quomodocumque
15 simile, licet requiratur declaratoria facti, Fari-
nac. q. 19. n. 47. Dec. lib. 8. cap. 39. n. 14. cum ergò
hodie constet contra jura eum promotum fuis-
se ad aliam dignitatem, utique intrat dispositio,
l. 1.

Digitized by Google

l.1.C.ad l.Jul.de ambit.l.1. C.si quacumque prædit.potest. & sola consideratio infamiæ tanti est momenti, ut etiam operetur quo ad alias dignitates possessas *Andr.de Barulo, & Rebuff.l.Judices, C.de dignit.lib.12.*

Fateor tamen non sine scrupulo in materia pœnali extendi, seu interpretatione adjuvari jura deducta, & ideo magna cum circumspectione limitationem hanc amplectendam esse, ut v.g. tantum admittatur in valdè similibus officiis, & habita ratione majoris muneris, quam illud esset, in quo peccatum fuit, & non nisi ob evidentem utilitatem publicam, quando necesse est alia via occurrere alicui malo, quod paulatim serpat in Republica, quod in praxi me docuerunt doctissimi viri.

Declaratur 4.regula, ut privatus officio ob delictum non remaneat eo semper privatus, sed ad
idem possit redire, quando ex certa scientia
16 Princeps cum clausula speciali *non obstante*, illud ei de novo confert, *Joann. de Platea dicta
l.Judices n.2. C.de dignit.lib. 12. Salicet.l. unic.
n.1. C.ad l.Jul.de ambit.& est text.in l.si quis, C.
de Cohort.lib.12.*

Addo ad declarationem pariter supradictorum,
quod quando officialis privari potest alio offi-
17 cio, quam eo, in quo deliquit, id procedit etiã
si hoc alterum officium in alia Provincia exerceat, ut de beneficiis dixit *Abb.cap.postulasti,n.7.ad finem de for.competent.* quem sequitur *Barbos.l.hæres absens in princip.n. 6.ff. de Judic.* & idem dic de inhabilitatione officii, & quia exauthoratur Doctoratu, vel degradatur, ut supra dixi, *Felin.dicto cap.postulasti n.10.* nam in consequentiam redderetur incapax officii.

SUMMARIUM.

1 *Pœna pecuniaria tripli, & quatrupli num dicatur civilis, vel criminalis.*
2 *Princeps an possit officialem privare ex sola extrajudiciali informatione.*
3 *Et quid in Officialibus ordinariis à Prorege constitutis.*
4 *Officiales ad Regis beneplacitum constituti num dicantur perpetui, & num Rex teneatur discutere super revocatione beneplaciti.*
5 *Officialis num possit officio privari, vel syndicari ob severitatem, vel pro verbis severè prolatis contra subditos.*

OBSERVATIONES
Ad Articul.VII.

Circa illud, quod hic in principio tetigit *Dom.
Reg.* si pœna pecuniaria tripli, & quatrupli di-
catur civilis, vel criminalis, observandum erit,
1 quod dictæ pœnæ dicuntur civiles, quando agi-
tur civiliter, secus si agatur criminaliter, juxta
DD. distinctiones in *l.2.C.de his, qui ex public. rat.Reg.Capyc.Latr.consult.33.n. 32. 33. 34. & 35.* & *consult.34.n.10.lib. 1.* ubi quod in Regno habemus *Pragm.47.de offic.Proc. Cæs.* & Ritus, & instructiones Regiæ Cameræ, quibus imponitur tantum pœna dupli.

Pergit ulteriùs *D.Author*, an Princeps possit offi-
cialem privare prævia extrajudiciali informa-
tione, ideò videndus erit *Horat Moutan.de Re-
gal.verb.potestas constituend.Magistr. n. 16.* ubi
2 postquam pertractavit quæstionem, si officiales
ordinarii à Prorege constituti possint ad libitum
Proregis absque causa ante tempus ab officio re-
pelli, admittit opinionem *DD.* affirmantium in
3 Rege, à quo non est exquirenda causa ejus, quod
fecit ob ejus supremam potestatem, & subdit
hæc verba; *Et hac de causa Rex noster constituit officiales ad justitiam ministrandam ad ejus beneplacitum, ne remotus quis dici possit intra tempus suæ commissionis, & ignominia afficiatur, adhuc tamen id facere debet ex urgenti, & sufficienti causa, & non aliter, quia intelligitur auferre honorem, & facere injuriam, dum absque causa legitima revocat beneplacitum, quia communis stylus se habet, ut hæc officia ad beneplacitum sint perpetua, prout D. de Ponte docuit in tract.de potest. Proreg.tit.de elect.Official. in rubr.n.4.& 5.ex Andr.in cap. 1.§.iterum si Clericus in addit.n.29.de cap.Corradi, Bart.in l.de pupillo, §.si quis ipsi n.12.ff.de nov. oper. nunciat. in l.Jurisperitos,ff.de excusat.tutor.& dicitur beneplacitum, idest bonum placitum, scilicet voluntas regulata ratione non libera, & contra naturalem justitiam ex regula à Bart. tradita in consilit.ad reprimendum in verb.videbitur.*

*Id autem facit de congruo Rex noster, discutere
scilicet causam super revocatione beneplaciti,
4 quia concessio officii processit ex gratia Regis,
non ex contractu juris Gentium, & ideo revo-
cat ad libitum glos. singul. in cap.decet in fine de
regul.jur.in 6.Dec.cons.286.nu.6. Felin. in cap.
novit col.5. n.18.extra de Judic. cum aliis cumu-
latis per Port.lib.5.commun.opin.conclus. 19. &
in Principe præsumitur causa, ut in epistola in-
ter claras, de qua Pernus in tract.de Princip.
col.3.in princ. nec potest conqueri officialis, qui
sic acceptavit officium ad beneplacitum Regis,
dum Rex utitur jure suo, scilicet revocandi, di-
xit Covarr.pract.qq.cap.9.n.3.vers.quinto dedu-
citur in fine; Est igitur hæc discussio causæ super
revocatione beneplaciti Regis summaria, non
plenaria, quia de rigore juris non teneretur ex-
primere causam in his, quæ ex gratia processe-
runt, & hac de causa in Regia visitatione offi-
cialium dantur capita deductorum in informa-
tione, non autem integra copia processus cum no-
minibus testium, quia fit hæc summaria cognitio,
ut constet ipsi Regi Magistratum se gessisse in of-
ficio, dicit Andr.sup.de pac.tenen.§.quicumque
Advocatiam n. 35. ibi, qui secundum judicia-*

rium

rium ordinem hunc, quod constet sibi, exuet enim, admittendo eum ad excusationes si velit, se defendit; Hinc sumpta est praxis Regiæ visitationis officialium, quod capta informatione non repetuntur testes citata parte, nec datur integra copia processus, ne sciantur nomina testium, sed tantum dantur capita adversus quæ se defendere habeat, sed si Rex vellet in eum animadvertere pœna ordinaria de delictis commissis in officio, tunc plenariè esset agendum.

Dum hic per *D.Reg.* enumerentur inter causas legitimas, & rationabiles, si officialis sit crudelis, vi-

5 dendus est *Reg.de Ponte decis.16.n.33.cum seq.* ubi quod officialis, qui est tam rigidus, & infestus, ut nullus audeat coram ipso comparere, est repellendus ab officio, & ita refert practicatum cum Marchione Padulæ Dohanerio Menepecudum Apuleæ, & num possit officialis judicio visitationis coerceri pro verbis superbis, & injuriosis prolatis contra Partes, vel causidicos causam in longum protrahentes, vel nimis importunè sese gerentes, videndus est *Carena resol.9. n.14.& 15. & Berart.in Specul. Visitat. cap.5. num.38.*

Franciscus Maradei.

SUMMARIUM.

1 *Officialis Reus judicio visitationis an possit ultra pœnam vindictæ publicæ damnari ad damna, & interesse parti læsæ, seu ad restitutionem rei.*

2 *Distinguuntur quatuor casus ad quæstionis resolutionem, & n.3.4.5.6.7.& 11.*

8 *Afferuntur limitationes, & n.9.& 10.*

12 *Inquisitio succedit loco accusationis.*

13 *Confessio Rei facta coram Judice criminaliter inquirente prodest parti quoad rei restitutionem, & adducuntur limitationes num.14.15. & 16.*

17 *Judex an teneatur ex officio præcisè condemnare partem ad restitutionem, seu ad damna, & interesse.*

ARTICULUS VIII.

An sequi possit condemnatio ad rei restitutionem, seu ad interesse præstationem in hoc judicio.

Restat nunc ut videamus in hoc judicio visitationis, an possit condemnari Reus ultra pœnam vindictæ publicæ ad damna, & interesse

1 erga Partem læsam, seu ad restitutionem rei, & in hac quæstione quatuor casus constituendos esse existimo.

Primus est, quando agitur de restitutione rei, vel de solutione alterius debiti, quæ non proveniat

2 à delicto commisso in officio, & tunc nisi specialiter id à parte petatur actione civili, nequaquã sequi potest condemnatio ex inquisitione generali, quæ ad debita non extenditur, nisi descendat à maleficio, *Bald.l.observare, §.proficisci qu. 6.n.2.vers.inquisitio ad privata jura, ff. de offic. Proconf. Aned.de syndic.n.29.vers.adverte*, tamen hujusmodi cognitionem in hoc judicio semper vidi remitti ad Judicem civilem, etiam stante partis petitione.

Secundus casus est, quando proceditur via dictæ inquisitionis, & pars supervenit implorando il-

3 lud officium Judicis inquirentis pro restitutione rei, vel condemnatione ad damna, & interesse ob delictum, & tunc Judex condemnato Reo in vindictam publicam, condemnabit etiam in eodem judicio criminali ad restitutionem rei, seu ad damna, & interesse, *Bart. l.interdum, §.qui furem, ff.de furt.Clar.§.fin.qu.2.vers.& hæc quidem conclusio ad finem, Castr.l.solemus, §.latrunculotor, ff.de Judic.Farinac.vol.1.qu.1. num.64. ad finem, & vol.3.qu.111.num.409. Felin.nu.8. cap.cum oporteat de accusation.* quod procedit sine dubio, quando pars confessa est delictum, *Roland.conf.30.num.13.vol.2.* cum Judex inquirens sit loco partis, qui confessionem acceptare dicitur nocituram omni in casu, *Curt. post Bald. & Alex.l.11.nu.115. C.de edend.* & ibi *Cagnol. num.128.versic.signanda*, quæ est decisio *Bald. l.1.num.7.C.de Judic.* & idem est si non sit confessus Reus, sed aliter convictus, ut dicit *Farinac.qu.1.num.76.*

Sed quoad testes difficultas est, quando in contumaciam Reus condemnatur vigore statuti, quod

4 eum habet pro confesso stante contumacia, nam videtur fictam confessionem operari posse ultra judicium criminale, in quo intervenerit *Roland. dicto conf.30.num.29.* contrarium tamen firmant *Clar.loc.supradicto.Farinac.dicto num.66. versic. adverte tamen*, quando videlicet constitutio rei provenit ab eadem lege, à qua provenit pœna criminalis, ut plerumque accidit, & clariùs *Bajard.ad Clar.dicta qu.2.num.10. & 11.* qui generalitèr loquitur, testatur autem *Clar.* hanc opinionem receptam esse, & meritò cum unum, & idem judicium sit, in quo incidenter condemnatur Reus ad restitutionem rei, *Bald.in l.qui evitandi nu.4.C.de condict.ob turp.caus.* non autem particulare judicium civile intentatur, quo casu procederet ratiocinatio in contrarium facta, & quamvis in judicio visitationis, de quo agimus, principalitèr simul agi possit ad restitutionem rei, *Bald. l.venales, C.quand. provoc. non est necess.ut supra art.6.in fine dixi*, tamen id in odium criminis statutum fuit, nec debet in favorem redundare, sed potius dicitur incidenter actum, ut sequi possit condemnatio ad restitutionem ex hac ficta confessione ex traditis à *Dec.in l.si de-*

natio-

*natione num.*11.*C.de donat.* & proprius ad rem
nostram *Maranta in specul.par.*4.*dist.*1. *num.*22.
intelligo autem, quod dictum est, ut reus con-
demnatus ad vindictam publicam possit simul
idem condemnari ad restitutionem rei, quando
est condemnatus eò quia crimen sit probatum,
secus si ob defectum probationum condemnare-
tur ad pœnam extraordinariam, tunc enim non
inducitur restitutio, quod solum fit Reo confes-
so verè, vel fictè, ut declaravi, vel convicto, *Ri-
minald.junior inter cons.crimin.divers p.*1.*cons.*
106.*nu.*8.*ad finem, versic. ad hoc subtiliter pon-
dero,* sed in Regno Neapolitano contrariũ serva-
ri intellexerim, quoad aliquam summam certam,
quæ arbitrio Judicis applicatur Parti, quæ præ-
sumitur læsa, consuetudo non repugnat terminis
juris, quando tales proponuntur probationes, ut
possit deveniri ad pœnam extraordinariam, qua-
si & hæc summa in vim pœnæ applicetur parti
ex æquitate, *l. fin. ff.de litig.* quod licet Judici,
dum pœna ordinaria in pecuniariã extraordina-
riam ex arbitrio suo imponit, *l.mulctarum, C.de
mod.mulct.*

Præterea eamdem conclusionem declara, ut pro-
cedat tantum quoad restitutionem rei contra
5 voluntatem Domini ablatæ, vel ad præstationem
damnorum, & interesse, in quibus terminis lo-
quitur *Bart.* Author hujus opinionis in *l. inter-
dum, §.qui furem, ff. de furt.* vel etiam ad pœ-
nam descendentem ex eodem delicto parti ap-
plicandam ad majorem damnorum restitutio-
nem, *Bald.l.*1. *num.*3. *C.de Judic.* nam si agatur
de prætẽsione alia ob idem delictum ex contra-
ctu civiliter debita, *Corn. cons.*8. *num.*7.*versic.
quia concedo, &c. & vers.quia omnia loquuntur
vol.*2.*Cagnol.l.edita num.*231.*vers.declarabis ta-
men prædictam restitutionem cum num.seq.C.de
edend.* & ità non obstat impugnatio ad dicta
Corn. facta à *Barbos.in l.si ab hostibus in §.*1. *nu.*
46.*vers.quinimò incidenter, ff.sol.matrim.* nam
non loquitur *Corn.* de pœna debita ex maleficio,
sed de pœna debita ex contractu occasione ma-
leficii, quæ duo sunt diversa inter se, idem *Bar-
bos.in l.filiusfamilias* 17.*num.*109.*ff.de Judic.*

Tertius casus est, quando deficit judicium crimi-
nale, vel ob defectum probationum, vel ob ab-
sentiam rei, vel quia aliqua ex causa Judex Reum
excusat, vel aliter quovis modo, & sanè cum
principale fugit cognitionem Judicis de acces-
6 sorio non potest is amplius cognoscere, *Bald.in
dicta l.in bonæ fidei, C.de usur. & l.*4.*C. deposit.
& Bart.in l.qui per collusionem, §.fin.ff.de action.
empt.* quæ procedunt, quando nulla adest obli-
gatio ad accessorium separata, dum id solum
præstatur officio Judicis, & eadem obligatione,
qua debetur principale, ut apertè colligitur ex
dicta *l.qui per collusionem, §.fin. ff. de action. &
dicta l.*4.*C.deposit.* undè meritò dubitatur an of-
ficium Judicis, quod incidenter, & accessoriè
imploratur à Judice cognoscente de crimine rei
furatæ, juxtà doctrinam *Bart. in dicta l. inter-
dum, §.qui furem, C.de furt.* evanescat judicium
criminale, & cesset; Dico igitur, quod eo casu
non mutatur judicium criminale, & fit civile, sed
ex eodem judicio criminali articulus civilis re-
stitutionis incidens deciditur, *Bart. dicta l.quod
evitandi, C.de condict.ob turp. caus.nu.*4. è con-
tra verò de criminali venitur ad civile ex eadem
instantia hoc est venitur ad decidẽdum articulũ
civilem ex eadem instantia, nempè ex eodem
judicio criminali, ut supra dixi, *Bart.dicto §. qui
furem num.*4. ibi: *sed videor intentare crimina-
le tantum, Jos.§.ex maleficiis num.*76.*vers.cum
descendat ex eodem facto, ex quo criminalitèr
cognoscitur institut.de action.* idem *Bald.in dicta
l.*1.*num.*7. *vers.quia cum ex eadem lege, C.de
Judic.Clar.§.fin.q.*1.*vers.*35.est casus, ideo quo-
ad jus prætendendi restitutionem coram Judi-
ce criminali, id omninò dicitur dependens à
principali judicio criminali, nec alia obligatio
adest, ut actio separata, qua mediante possit co-
ram Judice criminali jus suum prosequi, & per
consequens cessare debet cognitio hujus inci-
dentis coram Judice criminali, quocumque ca-
su finiatur coram ipso cognitio principalis cri-
minis.

Nec ad rem facit, quod obligatio restituendi adhuc
temperata vigeat corã Judice civili, nam hoc est
7 verum, & coram eo agere potest, tamen hoc ni-
hil operari potest, quoad cognitionem Judicis
criminalis, coram quo non ex hac obligatione,
sed tantum incidentèr, & accessoriè officio Judi-
cis poterat restitutionem prætendere, *Bald. l.*1.
*num.*6.*C de Judic.* sive illud mercenarium dica-
mus, dum deservit Partis petitioni, ut sentit
*Bald.& tradit Jas. in l. Imperium num.*17.*ff.de
jurisd.Jud.* seu potius nobile sit, quod verius
puto, quasi per petitionem Partis id solum exci-
tetur, *Cagnol. dicta l. imperium num.*149. & hic
spectat communis Interpretum opinio, quod
cessat hæc cognitio incidentis, quando secuta
est absolutoria in criminali, *Bojard. ad Clar.qu.*
2.*num.*9.*Farinac.dicta q.*1.*num.*65.*post Cravett.
Natt.Riminal.Bart.* & alios, quos allegat; Ideo
si morte sit extinctum delictum, causa pecunia-
ria remittitur ad Judicem civilem, *l.defuncto in
fine,ff.de public.Judic.l.*1.*§.planè, C.ubi caus.fisc.*
& idem si gratia Principis absolutum sit deli-
ctum, *l.si docueris, §.quod si crimen, ff.ad l.Cor-
nel.de fals.* nec diversum statui potest, si aliquo
modo extinguatur.

Limitatur hujusmodi assertio, primò si jam noto-
rium sit ex actis hujus judicii criminalis, quod
8 res sit furto subtracta, & sic restituenda, ut quia
confessus, vel convictus Reus, nam si in hoc sta-
tu reperietur processus, quando deficit judicium
criminale, tunc cum jam sit perfecta veritas, o-
mninò potest cogere Judex criminalis ad restitu-
tionem ex his, quæ docent *Innoc. in d. cap. cum
oporteat, Bar. num.*4.*de Judic.& Felin.cap.inter*

Mo-

Monasterium,cap.licet 23.*dict.tit*.cum confessio, & notorium faciant cessare omnem judiciū ordinem, *Bald.l.*1. *num.*7. *vers.praesertim*, *C. de Judic.* & eis deservire possit quodcumque officium Judicis, idem *Bald.l.qui crimen num.*2.*C.de his, qui accus.non poss.* & quia quoad pœnas pecuniarias, & rei persecutionem, tunc durat judicium criminale, dato quod morte sit extinctum quoad pœnam corporalem, *Farinac.qu.*1.*num.*96.

Limitatur secundò, si voluntariè ex aliqua causa Judex criminalis Reum excuset, & omittat con-
9 demnationem criminalem, nam adhuc rectè rem furatam restitui jubet, cum non per hoc dicatur extinctum judicium, nec absolutus Reus, quasi non constet, quod rem alienam non contrectaverit, sed hoc probato ex aliqua rationabili causa, vel omittitur sententia, vel pœna liberatur, *text.est in dicta l.interdum*, §.*qui furem*, *ff.de furt.* quem ad hoc ponderat *Simon de Perusio inter cons.crimin.diversin cons.allegato per Bajard.ad Clar.*§.*fin.qu.*2.*num.*9.*& Menoch.de retinend.possess.remed.*3.*num.*553. & eundem intellectum datum ad dictum §.*qui furem*, approbat *Barbos.dicta l.si ab hostibus*, §.*fin.nu.*20.*vers. verus intellectus num.* 51. licet mentionem non faciat de *Simone de Perusio*, sed nota diligentèr, quod dum præfati *DD.* dicunt de crimine non constare, vel esse absolutum Reum, volunt dicere,quod non constet de dolo in illa contrectatione rei alienæ, ità ut condemnari possit Reus ad pœnam, sed quidem de furto, hoc est de contrectatione rei alienæ constabat, & idcò condemnatur ad restitutionem, ut declarat idem *Simon de Perusio num.*13. *ad finem*, cœterum si de furto, hoc est de contrectatione rei alienę nō constaret, & ob hoc liberaretur Reus à judicio criminali, certum est, quod non posset postea hîc Reus condemnari ad restitutionem ex prædictis.

Limitatur tertiò, in judicio visitationis,de quo agimus, cum judicium hoc via inquisitionis gene-
10 ralis ad vindictam publicam intenetur, unde potest Pars illud ingredi, & principalitèr petere actione civili suum interesse coram Visitatore utramque jurisdictionem exercente, *l.*1.§.*sicut autem*, *C. ut omn. Jud. tam civil. quam crimin. Surd. cons.*266.*num.*5. sed etsi via accusationis procedatur, idem dicendum est, cum speciale sit in syndicatu, ut utrumque judicium cumulari possit *Amed. de syndic. nu.*216.& dictum fuit *supra art.*6.*pag.fin.* nec video, cur non idem in judicio visitationis sit admittendum, & sic cessante judicio criminali, non per hoc cessat civile, quod ab eo non dependet, & idem dicendum est, si ageretur de restitutione facienda Reo, seu Fisco ad utilitatem publicam, ad quam etiam directa est inquisitio generalis, licet de causa civili agatur, *Soccin.cap.qualiter*, *& quando el* 2.*art.* 8.*qu.*1.*vers.fallit* 5. *num.* 356. *de accusat.* quod videlicet tunc sequi potest condemnatio, cum pariter quoad utilitatem publicam dicatur principalis conventus tam civilis, quam criminalis ex inquisitione generali, uti proximè dixi, ac ideo licet evanescat judicium criminale, quod ab eo non dependet, *Cagnol. l.cum principalis num.*14.*&* 15.*ff.de regul. Jur.* quod evenit respectu datorum Judici, quando culpa est in dante, quæ nullo modo parti sunt restituenda, *glos.* communiter approbata *l.*1.*C.ad l.Jul.repet.* tunc enim succedit Fiscus, ut ibi per *glos.* cui applicantur malè ablata, *Bart. post glos. in l. Lucius, ff.de Jur.Fisc.glos.in verb.desiderantes in l.cum te*, *C.de condit.ob turp. caus.* & ibi *Cagnol.nu.*1. *&* 3. *Castr.l.*1.*num.*8.*ff.eod.Peregr.de Jur.Fisc. lib.*2.*tit.*2.*num.*8. *Abb.cap.cum ab omni, de vit. & honest.Cleric.* & hoc actione civili, ut supra declaravi *artic.*13.*pag.*2. exemplum verificabis si ex gratia Principis, vel ex alio modo deficeret judicium criminale, non si morte Rei, nam repetundarum hoc crimen transit ad hæredem, & sic judicium criminale certè subsisteret *Farinac.qu.*10.*num.*48.

Quartus est casus, quando pars læsa nihil petiit,an tunc possit Judex criminalis condemnare ex of-
11 ficio ad restitutionem rei ablatæ,vel ad damna, & interesse, & quidem si per accusationem procedat Judex sine difficultate receptum est id non posse Judicem facere nulla partis precedente petitione, *Salic.l.si quis ad se fundum*, *C.ad l. Jul.de vi publ.& priv. num.*4. *versic. intellige tamen*, *quod hoc sit à Judice petitum*, *Corn. dicto cons.*8.*num.*7.*vers.praeterea lib.*3. nam quod dicit de inquisitione intelligitur de citatione, seu libello, qui sub nomine inquisitionis editus Reo ad querelam partis, quæ quoad id, de quo agitur non differt ab accusatione, *Angel. de malef.in verb. etiam vestem cœlestem num.*11. *Ruin.cons.*35.*num.*4.*lib.*5.*& cons.*87.*nu.*2.*vers. & ubi etiam lib.*4. hocque fundatur in regulis Juris clarissimis, quod Judex ultra petita se intromittere non licet, & quod etiam officium nobile sit implorandum, sive excitandum.

Sed etsi procedatur per inquisitionem, seu querelam tunc controversa est opinio; alii enim idem
12 dicunt, cum adsit diversitas rationis, posteaquam inquisitio succedit loco accusationis, *Ruin. dicto cons.*87. *num.* 2. *versic. nec dicatur lib.*4.*Roland.à Valle cons.*30.*nu.*11.*&* 14.*vers. nec debet obstare lib.*2.*Farinac.qu.*1. *num.*67. in quam etiam opinionem inclinat *Capella Tholosana decis.*22.*nu.*2. alii verò existimant etiam parte non petente posse Judicem inquirentem incidenter condemnare ad restitutionem rei, *Cravetta cons.*14.*num.*6. *& cons.*35.*nu.*3.*Surd. cons.*266.*num.*4.*vers.quinimò Judex lib.*2.*Sola ad Const.it. antiquas Sabaud. tit. ut nem. invit. accus.num.*2. qui de communi testatur. *Bajard. ad Clar.*§.*fin.qu.*2. *num.*7. *Barbos.l.si ab hostibus* 11.§.*fin.num.*52.*ad finem*, *vers. quinimò adversam*, *Ruin.& Roland.ff.solut.matrim.* pro qua opi-

opinione allegant *Bald. in l.quod evitandi, C.de cond.ob turp.caus.& in conf.247.incip.dubium lib.2.& conf.251.posito lib.4.* sed re vera *Bald.* nihil exprimit, quod sua dicta procedant etiam si pars nihil dixit, vel nihil petat, vel prætendat, licet enim Judex ex suo officio condemnavit ad restitutionem rei, ut dicitur in dicta *l. quod evitandi*, illud tamen intelligendum, si pars illud imploret, & idem dico ad jura, quæ allegat, nempè ad *Auth. ut Jud. sine quoque suffrag.§. oportet enim el 1. vers.erit enim absurdum,&c.* nam supplendum est, si petatur à parte, *Roland. à Valle cons 30.in fine*, prout & in aliis juribus in ista materia loquentibus idem supplendum est ex *Salicet.in dicta l.si quis ad se fundum nu. 4.& Innocent.cap.qualiter, & quando el 2.de accusat.num.2.versic.vel dic*, quod ambo prædicta ubi amplius volunt ea jura, & alia similia posse intelligi, ut civilitèr separatim agatur, finito judicio criminali, allegat etiam *Bald.Auth. ut liceat Matri,& Aviæ,§.illud scilicet,& eundem §.* allegat, *Cravetta, Surd.* & alii, quos ego reperire non potui.

Adducunt secundo loco doctrinam *Bald.in l.2. in*
fine, C.de edend. quem sequitur ibi *Curt. jun.n.*
13 155. *& Purpurat.n.142.*& eam *Roland.à Val-*
le conatur inducere ad hoc propositum *d. cons.* *30.num.8.lib.2.* verum *Bald.* dicit quidèm, quod confessio facta coram Judice inquirente in criminali judicio prosit parti quoad restitutionem rei, quam inducere possit Judex absque alio processu, sed hoc intelligendum est parte tamen requirente, cum etiam officium Judicis nobile non impediatur, nisi petatur, aut excitetur *l.4.§. hoc autem judicium, ff.de damn. infect.* nec obstat, quod repræsentet Judex inquisitus illius tertii interesse habentis, & sic pro illo tertio videatur petere rem publicam, nam inquisitus non repræsentat absolutè personam partis interesse incidenter habentis *Surd. cons.266. num.5.* sed solum secundum quid, nempè ut illi prosit, dum confessione, probationibus, & reliquo processu uti poterit, si velit incidenter jus suum prosequi, *Bald.dicta l.2. num.28. vers.2. C.de edend. & in l.1.num.6.vers. & confessio facta coram inquisitione, C.de Judic.* & diversitatis ratio est evidens, nam consensus Reipublicæ, seu Principis, qui eum ad inquirendum delegavit, concurreret in omnibus, quæ tendunt ad utilitatem publicam, non sic est in consensu tertii prætendentis interesse, qui Judicem non deputavit, ideò si hujusmodi inquisitoris officio juvari vult id debet exprimere, & petere, hinc *Bald.in l.2. §.si publico, ff.ad l.Jul.de adult. nu.20.* docet Inquisitorem repræsentare quidem personam cujuslibet accusatoris ad vindictam publicam, sed non personam prosequentis suam, vel suorum injuriam, & idem ex *Bart.* tradit *Soccin. in cap. qualiter, & quando el 2. de accusat.art.5.qu.22. num.227.*

Ego igitur existimo primam opinionem tutiorem
esse, quæ indubitatis regulis juris nititur, & se-
14 cundam solum admittendam esse in sequentibus
casibus, quos pro limitationibus subiiciam, &
ita primam opinionem limito 1. si secunda
opinio esset aliqua in Provincia approbata, cum
æquum, & rationabile sit, maximè quando Reus
est confessus, *Barbos.dicto §.fin.num.52. in fine,*
l.si ab hostibus, ff.sol. matrim. cum aliter non
purgetur perfectè delictum, ut ibi per eum *Ma-*
rian.Soccin.in dict. cap.qualiter, & quando art.
8.qu.1.num.354.& 355.

Secundò limitatur, quando Judex qui procedit in
causa esset Judex in foro poli, & non in foro fo-
15 ri, prout est Episcopus, ut docet *Capell. Tho-*
los.dicta decis.22.num.2. non enim tunc permit-
ti debet, ut contra conscientiam inquisitus reti-
neat rem alienam, ut per *Soccin.dicto num.354.*
vers.& sic exonerat illum à peccato.

Tertiò limitatur, quando tertius damnificatus esset absens, tunc enim Judex pro eo supplere potest, seu debet, *l.accusatore 13.§.ad crimen, ff. de publ.Judic.* satis enim tunc præsumitur consensus, & voluntas absentis ad propriam utilitatem.

Quartò notabiliter limitatur, quando agitur de
generali inquisitione contra Officiales, qui est
16 casus noster, cum tunc inquiratur id etiam est
inquirenti commissum, ut etiam partibus ex officio prospiciat; cum maximè videatur ad curam Principis spectare, ut res ablata, & damna data subditis ab Officialibus à se deputatis restituantur, & subleventur oppressi, nam licet regulariter non soleat fieri inquisitio, nec ea dirigi ad utilitatem privatam, *Innoc. cap. ad nostrum 20. de jur.jur.Soccin.dict. cap.qualiter,& quando n. 349.art.8.qu.1.* tamen in his, quæ particulariter ad curam Principis spectant ratione pietatis ea admittitur, ut ibidem per *Innoc.num.1. vers. & est hoc ex ratione*, & per eundem *Soccin. n.330. vers.fallit 3.Bald.cap.1.§.si tres num.2.de pac.tenen.* & hoc est, quod docet *Bald.in l.observare, §.proficisci nu.11.vers. sed quod privata commoda, ff.de offic. Proconf.* quem sequitur *Amed. de syndicat. num.24.* & idem tradit *Innoc. cap.cum oportet num.5.ad finem vers. & quod est notatu dignum de accusat.* concordat *Auth. ut null.Judic.§.& hoc, vers.& de substantia eorum eventus dispendium læsis in duplum restitui*, & huc etiam spectat *l. 1. id quoad duplam exolvat invitus, C.ad l.Jul.repet. & l.3. C.de assess.ea quæ in quatruplum restitui jubemus, quæ docebuntur ablata.*

Sed id est notandum, quod licet speciale sit in judicio syndicatus, ut principalitèr simul, & semel agere possit pars criminalitèr, & civilitèr, ut supra dixi *art.6.pag.final.* tamen quando sine petitione partis ex officio Inquisitor condemnat ad restitutionem rei id solum incidenter facere potest, cum inquisitio principalitèr tendat ad commodum Reipublicæ, ità *Bald. §. proficisci n. 11.vers.*

11.*verſ.ſed quoad privat.commoda*, non procedit niſi incidenter *Amed.de ſyndic.num.*29. ceſſabit hujuſmodi condemnatio, ubicumque deficiat principale judicium criminale, niſi de re notoriè agatur, vel voluntariè ex cauſa à Judice omittatur condemnatio criminalis, ut latè ſupra declaravi in 3.*caſ.*ac etiam hujuſmodi ſpecialitas in judicio viſitationis, ſeu ſyndicatus condemnandi incidenter ex officio ad reſtitutionem reſtringenda eſt ad terminos, de quibus jura, & Interpretes loquuntur, nempè quoad extorta per violentiam, vel conceſſionem apertam, ſeu præſumptam, quo caſu ratio ſuadet, ut Princeps ex officio curet reſtitui furta ab Officiali à ſe deputato facta, ut ſupra ponderavi. Secus ſi agatur de rebus ſpontè datis Judici, eſto quod non poſſit Judex illa recipere, & per conſequens competat conditio indebiti, nam tunc ea ratio obligationis Principis ceſſat, ſed nec ex maleficio quidquam danti debebitur, niſi ex eadem lege prohibente mandaretur reſtitutio; ſed ſolum detur eis civilis condictio ob turpitudinem recipientis, quæ competit, ubi etiam recipiens non committeret delictum punibile, & ſic nihil commune habet cum maleficio, quo caſu ſupra oſtenſum fuit, nec etiam Parte petente poſſe Judicem criminalem incidenter agere de reſtitutione, ut in dicto caſu *ad fin. verſ. præterea eandem concluſionem*.

Sed iterum dubitatur in caſibus, in quibus dixi Judicem ex officio abſque partis requiſitione poſ-
17 ſe incidentèr condemnare ad reſtitutionem, ſeu damna, & intereſſe, an non ſolùm poſſit, ſed etiam præcisè teneatur id facere, *Gravetta dicto conſ.*14.*num.*6.*& conſ.*53.*nu.*5. exiſtimat, quod precisè teneatur, quem ſequitur *Bajard.ad Clar. §.fin.dicta qu.*2. *num.*27. qui ſubdit ex *Nav. & Scot.* Judicem peccare, qui id non facit, cum poſſit, licet enim regularitèr in civilibus Judex non teneatur impartiri officium ſuum non petenti, *l.*4.*§. hoc autem judicium*, ubi *Bart. ff. de damn.infect.* tamen cum in his caſibus dicant Interpretes, quod poteſt id facere ex officio, omninò dicendum eſt, quod etiam teneatur juxta eorum mentem, cum verbum *poteſt Prælatus*, dum ſtatuuntur regulæ procedendi importet neceſſitatem, *Amed.de ſyndic.num.*29.& æquitas ſuadet, quod ſentit *Marian. Soccin.dict.cap. qualiter, & quando el* 2. *de accuſat.art.*14.*q.*17. *num.*1229. hoc tamen declarandum eſt, niſi aliqua cauſa contrarium ſuadeat præcisè tangens vindictam publicam, ad quam principalitèr dirigitur inquiſitio, ſi eſſet fuſtigandus, & tranſmittendus ad triremes, & ſuſpendendus in exemplum aliorum, nam tunc ex hac cauſa, vel ſimili non debet in carcerem retineri, donec reſtituat rem furatam parti, nec enim ut conſequatur incidens, debet fieri præjudicum principali, & bono publico.

SUMMARIUM.

1 *Judex criminalis poteſt cognoſcere, & pronunciare incidenter ſuper actione civilili petita in eodem libello.*
2 Cap.Reg.Roberti *in medium adducitur.*
3 *Judex criminalis non poteſt poſt ſententiam pronunciare ſuper omiſſa condemnatione ad intereſſe.*
4 *Et num Judex poſſit hoc intereſſe Parti reſervare in ſententia contra Reum abſolutum.*

OBSERVATIONES
Ad Artic. VIII.

Admiſſis *D.Authoris* diſtinctionibus ſuper hoc articulo ſemper concludendum erit tam attento jure communi, quàm Regni noſtri, quod
1 Judex criminalis poteſt incidenter cognoſcere, & decernere de cauſa civili emergente à criminali judicio, prout eſt intereſſe Partis, de jure communi adducitur *text.in l, ſed & loci, §.ſi dicantur, ff.fin.regundor.* de jure Regni habemus,
2 *cap.Regis Roberti* 216. quod incipit *ſi de furto*, quo cautum extat, quod *Judex aditus ſuper comperto facinore nocentem Reum pœna debita feriat, & in eadem inſtantia per ſuum officium in rei ſubtractæ, vel violentiæ celeri reſtitutione condemnet*; quod intelligendum, quando in eodem libello intentatæ actionis criminalis fuerit poſtulata reſtitutio, vel refectio expenſarum, & intereſſe, *Reg.Merlin. controv.forenſ.*
3 *cap.*20.*cent.*1. ubi firmat, quod omiſſa hac petitione intereſſe non poterit Judex ſuper illa pronunciare poſt ſententiam, maximè ſi Judex, qui ſententiam tulit, non eſt ordinarius, ſed Delegatus.

Judex abſolvendo Reum à delicto principali, num poſſit reſervare jus agendi, quoad intereſſe ci-
4 vile, vide *Gratian.diſcept.forenſ.cap.*525.*num.*7. *par.*3.*& Borrell. in conſ.*7. qui loquitur de intereſſe paſſo ex incendio.

Franciſcus Maradei.

SUMMARIUM.

1 *Reſtitutio facienda Parti læſæ an ſit de jure Divino, & Naturali.*
2 *Reſtitutio an ſit applicanda Fiſco, quando adeſt turpitudo tam in dante, quàm in Judice recipiente.*
3 *Et quid quando Fiſcus nihil peteret, an reſtitutio ſit facienda pauperibus.*
4 *Et quid quando lex humana non ſtatuit, cui ſint reſtituenda turpitèr accepta, & num.*5.
6 *Reſtitutio turpitèr acceptorum per Judicem eſt facienda Parti danti, quando nulla adeſt turpitudo in dante.*

7 *Et quid quando dans non petit restitutionem ob reverentiam, quam præstat Judici, qui injustè accepit, an inducatur donatio ex novo consensu dantis.*

8 *Et quid in Officialibus perpetuis Regni Neapolis.*

ARTICULUS IX.

Cui applicanda sunt turpitèr ab Officiali recepta.

UT faciliùs assequi possit veritas in Quęstione proposita pauló altiùs, sed brevissimè repetenda est natura restitutionis, hæc autem est de
1 jure Divino, & naturali, ut tantum parti, non aliis sit facienda, *Covarr. in reg. peccatum tom. 1. 2. p. in relect. in initia num. 6. Bald. l. in hæredem, ff. de calumn.* verum lex humana aliquando ei derogat ob partis, quæ dedit turpitudinem, *l. 3. & 4. ff. de cond. ob turp. cauf. Covarr. dicta par. 2. §. 3. col. 2. in princ. vers. tandem. & §. 2. nu. 6. vers. 3.* ac illam notabilem reddit ipso jure, & privat facultatem concedendi, & perpendit idem *Covarr. dicta reg. peccatum par. 3. num. 2. ad finem nu. 3.* quæ singula in hac materia erunt diligenter advertenda.

Hoc jacto fundamento proposita quæstio est dividenda in duas partes, prima est, quando adest
2 turpitudo, tam in dante, quàm in Judice recipiente, & tunc satis receptum est id, quod datum fuit, applicari Fisco, & ei esse restituendum, *Auth. novo Jure, C. de pœnis Judic. malè iudicant.* ubi triplum applicatur Fisco, in quo adest exemplum *glos. in l. 1. C. ad l. Jul. repet. Abb. in cap. cum ab omni de vit. & honest. Cleric. Farinac. qu. 111. num. 62.* qui alios refert, & in foro exteriori eidem Fisco est facienda ista Judicis restitutio hoc casu, non autem pauperibus, *Cyn. l. cum se nu. 5. & 6. C. de cond. ob turp. caus.* & ibidem *Salycet.* sequitur *Castr. in l. 1. num. 5. ff. eod.* quod si lex humana alii, quàm Fisco applicaret turpitèr datum, & sine dubio restituendum esset, *Covarr. dicto §. 3.* agenti actione civili, si ad eam solam agatur, maximè contra hæredes, ut dixi *art. 13. col.*

In foro autem interiori ad exonerationem conscientiæ, si Fiscus nihil peteret, nec res esset de-
3 ducta in judicio, posset restitutio fieri pauperibus, cum ante sententiam non debetur in eo foro hæc restitutio in pœnam applicatam Fisco, ut tangit *Covarr. dicta p. 2. n. 6.* in discursu, & hoc est, quod dicit idem *Covarr. ibid. num. 6. vers. ex 3. & §. 3. in princ. vers. quod si verum est*, actionem nempè quod Parti, sed Fisco, vel pauperibus sit facienda restitutio, nam Fisco in foro exterioti est facienda restitutio, si ei turpiter datum, applicatum fuit, vel potest etiam fieri pauperibus antè sententiam, sed in foro interiori est facienda restitutio, si ei turpitèr datum applicatum fuit, vel potest fieri pauperibus antè sententiam, sed in foro exteriori potest Judex solum condemnare ad restitutionem Fisco, vel etiam pauperibus, si fortè ei lex humana applicaret, sed quid dicendum in aliis casibus, in quibus versatur utriusque turpitudo tam dantis, quàm recipientis, & non apparet legem turpitèr datum applicare Fisco, *DD.* faciunt regulam generalem, quod omne in casu malè ablatum sit restituendum Fisco, ex eo solum, quod turpitudo versetur ab utraque parte licet nulla lege particulari, id caveatur; In casibus in quibus agunt hoc primo loco asserit *glos.* in terminis *l. cum ex, C. de cond. ob turp. caus. in verb. desiderans*, dum enim ea lege cavetur militem, qui contra jura donavit mulieri ob stuprum, non posse repetere donata, cum in pari causa melior sit conditio recipientis, ex hoc infert *glos.* quod ergo transfertur dominium ex contractu nullo, quasi id sit necessarium antecedens, sed ad hoc, ut mulier possidens possit retinere rem, quam alius sine causa retinere non posset, & sic opponit *dicta l. non dubium, C. de legib.* quæ vult nullum effectum operari contractum contra jura factum, ut tollat hanc difficultatem respondet, rem illam applicandam esse Fisco ex hoc enim sequitur non esse necessarium illud antecedens, quod dominium sit translatum, cum licet repellatur miles repetens, non per hoc remanebit res apud mulierem, quo casu illud militaret, sed illud applicabitur Fisco in pœnam mutuæ turpitudinis, & ità rectè locuta est *glos.* quidquid *Salycet.* ibi eam perfectè mordeat, dum perfectè non percepit ejus sensum, & concludit eo casu applicari Fisco turpitèr datum, licèt nulla lege speciali id cautum sit, & *glos.* sequuntur *Cyn. Salycet. & Castr. l. 1. num. 5. ff. eodem*, simili modo, *Paris de Puteo de syndic. cap. an si tempore sententiæ n. 2. vers. an licet dicatur*, idem tradit in pecunia data ad committendum homicidium, quem sequitur *Decian. tract. crimin. lib. 8. cap. 32. num. 22.* ac in venditore feudi scienter sine consensu Domini pretium ab eo tamquam malè ablatum exigi, & Fisco applicari, dixit *glos. in l. ex empto*, quam communiter sequuntur *Interpretes in cap. Imperialem de prohib. feud. alienat. per Feder.* quod generalitèr dixit, *Bart. post Glos. in l. Lucius, ff. de jur. Fisc. Abb. cap. cum ab omni nu. 8. de vit. & honest. Cleric. art. 8. supra in 3. cas. ad fin.* nullam tamen legem allegant, quæ probet hujusmodi generalem assertionem, nam *lex Lucius, ff. de jur. Fisc.* procedit in casu, in quo specialiter lex ob turpitudinem applicaverat rem Fisco, ut perpendit *Bald. l. in hæredem, ff. de calumn. & Covarr. dicta qu. 2. § 2. num. 3.* sicuti & leges allegatæ à *Glos. in dict. l. Lucius*, & aliæ quæ agunt de auferenda re ab indigno in casibus à jure expressis, & contra quando jura generalitèr lo-

loquuntur, quod ſtante mutua turpitudine res maneat penès poſſidentem, *dicta l. in haeredem, §.fin. dicta l. cum te, §. penult. ff. de cond. ob turp. cauſ.* quod facere potuit lex, *Covarr. dicta p. 2. num. 6. verſ. 3. ad fin.* ibi, *ipſemet recipienti, an Fiſco, & aliquando etiam parti læſæ turpitèr datum applicet, l. 3. §. illud erit notandum, verſ. ſed ei dabitur de calumn.*

Dubia igitur adhuc remanet reſolutio, quando lex humana in ſpecie non applicat data, & accepta
4 turpiter, cui ſint ea reſtituenda, an recipienti, an parti læſæ, an pauperibus, an Fiſco, & quoad recipientem, ubicumque ei interdicta ſit receptio, clarum eſt, quod non poteſt res data penes eum remanere, quia turpiter, & illicitè tunc recipit, ut ſupra dixi de Judice recipiente pecuniam, *Covarr. dicta p. 2. in initio n. 2.* & idem eſt ſi materia non ſit vendibilis, nam tunc receptio pretii jure quodam naturæ prohibita dicitur, ut perpendit *Covarr. dicto §. 2. col. 2. in princ. verſ. ſed ſi materia vendibilis non foret*, & prohibita etiam dicitur quælibet datio, ſeù receptio, quæ fit in injuriam alterius, *Covarr. dicta p. 2. in §. 2. n. 6. & conſtat tot. tit. ff. de calumn. & ex l. in hæredem*, ubi generaliter ob falſum, vel Judici ob gratioſam ſententiam datum, vel ob quodcumque aliud ſcelus ejuſdem generis, quod tendat in injuriam alterius, extorquetur ab hærede recipientis, ergo multo magis ab ipſo recipiente, quod communiter receptum eſſe fatetur *Covarr. dicto §. 2. verſ. ex 3. nu. 6.* licet ipſe dubitet, quoad pretium laboris in foro conſcientiæ, cum in pœnam pacti illiciti reprobetur receptio, quæ ante condemnationem non debetur, de quo puncto non diſputo, cum quæſtio noſtra procedat in foro exteriori, & ità penitus ceſſet ſcrupulus eis injectus, quoties verò de re natura ſua vendibili poſcitur, nec pactio tendat in injuriam alterius, nec ſit à lege humana prohibita receptio, tunc res remanebit penes recipientem, & hic eſt caſus *l. 4. §. quod ſi meretrici, ff. de cond. ob turp. cauſ.* & idem dico, etiam ſi non agatur de meretrice, ſed de alia muliere, cum ſemper militet eadem ratio, quidquid *Peregrinus de jur. Fiſc.* dicat *lib. 1. tit. 2. n. 6.* quod extendit *Covarr. n. 2. verſ. 2. quaſtionis poſt ad fin.* ubi loquitur etiam, quando acceptum fuit ob factum punibile in ipſo accipiente, veluti ſi conjugata acceperit ob adulterium, ratio enim ſupra citata, & hoc caſu concludit, cum non ſit datum in alterius injuriam, nec ſit lege naturali, vel humana prohibita acceptio, neque obſtat, quod fiat injuria marito, nam id in conſequentiam evenit propter intentionem, ideo non attenditur, neque durum videatur, quod recipiens, ità lucretur ex proprio delicto contra *legem, ait Prætor, §. fin. ff. de his, quæ in fraud. credit.* & quod ex pactione contra bonos mores, & ſic nulla, quæ ad omnem effectum retineat rem, *l. juris gentium, §. ob maleficium, & §. generaliter, ff. de pact.* etenim ad utrumque reſpondetur, recipientem hoc caſu rem retinere ratione poſſeſſionis, cui lex aſſiſtit, *l. cum te, ff. de cond. ob turp. cauſ.* non autem ex delicto, aut pactione nulla, *Bart. l. non dubium col. fin. C. de legib.* dum enim ob turpitudinem conventionis annullat lex humana contractus, ſimul attribuit danti condictionem, *l. 2. ff. de condict. ob turp. cauſ.* & ſi reperit in dante turpitudinem, tunc datum conceditur poſſeſſori, *l. penult. ff. eod.* fateor quidem, quod eadem lex humana potuit prohibere receptionem, ut in ſuperioribus caſibus, ſed contendo hoc caſu quando non eſt datum in injuriam alterius, id non feciſſe; nec ad eum debere extendi, cum ratio ità rigoroſè providendi ceſſet ceſſante tertii injuria, cum *Covarr. contra gloſ. Cyn. & alios in dicta l. cum te, C. de condit. ob turp. cauſ. & Natt. conſ. 560. n. 5.* quem ſequitur *Sim. de Petr de interpret. ult. volunt. fol. 84. n. 36.*

In caſibus autem in quibus dantem, & recipientem datis privari dixi iterum dubitatur, cui illa ſint
5 applicanda, ſi nihil à lege expreſſum ſit, an parti læſæ, an pauperibus, an Fiſco, & quidem in hoc dubio exiſtimarem æquius hòc datum applicari parti læſæ cum Gajo *l. fin. ff. de litig.* extendendo ad hos caſus, in quibus etiam ſolum agitur de rei datæ repetitione diſpoſitionem, *l. 3. §. illud erit notandum, verſ. ſed ei dabitur, ff. de calumn.* per quam legem aliqui voluerunt in hoc crimine repetundarum, ſi adſit turpitudo in dante reſtitutionem fieri parti læſæ, in cujus injuriam pecunia fuit accepta, quos refert *Farinac. q. 111. n. 65.* ſed re vera in hoc contraria opinio, quod Fiſco applicetur, eſt receptior, quam ſupra tenui, & per dictam *Auth. novo jure* ubi expreſsè Fiſco applicatur, nec ulla injuria fit parti læſæ, quæ habet actionem ad damna, & intereſſe contra Judicem, *l. 2. C. de pœn. Judic. malè judicant.* ibi. *exiſtimationis diſpendii* juncta *gloſ. in verb. exiſtimationis*, ſed ceſſante lege, & in dubio, quod ſunt termini, de quibus hoc loco agitur, horum authoritas maximè facit, & tunc injuſtè accepta parti læſe applicantur ex ratione dictæ *l. fin. ff. de litig.* quæ licet contineat caſum ſpecialem in ea materia, ut *Interpretes* addunt poſt *gloſ. in verb. recipiant l. fin. C. eod.* ſpecialitas tamen in eo conſiſtit, quod lex eo caſu nulli pœnam applicaverat, & ſic fit ea interpretatio, ut applicetur parti læſæ, (quam nos imitandam eſſe dicimus verſando in ſimili caſu dubio,) cum regulariter in litigioſis jura pœnam applicant expreſsè Fiſco; vel aliis, ut in dicta *l. fin.* legitur quod ſentit *Imola in rubr. ff. de public. Judic. col. 2. verſic. vel poſſet dicere ſecundò*, ſi autem nemo læderetur, & nihilominus acceptio prohibita eſſet, tunc res deferenda eſt Fiſco, *l. mulctarum, C. de mod. mulct.* & magis in ſpecie ſentit, *gloſ. Gajus dictæ l. fin. ff. de litig.* quæ ſolum dubitat, an fiſco, vel parti læſæ pœna ſit appli-

plicanda, unde remota parte ad Fiscum sine difficultate pœna spectat, ut *ibid. Imola* admittit, quia ad hos terminos restringit doctrinam *Bart. in l.agraria, ff. de termin. mot.* quem sequitur *Abb.in rubr.de Judic.in fine*, nec reperio, quod debeatur pauperibus, cum ullo in casu intelligatur applicata pœna à lege inducta, licet Judex in mulctis, quæ ab ipso dependent id facere possit, *d.l.mulctarum*, non negarem tamen in foro interiori ante sententiam posse, & hoc casu recipientem restituere rem pauperibus ad exonerationem suæ conscientiæ, ex his quæ supra dicta sunt *vers.in foro autem interiori*, & ex iis existimo declarandam esse illam generalem Interpretum assertionem, quod turpia facta applicentur Fisco.

Secundam nunc aggredior quæstionis partem, quæ versatur circa turpiter accepta à Judice, quan-
6 do nulla adest turpitudo in dante, & tunc indubitata est juris opinio restitutionem faciendam esse danti, & ab initio dixi, posteaquam nulla adest ratio, cur illa privari debeat, *l.2.ff.de cond. ob turp.caus.* & in terminis corruptelæ, de qua agimus, docent *glos. in l.1. C. ad l. Jul. repet. Clar.§.fin.q.73.Farinac.q.111.n.63. Viv. decis. 113.n.11.* Neque obstat, quod spontè dantes à se abdicaverint dominium, dum lex eis dat cognitionem, quæ ad rem propriam dari non potest, *l.fin.ff.usufr.quemadm. caveat, §. sic itaque discretis institut.de action.* & præterea quod non possint res datæ acquiri accipienti, si aceeptio prohibita sit, quod à fisco sit vindicanda, *Rossental.de feud.cap.9.conclus.2.n.3.* etenim negatur dominium amitti ab eo, qui illud in alium transferre vult, ubi huic non acquiratur, quidquid sit de possessione, *l.quis Rei, §. differentia, ff.de acquir.possess.ubi Castr.n.2. ad fin. vers. si autem apparet, l.nec utilem, ff.ex quib.caus. major.* & ibi *Alex.num.1.vers.& tunc differt dominium à possessione*, & licet Dominus sit jure, & datur condictio ad rem repetendam, quæ diversa est à condictione dandi, de qua loquuntur contraria, *Jas.dicto §.sic ita discretis n.33. ad fin. n.40.in ultimis verbis*, & vide eundem *n.36. & 38.* qui duas alias præbet responsiones, & omni in casu satis est, quod lex ei tribuat repetitionem, sed si dantes sunt ignoti, etiam restitutio erit in foro interiori facienda pauperibus, juxta *cap.nonne 14.q.5.Auth.omnes Peregrini, C.com. de success.* posteaquam enim non potest ei, cui debetur fieri restitutio, consequens est, ut in ejus utilitatem pauperibus, vel aliis operibus piis fiat, ex ejus mente verisimili, nec hoc casu Judex aliter producere potest ad favorem Fisci, vel alterius, nec etiam Principis, *Covarr.dicta reg.peccatum p.3.§.1.n.3. vers. in aliis verò casibus, & rebus incertis*, & idem est si dans sit absens, ità ut restitutio fieri non possit commodè, ut ibi per eum, quidquid in his terminis dicat *Bald.tit.de pac.juram.firman.in cap.1.§. injuria n.10. isto vers.incerta* ibi, *sed de jure civili non sunt admittenda filiis, nec Episcopis, sed applicantur Fisco*, dum nimium generaliter intelligit doctrinam *Interpretum in l. Lucius, ff. de jur. fisc. & in l.in heredem, ff. de calumniat.* quæ tamen solum procedit, quando turpitudo versatur ab utraque parte, ut supra ostensum fuit.

Sed quid agendum si dans sit præsens, sed tamen dubitetur, ut hodiè accidit, quod non sit petitu-
7 rus restitutionem fortè ob reverentiam, quam prestat Judici, qui injustè accipit, distinguo, quod aut ex novo consensu dantis purgari potest vitium recepsionis, puta ex novo titulo liberę donationis, *l.penult.ff.de cond.ob turp.caus.* de quo *Castr.l.5.n.2.eod.tit.Covarr.ead.p.2. n.5. & §.2.num.4.* & tunc ut jam vidi alio est facienda restitutio, nã donec pars non renunciavit, nequaquam potest ei præjudicare, & poterit opponere de jure tertii penitus exclusivo juris agentis, *l.quamdiu, ff.de bonis libert.Bart.l. fin. C.de rei vind.* si autem renunciavit jam ex nova causa incipit esse licita receptio, & hoc sivè expressè, sivè tacitè id fiat, cum omninò intelligatur factum ad utilitatem possidentis, cum nemo in ejus defectum sit vocatus, quia pauperes solum admittuntur ex ejus verisimili mente, ut dixi non in ejus defectum.

Aut vero ille, qui tacitè recipit, est talis, qui nec novam donationem, aut remissionem recipere
8 possit, ut in casu *l.1.§.nec ratum, C. de contract. Judic.* & qualis est officialis perpetuus stante Regni Neapolitani *Pragm.* ità ut res extorta semper justè restitutura sit, & tunc crederem ratione hujus timoris posse Judicem in foro exteriori mandare, ut fiat restitutio pauperibus, cum levius non sit hoc impedimentum ad restitutionem, quam impedimentum absentiæ, quo stante fit restitutio pauperibus, ut supra dixi, verisimilis est enim hoc casu dantis voluntas, postquam ipse nec condicere, nec recipere rem audeat, & nullo pacto ea licitè apud recipientem esse potest, ut malit in propriam utilitatem dare pauperibus, sed ad majorem hujus timoris, seù reverentiæ probationem posset statui terminus danti ad repetendam rem, ut in simili per *Isern. & Affl.cap.1.de vassall. qui contra Constit. Lothar.col.penult.n.7.* nam eo lapso satis de impedimento hoc constaret, & magna ratio militaret providenti, ne fiat fraus legi.

Quando autem versetur, vel non turpitudo in dante, ut prædicta ad praxim deduci possint, satis in jure clarum est regulariter, sed quia aliqui casus hodiè se offerunt, parum implicitè eos conabor in sequenti articulo expediri.

S U M M A R I U M.

1 *Judex num possit recipere munera à litigantibus ad finem illa applicandi Fisco, & quomodo puniatur, si accepta munera pænitentia ductus Fisco applicaverit.*

2 Of-

Digitized by Google

2 *Officialem corrumpens num amittat causam, & id quod dedit absque spe repetitionis.*
3 *Et quid quando aliquid datur pro facienda justitia.*
4 *Birrurarii pecunia corrupti, vel relaxātes delinquentes, qua pœna teneantur, & in cujus beneficium veniat applicanda pecunia extorta.*
5 *Actuarii, Commissarii, Birrurarii num ob corruptelam, vel extorsionem teneantur pœnis contentis in Constitutionibus, & Pragmaticis hujus Regni.*

OBSERVATIONES
Ad Artic. IX.

Accedit ad hunc articulum, quod Judex non excusatur recipiendo pecuniam, vel munera à litigantibus animo illa applicandi Fisco, quia
1 semper adest turpitudo, juxta *text. in l. fin. ff. ad l. Jul. repet. & in l. ubi autem, ff. de cond. ob turp. caus.* & juxta illud, quod resolutum videtur apud *Reg. Mattheù controv.* 66. ubi Judex, qui recepit munera, quæ postmodum pœnitentia ductus Fisco applicaverat, fuit punitus pœna privationis, & pecuniaria, non obstante quod restitutio fuisset facta re integra antè inchoatum judicium visitationis, sequitur *Raynald. observat. crimin. cap. 4. §. 6. & 7. n. 5. vers. dixi tom. 1.*

Ulterius officialem corrumpens amittit causam, & omne id, quod dedit, ità quod non sit locus re-
2 petitioni, *text. est in l. 2. §. sed si dedi, ubi glos. ff. de cond. ob turp. caus.* quæ omissio causæ procedit etiam ubi pecunia fuit data, ut Judex secundum justitiam ferat sententiam, juxta *text. in l. 1. ff. de cond. ob turp. caus. Paris de Puteo, & alii apud Raynald. observat. crimin. cap. 4. §. 6. & 7. n. 3. tom. 1.* ubi *DD.* conveniunt, quod conditio non competat, quando datum fuit officiali, ut
3 faciat injustitiam, vel aliquid datur simpliciter nihil dicto, ut malè, vel benè faciat, sed solum aliqui conveniunt, ut competat repetitio datorum Judici, ut benè, & justè faciat, quia tunc ex parte dantis nulla inest turpitudo, secundum sententiam *Bald. & Alex.* quamvis contradicere videatur communis sententia apud *Salyc. Castrens. Jas. Covarr. Boss. Larr. Clar. Menoch.* & alios assignantes rationem, quod qui dat pecuniam pro justitia facienda justitiam reddit venalem, & crimen corruptelæ contrahit, & cum hac communi sententia concordant jura, & *DD. apud Basilico decis. 35. n. 18.*

Et quod hoc procedat etiam in birruariis, & satellitibus extorquentibus summas pecuniarum à criminosis delinquentibus deferentibus arma,
4 vel extrahentibus merces à Regno, qui nedum committunt concussionis, vel extorsionis crimen, sed sunt condemnandi ad restituendam pecuniam extortam in beneficium Fisci, ex quo adest turpitudo ex parte dantium, quemadmodum decisum habetur apud *Reg. Mattheù de regim. Regn. Valent. cap. 8. §. 8. à n. 23. ad 29.*

Sed an pœnæ, quæ infliguntur contra officiales corruptos per *Regni Constitutiones, & Prag-*
5 *maticas* comprehendant hos birruarios, actorum magistros, & similes Curiales inquisitos de corruptelis, vel extorsionibus intuitu officii, negat *Muscatell. in prax. crimin. tit. de cognit. seu probat. delictor. rubr. de Judic. corrupt. nu. 54.* ubi quod sunt damnandi juxtà pœnas impositas à jure communi, sequitur *Reg. Petra in comment. super Rit. 295. n. 123. tom. 4.* sed ego inhæreo contrariæ sententiæ ex decisionibus, quas tradidi in *observ. ad art. 1. vers. pœnæ quæ.*

Franciscus Maradei.

SUMMARIUM.

1 *Munera, quæ dantur Judici, ut citò expediat causam an dicantur turpiter data.*
2 *Munera recepta per officiales contra formam* Reg. Pragm. 3. & 4. sub tit. de munerib. *num dicantur turpiter data, vel data pro celeri causæ expeditione.*
3 *Testes integri num dicantur dantes munera officialibus, si renunciant repetitioni.*
4 *Officiales possunt recipere munera ab agnatis.*
5 *Judices Delegati num possint recipere munera prævia dispensatione literarum Regalium obtenta à D. Prorege, & num in hoc casu competat danti munerum repetitio, & n. 6.*
7 *Literæ Regales prohibentes Proregibus facultatem impartiendi licentiam Judicibus recipiendi munera non comprehendunt licentiam dandam Partibus.*
8 *Consuetudo, quæ extat Neapoli in receptione munerum num excuset.*
9 *Dispensatio Proregis obtenta in casibus prohibitis num sustineatur ex credulitate partium supponentium adesse in Prorege facultatem.*
10 *Prorex num possit declarare prohibitiones, & ordines Suæ Majestatis, quibus dispensare non potest.*
11 *Prorex num possit facere particulares delegationes in causis Baronum, Universitatis, & Banci cum destinatione provisionis pro laboribus.*
12 *Prorex num possit decernere in aliquibus casibus contra prohibitionem Suæ Majestatis.*
13 *Et quid quando adesset expressa probibitio dispensandi.*
14 *Officialis, qui excusatur à pœna num excusetur à restitutione.*

ARTICULUS X.

An turpitudo dantis excusetur in aliquibus casibus.

DIsputatum fuit ab Interpretibus in *l. 2. ff. de*
cond.ob turp.caus. & *in Auth.novo jure , C.*
de pœn. Judic.malè judican. an si pars aliquid dat
1 Judici non ad faciendum, vel non negotium,sed
tantum ut citò expediat pro justitia dicatur tur-
piter dari, ità ut excludatur à repetitione , cum
clarum sit per illam *Auth. nihil Judici acquiri*,
qui prohibetur omninò accipere,& frequentium
DD. opinio est,competere danti restitutionem,
seù repetitionem cum *Alex.& Jason.in dict. l.2.*
cum prohibitio facta Judici recipienti non sit
in materia pœnali extendenda ad dantem , nec
novum sit, ut quis turpiter accipiat , & qui ei
spontè dat non dicatur turpiter dare, *l.1.ff. de*
cond.ob turp.caus. ut in simili dixit *Decian. tract.*
crimin.lib.5.cap.84.n. 20. *Jas.l. transigere n.* 10.
C. de transact. & *Alex.* opinionem sequuntur
Covarr.in reg.peccatum q.2.§ 3.col.1.Clar. §. fin.
q.73.Menoch.de arbitrar.cas 343 *n.* 8 *Farinac.*
*qu.*111.*n.*109. qui alios addunt, & subdit *Fari-*
*nac.n.*112.*ex Imola* de jure canonico esse indu-
bitatam opinionem, neque obstat *Cap.Regn.in-*
cip.vulgaris famæ proloquium in vers si verò re-
cipiat à sponte solvente , nam non simpliciter lo-
quitur de spontè dante pro faciendo , vel non
faciendo negotio . &c. & sic loquitur , quando
turpiter datur confirmando se cum jure com-
muni.

Secundo loco vidi dubitari an munera data Judici,
qui recipere non potest Neapoli vigore *Prag.*3.
2 & 4. *sub tit.de muner.* dicantur turpitèr data ,
ità ut dans illa repetere non possit , & ipse nun-
quam mihi persuadere potui,ea esse turpitèr da-
ta , cum non dentur ad aliquid faciendum , vel
non , & sic ad summum ex iis inferri potest mu-
nera esse data ad hoc, ut celeritèr causam expe-
diat Judex , quod impedit repetitionem , ut
proximè dixi , quamvis verius sit ea dari ex ur-
banitate ratione cujusdam obsequii , quod ma-
joribus naturalitèr præstare solemus ad eorum
gratiam aucupandam, *Alciat. l.inter donum, &*
munus ad fin.vers.est , *ff.de verbor. significat.* &
quidem prohibitio facta Judici justissima est , ut
cesset omnis injustitia , quamvis justitiam ejus
neget *Mascard. de probat.conclus.*164.*nu.*10. &
*conclus.*66. *num.*6. sed non potest bonam men-
tem dantis inducere , & hoc ipsum *Pragm.* sup-
ponit, dum pœnam restitutionis quatrupli impo-
nit, quæ respectu tripli saltem ipsi danti facien-
da est , hæc enim est propria significatio restitu-
tionis .

Hinc putavi dantes esse in hac materia integros te-
stes ad probandam hujusmodi munerum rece-
3 ptionem , si renunciant in specie receptioni ex
traditis à *Farinac. qu.*60. *num.*51. fateor tamen
si pecunia in quantitate daretur , tunc non ex
prohibitione *Pragm.* sed de jure communi præ-
sumi illam datam ad malum finem, *glos. in cap.*
cum ab omni verb.abstinere de vit.& honest.Cle-
ric. & ibi *Abb.nu.*8.*vers.satis ego putarem, Pa-*
ris de Puteo de syndicat.verb. corruptio cap.1.n.
11.*vers.si quid detur Judici, Farinac. qu.*111.*n.*
113.etiam sub nomine mutui,*Bald.in l.quisquis,*
*C.si cert.petat. Grammat.cons.*35.*nu.*8. *Menoch.*
*de arbitr.cas.*342.*num.*34. & *dixi art.*11. *cap.*7.
quod procedit etiam in auro , argento , vel alia
specie,si in notabili quantitate detur Judici,*Ma-*
*scard.de probat.conclus.*453.*num.*10.*ex text.in l.*
1.*ff.ad l.Jul.repet. in verb.cæpit* , dum illam le-
gem intelligit de dante ad faciendum , vel non,
vel sentit de his magnis numeribus , quæ præ-
sumptivè intelliguntur data ad faciendum , vel
non, ad hoc, ut exceptio , quam facit lex in fine
quoad data ab ægroto si de regula, alias si solum
loqueretur lex de datis ratione officii , & pretii
ad aliquid faciendum , exceptio non faceret ad
rem , cum eo casu nec etiam ab agnatis recipi
posset, *glos.ibid.verb.sobrinis* , *Farinac. qu.*111.
*num.*149. sed quidem magna dona , quæ ab ex-
traneis data sapiunt turpitudinem, possunt reci-
4 pi ab agnatis, quia ratio sanguinis excludit illam
malam præsumptionem , ut ibi per *glos.& Abb.*
& idem per omnia statuo , quoad munera , quæ
vigore ejusdem *Pragm.* non potest Officialis re-
cipere ab actu non litigantibus , licet tunc diffi-
cilè mala intentio dantis sit præsumenda.

Tertium etiam addo casum dubitabilem in iis , qui
Neapoli præcipuè ex Proregis licentia , & au-
5 thoritate dederunt quandam pecuniarum sum-
mam Judicibus delegatis ad omnes suas causas,
cum id ex ordinibus Regiis prohibitum sit, qui-
bus cautum est , ut nec etiam Prorex possit di-
spensare, & in hoc pariter existimo omni in casu
danti competere repetitionem .

Primò, quia clarum est eum nihil voluisse dare,nisi
de licentia Proregis, si igitur illa nulla est,& ces-
sat , jam noluit dare , & sic nihil peccat , & per
6 consequens competit ei repetitio . Secundò,
quia in prohibitione , ne dispenset Prorex , lo-
quitur cum Judicibus , ut Proreges non possint
licentiam concedere Judicibus , ut recipiant,
non quoad partem , ut non possit cum licentia
dare, ut dat, ideò cessat omni mala suspitio quo-
ad ipsum intervenientem authoritate Proregis,
& Superioris , *Cravett. cons.*5. *num.*2. nam cum
7 finalis ratio hujus prohibitionis spectet ad per-
sonam Judicis recipientis,non est illa extenden-
da ad dantem, *l.fin. C. de rescind. vend. Jas. in l.*
*transigere num.*12.*C.de transact.& l.fin.nu.*18.
cum pluribus seqq. C.de indict. vid. toll. & Eve-
*rard.in loco à correlativis num.*8.

Tertiò , quia id jam consuetudine receptum est
Neapoli, & dato quod non sit justa, tamen cum
bona

Digitized by Google

8 bona fide detur,& palam exeusat,ad hoc ut non privetur jure repetitionis,*text.est in cap.veniens de simonia*, ut ponderat *Covarr.in reg.peccatum 2.p.§.1.num.7.* & cum nostris terminis *Bosf. tit. de opposit.contra testes num.14 vers.est verum*, *Soccin.reg.37.*

Quartò, quia non sine ratione credere potuit ille, qui dat valere dispensationem, quam faciebat
9 Prorex, quia fortè alios ordines haberet à Sua Majestate, nec enim credere debuit velle Proregem actum facere, quem facere non poterat, pro quo facit, quod vulgo dicitur, Papa dispensat, ergo potuit dispensare, & sic non amittit jus condicendi, seu repetendi,*l.si ex voluntate, juncta glos.in verb.utiles actiones*, *C. de donat.int. vir.& uxor.*

Quintò,quia dato quod Prorex non posset dispensare, potuit tamen quilibet verisimilitèr credere posse Proregem declarare prohibitionem illam
10 Suę Majestatis non habere locum in aliquo particulari casu, cum hæc non sit propriè dispensatio sed declaratio, quamvis largo modo dispensatio dicatur, sicuti dicimus de Papa prohibito dispensare contra legem Divinam, *Covarr. de spons.par.2.c.6.§.9.Barbos.in rubr. ff.sol.matrim. par.2.num.104.Sanchez de matrim lib.8.disp.6.* maximè extendendo legem ad casum similem, ut ibidem per *Barbos. num. 105. vers. quinimò*,
11 *quod hoc casu accidit*, dum permissa sit delegatio Bancorum,quorum fidem concedit cum annua provisione scutorum 100. nec dissimiles videntur casus administrationis bonorum alicujus Baronis, si hæreditas opulenta adsit ære alieno multum gravata, si timor sit, nisi subveniatur, quod fides Banci concidat, si Universitas sit debitis onerata, in quibus casibus Prorex dispensavit, & fecit generales Delegationes cum eadem provisione scutorum 100. Prætcrea allegare verisimiliter potest,quod po-
12 test Prorex ex causa etiam contra prohibitionem Suæ Majestatis providere in aliquibus casibus per *l. si cum hominem*, *ff. mandat.* ut de Episcopo aliquid faciente contra legem Superioris tradit *Jas. post Bald. & alios in l. omnes Populi num.31.ff.de Justit.& Jur.* Causa autem justa supervenit, quia hodie Officiales non possunt vivere ex salario eis deputato,quod in specie aliquando allegavit Comes Beneventi, dum ibi esset Prorex in literis ad Suam Majestatem de hoc directis. Advertas autem hanc declarationem,seu dispensationem cadere super prohitione, quod Officiales Commissarii nihil recipiant sub prætextu laboris,dum declaratur prohibitionem non comprehendere illos casus particulares, cœterum si propriè ageretur de dispensatione, quod illi casus essent comprehensi sub prohibitione, & voluisset Prorex dispensare in casu particulari contra expressam prohi-
13 bitionem dispensandi sibi factam, nequaquam id facere posset in facto proprio, *Joann. Andr. cap.1. num.6. de suppl. neglig. Prælat. Sanchez tract.de matrim.lib.8.disp.5.num.3.*

Ex quibus etiam crederem excusari Officialem à restitutione, qui excusatur à pœna, *Decian.*
14 *consf.51.num.33.lib.3.* & dato quod, nec excusaretur à restitutione,vel fortè ob publicum bonum, ut alii dicebant arbitrandum erit non excusari in totum à pęna, & posse deveniri ad aliquam extraordinariam, ad hoc, ut ordo Regis inconcussè, & generalitèr observetur, ut publicè dictum fuit, expedire,cum per restitutionem non satis videatur posse provideri,cum à nemine sit prætensum, nisi pauperibus demandaretur, ut declaravi *præced.art.ad finem*, & ità observatum fuit, nulla facta mentione restitutionis, ex traditis supra *art.8.cas.4.*

SUMMARIUM.

1 *Judex accipiens munera contra prohibitionem legum, num obligetur ad restitutionem antè condemnationem.*
2 *Testis depositio, qui renunciavit proprio commodo, an faciat fidem.*
3 *Et quid in testibus, seu principalibus deponentibus in judicio visitationis contra Officialem corruptum.*
4 *Officiales non possunt recipere munera ab agnatis, & personis conjunctis, & similitèr à Procuratoribus, qui proprio nomine non litigant, & num.5.*
6 *Salarium duplex, num possit consequi Officialis exercens particularia negotia vigore Delegationis.*
7 *Officiales Regii electi Arbitri de licentia Proregis, num subjaceant judicio visitationis, si aliquid recipiant.*
8 *Assensus Proregis, num substineatur in casibus, in quibus non habet potestatem assentiendi.*
9 *Dispensandi facultas,quæ aufertur Proregi super receptione munerum ab Officialibus sub colore laborum, num comprehendat Regentes Coll.Conf. & quando verè intercessit labor.*
10 *Pragmaticæ, seu alterius legis interpretatio, & declaratio spectat ad Dom. Proregem, & ejus Coll.Conf.*
11 *Rescripta Regis Proregibus directa habent intellectum, quatenus Proregi aliter non videbitur.*
12 *Proreges possunt omnia facere,quæ potest Rex, nisi in expressè prohibitis per leges, rescripta, & instructiones.*
13 *Proregis dispensatio, præsumitur ad importunitatem impetrata in casibus prohibitis.*

OBSERVATIONES
Ad Articul. X.

AD hunc articulum accedit, quod Judex ac-
cipiens munera contra prohibitionem le-
gum non obligatur ad illa restituenda antè con-
demnationem judicialem saltem criminis, quo-
1 ties munera fuerunt gratis accepta, juxtà sen-
tentiam *Molin. Henriq. Petr. Navarr.* & alio-
rum *DD.* apud *Cardin. de Lugo de justit. & jur.
disput. 37. sect. 11. à num. 34. cum seqq. tom. 2.* sed
contradicere videntur tradita per *Reg. de Ma-
rinis ad Revert. in observ. ad decis. 12. nu. 8. to. 1.*
Accedit ad *num. 3.* quod testis depositio, qui re-
nunciavit proprio commodo fidem facit *Ricc.
2 decis. 146. par. 2.* quamvis contradicat *Merend.
controv. lib. 23. cap. 42. num. 19. & 20.* & quid in
pluribus derobatis contra furem deponentibus
uti testibus, & renunciantibus eorum interesse
Fisco, vide *Giurb. cons. crimin. 93. n. 3. cum seqq.
& cons. 90. num. 25.* latè *Calderò decis. 16. à nu.
50. cum seqq.* & quod testes ità deponentes in
3 judicio visitationis contra Officialem corru-
ptum plenè probent, quamvis depositio sit ex
facto proprio, inconcussè practicatum in Supre-
mo Consilio Italiæ occasione Generalis Visita-
tionis Regni ulterioris Siciliæ refert *de Marinis
ad Reverter. observat. 46. num. 11. tom. 1.*
Illud quod habetur *num. 4.* quod munera pos-
sint recipi ab Agnatis, & à personis conjunctis,
4 deciditur expressè in *Prag. Caroli V. quæ est 5.
sub tit. de muner.* sub illis verbis: *Declarando che
trà le dette persone, dalle quali è prohibito di ri-
cevere, non s'intendano Parenti, e tutti altri, nel-
le cause delli quali per dispositione di ragione li
detti Officiali non possono esser Giudici*, & quod
hæc declaratio sit conformis juri communi, di-
xit *Reg. de Ponte* scribendo in causa suæ pro-
priæ Visitationis *cons. 146. à nu. 8. tom. 2.* novis-
simè *Consil. de Altomar. de nullit. contract. rubr.
1. qu. 14. sect. 2. num. 128. tom. 3.* & hanc prohibi-
tionem recipiendi munera non comprehendere
5 personas Procuratorum, qui proprio nomine
non litigant, dixit *D. Cresp. de Valdaura obser-
vat. 9. num. 82. par. 1.*
Accedit ad *num. 5.* ubi habetur, quod Ministri
particularia negotia exercentes ex speciali dele-
6 gatione debent habere debitum salarium, *Reg.
de Ponte cit. cons. 146. num. 43.* sed contradicere
videntur *Literæ Regales* apud *Reg. Sanfelic. de-
cis. 328. num. 10. 11. & 12.* ubi quod Officiales
7 electi Arbitri, si aliquid recipiant, subjaceant
judicio visitationis, non obstante electione facta
de licentia Proregis; quamvis *num. 11. & 12.*
limitet dispositionem *literarum Regalium* re-
spectu emolumentorum, & in mercede non ex-
cedente quantitatem debitam pro stipendio or-
dinario, & ità per Coll. Cons. determinatum
refert de Anno 1638. in causa Creditorum
Patrimonii de Lavello, & proindè in dispensa-
tionibus pro compromissis in personis Judi-
cum consuevisse apponi clausulam, *dummodò
non recipiant trigesimam*, dixit *Rovit. super
Pragm. 1. de Arbitr. num. 32.*
Ad *num. 9.* adde *P. de Affl. controv. cap. 40. nu. 11.*
ubi quod non decet Vassallos Suæ Majestatis
8 deceptos remanere sub clypeo publicæ fidei,
quando obtinent assensum à Proregibus in casi-
bus, in quibus assentiri non potest.
Quatenus *Author* docet *num. 5. versic. tertium
etiam*, Proreges non habere facultatem dispen-
9 sandi Officialibus, ne recipiant munera sub
quæsito colore laborum, advertendum erit, hanc
prohibitionem non comprehendere Regentes
Coll. Cons. nec habere locum quando verè in-
tercedit labor, quia tunc non adest color quæ-
situs, sed justa causa dispensandi, *Reg. Rovit. ad
Pragm. 12. de Officialib. à num. 1. ad 5.* Videndæ
sunt *literæ Regales insertæ sub Pragm. 5. de tri-
gesimis*, & ea quæ ibi latiùs adnotavimus.
Ad *num. 10.* adde quod *Pragmaticæ*, sive alte-
rius legis interpretatio, & declaratio spectet ad
10 D. Proregem, & Coll. Cons. adest *text. in l. 1. 9.
& 10. C. de legib. Anna sing. 644. Tasson. de an-
teph. vers. 7. observat. 3. num. 60. & 61. P. de Af-
fl. controv. cap. 6. num 41. Consil. de Altomar. de
nullit. rubr. 10. qu. 17. num. 42. & 43.* & in spe-
cie, quod Interpretatio Regiarum ordinatio-
num sit facienda per Coll. Cons. adsunt novissi-
mæ *literæ Regales* ità mandantes sub die 16. Ja-
nuarii 1670. ut constat in *vol. 8. liter. Regal. exi-
stentium in Secretaria Reg. Cam. fol. 318.*
Quibus accedit insuper, quod rescripta Regis Pro-
regibus directa habent intellectum intrinse-
11 cum, quatenus Proregi aliter non videbitur,
*Reg. de Ponte cons. 146. à num. 20. cum seqq. tom.
2.* cum Proreges virtute suarum commissionum
omnia facere possunt, quæ facere consueverunt
Prædecessores, nisi specialitèr prohibita repe-
12 riantur, quia tunc Consuetudo non esset legiti-
ma, nec rationabilis, sed de facto introducta,
*Solorz. de jur. Indiar. lib. 4. cap. 10. à nu. 7. ad 10.
tom. 2.* nec Prorex Regem repræsentat in his,
quæ expressè prohibita sunt per leges, rescri-
pta, & instructiones, ut ex eodem *Solorz. Reg.
Matthæù controv. 73. num. 15.* Quare rescripta
13 obtenta à Proregibus in casibus, in quibus eis
prohibita est dispensatio, præsumuntur impetra-
ta, sine Principis voluntate, & ad importunita-
tem supplicantium, *D. Cresp. de Valdaura obser.
5. num. 342. par. 1.*

Franciscus Maradei.

SUMMARIUM.

1 *Corruptela lato sumpto vocabulo, num compre-
hendat munerum receptionem.*
2 *Probationis privilegium quoad munera, num
com-*

Digitized by Google

comprehendat crimen barattariæ.

3 *Pœnæ impoſitæ per* Pragm. de munet. *reſtringuntur ad ſola munera, de quibus loquitur.*

4 *Teſtes ſingulares deponentes de ſimplici receptione munerum, num conjungantur cum illis de receptione munerum ad aliquid faciendum.*

5 *Teſtes quinque ſingulares, qui admittuntur ad deponendum contra Officialem corruptum non ſufficiunt in judicio viſitationis, in quo non poteſt verificari qualitas teſtium, quorum dicta non panduntur.*

6 *Teſtium ſingularium qualitas eſt probanda.*

7 *Mediatoris depoſitio, qui tractat de ſe exonerando non admittitur, niſi facta renunciatione in ſpecie ſui intereſſe.*

8 Pragm.2. & 4. ſub tit. de muner. *interpretantur circa receptionem munerum ab uxore, filiis Officialium, & ab eorum familia, quam tenere debent correctam.*

9 *Probationis privilegium inductum per* Reg. Pragm. *contra Officiales corruptos non extenditur ad munera recepta per familiam, nec contra mortuos.*

10 *Barattariæ capita, num poſſint conjungi cum capitibus de muneribus ad effectum gaudendi beneficio probationis privilegiatæ.*

11 *Et quid quando munera fuerunt recepta ad aliquid faciendum, vel non.*

12 *Crimen receptionis munerum num poſſit cognoſci remota qualitate barattariæ, & affertur diſtinctio Authoris.*

13 *Teſtes ſingulares, qui admittuntur vigore* Reg. Pragm. *num probent receptionem munerum in quolibet caſu particulari.*

14 *Teſtes ſingulares admiſſi per Statutum ad probandum crimen uſuræ admiſſi cenſentur ad probandum uſurarium in genere.*

15 *Teſtes duo concludentes an poſſint conjungi cum aliis teſtibus ſingularibus ad plenè probandam receptionem in ſingulis caſibus, & ad coadjuvandum ſecundum delictum ejuſdem generis.*

16 Pragm. *quæ induxit ſpecialitatem probationis ob bonum publicum non poteſt extendi ad augendam pœnam pecuniariam favore tantùm Fiſci.*

17 Pragm.4. de muner. *interpretatur reſpectu pœnæ dupli, & ſuſpenſionis officii, num intelligenda ſit pro prima vice, qua Officialis munus recepit, vel qua fuit condemnatus.*

18 Pragm.6. de muner. *edita à D. Prorege ad majorem intelligentiam aliarum* Pragm. *num ſit in obſervantia.*

19 *Proreges num poſſint alterare leges Regni, & perpetuas condere.*

20 Pragm.2. & 4. de muner. *num reſtringantur ad ſola munera recepta à litigantibus, & num ad hunc caſum tantùm referenda ſit ſpecialitas probationis.*

ARTICULUS XI.

Quædam circa Pragmaticam Neapolitanam ſub tit. de Muner. Official.

CUm ſupra actum ſit de *Prag. Neapol. ſub tit. de muner.* non abs re erit hoc loco dubia circa ea excitata percurrere; Negari igitur non poteſt, quin corruptela lato ſumpto vocabulo
1 comprehendat etiam munerum receptionem, cum ſemper agatur de pervertenda juſtitia, nempè in vera corruptela, quæ committitur, quando ſcilicet datur aliquid, ut fiat, vel non, quam Scriptores vocant *barattariam*, quia barattatur juſtitia pro auro, *Decian. tract. crimin. lib.8. cap.33. num.9.* & in timore prævaricationis proximo reſpectu munerum ab actu litigantibus receptorum, quæ ad nullum particularem finem dantur, de quibus *Menoch. de arbitrar. caſ.517. num.9.* latè *Farinac. qu.111. art.10.* ſed & illud veriſſimum eſt, maximam eſſe differentiam inter unum, & alium caſum, & diverſas eſſe pœnas conſtitutas, ac ideò DD. ſeparatim de muneribus tractare, & ſeparatim de barattaria, ut videre eſt apud *Farinac. Decian. & Paris de Puteo*, in ſpecie *Conſtitutiones Neapolitanæ* loquuntur, & collocatæ ſunt ſub *tit. de pœn. Jud. qui malè judic.* ut in *cap. vulgaris famæ proloquium*, & illæ quæ loquuntur de muneribus ſub particulari titulo, ut in *Pragmaticis collocatis ſub tit. de muner. official.* quod & legiſlatores obſervarunt, nam de barattaria agunt in *l. 1. & l. lex Julia, ff. ad l. Jul. repet. l.3. ff. de cond. ob turp. cauſ. Auth. novo jure, C. de pœn. Judic. malè judic.* & de muneribus loquuntur, *l. ſolent, ff. de offic. Proconſ. l. probibitio, ff. de offic. Præſid. & l. eandem in fine, ff. ad l. Jul. repet.* quo fit ut difficilè exiſtiment ſpecialitatem probationis quoad
2 munera poſſe comprehendere barattariam, ſicuti & in crimine læſæ Majeſtatis videmus ſpecialitatem probationis primi capitis, non extendi ad alia capita tangentia eandem læſam Majeſtatem, veriſimilem eſſe hujuſmodi privilegiatam probationem inductam à lege fuiſſe circa munera, ut tolleretur frequentia, & facilitas recipiendi munera, & quod ipſa *Pragm.* videtur diſponere, locum habere non poteſt in barattaria, & dum pro prima vice ſolum pœnam ſuſpenſionis imponit, quæ magis moderata eſt, quam atrox crimen barattariæ requirit; Receptum enim eſt, ſi barattaria comprehenderetur in hac lege municipali ſolum eam pœnam attendendam eſſe ſublatis omnibus pœnis juris communis *Grammat. conſ.35. n.56. Farinac. q.111. n.97.* At in judicio viſitationis nunquam ob barattariam officialis poteſt privari officio, tum quia privatio ſolum pro ſecunda vice imponitur, tum quia

cum pœna ordinaria esset ad summum privatio officii in judicio visitationis ea non possit imponi, cum inordinatus modus procedendi recompensari debeat cum mitigatione pœnæ, *Bald. l.observore, §.proficisci q.6. n.1.ff. de offic.Procõs.* & tamen in utroque contrarium observari video, ergo usus præsupponit illam *Pragm.* re-
3 stringendam esse ad sola munera, de quibus loquitur, & sic ad partem corruptelæ non ità gravem, nec dicatur quoad pœnam id admitti, sed non quoad privilegiatam probationem, etenim difficile potest separari lex de utroque unico *text.* loquens, sed hoc dato, ratio non suadet, ut privilegiata probatio extendatur, ad casum majoris pœnæ ob majus damnum, illud omni in casu certum est testes singulares de simplici rece-
4 ptione munerum non posse conjungi, cum illis de receptione munerum ad aliquid faciendum, vel non, ad finem adjuvandi probationes hujus qualitatis, de qua illæ non loquuntur ex traditis supra *art.6.* an autem id admittendum sit quoad probationem receptionis muneris remota qualitate dicam.

Sed an quinque testes circa munera sufficiant, juxta *Progm.* visitationis in judicio, & regulariter
5 difficile hoc admitti puto. Primo, quia lex concedens probationem testium singularium, semper intelligitur, quod sint omni exceptione majores, *Dec.consf.*101.*n.*4. *ad med.* quod verificari non potest in hoc judicio, cum non pandantur dicta testium, & sic semper debilitata ex hoc remaneat eorum fides, *Bovadill.in politic. lib.* 5. *cap.*1.*n.*231.*Pegna ad direct.inquisit.lib.*3. *num.* 127.*col.*4.*verf.praterea, & col.*8. *verf. praterea quamvis*, qui refert ad hoc requiri pleniores probationes, ut ex *Simanc.de Catholic.instit.tit.* 64.*n.*70.*& Mastr.tract.crimin.de Magistrat.lib.* 6.*cap.*2. *n.*34. hoc firmant, ne duo concurrant specialia, quod parum stringit in hoc judicio, in quo tot concurrunt specialia.

Secundo, quia *Pragm.* requirit, quod sint bonæ famæ, quæ licet inducatur ad concedendum
6 privilegiatam probationem, quia agitur de crimine difficilis probationis, tamen ad eligendam hanc probationem singularium testium, sine dubio se fundat super eorum qualitate, quam exprimit, quod sint bonæ vocis, & famæ, & colligitur ex eo quod in fine subdit, dum dicit, *si non fuerint quinque testes, vel illi non sint qualitatis declaratæ, quod observentur jura Regni in probatione*; Unde sequitur, ut sine difficultate qualitas hæc sit probanda, quidquid in aliis terminis dubitatum fuerit apud *Granimat. vot.* 25. *& consf.*35.*Covarr.in cap.relatum de testament. n.*6.*Farinac.q.*47.*n.*212. *de Franchis decisf.* 644. *n.* 2. quæ probatio plerumque deficit; Item requirit *Pragm.* quod non sint odiosi, quod semper est dubium, cum nomina visitati ignorent, & fallax sit nominatio inimicorum in genere.

Tertiò, quia testes aut sunt partes licitè dantes, aut illicitè dantes, ut mediatores, qui tractant de
7 se exonerando, aut simpliciter mediatores. Primi non admittuntur, nisi in specie renuncient repetitioni, *Farinac.qu.*6.*num.*51. Secundi à jure reprobantur, nec *Pragm.* salvat hanc differentiam, tertii à jure sunt expressè exclusi, *Farinac. qu.*60. *num.*23. tertii sæpè & ipsi participant de crimine tamquam auxiliatores, & conscii barattariæ, *glos. in l.in Comites, ff.ad l.Jul. repet.Farinac.qu.*111.*art.*8. *num.*130. & ità conjungi non possunt cum patiantur notorias exceptiones, in ea igitur sum sententia, ut hi testes singulares, juxtà jus commune, remota dispositione *Pragm.* tantum conjungi possint ad imponendam pœnam extraordinariam mitiorem, ut supra ostensum fuit *art.*3. ea tamen, ut quando singulares testes sine adminiculis proponuntur, qui patiantur aliquos defectus nequaquam conjunguntur ex iis, quæ supra dixi.

Dictum etiam fuit *Pragm.* nihil novi inducere circa culpam, quæ Officiali tribui solet ob munera
8 ab uxore, & familia recepta, sed hoc in terminis juris communis relinqui, cum quidquid *Pragm.* 2. dicat, verba *Pragm.*4. expressè debeant attendi uti emanata ad eam moderandam, quæ in principio dispositionis sunt, quod Officiales nihil accipiant per se, neque eorum uxorem, filios, aliosque, præsupponunt scientiam, & consensum mariti, & dum postea subdunt, *quod Officiales circa munera habeant familiam correctam alioquin ejus culpa poterit sibi imputari*, constat hęc verba nihil decidere, sed quando, & quomodo remitti dispositioni juris, de qua videri poterunt verba *Ciceron.act.*3.*in Verrem*, *fol.* 295. *cum duobus seqq.* qui elegantèr in hoc puncto loquitur, & dixi *art.*13.

Et ex hoc ponderatum fuit privilegiatam probationem *Pragm.* non extendi ad probanda hæc
9 munera familiæ, de quibus *Pragm.* nihil disponit, nec cum aliis casibus de receptione munerum ab ipso Officiali posse conjungi, cum ex illis familiæ solum civilitèr teneantur, ut dicetur *art.*13. eam pariter non procedere contra mortuos in casibus, in quibus post Officialis mortem de aliquo ejus delicto quæri potest, ostensum fuit supra *art.*3. 7.*notab.*

Et quoniam conclusum fuit supra, capita barattariæ non posse conjungi cum capitibus de mu-
10 neribus, ad hoc, ut privilegiata probatio quinque testium singularium de diversis factis locum habere possit, nova oritur dubitatio, an cum caput barattariæ contineat in effectu munus receptum fuisse ad aliquid faciendum, vel non, possit admitti hæc qualitas, quæ baratta-
11 riam continet uti non probatam, & considerari solam receptionem muneris, ut ita conjungatur cum aliis capitibus de muneribus ad imponendam pœnam receptionis munerum, etiam respectu hujus capitis, non autem barattariæ, videtur quod sic ex his, quæ supra adnotata fuerunt

runt *art.1.3.special.* dum dictum fuit, quod in judicio visitationis, in quo proceditur sola facti veritate inspecta, procedi potest non probata qualitate in inquisitione deducta, vel ex alio delicto resultante ex narratis, *Farinac.qu.1.nu.33.* cum igitur subsistere possit cognitio receptio-
12 nis, remota qualitate barattariæ, jam constat illius probationem suppleri posse ab aliis testibus singularibus in cœteris munerum capitibus, juxtà dispositionem *Pragm.* cum solum tuoc agatur de delicto recipientis munera, remota qualitate ad faciendum, vel non faciendum; Ego tamen existimarem ità distingui posse, quod si agatur de modico muoere, ex cujus simplici probatione, nulla suspitio barattariæ resultat, tunc ferè admittantur, eo tamen prænotato, quod testis, qui fatetur se turpiter dedisse ad corrumpendum Judicem, non erit integer testis, licèt de ea qualitate non agatur, cum ex sua confessione contaminatur, sed si agatur de pecunia tradita, vel alio magno munere, quo probato ex sola traditione jus præsumat turpiter datum fuisse, ut supra admonui *art.praced.in 2.qu.* nequaquam hujusmodi suppletionem admittendam esse, cum per indirectum tenderet ad probandam barattariam.

At nondum omnes scopulos hujus *Pragm.* prætcrivimus, ulterius enim circa eam dubitatur, an quinque hi testes singulares probent receptio-
13 nem muneris in quolibet singulari casu, itaut in quolibet casu recipiat invicem robur, & vim ad faciendam plenam probatiooem ad imponendam integram pœnam dupli, vel mitiorem arbitrio saltem Judicis, ut in simili lege dixit *Covarr.var.lib.3.cap.3. num.5. vers.ex quibus Regiis*, licet in terminis juris communis, quando conjunguntur probationes ad probandum unum totum, dum tendunt ad eundem finem, apertè dixerunt Interpretes non intelligi probatum quemlibet casum particularem, quos cumulat *Farinac.qu.64.n.185.199.& 225.* ex quo receptum est, quod statutum ab Episcopis, quod per testes singulares probentur usuræ solum
14 substineri ad probandum usurarium in genere, non ad probationem particularium casuum, *Feder.de Senis cons.17.Covarr.cap.3.num.4.in fine, & num.9.in princ. & Bald.* quem alii allegant *cons.192.num.9. lib.2.* qui tamen subdit talia statuta de facto observari, sed cum Princeps Supremus ex causa possit etiam quoad speciales casus id statuere, *Jas.l.admonendi num.117.ff.de jur.jur.* non puto recedendum ab opinione firmata, quam servari vidi.

Sed si in uno casu munus probatum fuerit per duos testes concludentes, de aliis quatuor deponunt singulares testes, ao tunc poterunt con-
15 jungi, ad hoc, ut in singulis casibus vigore *Pragm.* dicamus receptionem probatam esse, ut augeatur pœna dupli, & inspectis verbis *Prag.* constat solum conjungi singulares testes de diversis casibus deponentes, non ergo possunt conjungi testes, qui plenè particularem casum probant, sed ille debet particularitèr puniri, quo facto nulla amplius illius capitis debet haberi ratio ad conficiendam, sed ad adjuvandam aliorum probationem, nam licet verum sit delictum punitum considerari posse ad aggravandum secundum delictum ejusdem generis, itaut si pro secundo delicto imponatur pœna mortis concurrat primum furtum punitum, ad hoc, ut respectu ejus dicatur secundum hoc, de quo agitur *Clar.§.furtum vers. quæro etiam stante statuto, Menoch.de arbitr. cas.295. num.19. Covarr. var.lib.2.cap.10.num.2.vers.cæterum*, non tamen potest concurrere ad puniendum, sed ad aggravandum, ut ibidem per *Clar.* quod cootingeret, si corroboraret probationem.

Imo tunc existimarem, si plenè fuit punitus Officialis non sine ratione contendi posse penitus cessare dispositionem *Pragm.* etsi adsint alia
16 quoque capita cum singularibus testibus non posse quoad illa sequi condemnationem dupli, nam specialitatem probationis induxit *Pragm.* ob bonum publicum, cui satis consulitur per condemnationem secutam in primo casu, ideo illa extendenda non est ad augendam pœnam pecuniariam favore tantum Fisci, & certè si rectè perpendantur verba *Pragm.* constabit eam specialitatem probationis solum inductam fuisse favore Fisci in subsidium, quando nullum caput est probatum, ex quo possit pœna in emendationem Judicis imponi.

Sed an illa verba *Pragm.* quod pro prima vice puniatur in duplo, & suspensione officii, ac pro se-
17 cunda in triplo, & privatione intelligenda sint pro prima vice, quod Officialis munus recipit, an pro prima vice, quod Officialis condemnatur, licet plura dona diversis temporibus receperit, & sic separata delicta commisisset, *Covarr.variar.lib.2.cap.10.num.8. vers.quintum est in hoc tractatu prænotandum*, in benigniorem sententiam accedit, quod intelligatur pro prima vice, qua condemnatur, quasi sentiat *Pragmatica*, hæc delicta antè primam sententiam habenda esse pro uno quoad punitionem, & publicam vindictam, *Bart.l.inficiatio, §.inferat num.6.ff.de furt.Covarr. ubi supra*, & licet difficultatem faciant verba *Pragm.* 2. qua cavetur ipso jure committi pœnam, ad quam se refert hæc *Pragm.*4. de qua agimus, tamen cum ad hoc requiratur Judicis declaratio ad perfectionem pœnæ, quæ prima vice fit, hoc spectatum fuisse adhuc dici potest, maximè si nullus casus plenè probatus fuerit, sed tantum per singulares testes ex privilegiata probatione.

Dubitatum etiam fuit an *Pragm.6.de muner.* edita à Prorege ad majorem intelligentiam præceden-
18 tium *Pragm.* In ea materia à Cæsarea Majestate promulgatarum foret observanda.

Primò, quia licet Proreges, quasi subrogati in locum

cum Præfecti haberent authoritatem legis condendæ, *Bart.l.omnes populi,ff.de just.& jur.in* 1. *qu.princip*.47. & in *l. Imperium, c.de grad. mer. Imp.* ubi *Cag. num*.202. & 276. *ff. de jurisdict. omn.Judic.* tamen ejus potestas non extenditur ad alterandum leges Regni, *text.est apertus in l.in forma,ff.de offic.Pret.*& tradunt *Barr.& Cagnol.*ubi nec etiam ad eos interpretandum, dum enim ei non est hæc facultas concessa, sequitur, ut maneat hæc facultas comprehensa sub prohibitione generali, de qua in *l.fin.C.de leg.* & tantò minus modo præceptivo per viam alterius legis generalis, ut declarat in simili *Sanchez de matrim.lib.8.disput.6. num*.2. & adverte, quod Interpretes sentiunt Proreges temporales pos-
19 se etiam leges perpetuas facere, quod sive certum, sive dubium: Neapoli sic receptum est, quando *Prag.* fiunt juncto Prorege cum Cons. Coll. uti à Moderatore Regni, secus si à solo Prorege fiant circa militaria, uti ab Imperatore militum, *Rovit. in Pragm. Neap.tit de milit. Pragm.*16.*in princip.* At Mediolani, ubi solum Gubernatoris nomen nanciscuntur moderatores Provinciæ, Senatus Mediolanensis declaravit eorum proclamata tandiù vigere durante tempore cujuslibet Gubernatoris ex *Bart. doctrin.in ead.qu.*4.*ad fin.*ad quod vide *Becc.cons.* 4. sed sua Majestas non multo antea ad commodum publicum sanxit, ut prædecessoris proclamata durent per sex menses post adventum novi Gubernatoris, donec deliberare posset hic quidquid agendum secundum temporum qualitatem.

Secundò, quia non obstante illa 6. *Pragm.* Proregis, quæ re vera alterat sanctiones Imperatoris allegabatur pro præterito solum priores leges in hac materia observatas fuisse, & sic *Pragm.* illam 6. nunquam usu fuisse receptam videntibus, & patientibus aliis Proregibus, & per consequens illam nullum robur habere, *Bart. in Auth. omnes Peregrini in fine, C.comm.de succesf.* latè in *l.de quibus num*.33.*ff.de legib.Felin. in cap.*1.*num.6.de tregu.& pac.col.2.vers.lex nova, & col.5.vers.quinta declaratio*, his tamen non obstantibus frequentius in eam sententiam itum fuit, quod illa *Pragm*.6. vigeret cum ex aliquibus ordinibus Proregis allegaretur colligi eam fuisse moribus receptam, & à S.M. approbatam, sed habita ratione expositorum levitèr mulctandos, & puniendos esse eos, qui ei soli, & non Legibus contravenerant.

Ultimò, additur pœna *Pragm*.2. & specialitatem probationis solum repeti, & restringi in *Pragm.*
20 4. ad munera recepta à litigantibus, nam in capite separato de receptione ab aliis personis moderando, & declarando *Pragm*.2. loquitur Invictissimus Imperator in hæc verba: *de cæteris autem personis hic non expressis, nec comprehensis, si aliquid acceperint, sit cum omni temperantia, & moderatione, & tantummodò in rebus parvi momenti, ut sunt volatilia, feræ fructus, & similia, parvis tamen vicibus, ita ut non generetur usus*. Quæ sunt verba, nec quidquam directè prohibent, sed tantùm è contrario sensu, nec ullam pœnam certam continent, & ita relinquitur arbitrio Judicis, *Bart.l.hodiè, & l.sanctio legum, ff.de pœn.* quod consonum est, cum multo detestabilius sit munus accipere à litigante, in quo pœnam rigorosam expressit lex, quam dona ab illis non litigantibus, propterea specialitas probationis omninò referenda est ad principale caput receptionis munerum à litigantibus, quæ expressè prohibentur pœna certa indicta, quod & verba suadent, dum loquitur *Pragm.*de probatione dictarum subornationum, munerum, seu dationum, nam supra nihil dictum fuerat expressè de his, nisi in *cap.* 1. in quo agitur de receptione auri, & argenti, & aliarum rerum etiam spontè ablatarum à litigantibus. Præterea dum legitur de subornationibus intelligendum est de litigantibus, alias valdè impropria essent dicta verba, quæ diriguntur ad Judices, quos minatur, undè satis constat intelligi solum de receptione à litigantibus, quorum respectu propriè dicuntur Judices, & hanc sanè interpretationem æquitas suadet in materia pœnali, nè alias rigorosè minus lex reddatur, quæ coadjuvatur à legibus Hispanis, quarum exemplo satis credibile est hujusmodi specialitatem probationis eam inductam esse.

SUMMARIUM.

1 *Constitutio Caroli IX. Galliarum Regis concordat cum* Pragm.Regn.Neap.sub tit.de muner.
2 Pragm.de muner. *an sint usu receptæ*.
3 *Verba* Reg.Carol.Tap.lib.2.Jur.Regn.in Constit. apud Justitiarios, *referuntur*.
4 Pragm.2.& 5.de muner. *interpretantur*.
5 *Officialis filius recipiendo munera dicitur committere crimen concussionis*.
6 *Officialis ad hoc, ut teneatur pro muneribus per familiam receptis probandum erit mandatum, vel ratihabitio*.
7 *Probatio privilegiata per statuta contra Officiales non habet locum muneribus receptis per familiam, non probato consensu, vel scientia.*
8 *Barattariæ crimen nedum committitur, quando Judex recipit pecuniam, sed etiam quando consequitur aliquod commodum, vel utilitatem à litigante, & traduntur exempla.*
9 *Barattaria committitur quando Judex mediante pecunia condemnat absolvendum, vel absolvit condemnandum.*
10 *Sententia qua absolvitur inquisitus ex delicto, de quo plenè constat, dicitur nulla tamquam continens juris errorem.*
11 *Judex debet exprimere causam, ex qua ducitur ad non adhibendam fidem testibus plenè deponentibus.*

12 *Ba-*

Digitized by Google

12 *Barattaria committitur per Judicem, cui fuit remissum æs alienum.*
13 *Delictum in genere in crimine corruptelæ quomodo probatur.*
14 *Testes deponentes contra Officialem corruptum debent exprimere mensem, & modum.*
15 *Testibus deponentibus dedisse pecuniam Judici, num credatur.*
16 *Mediatoris, & proxenetæ depositio, num convalidanda sit in torturu.*
17 *Et quid in illis, qui dederunt pecuniam ad redimendam vexationem.*
18 *Indicia, & leviores probationes sufficiunt contra Officialem laborantem mala fama, vel officium ementem, & convictio requiritur contra Officialem non diffamatum.*
19 *Officialis num ex solis indiciis possit damnari pœna exiliari, & suspensionis.*
20 *Affertur negativa decisio Reg.Cam. accedente voto Coll.Conf. de Anno 1672. cui adversantur aliæ decisiones apud* Reg. Rovit.decis.36. nu.28. *& apud* Reverter.decis.400. *& nu.21.*
22 *Officialium delicta commissa in officio probantur talibus qualibus probationibus.*
23 *Testis unius depositio de visu barattariæ sufficit ad inferendam torturam.*
24 *Tortura ex processu informativo potest inferri Officiali inquisito de barattaria.*
25 *Testes singulares admissi per Statutum ad probandum crimen usuræ, num probent solam usuram in genere.*
26 *Testes singulares deponentes de proprio interesse admissi per* Pragm. *ad probandam usurariam pravitatem non sufficiunt ad pœnam ordinariam.*

OBSERVATIONES
Ad Artic. XI.

COncordat cum Pragmaticis nostri Regni
Neapolis sub *tit.de muner.Constitutio Caroli IX. Galliarum Regis*, per quam severè inter-
1 dixit Judicibus, Advocatis, & Procuratoribus,
ut nulla à partibus litigantibus dona acciperent,
nisi fortè caro ferina eis transmitteretur à Magnatibus, quod si etiam prohibitum fuisset, sanctior fuisset Constitutio, dixit *Maynard. decis. Tholos.86.num.2.lib.1.*

Circa observantiam harum *Pragm.* videlicet, an
sint usu receptæ videndus est *Reg.de Ponte de*
2 *potest.Proregis de elect.Official.tit.3. §.6. nu.13.*
& cons.146. num.30. in fine vol. 2. ubi scribendo in propria causa fundat Pragmaticam non esse receptam, dum Ministri receperunt post eam munera in faciem Proregum, qui pariter munera receperunt, & quod circa hoc consuetudo faciat licitum illud, quod alias esset illicitum, dixit
3 *Reg.Tap.lib.2.jur.Regn. in Constit. Regn. apud*
Justitiarios num.2. ubi tradit distinctionem esse adhibendam inter litigantes, & non litigantes sub his verbis: *Et circa hoc hanc regulam vidi servari ab exactissimis Viris à litigantibus nihil accipere, nisi tamen litem præcessisset amicitia, & esset solitus aliquid recipere rerum comestibilium, à non litigantibus verò circa res comestibiles, tam Sale, quàm Zaccaro conditas, pullos (ut dixi) ex India, & alia hujusmodi non vidi scrupulum, dummodò essent moderatæ quantitatis, illud in summa intuendo, ne donans animum habuerit Judicem corrumpendi, aut ejus animum inclinandi, quæ regula debet esse semper præ oculis Judicum, etiam in casu permisso à non litigantu munera recipere, & (ut audivi) à Fratre Petro Hispano Ordinis Carmelitarum Discalceatorum Concionatore optimo, atque celeberrimo, Judex non debet esse facilis ad accipiendum munera, sed tempore quo accipit, excogitare quis mittat, ad quem finem, quantumvè sit donum, ne facilitas recipiendi ipsum à recta administrandi via semoveat, servatur tamen circa reliqua, sicuti, & cæteræ Constitutiones, circa quas optima est regula, quam Imperatores Verus, & Antoninus tradiderunt, quam recitat Ulpianus in l. solent, ff.de offic. Proconf. inquiens; Nam valdè inhumanum est à nemine accipere, sed passim vilissimum, & omnia avarissimum. De hac etiam re videnda sunt, quæ scripsit Aviles in cap.primum Prætorum in verb.dadivas, & Vincent.in specul. doctrinali lib.7. cap.22. & Marc. Anton. Surg.de Neap.illustr.lib.1.cap.17. nu.23. qui ex Vetruv.cap.10.lib.6. declarat seniorum nomine pullos, ova, olera, poma, & cæteras res agrestes contineri*, & de hac Consuetudine recipiendi esculenta, & poculenta tam in Curia Romana, quam Neapoli, quando sunt parvæ considerationis testatur *D.de Luca in observat.ad decis.493. D.de Franchis num.1. & 2.* sed de justitia hujus Consuetudinis videndus est *D. Author supra art.10.vers.3.*

Pragm.2. & 5. de muner. quæ imponit pœnam Judicibus munera recipientibus, ut pro prima vi-
4 ce mulctentur in duplum, & pœna suspensionis
officii, pro secunda vice pœna totalis privationis, interpetratur per *D.Author n.17.vers.incip. si d in illa verba*, ut intelligenda sit pro prima vice, qua Officialis fuit condemnatus, & non pro prima, qua munera diversis temporibus receperit, ad cujus benigniorem sententiam comprobandam addo, *Reg.Rovit.decis.64.num.18. & 19. & Revert.decis.159. lib.1.* qui interpretando consimile Statutum Regni nostri in *Pragm.1. in §. 5.de Offic.Proc.Cæsar.* videtur eundem spiritum habuisse cum *Authore* nostro sub his verbis; *Unde cum Pragmatica sanctio de Anno 1539. disponat, quod pro prima vice Offialis mercaturam exercens debeat puniri in amissione suæ provisionis unius anni, debet sine dubio intelligi pro prima vice, quàndo semel fuerit attinctus, & punitus, nam pro prima vice non potest intelligi,*

si se-

si semel emit, vel vendidit, sed tunc demum quando ex assiduitate, & consuetudine hujus exercitii fuerit semel punitur, & nunquam anteà, sicque officio non privatur, sed amissione provisionis unius anni.

Quatenus *Reg. Pragm.* prohibet receptionem mu-
nerum per filios, & uxorem monendo Mini-
5 stros, ut familiam correctam teneant, observan-
dum erit, quod filius Magistratus recipiendo
munera dicitur committere crimen concussio-
nis, ex *glos. in l.eadem, §.1.ff.ad l.Jul.repet.* docet
*Menoch.de arbitr.cas.517.num.3.vers.& propte-
rea in fine*, verum ad hoc, ut procedi possit con-
tra Officialem recipientem per medium istarum
6 personarum probandum erit ejus mandatum,
vel ratihabitio, cum verba illa *Pragm.* admo-
nentia Officialem, ut familiam correctam te-
neat, non important necessitatem, *Reg.de Pon-
te cons.146.à num.62.ad n.67.* nec monitio ten-
dit ad convincendum Officialem, sed ad arguen-
dum ipsum de culpa tantum in casu contraven-
tionis, *Reg.Rovit.* super eadem *Pragmat.4.de
muner.num.2.& 3.* quod adeò verum est, quod
7 non probato mandato, consensu, vel scientia,
non admittitur probatio privilegiata, & irregu-
laris statuta contra Officiales recipientes mune-
ra, *Reg.Matthei de re crimin.controv.76.nu.15.
& 16.& controv.61. num.45.* ubi quando præ-
sumatur talis scientia, mandatum, vel consen-
sus, qui *num.52.* decisum refert teneri Magistra-
tum ad pœnam criminalem corporis afflictivam
ex crimine famulorum in casibus, in quibus con-
stat de scientia, vel nimia negligentia. Con-
cordat *de Matthæis de criminio. lib.48. tit.8. ad
leg.Jul.repetund.cap.1.num.6.*

Corruptelæ, & Barattariæ crimen, de quo fit ser-
mo in hoc undecimo Articulo incurritur, nedum
8 quando Judex recipit pecuniam, sed etiam si
aliquod commodum, vel utilitatem consequa-
tur, nempè si filius Judicis consequatur à litigan-
te aliquod beneficium Ecclesiasticum, seu Judi-
cis filia fuerit Monialis effecta, vel consimile
commodum Judici, vel suis obvenerit, nam in
unoquoque ex dictis casibus censetur commissa
barattaria, per *text.in l. 1. §.fin. & l.3. ff.de ca-
lumn.& in l.jubemus.C.ad l.Jul.repet.* ponderat
aliis cumulatis, *Berart. de visit.c.17. n.25.& 26.*
& per *Pragm.* Regni nostri, quæ est 5. sub *tit.de
Official.* & quæ eis prohibeantur expressè pro-
hibetur Regiis Officialibus tam majoribus, quàm
minoribus, nè petant beneficia Ecclesiastica, nec
officia Baronalia pro amicis, consanguineis, seu
affinibus absque licentia Proregis.

Barattaria dicitur commissa, quando Judex con-
torsit justitiam mediante pecunia condemnan-
9 do absolvendum, vel absolvendo condemnan-
dum, & de ea loquitur *Constit.Reg.incip. si Ju-
dex accepta, Rovit. super Pragm. 3. de Militib.
num.40.*

Hinc si Officialis liberaverit inquisitum de aliquo
delicto, de quo constat plenè ex actis, sententia
10 dicitur nulla tamquam continens juris errorem,
*Carrabb.in sing.133. Ursill.ad Affl. decis.28.nu.
1.& 2.de Franc.decis.398.* & quando Judex ex
causa movetur ad non adhibendam fidem testi-
11 bus clarè, & plenè deponentibus, debet hanc
causam inserere in actis, alias tenebitur in syn-
dicatu, ex *Menoch. & Grammat.* apud *Farinac.
in repert.Judic.qu.15.num.12.*

Item commissa dicitur barattaria, si constiterit
12 fuisse Judici remissum æs alienum, ex *tex. in l.
2.& 3.de calumn.* idem *Berart.cit.qu.17.n.34.*

Crimen hoc corruptelæ ad hoc, ut dicatur consta-
re in genere requiritur concludens probatio
13 causæ, per quam fuit data pecunia Officiali, alias
sola probatio de datione pecuniæ non sufficeret,
nisi saltem constaret per famam publicam,
*Muscatell.in prax.crimin.in tit.de Judic.corrupt.
à num.10.ad 15. Reynald.observat.crimin. cap.
4.§.6.& 7.num.6.7.& 8.tom.1.* ubi quod cogni-
tio hujus delicti in genere habebitur ex conje-
cturis.

Insuper testes deponentes contra Officialem cor-
ruptum debent exprimere mensem, & modum,
14 *Bald.cons.353. lib.5. Gramm. cons.35.* ubi con-
suluit pro quodam Judice Siculo, contra quem
aderat confessio in terminis ejus familiaris, qui
confessus fuerat illi dedisse pecuniam, & con-
cludit, quod neque resultabit indicium ad tor-
turam, concordat *Camill. de Medicis cons. 143.
num.29.& 30.* qui scripsit in testibus deponen-
tibus vidisse pluries N. ingredi cum pecuniis ex-
tortis, & sine illis egredi, & quod regularitèr
non credatur testibus asserentibus corrumpisse
15 Judicem, vel dedisse pecuniam, dixit *Berart.de
visit.cap.5.n.37.* nisi Officialis aufugisset à syn-
dicatu, sed mediatores quamvis non faciant ple-
nam probationem, tamen faciunt indicium ad
torturam, adeoquod eorum depositiones jun-
ctæ cum aliis adminiculis plenè probant *Reg.de
Ponte decis.16.num.25.* sed attendendam esse
bonam, vel malam famam mediatoris resolutum
habetur apud *Reg.Merlin.cent.2.cap.29. nu.15.*
latè *Calderò decis. Cathal.100. à num.28.cum
seqq.tom.2.*

Mediatoris, & proxenetæ depositio, licet convali-
danda sit in tortura cum testibus criminosis non
16 credatur sine tortura, *Reg.Merlin. cit. controv.
29.num.12.& 13.* tamen hoc non procedit in il-
lis, qui dederunt pecuniam ad redimendam ve-
xationem, ex quo non poterant aliter consequi
justitiam, quia isti non dicuntur socii criminis,
17 *Reg.de Ponte decis.16.num.18.& 19.* vel atten-
ta mediatoris bona fama, & qualitate, ut consi-
derat idem *Merlin.num.15.*

Hæc indicia, & probationes leviores sufficiunt in
hoc crimine contra Officialem laborantem ma-
18 la fama, vel quod emerit officium. *Reg.de Pon-
te decis.16.* aliàs non concurrente hac diffama-
tione requirerentur quinque testes illi singulares

bonæ,

bonæ, & probatæ opinionis, juxtà *Pragm.3.& 4.sub tit.de muner.*quia alias recurrendum esset ad jura communia, & Constitutionum Regni, quæ requirunt convictionem per testes synodales, & dilucidas probationes contra Officialem non diffamatum,*l.fin.C.ad l.Jul.repet.Constitut. Regn.corruptelæ crimen*, latè *Reg. de Ponte cons.*146. *num.*15. quibus supra traditis non concurrentibus ex solis indiciis non posset Of-
19 ficialis damnari pœna exiliari, neque officii suspensione, quemadmodum decrevit Reg.Cam. Summ. in causa inquisitionis D.Dominici Vincenti olim Regii Auditoris Aquilanę Provincię, cum Regio Fisco ejusdem Tribunalis, siquidem eadem Reg.Cam. referente in Collat. Consf.sub
20 die 8. Aprilis 1672. & accedente voto Collat. Conf. fuit liberatus in forma, reformato decreto prius interposito per idem Tribunal, quo exciterat dictus Vincenti damnatus exilio triennali ab hac Civitate, & à tota Provincia Terræ laboris cum prohibitione non exercendi officium Regii Auditoris, & cœteras Regias Commissiones, referente Dom. tunc Præsidente Reg. Cam. D. Nicolao Gascon, nunc dignissimo Regente.

Sed huic novissimæ decisioni contradicere videtur
21 aliæ decisiones apud *Reg.Rovit.dec.*36.*n.*25.& apud *Revert. dec.*400. de quibus memores sunt *D.Reg.de Philippis differt.fiscal.*15.*num.*36. & 37. & *Reg.Merlin.controv.cent.*2.*cap.*29.qui *n.*5. insequitur rationem illam, quam adducit *Joann.de Platea in l.Judices, C. de dignit.lib.*10. eatenus esse necessariam convictionem, quatenus delictum esset commissum extra officium,
22 at ubi delictum esset commissum in officio, sufficit talis qualis probatio, quæ fuit ultima ratio decidendi considerata per *Reg. Rovit. cit.decis.*36. *num.*25. comprobat *Reg. de Marinis in obfervat.ad decis.*46 *Reg.Revert.num.*3.& 4. ubi tandem dicit, quod totum remittitur Judicis arbitrio, & conscientiæ.

Multò fortius supra tradita procedisset, si ageretur de inferenda tortura, quia tunc sufficeret depositio
23 unius testis deponentis de barattaria, quemadmodum decisum refert *Reg. Revert. decis.*46. etiam in tortura ex processu informativo, quam
24 pluries refert practicatam contra Officiales de barattaria inquisitos, videndus est *Menoch.consf.*98.*num.*2.& *Larrea allegat* 48.*num.*12.& 13.

Illud quod dicit hic.*D Reg. num.*14.quod testes singulares admissi per statutum ad probandum crimen usuræ, admissi censentur ad probandum
25 aliquem usurarium in genere, non autem in specie, non transit sine controversia in terminis legum nostri Regni, ut diximus in *Observat. ad sing.nostri Genitoris* 401.*nu.*3.sed illud tamen apud me verissimum existimatur non sufficere hanc probationem privilegiatam per famã,& per testes singulares deponentes in causis propriis, juxtà *Pragm.*1. *de Usurar.* ad infligendam pœnam ordinariam, sed benè quoad pœnam extraordinariam, ut perpendit *D.Reg.Laurent.Mattheù de re crimin.controv.*40. *num.*44 & 45.

Franciscus Maradei.

SUMMARIUM.

1 *Officialis tam temporalis, quàm perpetuus quando probibeatur contrahere cum subditis, & num.*8.
2 *Officialis an possit exercere mercimonium in Provincia sibi subdita.*
3 *Officialis an possit contrahere matrimonium in Provincia sibi commissa in gubernium sine licentia Principis, & an prohibeatur proprias filias in matrimonium collocare.*
4 *Officialibus, seu Procuratoribus Cæsaris an licitum sit emere bona, quæ per eosdem vigore officii venduntur.*
5 *Et quid palam, & bona fide, & nu.*6. *&* 7.
9 *Et quid in familiaribus Officialium.*
10 *Officialis an teneatur probare emisse palam, & bona fide.*
11 *Et quid concurrente Principis licentia.*
12 *Venditio facta Officiali à Prorege cum consultatione Tribunalis, & generali derogatione legum in contrarium facientium, num dicatur dispensare, & Officialem excusfet.*
13 *Interpretantur jura in* l. non licet *juncta* l.aufertur, §.quod à Præside, ff.de jur.Fisc. & in l. fin.C.de rescind.vendit. *& num.*14.
15 *Officialis an possit mutuum dare, vel accipere sub usuris in Provincia, ubi præest.*
16 *Pecunia fœnebris, de qua loquitur* text. *illa dicitur, quæ est destinata ad fœnus exercendum.*
17 *Mutui sola promissio à Judice acceptata an inducat corruptelam.*
18 *Attentatum solum, sive solus conatus an puniatur in crimine barattariæ, & quando inducatur præsumpta barattaria,& num.*21.
19 *Et quid si mutuatum sit Judici non actu, sed potentia.*
20 *Et quid si alia species, quàm pecunia mutuo data sit.*
22 *Officialis an prohibeatur recipere ex donatione tam attento jure communi, quàm attentis* Pragmaticis Regni Neapol.
23 *Et quid in donatione remuneratoria accepta per Officialem causa patrocinii præstiti, antequam esset Officialis.*
24 *Officialis an possit hæres institui, & legata recipere.*

Digitized by Google

ARTICULUS XII.

De contractibus Judicum, & Officialium.

HUc usque generalia judicii visitationis, & modos corruptionis attigimus, nunc percurrendi erunt aliqui casus particulares, in quibus culpa Officialium notata fuit, & primo loco accedit in contractibus, & pro clariori intelligentia nonnulli casus in materia considerandi sunt, licèt ut plurimum soleant *Interpretes* hoc simul tractare non sine aliqua confusione.

Primus casus est in Officiali contrahente cum privato, qui sit subditus ejus jurisdictioni, de quo in *l.aufertur, §.quod à Præsides, ff. de Jur. Fisc. & in l.1.C.de contract.Judic.* ut puta, quia animo ibi vivendi emit domum, vel eam ædificat, vel prædia emat, de quo latè ibi per *Interpretes*, ut latissimè *Peregr.de Jur.Fisc.lib.4.tit.3.num.9. usq.ad 15.Isern.& Affl.in cap.1.§.si vero de feud. Guard.Bovadill.in Polit.lib.2.cap.12.nu.39.cum plurib.seq.* idem est si prædium conducat, *l.Curiales, C.de loc.& conduct.* & in hoc casu non est levis difficultas, ut in hoc prohibitio comprehendat Officiales perpetuos, & ipse accedo communi opinioni, quod non, cum *Peregr. all. nu.*10. quia dum minus esset excludere perpetuò Officialem ab emptionibus immobilium in loco, in quo perpetuò commorare intendit, unde lex non debet trahi ad hos, in quibus durior esset prohibitio, sed sicuti per illam non excludetur Officialis à receptione bonorum paternorum, quæ fortè vendantur, quia dura tunc esset lex, ut ratio naturalis dictat, & ex eadem ratione nolunt *Interpretes* prohibitionem hanc comprehendere originarios Officiales, licèt temporales, quia nimis esset rigorosa interdictio contrahendi in propria Patria, quamvis ad tempus, *Jas.in l.principalibus, col.1.ff.si cert.petat. Peregr.ubi supra num.9.* dicunt autem, quod hodiè hujusmodi jura non observantur de consuetudine, *Osasc. decis.* 144. *num.14. vers.4. dicitur Pract. Papiens. in forma libelli in actione reali in verb.veris, & legitimis num.* 16. prout nec re vera Mediolani observatur, excipiunt tamen *DD.*quando Officialis contraheret cum litigante, dum coram ipso pendet lis, nam tunc etiam hodiè viget prohibitio hæc, quod satis mihi placet, quod extendit *Ripa*, etiam ad Judices perpetuos in *resp.1.num.4.tit.de div.rescript.*

Secundus est in Officiali mercimonium exercente in Provincia sibi subdita, quod ei etiam ex fa-
2 miliaribus interdicendum est, *l.principalibus, ff.si cert.pet.l.eos, C.eod.tit.de mandat.Princip.§. oportet*, de quo *Bovadill.dicto num.*34.quæ prohibitio extenditur ad extractionem navis, *l.aufertur, §.quod à Præside, ff.de Jur.Fisc.* & in hoc ex consuetudine in Regno, imò plures ordines recentes sunt conformes cum jure communi, quia certè in istis major timor adest, & militat accedente ratione distractionis à muneribus publicis, de qua in simili *l. milites agrum, ff. de re militar.l.milites, C.de loc.* & hanc prohibitionem existimo comprehendere Officiales perpetuos, & temporales cum *Facchin. controv. jur. lib.2. cap.* 78. & bona fide palam negotiantes, ut per eundem *cap.*78. & cave à *Lanar.cons.*43. dum dicit *Prag. Neapol.* super hac prohibitione non esse usui receptam, nam contrarium scripsit *Francisc.de Ponte de potest.Proreg.tit. de elect.§. 7.num.5.* & ideo contravenientes in visitationibus condemnantur.

Tertius est casus, quando agitur de matrimonio, nam non potest Officialis exterus in Provincia
3 sibi commissa matrimonium contrahere, *l.si quis officium, & l.qui in Provincia in princ. ff.de rit. nupt.l.1.C.si Rect. Provinc.* quibus in legibus extenditur hujusmodi prohibitio ad filios, familiares, quibus ipsi Officiales assistunt, licet non prohibeatur proprias filias in matrimonium collocare, ut dicta *l. si quis officium in fine*, & hujusmodi matrimonia etiam hodie non contrahuntur sine licentia Principis, licèt si id de facto fiat, sine dubio valeat, *Bovadill.ubi supra nu.35. ad finem*; An autem pœna exequi possit contra eos dubitatur, & clarè *Dec.* existimat, quod non in propriis terminis loquens dicta *l.1.in princip. num.4.* ex his, quæ dixerat *num.* 231. & idem dicit *Paris de Puteo in verb. contrahere cap.1.n.* 4. de quibus tamen est punctus, ut videre est apud *Felin.cap.Ecclesia Sanctæ Mariæ num.59. de constit.Sanchez de matrim.to.1. lib.4. disput.* 25. qui finalitèr cum *Dec.* resident, & vide *Afflict.in Constit.Neapol. incip. communiter nu.6. & ibid.Reg.Tap.sub tit.de contract.Judic.*

Quartus est casus, quando Officiales vigore sui officii vendunt aliquam rem, ut sæpè accidit in
4 Procuratoribus Cæsaris, & tunc minimè possunt aliquid emere, *l.non licet, l.qui officii, & l.si in emptione, §.fin.* ubi *Salicet. ff. de contrah. empt.* & licèt aliqui ex antiquis intellexerint, dictam *l.non licet*, quod emere in officio sit emere in Provincia, in qua officium gerit, & ità illam *legem* trahunt ad primum casum, & omnia conjungunt, quasi Officialis sit prohibitus emere ea, quæ ab eo venduntur vigore officii ex eadem generali prohibitione, quod non possit contrahere in Provincia, in qua exercet officium, tamen falluntur, quia dicta *l.non licet* re vera loquitur in hoc quarto casu, in quo jure speciali Officiali est prohibitum emere rem alienatam in suo officio majori indicta pœna, *Bart. in l.aufertur, §.quod à Præside, ff. de jure fisc. Menoch.de arbitr.cas.*459. *num.*15. quem merito post multos alios sequitur *Peregr. dicto lib.4. tit.7.num.6.* à generali prohibitione Officialium
5 contrahendi, controvertunt autem Interpretes,

Digitized by Google

ati palam, & bona fide id liceat, & ibi per *Peregr. num.8.& 82.verſ.amplio ſeptimò*, *Bovadill. num.35. gloſ.13.* ſed in eam itum eſt ſeotentiam quod *lex* hoc 4. caſu procedat, ut etiam ſi bona fide factus fuerit contractus, & illud me movet, quia ipſimet Authores, quorum *Bart.* anteſignanus in *dicto §.quod*, *qui fortè in Præſide* contrariam opinionem tenent, ratio prohibitionis eſt timor impreſſionis, non ipſe effectus, quod re vera interveniat impreſſio *Iſern. d.c.1. §.ſi vero col.fin.verſ. ratio autem prohibitionis de feud.Guard.Jaſ.col.1.dicta l.principalibus*, propterea cum habitu militet hic timor, ſatisfactum eſt rationi legis, nec quidquam facit, quod poſtea in effectu non intervenerit impreſſio, alioquin ſi lex attenderet ſolum effectum impreſſionis fruſtra eſſet, cum ſatis proviſum ſit per *legem ſi quis impreſſionem, C.de eo quod met.cauſ.* neque obſtat ceſſare tunc timorem propter aſſiſtentiam aliorum Officialium, qui præſumuntur bono publico conſulere, & curare, ut omnia rectè ſe habeant, *Iſern.dicto §. ſi vero nu.10.* nam adhuc lex non confidit de hoc, ſed ut ceſſet hic timor, requirit ſpecialem Principis licentiam,& authoritatem dicta *l.non licet*, quod conceditur conſtito quod nulla fraus intervenerit *Bovadill. num.37.* fateor quidem ſi proponeretur contractus,in quo nec habitu poſſit impreſſio,vel fraus intervenire, quod contraria opinio foret admittenda cum *Alciat.in dicta l principalibus in ult. verb.* & in caſu *Bovadill.ex cit. num.46.* qui nihil boni allegat, ſed pro ejus opinione facit *l.tutor rerum*, ubi *Bart. ff.de author. tutor. Salycet. in l.ſi in emptione,§.fin.in tribus locis de contrah. empt.* in quibus juribus alius continetur caſus ſimilis caſui *Bovadill.* omninò igitur verſatur difficultas in reſpondendo ad *l.cum ipſe, C.de contrah.empt.* ex qua conſtat prohibitionem generalem, quod tutor non poſsit emere res pupilli, quæ ipſo authore venduntur,de quo dicta *l.in emptione, §.fin.* limitari ſi bona fide, & palam emantur, reſpondit *Jaſ.1 loco limitat.7.in dicta l. principalibus*, quod illa lex loquitur in adminiſtrationibus privatis, in quibus ceſſat timor impreſſionis, ſed hæc reſponſio non placet, quatenus verſamur in *hoc 4.caſu*, in quo non ſolùm timor impreſſionis, ſed etiam fraudis verſatur, cum plures rationes hujus prohibitionis afferri poſsint, *Bald. conſ.330. in 1.impreſſione lib.3.* qui ſanè timor fraudis æqualiter militat in omnibus adminiſtrationibus tam publicis,quàm privatis, ideoquod ad hoc æquiparantur in dicto *§.fin.dicta l.ſi in empt.ubi Gloſ.& alii.*

Secundò, ante *Jaſ.* reſpondeot *Bald.* & *Salycet.in dicta l.quiſquis, C.ſi cert.pet.& gloſ.in l.unic.C.*
6 *de contract. Judic.* quod in hoc 4. caſu militat diverſa ratio, quia Officiales omnes ſimul repræſentant Rempublicam, ſeu Principem cujus nomine vendunt; Unde licet emens non interveniat, tamèn concurrit ad formandum Magiſtratum, qui vendit, & ſic idem eſſet emptor, & venditor, tunc fit, ut noo ſit mirum, ſi ex diverſitate rationis dicta *l.non licet*, comprehendat etiam bona fide ementes à collegis ſuis, ſed revera hæc ratiocinatio non ſatisfacit, nam uno Officiali excluſo ab intereſſe quod habet, cœteri per ſe ſine illo faciunt Magiſtratum, & ſine illo repræſentant Rempublicam, In quibus excluſorum jus remanet, *Abb.cap.1.num.14.verſ. ſecunda opinio de Judic. Alex. conſ.40. nu.2.lib. 2.* & ſaltem ſine difficultate, quando media eſt perſona Proregis, in qua fundatur contractus, ut plerumque accidit, ceſſat penitus, ut eadem *gloſ.* docet in *l.1.C.de contract. Judic.* ſuper qua omnes ſe fundant dato quod ad hunc caſum extendatur prohibitio, quando ipſe Prorex vendit mediante conſenſu Officialium, juxta ea, quæ traduntur de tutore, & pupillo, dicta *l.ſi in emptione,§ fin.l.pupillus,§.item ipſe,ff.de auth. tutor. Alciat. dicta l.principalibus ad finem*, reſpondet ſtrictiorem eſſe hanc Officialis prohibitionem, quam tutoris, ſed cum nullam rationem afferat hujus ſtrictioris obligationis adhuc dubium ſubſiſtit.

Tertiò, itaque exiſtimo Ipſe reſponderi poſſe ex traditis à *Cyn.Salycet.& aliis in Auth. quibuſ-*
7 *cumque, C.de Sacroſ.Eccleſ.* dum volunt Oeconomum, nec etiam bona fide poſſe emere res, quæ in officio ſuo venduntur, quia major ratio ſtrictioris obligationis militat, quam in dicta *l. cum ipſe*, dum igitur de eo, qui tenetur reddere rationem alteri adminiſtratori in ejus locum ſuffecto, qui adminiſtratores negligentiores ſolent eſſe in loco, licèt ipſe loquatur de tutore, qui tenetur reddere rationem ipſi Domino, etſi negligentiori, quæ divarſitatis ratio ad unguem militat in ſpecie facti propoſita, quando res Fiſci venditur, & ſi res privatorum judicialitèr ab Officialibus venderentur,tunc dicunt rationem ſtrictioris prohibitionis reſultare, quia facilius privatus à Magiſtratu læſionis damnum conſequi poterit.

Quinqua autem brevitèr in hac materia notanda ſunt; Primum eſt, quod in hoc primo caſu *DD.*
8 noo faciunt differentiam, utrum ſint Officiales temporales, an perpetui, cum eadem in omnibus militat ratio,& ceſſat illa conſideratio æquitatis eos non excludendi proprio commercio in loco domicilii, in quo uti Officiales perpetui perpetuò commorari debent, de quo ſupra in primo caſu,nam ſolum excluditur ab emptione rerum, quas ipſi ex officio vendunt, ideò cavendum à *Franc. de Ponte conſ.49.* qui applicat etiam ad hunc caſum tradita ſupra in *1.caſ.* motus authoritate *Bald.& Salycet. in dicta l.quiſquis, & dicta l.non licet*, qui loquuntur in temporalibus.

Secundum eſt, quod in omnibus caſibus, in quibus Officiales non poſſunt contrahere,nec etiam
9 id facere poſſunt ejus familiares, *l.principalibus,*

ff.si cert. petat. l.unic. C.de contract. Judic. Auth. quibuscumque, C.de Sacrosf.Eccles.Pregr.d.tit.7. num.7. & quamvis *Dec. in dicta l. principalibus num.3.* doceat hos non venire in consequentiam prohibitionis factæ principali officiali, sed quia à lege fit expressà extensio ad hos familiares, quod cessat in dictis terminis *l.non licet*, quam constituere casum particularem, & separatum ab aliis prohibitionibus supradictis, tamen cum in familiaribus militet eadem ratio fraudis, & impressionis, etiam hoc casu id libentèr admitto, cum non sit novum unam legem suppleri, & declarari ab aliis in eadem materia loquentibus, licèt casus non sint iidem, *l.non est novum, l.posteriores, ff.de legib.*

Tertium, quod quando etiam admitteretur illa contraria opinio, quod palam, & bona fide eme-
10 re possit Officialis ex suo officio, tenetur tamen Officialis id probare, *Dec. dicta l.principalibus num.9. ad finem*, in cujus probatione requiritur justitia pretii, *Bald. l. cum ipsi in princ. C.de contrah. empt.* in tantum, ut qualibet læsio operetur rescissionem contractus, & ibi per *Bald.* & in simili *glos. & Salycet. in l.si quis, C. de rescind.vend.* quod verum etiam puto, ubi interveniat Principis licentia, *Lup. de usur.tit.3. cap.2.num.26.vers.in hoc credo perperam dicere*, nam præsumitur illa lata sub prætextu bonæ fidei, unde si contrarium appareat est justitia, ut propter omissa corruat, quidquid contrarium innuat *Dec. dicto num.9. in fine*, ibi: *qui impetravit à Principe indistinctè potest*; Fateor qui-
11 dem stante Principis licentia præsumi pro legitimatione actus, & esse probandam læsionem hanc in pretio. Præterea cum in quodam casu venditum fuisset officium ex arbitrio Proregis à Sua Majestate ei concesso minori pretio, non dici venditum justo pretio, ajebam, cum non constaret, quod idem esset justum pretium, quando venditur personæ idoneæ, & benemeritæ, & sic locum habere non posse contrariam opinionem nitentem bonæ fidei; Adverte autem, quod non minus quis dicitur palam, & bona fide, emere si emat sine fraude per interpositam personam, ut quia dederit nomen, ut solent honestiores, ne nomen suum in instrumento scriberent, sunt verba *text.in l.pupillus, §.sanè, ff.de auth.tutor.*

Quartum est, quod licet Prorex vendiderit Officiali cum consensu, sive voto Tribunalis addita
12 de more generali derogatione legum in contrarium facientium, non tamen excusatur Officialis, cum in dicta *l.non licet*, ubi *Alber.* requiratur specialis licentia, *Rip.tit.de div.rescript.resp.1.* facit *Bald.in l.omnes num.6.C.si contr.jus, vel utilit.publ.* Neque obstat, quod Prorex vendendo Officiali dicatur dispensare, cum ex potestate id facere potest, *Gab. in suis comm. conclus. tit.de præsumpt.conclus.9. Menoch.præsumpt.22. lib.2. Plot.cons.108.nu.51.in princip. vol.1. cons. crimin.* quia id non procedit, quando requiritur specialis licentia, neque procedit quando Prorex non habet notitiam legis resistentis, *Menoch.& Gab.supra allegat.* etsi dicatur id præsumi contendo hoc casu constasse, cum Tribunal cujus consilio venditionem facere debebat, nihil de ea ei dixerit, ut videre erit in instrumento contractus. Tertiò, id non procedit, quando Prorex facit actum consuetum, qualis est hic venditionis officii cum generali derogatione, ut ibidem tradit *Menoch.in fine.*

Quintum est, quod cum duplex pœna contineatur in dicta *l. non licet juncta, l. aufertur, §.quod à*
13 *Præside, ff.de jur.Fisc.* & in *l.non dubium, C.de legib.* altera annullationis contractus, quæ & ipsa pœna dicitur, *l.Senatus, ff.de contrah.empt. Alex.cons.36.num.13.lib.4. Sim.de Pratis de interpr.ultim.volunt.fol.193. col.1.* altera verò dupli, quæ est vera, & pura pœna, ob quas controversas opiniones, vel aliqualem Consuetudinem debent Officiales excusari ab hac secunda pœna, licet nullitas contractus firma remaneat *Plot.* in simili doctrina *cons.108.num.49.57.93.1221.* & si non potest habere locum nullitas contractus, vel non expediat ex aliqua causa loco pœnæ nullitatis alia pœna pecuniaria arbitrio Judicis imponetur, ut observatum fuit contra quendam Officialem in visitatione Neap. & à Supremo Cons. Italiæ contra *Menoch.* in casu quo pro se scripsit *cons.1174.lib.12.*

Quintus, ut redeamus, casus continetur in *l.fin.C. de rescind. vendit.* secundum unam lecturam,
14 quam notabilem esse dicit *Salycet.* quando fiscalis res venditur, quam Palatini non possunt emere, ut dicta *l.* cavetur, & Palatini tantùm intelliguntur à *Bald.in ead.l.* magni Consiliarii, qui resident penès Principem Supremum, *Mart. Laud.tract.de Cons. Princip. tom.16.tract. qu.4. fol.112.* militat enim timor impressionis, & gratiosæ venditionis; fateor ab Imperatoribus magis complecti aliam lecturam in dicta *l.fin.* quod videlicet loquatur de venditionibus à privatis quibuscumque faciendis, sed mihi magis superior placet ad evitandas fraudes, quæ cum non improbetur ab Imperatoribus sequi potest, ac debet, ac etiam accedit *Alex. dicta l.principalibus num.3. ff.si cert.pet.*

Sextus est casus in Officiali nominatore, quia nominati bona emere non potest, *l.justa*, & ibi *Joann.de Platea in 2.notab.C.de suscept.lib.10.*

Septimus casus versatur in mutuo. Quod duobus modis considerari potest; primò, quatenus mu-
15 tuum consideramus uti merum contractum, nulla subsistente corruptelæ suspicione, & tunc Officialis temporalis, qui Provinciæ præest non potest mutuum dare sub fœnore, *l. principalibus, ff.si cert.pet.* imò nec gratis secundum *glos. in l. eos, C.si cert.pet.* & rationes affert *Alciat. dicta l.principalibus num. 5.* licet hoc non videatur approbare *Dec. ibid.num.2. ad finem*, cui acce-

dit

Digitized by Google

dit *Peregr.de jur.Fisc.lib.4. tit.7. num.12. vers.*
amplia octavò, Officialis verò perpetuus prohi-
betur fœnus exercere, *l. Præsides*, *ff.si cert. pet.*
qui *text.* quamvis loquatur de Officialibus in-
ferioribus, tamen ex identitate rationis expres-
sè extenditur etiam ad majores, *Alciat.ibid.nu.*
4. & passim *DD.* loquentes de omnibus contra-
hentibus, quod licet illi sint Officiales perpetui,
nullus autem ab eo, qui pecuniam fiscalem, vel
publicam retinet mutuam accipere potest eam
pecuniam, nec etiam sub usuris, *l.1.& 2. C.de*
his qui ex public.rat.& l.1.& fin.C.de his qui ex
publ. collat. rat. lib. 10. & utrobique declarant
Rebuff.& Joann.de Platea, de quo *Peregr. de*
Jur.Fisc. lib.6. tit.3. num.9. non solùm autem
perpetuus, sed etiam temporalis Officialis pote-
rit à subditis pecuniam fœnebrem sumere in
Provincia, dicta *l. Præsides in 2. par.* Verum
enimverò valdè resistit alius *text.* qui prima fa-
cie videtur contrarius in *l.quisquis, C.si cert.pe-*
tat.glos.& Interpretes vario modo respondent,
primò, quod *text. in dicta l. Præsides* procedit
solum quando ad utilitatem Reipublicæ Præses
accipit pecuniam sub fœnore, sed certè verba
generalia respiciunt hunc intellectum; secundò,
quod loquatur, quando non à subdito fœnebrem
pecuniam accepit, sed tunc agitur de casu indu-
bitabili, quod intelligitur, quando id facit ob
necessitatē pro emendis rebus necessariis ad vi-
ctum, sed & generalitas legis hanc restrictionem
non admittit, *Alciat. dicta l. principalibus nu.2.*
vers.nec à litigantibus, & dicta l.Præsidis nu.5.
intelligit eam permissionem, quando pecuniam
sub fœnore accipit Officialis, antequam aliqua
causa fuerit in judicio deducta, & prohibitio-
nem *l. quisquis* procedere quando ab actu liti-
gantibus datur pecunia fœnebris, quod suade-
tur ex verbis legis, quæ expressè de Judice lo-
quuntur, sed neque hoc placet in terminis pro-
positis, in quibus, ut ab initio dixi, considera-
tur prohibitio contrahendi remota omni corru-
ptela punibili præsumptivè, nec jus commune
hujusmodi differentiam constituit, ut supra vi-
dimus 5.*cas.* licet Consuetudo derogaverit juri
communi, quod Judices actu, ut ibi monui, &
certè *Bald.* & alii *text.in dicta l.quisquis* intelli-
gunt generalitèr de Officiali in Provincia, ut
ostendunt verba legis, dum ad pœnam requirit,
quod mutuans illam pecuniam fœnebrem fuerit
in Provincia versatus, & sic per habitationem
factus subditus; ergo actu non litigabat coram
illo Judice, cum etiam si non esset versatus in
Provincia, satis diceretur subditus, mihi igitur
magis probabile, & consonum videtur, ut *text.*
16 *in dicta l.quisquis* procedat, quando fœnebris
pecunia destinata ad fœnus exercendum mu-
tuatur gratis Judici, seu Officiali, tunc enim
præsumitur corruptio, ut ibi *Bald.* declarat, de
quo statim dicetur; Nam si pecunia data fuisset
sub fœnore, seu extimo satis esset pœna, & præ-
sumptio fraudis multum rigorosa, & ratio natu-
ralis dictat, quod nullo modo est dicendum, &
hoc sensu retento in secundo modo considera-
tur mutuum, quatenus turpitèr datum sit ad fi-
nem corrumpendi Judicem, & turpitèr recep-
tum à Judice, & tunc si expressè mutuum sit da-
tum Judici ad aliquid faciendum, vel non, indu-
bitati juris est committi barattariam, & turpitu-
dinem ab utraque parte versari, *l. quin etiam*,
juncta *glos.l.seq.* §. *illud erit*, *ff.de calumn.* & in
his terminis loquitur *Bald.in l.1.num.4.ff.eod.in*
l.venales num.5.C.quand.prov. non lic. qui mo-
vetur ex dicta *l. quin etiam* à parte in hoc casu
loquente.

Ampliatur, ut hoc procedat etiam si sola facta sit
promissio mutui, & illa à Judice acceptata sit,
nam adhuc corruptus dicitur Judex, cum deli-
17 ctum consistat in illa turpi pactione, *l. & gene-*
raliter, §.*de pactis*, *ff. de calumn.* hinc ibi *Bart.*
notat puniri affectum, licet non sequatur effe-
ctus, quia à lege solum affectus fuit considera-
tus, *auth.novo jure, C. de pœn. Judic.mal. judic.*
Mascard.de probat.conclus.453.n.5.& 6. Put.de
syndic.in verb.corrupt.cap.1.num.6. qui ex *Bald.*
perpendit, quod qui accipit promissionem tene-
tur sicuti, qui accipit rem, *Menoch.de arbitr.cas.*
342.num.28.& 29. Farinac. qu.111. num.126.
ubi plus vult intelligi acceptatum, si non reii-
ciatur, ideò malè *Mascard.conclus.165. num.8.*
& Amed.de syndic. num.167. existimant in di-
cta *l. & generalitèr* agi de conatu, & non de ba-
rattaria, quinimò agitur de perfecta barattaria,
quæ in corruptione perficitur, ut dixi, cum
æqualiter est delictum, nec adesse conscientiæ
puritatem, quam lex requirit, *Auth. jusjurand.*
quod præstat.ab iis, qui administr. accip. de quo
ibidem *Amed.nu.165.* an autem attentatum so-
18 lum sit puniendum in crimine barattariæ, dixi su-
pra *art.2.vers.9 incip. habitum fuit pro constan-*
ti, si verò gratis data fuit pecunia mutua Judici
non expresso fine, ad quem datur, tunc colligit
Bald.ex dicta l.quisquis, C.si cert.petat. præsumi
turpitudinem tam in dante, quàm in recipiente,
& *Bald.* sequuntur *Put.dicto tract.de syndic.in*
verb.barattaria nu.4.in fine, & verb. corruptio
cap.3 num.1.Menoch.de arbitr.cas.342.num.34.
& Bajard.ad Clar.§ fin.qu.73. num.2. Farinac.
qu.111.num.173.Bart. cons.94. num.9. Viv.de-
cis.113.num.3.

Ampliatur primò, ut hoc procedat, non solùm si
mutuatum sit Judici actu, sed etiam Officiali in
19 potentia Judici, ut etiam colligitur ex dicta
l.quisquis, ubi etiam *Bald.* qui loquitur indistin-
ctè de Officiali, *Peregr.lib.4.tit.7 num.12. vers.*
qui tamen fœnebrem Judici, & Officiali cum ju-
risdictione exhibuit, & faciunt quæ dixi supra
in primo modo ad finem, nam ex hoc casu ex
qualitate, & quantitate pecuniæ datæ præsuma-
tur datum ad malum finem, ut etiam sentit *Ma-*
scard.conclus.164 num.13.

Am-

Ampliatur hoc secundò, ut non solùm hoc procedat habita ratione ad commodum usus gratuiti pecuniæ, sed etiam habita ratione ad quantitatem datam, quia præsumitur quantitas donata, & in fraudem nomen mutui appositum, quod nunquam restituitur, ut ponderat *Menoch.* notabiliter *cas.342.num.39.vers.accedit ratio*.

Ampliatur tertiò, ut idem sit, si alia species, quam pecunia mutuo data sit, ut advertit *Mascard.*
20 *conclus.453.nu.10.& 11.* quod tamen est temperandum inspecta qualitate rei datæ, & qualitate personarum, ut idem *Mascard.* docet *conclus.165.num.13.*

Atque hoc postremo casu, quando agitur de præsumpta barattaria, ex mutuo dato ad nullum
21 certum finem, dubitatum fuit, an ad eam extendenda sit communis DD. opinio, de qua supra *art.2.vers.9.* quod attentatū proximum sit in ea puniendum, sicuti in barattaria vera, dum proponeretur Judicem à litigante mutuam pecuniam petiisse, quæ neque data, neque promissa fuit, & alii dicebant hunc esse conatum proximum, quia ipse fecit quidquid potuit, sicuti de corrumpente, qui obtulit pecuniam Judici, quam ille recepit, tradit *Menoch.conf.243.num.22.vers.utputa quando obtulit pecuniam Judici, quam ipse recusavit, &c.* & cum versemur in præsumptione legis nullam esse differentiam constituendam inter veram, & præsumptam barattariam, tanto magis cum superagatur de malo Judicis affectu, qui utroque casu colligitur, propterea, quod dato hoc casu conatus nō esset puniendus ex specialitèr traditis in barattaria, idem tamen est certum generalitèr in quocumque delicto, conatum proximum pœna extraordinaria puniri, *Menoch.de arbitr. cas.360. n.95. supra dixi art.2.vers.9.* ubi latiùs declaravi, sed cum aliorum animus conquiesceret, animadversum fuit, quod erat absolvendus Reus, ex eo quod de illa requisitione mutui solum constaret ex literis Judicis privatis, & negatis, quæ recognitæ fuerunt per comparationem literarum, non servatis omnibus requisitis, de quibus *Menoch. de arbitr. cas. 114.* quam dubiam satis probationem esse constat secundum omnes maximè in criminalibus, *Dec.cons.615.Rip.l.admonendi num.100.ff.de jur.jurand.*

Octavus casus principalis in donatione, de qua loquitur *text.in l.5.C.de contract.Judic.* & ex ea
22 cavetur non valere donationes factas Magistratibus cum limitationibus, de quibus infra, & stante *Pragm.Regn.Neap.sub tit.de muner.* est indubitatum in eo Regno, sed dubium est si agatur de donatione remuneratoria ex causa de præterito ante munus susceptum, & *Jas.* post *Bart.* quem allegat dicta *leg. principalibus*, & idem *Dec.num.9. Peregr.de jur.Fisc.lib.4. tit.7. num.12. vers.limita 5.* existimant id licere per meritoriam æquivalentiam, *Facchin.controvers. jur.lib.2.cap.80.*

Contrarium dixit *Alciat. dicta l. principalibus nu. 10. vers. quod si causa remunerationis*, ne alias ampliaretur ampla via fraudandi legem, quem sequitur *Tiraquell.in l. si unquam in verb.donatione largitus num.57.C.de revoc.donat.* & hanc
23 *Alciat.* opinionem vidi observari contra Officiales, qui donationem receperunt contemplatione patrocinii præstiti, antequam essent Officiales, & in alio casu, non obstante quod ageretur solùm de magistratu potentia Judice, & non actu, & quod præsumi posset donantem animo sincero donationem ob benemerita fecisse, posteaquam eundem hæredem instituit, & quod palam donationem acceptasset Officialis, quod etiam arguebat bonam fidem, communis fuit pro pœna ordinaria, ut puniretur à *Pragmat.* imposita.

Nonus est casus in ultimis voluntatibus, & de jure communi receptissima est opinio posse quem-
24 cumque Magistratum, & Judicem hæredem institui, & ei legari, *l.non dubium, C. de testam.l. Julianus.l.2.ff.de Judic. Alberic.in l.unic.num.2. C.de contract. Judic. Purpurat. & Dec. dicta l. principalibus num. 10.* qui duas afferunt rationes, quia cessat ratio prohibitionis, cum possit revocari ultima voluntas ad nutum, & sic neque confessio, neque corruptio perpendi potest, cum Judex moveri non debeat dispositione revocabili ad omnem disponentis voluntatem; alteram, quia jura solum de contractibus loquuntur, & sequitur *Peregr. dicto tit.7. num. 13.* verum est, quod aliquam videntur facere difficultatem *Pragm.Neapolit.* propter generalitatem verborum, sed & illæ possunt, & debent recipere interpretationem à jure communi distinguente in eadem materia, & si rubrica attendatur, quæ est *de muneribus*, & attento animo perpendantur verba *Pragmaticarum*, satis colligitur eas dirigi ad dispositionem inter vivos, non in ultima voluntate, ut decisum firmant *Franchis decis.493.* & *Affl.* ab eo allegatus.

SUMMARIUM.

1 *Officialis prohibetur contrahere cum subditis, tam attento jure communi, quàm Regni.*
2 *Consiliarii, & alii Regii Officiales an possint emere palam, & bona fide, bona quæ venduntur in Aulis, ubi ipsi non resident.*
3 *Et quid per interpositam personam auctorantibus Collegis.*
4 *Officialibus est prohibita mercatura attento tam jure communi, quam municipali hujus Regni.*
5 *Et quid in una negotiatione, & emptione, & venditione pro usu domus.*
6 *Officiales non possunt matrimonia contrahere in Provinciis, ubi jus reddunt.*
7 *Officiales non possunt mutuo accipere pecuniam à litigantibus, vel proximè litigaturis.*
8 *Et quid in habentibus jurisdictionem ad certum*

tum genus personarum, & quid quando mu-
tuum fuit receptum palam, & bona fide.
9 *Et quid quando mutuum non fuit verè recep-*
tum, sed tantum petitum à litigante.
10 *Officiales an possint recipere donationem remu-*
neratoriam ex causa de præterito.
11 *Officialis an possit hæres institui à subditis, &*
refertur novissima decisio S.C.de anno..
12 *Et quid quando testator inducitur ad instituen-*
dum hæredem Magistratum ad finem obtinen-
di protectionem in litibus.
13 *Testamentum conditum à carcerato, vel per in-*
firmum vulneratum relaxatum per Judicem
in domo Amici an suspectum reddatur.

OBSERVATIONES
Ad Artic. XII.

ACcedit ad hunc articulum, quod officialis
prohibetur contrahere cum subditis tam
attento jure communi, quam jure Regni Nea-
1 politani sub pœna barattariæ, & nullitatis con-
tractus, & amissionis pretii, ad text.in l. fin. C.
ad l.Jul.repet.l.unica, C. de contract. Judic. quæ
prohibitio extenditur tam ad Judices majores,
quam minores, & comprehendit dumesticos,&
familiares ipsius Judicis contrahentis. Consil.de
Altomar.de nullit. contract.rubr.1.q.14.sect.2.à
n.1.ad 19.Reg.de Philippis dissert.30. nu. 63.&
64.Reg.Reverter.decis.12.ubi latè D. Reg. de
Marinis n.1.lib.1.& de limitationibus videndus
est Carena resol.9.à n.9.
Verùm Consiliarii, & alii Senatores possunt eme-
re palam bona, quæ venduntur in Aulis Tribu-
2 nalis, ubi ipsi non resident, nec in actu vendi-
tionis interveniunt, & maximè si emerint per
interpositam personam, & cum justitia pretii,
Mangil. & alii apud Consil. de Altomar. de nul-
lit.rubr.1.q.14.sect.2.n.96.tom.3.Sed quod ven-
ditio facta in propria Aula, ubi residet Consilia-
rius sit valida, si pruponatur facta aliis Collegis
auctorantibus, semper quod fuit facta per inter-
positam personam concurrente justitia pretii, &
3 alio non reperto licitatore, ut decisum habetur
apud Calderò decis.99.n.22. tom. 2. ubi officialis
de hoc impetitus in visita fuit absolutus.
Accedit secundò mercaturam quoque officialibus
esse interdictam ex eisdem juribus tam commu-
4 nibus quam municipalibus, adeoquod nulli exi-
stimantur contractus, per text.in l. aufertur, §.
quod à Præside.ff.de jur. fisc. & ex legibus Re-
gni in Pragm.8.de empt.& vendit. in Pragm. 1.
de mercatur.official.probibit.in Pragm.17.§.2.&
Pragm.66.§.4.de offic Proc.Cæsar.& in Pragm.
75.quæ est novæ reformationis cap. 43. & 107.
sub eod.tit. & habetur inter capitula, & privile-
gia hujus Civitatis pag.61.
Limitatur in una negotiatione, quæ non inducit
mercaturam, & in officiale, qui vendit ea, quæ
5 emit pro usu domus, Reg.de Ponte cons. 146.n.
68.tom.2. nisi ex argumentis constaret, quod
voluit emere pro usu dumus, ut carius vende-
ret, quia esset palliata emptio comprehensa sub
prohibitione negotiationis, & mercaturæ, Reg.
de Marinis in observat. ad decis. 159. Reg. Re-
vert.n.3.tom.1.
Accedit tertiò quod officialis non potest matri-
monium contrahere in locu, vel Provincia, ubi
6 jus reddit, l.1.C.si Rector Provinc.Constit.Regn.
incip.communiter, Pragm. 20. de official. & qua-
bis probibetur, quæ comprehendit officiales Hi-
spanos, eorumque filios, Reg. Consil. de Alto-
mar.cit.tract.de nullit.rubr.1.q.14.sect.2.nu. 97.
98.& 99.
Accedit quartò committi corruptelam, & præ-
sumptam barattariam ex pecunia mutuo per Ju-
7 dicem accepta, juxta Authoris distinctiones ex
Bald.in l.venales in fine num.5.C.quand.provoc.
non est necess.Grammat.cons.35.n.8. & alii apud
Berart.in specul.visitat.cap.17. nu. 33. quod in-
telligitur à litigantibus, vel proximè litigaturis
coram Judicibus, Carlev.de judic.tit.1.dispu.3.
num 17. & in Regno id expressè cautum habe-
mus per Prag.2.& 4.sub tit.de muner.ibi: *man-*
damusque etiā prædictis sub eisdem pœnis, quod
in futurum à litigantibus coram eis, vel coram
Tribunalibus nullam pecuniæ quantitatem per
eos, vel per alios mutuo accipiant, quam prohi-
bitionem concordare cum illa juris communis
dixit Vivius decis.113.n.3. & procedit etiam in
habētibus jurisdictionem in certum genus per-
8 sonarum, Reg. Sanfelic. decis. 170. ubi refert
fuisse citatum ad informandum Dohanerium
Menepecudum ob mutuum receptum à subdi-
tis, quamvis postmodum fuisset liberatus in fur-
ma, stantibus probationibus demonstrantibus
mutuum fuisse receptum palàm, & bona fide, &
conversum in sulutionem debiti Regiæ Curiæ,
meminit de Marinis in observat.ad cit.decis.12.
Reg.Reverter.n.6.D. Michael de Calderò decis.
Cathal 99.n.25.tom.2.
Dum Author hìc vers. atque hoc postremo casu
dubitat an sit puniendus Judex, qui petiit mu-
9 tuam pecuniam à litigante, quæ neque data, ne-
que recepta fuit, observandum erit, quod co-
natus in crimine corruptelæ puniatur, quemad-
modum punitur officialis assentiens prumissio-
nibus munerum ultra jura adducta per D. Au-
thorem videndus est Larrea, & alii cumulati
per Raynald.observat.crimin.cap.4.§. 6. & 7.n.
5.vers.tentauter tom.1.
Quod officiales pruhibeantur capere ex donatio-
ne tam attento jure communi, quam Regni no-
stri, pro indubitato tradit Author hic in 8. casu
num.... solum dubium ei superesse videtur, si
10 agatur de donatione remuneratoria ex causa
de præterito, & nihilominus in terminis nostræ
Pragm.stare videtur pro pœna à Pragm. impo-
sita, & pro hac eadem sententia stat Consil. de
Alto-

Altomar. ad Rovit. consf. 92. *num.* 28. *& de nullit. contract. rubr.* 1. *q.* 14. *sect.* 2. *n.* 50. quamvis pro validitate donationis remuneratoriæ scripserit in causa propriæ visitationis *Reg. de Ponte consf.* 146. *n.* 11. 12. 13. *&* 14. ubi respondet ad doctrinas *Tiraq. & Alciat. hic per D. Authorem* allegatas, quas dicit fundari in præsumptione fraudis, quam cessare dicebat in casu suo, in quo servitia probabantur, idemque asseverandum putarunt *Reg. Revert. decis.* 12. *& Reg. de Marinis in observat. n.* 7. *qui n.* 8. aliter sentire videtur in terminis *Pragm.* munera expressè prohibentium.

Non prohibetur tamen officialis hæres institui à subditis, juxta *text. in l. non dubium, C. de testament.* & in *l. cum hæredes, C. qui testam. fac. poss.*

11 & rationem assignat *Author hic in* 9. casu, ubi tollit difficultatem orientem ex generalitate verborum *Regiarum Pragm.* quas dicit esse solum directas ad dispositionem inter vivos, & recipere interpretationem à jure communi, & hæc opinio probata videtur nedum per *Dom. de Franchis decis.* 493. sed per novissimam decisionem S.R.C. quam refert *Consil. de Altomar. in locis supra citatis n.* 70. quæ decisio novissimè prodiit pro validitate institutionis in beneficium Regentis D. Caroli Petra Ducis Vasti Girardi hæredis instituti per Dianam Cortese, inter quos concurrebat causa consanguinitatis, & *n.* 72. limitat quando testator movebatur ad in-

12 stituendum Magistratum hæredem ex causa litis, quam habet cum aliquo, ex traditis per *Reg. de Ponte consf.* 147. *n.* 42. *& Reg. Galeota controv.* 2. 4. *&* 5. *lib.* 1. & hæc limitatio apud me esset magni ponderis quando adesset hæc causa motiva instituendi hæredem Magistratum ad finem obtinendi protectionem, & patrocinium in litibus pendentibus in Tribunalibus, ubi Judices plurimum pollent, ideoque ab integerrimis, & summæ magnanimitatis Magistratibus non fuerunt acceptata legata relicta sub hoc intuitu, quemadmodum fecit D. Reg. Joannes Baptista Valenzuela, qui repudiavit legatum annuorum ducatorum bismille sibi relictum per Marchionem Pinellum, ut habetur apud *Reg. Rovit. decis.* 50. *n.* 4. *vers. hic casus.*

Insuper suspecta redderetur hæredis institutio facta à carcerato, vel clam, & cum fraude, ex traditis per *DD.* allegatos per *Calderò decis. Ca-*

13 *tbal.* 98. *n.* 19. *tom.* 2. Et quid in testamento condito ad favorem amici per infirmum, vel vulneratum relaxatum per Judicem in domo ejusdem Amici, vide *Reg. Sanfel. decis.* 403. *n.* 9. *p.* 3. ubi quod non sustinetur in præjudicium venientium ab intestato, ex quo testator præsumitur compulsus, accedit *M. Anton. Sabell. in Summa §. testamentum n.* 14.

Franciscus Maradei.

SUMMARIUM.

1 *Officialis substituens in officio filium, vel alium de licentia Principis num teneatur ad pœnas barattariæ à substituto commissas.*
2 *Officialis num teneatur ad pœnas pecuniarias ob delictum familiarium, & n.* 3.
4 *Resolvuntur contraria argumenta & n.* 5.
6 *Officialium hæredes an teneantur crimine repetundarum ultra annum; & num pater teneatur pro delicto filii mortui substituti in officio.*
7 *Et quid in famulis, & aliis familiaribus officialis.*
8 *Officialis substituens an excusetur à mala electione si substitutus fuit in specie approbatus à Superiore.*
9 *Et quid quando licentia ad substituendum concederetur non expressa persona substituenda, vel expressum fuerit in ipsa substitutione teneri pro delicto substituti.*
10 *Et quid quando versatur substitutio in muneribus privatis.*
11 *Et quid quando agitur de negotiis publicis quoad commodum privatorum.*
12 *Et quid quando agitur de officio publico quoad commodum Principis.*

ARTICULUS XIII.

Quomodo Officialis teneatur pro delictis substituti, & familiarium.

Dubitatum autem aliquando fuit, an officialis, qui filium suum cum licentia, & approbatione Principis substituit, teneatur ad pœnas

1 barattariæ ab eo commissæ post ejusdem mortem, loquor de pœnis applicandis fisco, quo casu judicium criminale esse dictum fuit supra *art.* 7. & resolutum fuit, quod non, nam licet verissima sit conclusio officialem substituere suo periculo, *l. ad similitudinem, C. de Episcop. & Cleric. l. neminem, l. nullus C. de Decurion. lib.* 10. *l. agnatis, ubi Luc. de Penn. C. de agentib. in reb. lib.* 12. *l. si quis ex corpore C. de murileg. lib.* 10. *l. nam & Servius §. fin. ff. de neg. gest. l.* 2. *ff. si mens. fals. mod. dix. l. ex facto ubi Bart. & alii ff. de neg. gest.* & in specie cautum sit Patrem constituentem filium in munere publico tamquam consentientem filio in officii administratione pro eo teneri, *l.* 2. *ff. ad municip. Jas. consf.* 73. *in fine vol.* 3. *Boer. decis.* 217. *n.* 11. *Menoch. consf.* 345. *n.* 9. tamen illa jura loquuntur solum quoad præstationem interesse, dato quod damnum datum sit ex delicto, & obligatio Patris consentientis in Magistratu filii solum extenditur ad damna, quæ immediatè in Rempublicam redundant ex filio

Digitized by Google

filio administratione, *l.1.in fin.ff.de Magistr.conven.dicta l.2.ff.ad municip.glos.l.1.C. quod cum eo*, & in his terminis intelligendus est *Paris de Puteo de syndic.verb.substitutus cap.2.* per jura, quæ allegat, quod expressè dixit *Bald. in l. observare §.proficisci n.1.ff.de offic.Procons. Bart.l. ne quid, ff.de incend.ruin.& naufrag. Amed. de syndic.n.196.& 198.vers.sed pone, Farinac. qu. 29.n.84.* quibus in locis simpliciter tradunt ob delictum uxoris, & familiarium teneri officia-
2 lem civiliter ad interesse partis, vel ad rei restitutionem, & addo ego, vel fisco, quando vel ab utraque parte versatur turpitudo, nam tunc actione in factum civili agit fiscus, *l.in hæredem, ff.de calumn. Farinac.qu.10.n.59.* cum actio ad repetitionem, quæ competebat danti, ei adimatur propter turpitudinem, & applicatur fisco, ut dixi *art. 9. col.* 1. qui ideo ex hoc civiliter agit, tam contra ejus hæredes, vel actionem in factum in ejus locum subrogare potest, si solum ad restitutionem agatur, quæ intelligitur, quando lex simpliciter statuit, ut officialis teneatur pro familia, secus si exprimeret, quod etiam obligatus esset ad pœnam pecuniariam criminalem, nam tunc ad ea teneretur ex facto alieno, *Amed dicto n.198.& 199.* licèt mitius esset puniendus *Menoch. dicto cons.345. n. 13.* ex his colligitur responsio ad *l.observare, §. proficisci, ff. de offic.Procons.l.1.C.ad l.Jul. repet. l. debet §. 1. vers.hæc actio in factum in duplum est, ff.Naut. Caup.& stabul.l.1.in princ.juncto §.familiæ, ff.de public.& vectigal.*

Ex quibus desumi potest officialem teneri ad pœnas pecuniarias ob delictum familiarium, nam
3 primo generaliter respondeo id procedere, quando civiliter agitur, prout omnes Interpretes notant post *glos. in dicto §.proficisci*, puta si agatur de pœna applicanda parti, nam si ageretur de pœna pecuniaria applicanda fisco, ut in proposito dubio, tunc communis est conclusio, criminale judicium esse, ut supra dixi *art.7.*

Secundo respondeo idem adductis juribus, ideò illa procedere, quia præsumitur officialis fami-
4 liæ delinquenti consentire, dum præsens delicta ejus non prohibet, prout potest, & debet *Menoch. de arbitr.cas.345.n.3.* qui refert cautelam *Bart.* quod officialis tunc protestetur, de qua *Curt.Sen.cons.4.* at in substituto, de quo agitur, quando principalis proprietarius officii non se ingerit in ea causa absentiæ, vel alia, sed substitutum relinquit, qui omnia ad libitum administrat, cessat penitus ratio hæc, nec in eo procedere possunt ea jura.

Tertio principaliter respondeo ad *§. proficisci*, nihil ibi agi de pœna, sed solùm de interesse, ut
5 per *Bald.l.1.C.ad l.Jul.repet. n.* 1. dico specialiter illum esse casum, quando Rector spoliavit Provinciam, *Menoch.de arbitr.cas.342.n.15.* & in qua pœna applicatur parti, ut ibi per eum, quem sequitur *Farinac.q.111.n.66.& 70.* & circa dictam *legem* advertendum est illud de duplo à Præside expressum fuisse, ut applicetur parti, ut in illo detur actio contra exercitorem ex nautarum culpa ob particularem rationem, de qua in *l.1.eod.tit.*& idem dic ad *l. 1.ff. de public.l.eum si ff.eod.*

Secundum fundamentum relatæ decisionis fuit, quia cum mortuus esset filius multò antè, expe-
6 ditum est contra hæredes non dari ultra annum actionem in crimine repetundarum, *l.3. ff. ad l. Jul.repet.* unde sequitur, ut pater substituens exhibendo filium liberaretur, *Bart.l.1.§.quod novissimè, ff.de public.& vectigal. Alberic.l.quantæ audaciæ, ff.eod. Salycet.in l.1.n.5.C.ad l.Jul. repet.Farinac.q.111.nu.145.* etiam si statutum diceret patrem pro filio teneri, *Roman. cons.* 11. non posset tamen conveniri, cum non sit in culpa, si mortuum non exhibuit, *text.* est apertus *in l.sed & ii, §.sive autem, vers.quid tamen, ff. de public.& vectigal.* dixit *Bart.dicto §. quod novissimè vers.quia Rector non tenetur de delicto officialis mortui, Peregr.de jure fisci lib.4.tit.5.n.* 1. qui allegat *Soccin.in l.filius familias n.20. ff. de verb.oblig.* neque obstat *l.fin.§.hac autem actione ff.naut.caupon.& stabul.* qua motus de doctrina *Bart.* dubitavit *Amed.de synd.n.201.ad fin. ver. quod forte procedit*, quia *text.* hic militat in officio privati, quando per exhibitionem nautæ delinquentis exercitor non liberetur, *Bart.dicto §. quod novissimè Raman.dicto cons.* 11. *Felin. cap. Petrus n.11.de homicid.Amed.dicto n.201.vers. & est speciale Farinac.dicta q.24. nu.* 60. & sic cessat fundamentum assertionis, *Bart.& text.in dicta l.sed & ii;* Cœterum etiam in terminis dicti §. *hac autem actione*, si ageretur de servo, exercitor noxali tantùm judicio tenetur, ut *ibi* dicitur, & in *l.1.ff.furt.advers. naut. caup.* & exhibendo servum potest liberari, utique idem dicendum esset, nempè quod post mortem servi non molestatur exercitor, *glos.dicto §.hac autem actione in verb.dumtaxat.* Ex quibus patet inanum *Amed.* dubitasse, nec percepisse veram rationem assertionis *Bart.*

Extenduntur autem prædicta etiam ad famulos, & alios familiares officialis, licèt non sint curæ pu-
7 blicæ præpositi, dicto §. *proficisci in princ. Amed.de syndic.n.108.& 109.* satis enim quod delinquant prætextu officii, quod gerit Dominus, ut ibi per eos, ac de simplici famulo loquitur etiam *Roman.dicto cons.11.* adde *Parid. de Puteo in verb.familia cap.3.n.2.* ac aliam rationem perpendit *Farinac.q.24.n.59.* quod scilicet sint præpositi curæ privatæ, & delinquant ratione hujus famulatus, reprehendendo *Franc. Marc. decis.425.n.7 p.1.post Castrens. dicto §. familiæ;* Verum cum in visitatione Neap. fuisset officialis inquisitus ob munus acceptum ab uxore, quæ jam mortua esset, & hoc repeteretur, valdè ferè omnes dubitarunt, quoad casum uxoris.

Tertio, & ultimo illud etiam perpensum fuit, quod

substitutus fuerat in specie approbatus à Superiore, quod excusat substituentem à mala electione, *Bald.in cap.1. num.9. de offic. Deleg. Felin.cap.Petrus num.11. de homicid. Farinac. dicta qu.24.num.86.* quo loci refert *decis. Rotæ* exprimentem non posse imputari substituenti malā electionem, ante Judicis approbationem, & hoc consentaneum est rationi naturali, neque culpa ei imputari potest, qui personam substituendam nominavit Superiori, ut de ejus qualitate se informet, ut illum approbet, quæ saltem authoritas Superioris, & approbatio judicat bonam vocem, & famam substituti, quod sufficit ad excusandum substituentem, *Felin. dicto cap. Petrus num.11.Farinac.dicta q.24.num.61. & similiter qu.111.num.472. & 475.* tanto magis dum nominavit proprium filium ex his, quæ de propriis servis dicuntur in *l.fin.§.in suis venia dignus, ff.Naut.Caup.& Stabul.* neque obstat *Luc.de Penna in l.agentes, C.de agentib.in reb. lib.12.* quo loci fatetur ità judicatum fuisse Neapoli, sed sententiam improbat, & contendit approbationem intelligendam esse secundum jus, nempè periculo substituentis, quem sequitur *Paris de Puteo in verb.substitutus cap.2.nu. 2.fol.mihi 305.* etenim hęc ratio non concludit, quando ex ipsa Superioris approbatione tollitur, quæ erat in causa, & substitutus teneretur, nempè ob imprudentiam in eligendo, de qua *l.nam & Servius, §.fin.ff.de neg.gest. l.fin. §.cum dicemus, ff.Naut.Caup.& Stabul.l.unic.§.quid ergo, verf.nisi fortè, ff.furti advers.Naut.Caup. & l.si cum exhibuissent in princip.* ibi: *qui eos debet bonos servos, ff.de public.& vectigal.* quod intelligitur de approbatione facta, juxtà eum secundum jus, & stante approbatione Superioris, quæ excusat à mala electione ad hoc non teneatur substitutus, ut diximus procedere cum

9 *Luca de Penna*, quando licentia ad substituendum concederetur non expressa persona substituenda, sed magis meo judicio negotium faciet, quod hoc fit contra jam receptam opinionem desumptam ex *l.ex facto*, ubi *Bart.Bald. & Castrens.ff.de neg. gest.* in qua apertè præsupponitur Curatorem rerum Reipublicæ teneri pro delicto substituti à Republica ei dato, verum dicendum erit id procedere in ea lege, quia hoc expressum fuerat in ipsa electione, seu substitutione, sicuti de Consuetudine Neapolitana servari testatur *Luc.de Penna*, ubi supra, & *Paris de Puteo verb.substitutus cap.1.* & eodem modo respondendum erit ad *l. exactores, C.de suscept.lib.10.* quod videlicet ideo nominatores teneantur, quia in confirmatione id exprimatur, ut innuit *Rebuff.* vel quia specialiter id in eo casu cautum est, ut in casu nostro *Farinac.q.24.*

Ulterius distinguendi sunt alii casus; Primus est, quando versamur in officiis, seu muneribus pri-

10 vatis, & tunc locum habent tradita in *l.1. ff. Naut.Caup.& Stabul.* nec exhibitio servi, qui delinquit, excusat, nec ulla justa causa electionis prodest, & aliud exemplum desumi potest ex *l.nam & Servius, §.fin.ff.de neg.gest.*

Secundus est casus, quando agitur de negotiis publicis quoad commodum privatorum, non Rei-

11 publicæ, & tunc militant omnia supradicta, quod per exhibitionem delinquentis liberetur Officialis principalis, qui curam ei credidit, etiam si agatur de exhibendo homine libero, argumento, *l.quantæ audaciæ, vers.ergo etsi homo liber serviat, ff.eod.* quod & usu receptum esse refert *Castrens.ibid. & Bart.* sequitur *Bald.l.observare, §.proficisci in princip. ff. de offic. Proconf.* & quod pariter excusatur, si doceat, quod electus tempore electionis fuisset communi opinione vir probus, vel si accesserit approbatio Superioris, ut dictum fuit, cum teneatur ob culpam in eligendo ex quasi maleficio, *glos.in verb.bonos servos, l.cum exhibuisset, ff. de public.& vectigal.* quæ penitus his concurrentibus cessat.

Tertius est casus, quando agitur de iisdem officiis publicis, quoad cōmodum Principis, & Reipu-

12 blicæ, & tunc per exhibitionem delinquentis nonexcusantur nominatores, sed tenentur erga Principem, vel Rempublicam ex juris dispositione, quæ hoc casu introduxit certam actionem, *l.super creandis, C.de jur.Fisc.lib.10.l.exactores, C.de suscept.lib.10.l.1.& 2.C.de pericul. nominat.lib.11.* neque ullibi cautum est, (quòd ego sciam) nominatores in præjudicium Reipublicæ liberam executionem delinquentis habere, cum uti fidejussores actione civili teneantur, *argum. l.2.in fine, ff. ad municip.l.1. in fin.* ibi: *nominaverint, vel fidejusserint, ff.de Magistr.conveniend.glos.in l.fin.verb. nominatorem C.de peric.nomin.lib 12.* cum hæc officia quoad Rempublicam, & ejus utilitatem, uti privata habenda sint, nec contra eam possint prærogativam hanc habere, advertendum tamen est, quod ex capite hoc nequaquam tenetur nominator ad commodum privatum, ut in *dicta l.2.* & juxtà allegatam *glos.* sed quoad privata solum tenentur ex maleficio eo modo, quo supra declaravi in 2. *casu*. Sunt aliqui nominatores, qui non tenentur ad publicam utilitatem, de quibus vide *glos.in rubr.C.de peric.nomin.lib.11.* & in juribus allegatis, & ad hunc tertium casum referendi sunt *text.in dicta l. exactores, & in l.ex facto, ff.de negot.gest.* & ità nihil obstant supradictis, procedunt & in 2. *casu*, existimo enim in *dicta l. ex facto* datum fuisse subcuratorem à Republica, Curatori principalitèr eum, quem ipse nominaverat, ut oratio dictat, alioquin rigorosa esset decisio, & adhuc notandum est hoc tertio casu ex culpa levi non dari actionem contra hæredes hujus magistratus, qui nominavit, ex traditis supra *art.3.vers.7.& art.17. vers.approbata*, ibi: *hac autem actio datur.*

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Substituens in officio num liberetur per exhibitionem substituti delinquentis, vel teneatur in solidum ad quantitates, ad quas fuerunt condemnati substituti.*

2 *Clausula quæ apponi solet de stylo Regiæ Cameræ in instructionibus, quæ dantur substitutis, videlicet quod* ipse substituens teneatur principaliter, & in solidum *quid operetur.*

3 *Et quid uno delinquente ex pluribus hæredibus participantibus in officio.*

4 *Officialis an teneatur pro delictis familiæ, vel executorum.*

OBSERVATIONES Ad Artic. XIII.

Distinctionem hanc traditam per *Authorem* in terminis juris communis, quod substituens non liberatur per exhibitionem substitu-
1 ti semper quod agitur de officiis publicis ad commodum Reipublicæ insequitur *Reg. Rovit. in decis.79.qui num.*19. tradit *Authoris* verba, & secundum illam decisum refert per Regiam Junctam coram Generali Visitatore esse condemnandos Officiales substituentes in solidum ad easdem quantitates, ad quas fuerunt condemnati substituti; hac eadem distinctione usus fuit *Consil.Carlev. de Judic in Apolog. ad hanc Rovit.decis.79.num.5.* quam dicit illam non didicisse ab insigni Viro Regente Caymo, sed suo labore, & cogitatione attigisse, *Reg. Galeot.respons.fiscal.*11. quod fuit editum in eadem causa, & refert eandem, & alias decisiones, cum quibus concurrit stylus Regiæ Cameræ adiiciendi in substitutionibus, & instructionibus clau-
2 sulam, *dummodo ipse substituens principaliter, vel in solidum teneatur*, ut testatur *num.*27. quæ clausula operatur, ut directè, & principalitèr ipse substitutus teneatur, *Reg.Rovit.citat.decis.79.nu.*11.*&* 12. videndæ sunt decisiones *Reg. Reverter.*325.*&* 206. & aliæ allatæ per *Reg.de Philippis dissert.*14.*à n.*143.*cum seqq.& Consil. Rocc.de substit.in offic.rubr.*4.*nu.*44. *&* 45. ubi
3 quod existentibus pluribus hæredibus participantibus in officio, uno delinquente omnes tenentur, quibus tantum superest actio pro indemnitate pro eo, quod passi sunt ex *text. in l. quoties, ff.ad municip.*

Item Officialis tenetur de delictis familiæ, nempè pro extorsionibus commissis, per famulos, &
4 executores, quos secum ducit, juxtà *text.in l.*1. *C.ad l.Jul.repet.* & adest in Regno specialis provisio, *cap.incip.Item prædicti secreti* 62. *secundum ordinem de Nigris, Menoch. Carrab. & Reg.Galeota* laudati per *Reg.de Mariis ad Revert.decis.*260.*num.*3. *DD.* cumulati per *Consil. de Altomar. in fecundis observat. ad dictam decis.*79.*Reg.Rovit.num.*1. & per *D.Ageta in suis annotat.ad decis.Reg.Moles in §.*16.*de pœnis qu.*11.*num.*16.*tom.*2. & quando Officialis teneatur ad pœnam criminalem ex criminibus famulorum dixi ad *art.*11.*vers.quatenus in fine.*

Franciscus Maradei.

SUMMARIUM.

1 *Fisci favore mora contrahitur ipso jure.*

2 *Fisci pecuniam retinens ad interesse tenetur.*

3 *Pœna peculatus an transeat ad hæredes mortuo delinquente ante sententiam.*

4 *Pœna peculatus non incurritur hodie per Officiales, seu Thesaurarios, in quorum dominium transit pecunia.*

5 *Et quid si Thesaurarius sit simplex Custos pecuniæ.*

6 *Exactores pecuniarum Fisci cum onere numerandi Thesauraria, an incidant in crimen peculatus, si convertant pecuniam in usus proprios, vel potius teneantur de residuis, & nu.* 7.8.9.*&* 10.

ARTICULUS XIV.

An Exactor tributorum teneatur Fisco ad interesse ob moram, & ejus hæres ad pœnam.

Speciale est in Fisco, quod mora committatur ipso jure, *l.quidam,§.Fiscus,de usur.Peregrin. de Jur.Fisc.lib.*6.*num.*7. & idem *Joann. de Pla-*
1 *tea,l.unic.num.*10. *C.de fiscal.usur. lib.*10. præterea cum regulariter ob moram debeatur interesse, satis expeditum est retinentem pecuniam Fisci teneri ad interesse, *l.fin. de administr. rer.*
2 *ad Civit.pertinent.in princip.* tantò magis si lege municipali specialiter cautum sit de tempore intra quod teneantur susceptores isti pecuniam exactam Thesaurario generali numerare, ut sæpè contingit; de quo *Dec. cons.*6. etsi illam convertit in usus proprios tenetur ad maximas usuras, *l.qui sine* 38.*ff.de neg.gest.* Verùm diligenter advertendum erit, an re vera Fiscus passus sit, nam cum ipse non solet suis creditoribus interesse solvere, dicta *l.cum quidam, §.Fiscus ff.de usur.* quæ abusu etiam ad interesse extensa fuit, & plerumque si pecunia, de qua agitur, non sit adeò grandis, & Fiscus verisimiliter reditus, vel cambia percepisset, difficile erit hujusmodi interesse admittere, quod hodiè solùm loco usurarum præstatur, & si quis fortè teneretur ex persona substituti, vel Procuratoris sui, qui exigit pro ipso ignorante illum exegisse pecuniam,

de qua agitur, nequaquam tenebitur ad interesse, cum non ex pacto, sed ex mala administratione tantum eo casu teneatur ad formam *l. Lucius, §.Paulus il 2. & l.constitutus, ff.ad municip.* ut dicam *art.seq.*

Major dubitatio est, an agi possit ad pœnam contra hæredes mortuo delinquente ante senten-
3 tiam, & in hoc primo loco est advertendum non agi de crimine peculatus, *l.crimen, ff.ad l.Jul.peculat. Peregrin.de Jur.Fisc.lib.4.tit.5.num.31. in fine vers.sextus casus*, etiam si ignoratum fuit delictum ex communi opinione, de qua *Farinac. qu.crimin.10.num.12.Clar.§.fin.qu.51. vers.sed quæro secundo*, nec contra hæredem agi posse, nisi intra annum à die mortis delinquentis, ut probatur *l.fin.ff.ad l.Jul. repet.* dum illa æquiparatur quoad hoc, de quo agitur, crimini peculatus, repetundarum, & de residuis, & in hoc cavetur dari tantum actionem intra annum contra hæredes in crimine repetundarum; ergo & idem erit in criminibus peculatus, & de residuis ex æquiparatis, quod in specie dixit *Alciat. cons.100.aliàs cons.12.num.32.in fine lib.5.*

Tertiò, quod crimen peculatus non committitur ab officiali, cujus periculo pecunia stat, sed solum à privato, *l.sacrilegii, §.Labeo, & §.autem aliàs est, l.peculatus, ff.ad l.Jul.peculat.* ubi *Bart.*
4 *& Alber.* hinc inferunt *Interpretes* Thesaurarios Fisci hodie esse excusatos à peculatu, cum tales Officiales sint, quorum periculo pecunia est, *Alciat.dicto cons.12.lib.5.Decian. tract.crimin.lib.8.tit.32.num.4.Bursat.cons.325. nu.26. Menoch.de arbitr.cas.586. nu.24.* qui addit nec eos teneri de residuis, in quo tamen contrarium videtur sentire *Bart.* ubi supra, ubi dicit massarium communis teneri de residuis, qui massarius debet pecuniam expendere in aliquam causam publicam, & non in proprium usum convertere, sed quid si Thesaurarius sit simplex custos pecuniæ, ut in casu suo latè probat, *Surd. cons.*
5 391.*num.*15. an tunc tenebitur crimine peculatus, vel de residuis, & sanè crimine peculatus non tenetur, nam licet dominium pecuniæ publicæ in ipsum nec transeat, tamen ejus periculo uti Custodis stat pecunia ex dict. *§.Labeo, & §.si autem, Menoch.dicto cas.586. num.21.* & credo eum non teneri, cum non sit deputatus ad expendendam pecuniam publicam in aliquam certam causam, quo casu solum datur actio de residuis, ut colligitur ex *l.2. l.4. l. sacrilegii, §.quocumque, ff.ad l.Jul.peculat. Decian. dicto lib.8. cap.32. num.5.*

Dubitatur igitur an exactores pecuniarum Fisci cum onere eas numerandi Thesaurario genera-
6 li, de quibus agitur si converterent pecuniam in usus proprios, incidant in crimen peculatus, vel de residuis, itaut contra hæredes detur actio, nam si his criminibus non tenentur, satis etiam de pœna cum hærede ob crimen publicum agi non posse, & quoad peculatum constat ex his, quæ supra dicta sunt, eos non teneri, cum sint Officiales, & eorum periculo pecunia stet, & de residuis autem jure merito dubitari potest, nam quod non teneantur, arguitur primò ex *l.2. & 4.ff.ad l.Jul.peculat.* junctis his, quæ dixit *Decian.dicto cap.32.num.5.* constat enim ex his juribus crimen de residuis committi solum ab eis, qui receperunt pecniam publicam expendendam in aliquam certam causam, quales non sunt homines exactores. Secundò, quia dominium pecuniæ transit in hos exactores, quibus illa numeratur, *Dec. cons.6.col.2.vers.2. ista conclusio*, & ità non agitur de pecunia publica, sed privata, & per consequens non potest considerari crimen residuorum, *Castr.cons.141.num.4. lib.1.* quem sequitur *Decian.dicto cap.32.n.8.*

Tertiò, ex *l.diù, C.de suscept. lib.10.* quo loco Imperator loquens de his susceptoribus statuit tantum eos diù non tenere publicam pecuniam, nullam mentionem faciendo de crimine residuorum.

Quartò, ex *l.cum quidem. §Fiscus, ff.de usur.* ubi eos ad usuras teneri cavetur, & nihil præterea dicitur de pœna.

E contra, quod de residuis teneatur probatur primò, ex *l.9.§.lex Julia de residuis, ff. ad l.Jul.pe-*
7 *cul.* ubi exigens pecunias Fisci ex locationibus, & aliis contractibus tenetur de residuis, licet eam non susceperit expendendam in certam causam.

Secundò, ex *l.sacrilegi, & l.cum eo autem dicto tit.* ubi probatur, qui accipit pecuniam inferendam
8 in Ærarium, & sic numerandam Thesaurario, nõ tenetur de residuis, quia privatus eam debet Fisco, ergo si Officialis ad hoc deputatus id faceret, omninò teneretur, propterea cavetur ibidem, ut etiam privatus post annum de residuis teneatur, multò igitur magis Officialis.

Tertiò, quia satis isti dicuntur recipere pecuniam publicam numerandam in certam causam, cum
9 illam teneantur numerare Thesaurario, ut in promptu sit pro publicis necessitatibus, quod dicitur procedere etiam si per numerationem transiret dominium ex generalitate, dicta *l.2.ff. ad l.Jul.pecul. Menoch. cons.586. num.2.* quamquam verius sit non transire dominium, ut latè tuetur *Surd.cons.391. num.14.* licet ratione custodiæ debitæ eorum sit periculum, ut ibi per *Surd.cons.4.* quia cum pœnam imponat lex municipalis, videtur argumentum dictæ *l.Sacrilegi in fine.*

Quartò, quia ità in specie firmat *Pereg. de jur. Fisci lib.6.tit.3.num.8.* & hanc opinionem ego se-
10 quor, dum in proposita quæstione agitur de crimine residuorum, & per consequens datur actio ad pœnam contra hæredem intra quinquennium à die commissi delicti, & intra annum à die mortis delinquentis.

SUM-

S V M M A R I V M.

1 *Mora contrahitur ipso jure favore Fisci.*
2 *Moræ irregularis privilegium contrahitur nedum in favorem Fisci, sed favorem Ecclesiæ, & minorum etiam existentium sub patria potestate num.3.*
4 *Fiscus non potitur privilegio moræ irregularis contra personas pariter privilegiatas.*
5 *Officiales pecuniarii, prout sunt Perceptores Provinciarum, num teneantur*, l.Jul. pecul. vel de residuis *ob pecuniam conversam in proprios usus.*
6 *Perceptores an teneantur amissa pecunia ex aliquo casu, vel sinistro accidente.*

OBSERVATIONES Ad Artic. XIV.

ACcedit *Horat.Montan.de Regalib.offic.n.63. vers.num autem Officialis, & vers. nec demum obstat*, ubi quod favore Fisci mora contra-
1 hitur ipso jure, & sine die, & sine interpellatione, quando agitur directè contra Officiales, penès quos remansit pecunia fiscalis, juxta stylum passim servari solitum per Reg.Cam.de quo testatur *Reg.Moles*,quod procedit etiam si ageretur contra hæredes Perceptoris, vel Administratoris rerum fiscalium, ut decisum habetur apud *Reverter.decis.65.lib.1.*

Et nedùm favore Fisci contrahitur mora irregularis,sed favore minorum,& Ecclesiæ,ex *text.in*
2 *l.in minorum,C.in quib.caus.restit.in integr.non est necessar.* & ex aliis cumulatis per *Reg. Merlin.controv.16.num.16.cent.1.*hocque præscribere sibi locum etiam favore personæ privilegiatæ in minori etate constitutæ habentis pa-
3 trem voluit *Reg.de Marinis lib.1.suar.resolut. cap.200.num.13.*

Restringitur hoc fiscale privilegium, ut illo Fiscus uti non possit contra supra notatas personas ha-
4 bentes coæquale privilegium, ideoque si contingerit hæredem Administratoris bonorum fiscalium esse minorem,pupillum, vel Ecclesiam non poterit Fiscus uti hoc privilegio moræ irregularis; sed utitur jure privati, ut benè ratiocinatur *Reg.de Marinis in observat.ad decis.652. Reg.Reverter.à num.7.lib.1.* sequitur *Cons.de Altimar.in observat.ad decis.Roviti 90.nu.8.*

Accedit secundò, quod Officiales pecuniarii, prout sunt Perceptores Provinciarum, converten-
5 tes pecuniam fiscalem in usus proprios tenentur *l.Jul. pecul.vel de residuis, Reg.Reverter.decis.14.decis.112. decis.226.* ubi habetur teneri de peculatu ea ratione, quia dicti Perceptores dicuntur exactores, & non custodes pecuniæ fiscalis, juxtà *tit.C.de exactor tribut.lib.10.& de suscept.& archivar.lib.11.& de execut. & exactor. lib.12.* comprobat *Reg. de Marinis in observat. ad dictam decis. 226.* ubi refert *decis.7. Reg.de Ponte, & num.4.* ex eadem ratione advertit dictos Perceptores non teneri quando pecunia fuerit amissa ex aliquo casu, vel sinistro
6 accidente, semper & quando culpa non præcedit casum, juxtà *decis.ejusdem Reg.Revert.181. & 182.* addendus est *Reg. Capyc.Latr. consult. 33.* & plenius *consult.34. num.10.11.12. & 13.* ubi agit num dominium pecuniæ fiscalis transeat in Perceptores, qui vigore *Pragm.2.in §.7. de Offic.Proc.Cæsar.* statim quod exigunt ducatos quingentum tenentur transmittere ad Regiam Thesaurariam, ubi quolibet mense tenentur mittere carrugium, ut plenius dixi in *observat.ad Pragm.75.in §.8.de offic.Procur. Cæsar.*

Franciscus Maradei.

S V M M A R I V M.

1 *Procurator Cæsaris num in administratione rerum Fisci teneatur de levi culpa ad totale interesse.*
2 *Et quid si dolus, vel fraus intervenerit.*
3 *Et num ob culpam in administratione teneantur tantum pro modo culpæ, vel ex quasi maleficio, vel ex contractu inito cum Principe, & num.4. & quid si culpa intervenerit in locando, vel vendendo res Fisci nu.9.*
5 *Officialis qui tenetur ex culpa levi mitius punitur arbitrio Judicis.*
6 *Exactores tributorum negligenter se gerentes in exigendis tributis puniuntur amissione salarii, & tenentur ad interesse, & distinguuntur plures casus num.7. & 8.*
10 *Tutores, Curatores, & Magistratus, qui eos derũt, tenẽtur ex levi culpa ad totale interesse.*
11 *Ponderatur* text.in l.final.ff.de administrat. tutor.*& refertur observantia num.* 12.

ARTICULUS XV.

Ad quod interesse teneatur Procurator Cæsaris ob culpam levem.

QUæstio hæc procedit, quando solum intervenit levis culpa, vel si major, quando non est latissima, itaùt æquiparetur omninò dolo, quo casu non potest agi criminalitèr, sed tantum civilitèr ad damna, & interesse, ut supra
1 vidimus *art.5.* & quod teneatur ad totale interesse facit, quia Procurator Cæsaris in administratione rerum Fisci tenetur de levi culpa, cum obligatus sit ad diligentiam præstandam, *l.1.* in illis verbis: *non enim alienare rem cæteris, sed diligenter gerere commissum est, ff. de offic. Proc. Cæsar. Auth. ut Jud.sine quoq.suffrag. §.eos autẽ*, ibi: *Fiscalia vigilanter inspicere*, & *§.illud, versic.oportet quoque*,quamvis de magistratu agatur, *l.quis-*

Digitized by Google

l.quisquis, *C. arbitr. tutel. l.non similiter*, *ff. de Magist.vers.ad evitanda*, ergò est, ut si fuerint negligentes, & in culpa levi, teneantur ad totale interesse erga Fiscum, sicuti de Tutoribus dicitur, *d.l.quisquis*, *C.arbit.tutel.*& de magistratu, qui in subsidiū teneatur erga pupillum, passim legitur *tot.tit.de magistr.conveniend. & sic*, *ff. de Curat. furiof. l.fin. ff. de administr. rer.ad Civit. pertin.in princip.* ibi: *Sortis periculum ad Curatores pertinere*, & paulò infrà, *item rescripserunt Curatores, si negligenter in distribuendis bonis se gesserunt in sortis periculum se teneri*, &c. & generalitèr de quolibet, qui ex officio, quod administravit, conveniatur, dicit *text. in l.Lucius*. *ff.ad municip.* quod in damnum sortis substitui potest, alioquin deterioris conditionis esset fiscus, quam sunt privati, quod nullo modo est admittendum.

Verum est, quod ratione hujus culpæ ob damnum ab aliis datum, pro quibus tenetur, licet principaliter ad hos, nō ad ipsum spectet, cum ex *glos.*
2 *in l.fin.C. de magistr. conven.* non tenetur Officialis ad usuras, *l.Constitutiones*, & *dicta l. Lucius*, *§.Paulus*, *ff.ad municip.d.l.fin.in princip.ff. de administr.rer.ad Civit.pertin. l.unic. C.de his qui ex offic. quod administr. conven.lib.*11. *ubi Joann. de Platea* restringit hanc generalem legum dispositionem ad casum, quando levis culpa tantum adest, de qua agimus, secus si dolus, vel fraus intervenit, pro quo est *text. in l.cum quidam*, *§.fin.vers.hoc autem*, *ff.de usur.* ratio autem traditionis illa est, quia Officialis ob factum alienum tenetur quasi in pœnam ratione negligentiæ, ut supra declaratur, unde pœnarum usuræ non debentur, *l.*1.*C.de fiscal. usur.lib.*10. & *Modest.* ponderat in *l.fin.ff.de magistr.conven.* licet contrarium quoad pupillum resolvat, cum magistratus succedat in obligationem tutelæ, secus itaque erit, quando pecuniam publicam penès se retinuit, vel illam in sui usum convertit, tunc enim ex suo facto tenetur, *l fin. in princip. ff.de administr.rer.ad Civit.pertin. Bart. dicta l. constitutiones*, *idem Ioann. de Platea in dicta l. unic.n.*2.& *in fine*, *C.de fiscal.usur.lib.*10. *Peregrin.de jur.fisc. lib.*6.*tit.*7. *nu.*35. Conveniuntur autem Officiales ex culpa levi pro virili, ità tamen, ut pro Collegis mortuis, & qui solvendo non sunt, teneantur, *l. in magistratibus cum l. seq.ff.de magistr.conven. l.si tu*, *C.eod. l. Imperator*, *ff.ad municip.Rebuff.in l.unic. C. de his*, *qui ex offic. quod administr. conven. lib.*11. requirit, quod hæc culpa levis interveniat ab initio in aliquid faciendo, ad hoc ut ex ea teneatur Officialis, alioquin si posteà interveniat in non exigendo, negat Officialem ad quidquam teneri, sed nihil allegat, ideo dubia videtur doctrina.

E' contrà, quod imò Procuratores Cęsaris ob culpam in administratione teneantur solum pro modo culpæ, in quantum Judici conveniens vi-
3 debitur, arguitur ex primo jacto fundamento, quod isti non teneantur ex contractu, vel quasi, sed ex officio, quod gesserunt, *l. Lucius ad municip* ibi: *Qui pro aliis non ex contractu, sed ex officio administrato conveniuntur*, & constat ex *rubr. C. de his qui ex offic. quod admin. conven. lib.*11. dum Ducem dicunt non teneri ex contractu, supple, vel *quasi Peregr. de jur.fisc.lib.*6. *num.*35. tenentur igitur ex officio ob negligentiam quasi in pœnam, *l. Imperator in fine*, illis supra verbis, ibi: *Quoniam collega quidem negligentiæ, ac pęnæ causa conveniatur*, *ff. ad municip. l. fin.* ibi: *Item rescripserunt Curatores, si negligenter in distrabendis bonis se gesserunt, in simplam teneri, si per fraudem in duplum, nec ad hæredes eorum pœnam descendere*, *l.final.ff.de administrat.rer.ad Civit.pertin.* ut dixi ab initio, vera enim est pœna respectu solventis, de quo agimus, licet non respectu recipientis, *l.*1. *§.si plures*, *ff.de eo, per quem factum erit*, *Barbos. l. filiusfamilias* 15.*ff.de Jud. num.*105. hunc igitur magistratum, qui tenetur ex officio, quod administravit in culpam in administratione commissam dicendum est teneri ex quasi maleficio, cum aliquid peccaverit, nec actio ex contractu sit constituta, *l.ex maleficio*, & *l. si quis absentis ad fin.ff.de action. & obligat.* quod suadent, tùm id, quod de pœna dixi proximè, tùm quod non transeat actio contra hæredes, de quo paulo antè, tùm quod usuræ non debeantur, cum agatur de pœnis, vt suprà monui, quibus sic stantibus comprobatur hæc contraria opinio, ratione, lege, & authoritate, ratio illa est, quia si Officialis tenetur hoc casu ad interesse fisco tamquam parti, quasi in pœnam ob negligentiam, consequens est, ut si culpa sit levis, pęna hæc interesse moveretur ab arbitrio Judicis, ubi aliud à lege non sit expressum, cum levis culpa ordinariè mitius puniatur, *Farinac.qu.*87. *num.*83. & 84. & pro modo culpæ pœna sit decernenda, *l.milites de Custod. reor.*

Lege corroboratur, nempe ex *l.fin.de var.ex extraord. crimin. cognit.* & *§. primo Instit. de obligat. quæ ex quasi delict. nascun.* de quo supra *art.*5. ubi cavetur Judicem malè judicantem, qui te-
4 netur ex quodam contractu inito inter Principem, & ipsum ad exhibendam justitiam subditis, ut perpendit *Amed. de syndic. n.*69. & 70. teneri ex quasi maleficio ad interesse partis, quatenus Judici conveniens videbitur pro modo culpæ, ut Interpretes declarant, qui ejus legis decisionem extendunt ad alia facta iniusta Judicis extra sententiam, *Farinac. qu.*111. *n.*443. item ad casum, quando ob negligentiam ex culpa levi Judex lędit partem, *Boss. de Official. corrupt.n.*24. *Alex.l.*4. *§.in eam n.*2.*ff. de damn. infect.Farinac. loco cit. n.*404. & 411. nam cum qualitas culpæ sit fundamentum condemnationis, quæ æqualiter concurrit, quomodo committatur, vel judicando, vel aliter faciendo, vel negligendo, *Bald. l. quæ fortuitis n* 41. *C. de pignor.*

Digitized by Google

gnor.action. consequens est, ut eodem modo puniatur, cum etiam in quolibet casu ex eodem jure teneatur, nempè ex quasi maleficio, ut supra dixi *art.5.* quæ omninò cum concurrant in casu nostro, ut suprà in præmissis declaravi, omninò ut ille terminandus est secundum dispositionem *l.fin.*

Authoritas enim Interpretum accedit, nam *Bald. in l.quæ fortuitis n.43. C.de pig.act.* quem sequitur *Paris de Puteo ubi supr.* ab initio factum

5 generale docent in quocumque casu, in quo magistratus tenetur, ut supra ex culpa levi mitius puniatur arbitrio Judicis, & ponderandum est, quod non agit de solo Judice, sed generalitèr de omni magistratu conveniendo, unde necessariò includit magistratus allegando *tit.de magistr. conven.* & res alienas administrantes, alioquin defectuosa esset ejus distinctio; Idem præsupponit *Rot.Lucens.dec.1.n.5* & adest *text. in l. Judices, C. de annon. & tribut. lib.10.* ubi *Joann. de Plat.* ex qua lege negligens in exigendis tributis punitur solum in amissione salarii, de quo *Farinac. ubi suprà num.417.* & notum est à *text. & DD.* admissum esse, quod ulterius teneantur ad damna, & interesse.

Resolvendo igitur plures casus existimo distinguendum esse. Primus est, quando à lege ali-

6 quid expressum est, & tunc id ad unguem observandum esset, ut per *Alex.* & alios in *l.4. §. in eum, ff.de damn. infect.* prout in *dicto §. in eum, & l. fin. C. ut in possess. legat. l. missi opinatores, C.de exact.tribut.lib.10.& l.Actuarii,* ubi *Bart. C.de erogat.milit.annon.lib.12.*

Secundus est, quando nihil particularitèr est à jure determinatum, & versamur in Judice justi-

7 tiam administrante, & tunc res caret omni difficultate, quia pro modo culpæ tenetur, *l.fin.ff.de var.& extraord. cognit.* licet cum damna inferat extra scientiam, vel ex negligentia, ut supra dictum fuit, ideò Judex non carceratur, sed tantum in quantū facere potest, condemnabitur, *Bald.d.l.quæ fortuitis n.43. C.de pignor.action.*

Tertius est casus, quando nihil particulariter est à jure determinatum, & versamur in magistratu,

8 qui iurisdictionem habet junctam cum administratione rerum Civitatis, vel fisci, & tunc distinguo, aut enim culpa intervenit in faciendo aliquid, vel non authoritate judiciali, ad quod ex officio tenetur magistratus, qui annexam habet rerum fiscalium administrationem, ad hoc solum tenebitur magistratus, in quantum Judici conveniens videbitur, *Ripa l.4. §.hoc autem iudicium num.94.ff.de damn.infect.*

Aut enim culpa intervenit circa ea, in quibus solum, ut administrator considerari potest, ut pu-

9 ta in vendendo, vel locando, tunc majus est dubium secundum adductum, si ex contractu, vel ex eo officio conveniatur, quod magis accedit obligationi ex quasi maleficio, ut supra dixi, in præmissis, benignius est, ut idem statuatur, cum semper agatur de culpa in officio, sivè ea versetur in non administranda justitia ei credita, & utroque casu hanc æquitatem dignitati, & magistratui tribuendam esse, *l.constitutionibus ff.ad municip.* in illis verbis (*reliquorum usuras neque ab ipso qui ex administratione honoris reliquatus est exigi.*)

Non obstat quod hujusmodi magistratus teneatur de levi culpa, quia id fateor, sed contendo eum ex officio conveniri, & prò modo culpæ arbitrio Judicis tantum puniri, quando nihil in contrarium à lege in casu occurrenti determinatum est, & hoc pacto declarandum est id, quod dieit *Amed. de Sindic.num.72.vers.item tenentur qui sunt negligentes.*

Non obstat quod tutores, & magistratus, qui eos dederunt, teneantur ex levi culpa ad totale in-

10 teresse, quia quoad tutores, idest, dum ex quasi contractu tenentur, conveniuntur, *leg. ex maleficijs, ff. de action. & obligat.* hic autem magistratus magis tenetur ex quasi maleficio ad delicta, ut supra in præmissis dictum fuit, quo vero ad magistratus, qui tutores dederunt, dico eos teneri, quia statutum est, ut condemnatio detur in eos, sicut in tutores, *l.fin.ff.de magistr.conven.* quod etiam spectat, *l. quod ad hæredes in fine, ff. eod.*

Non etiam obstat, *l.fin. ff. de administr. rer. ad Civit.pertin.* dum ait Curatorem teneri ad dam-

11 num sortis, quia Curatores isti non habent bona, dignitatem, neque jurisdictionem, uti magistratus, *l. cura, & l. cujus muneris, ff. de muner. & honor.* sed ipsi à magistratibus deputantur, *l. Lucius, ff.ad municip.* & de eisdem loquitur *eadem lex Lucius* in verbis in contrarium ponderatis. Prætereà non intendit, *text.* in locis *præalleg.* decidere, quod ad integram sortem teneantur ex levi culpa ad usuras, & incidenter addit, quod teneantur tantum ad sortem, & ideò super hoc non potest fieri fundamentum, sed illud erit supplendum, plus, & minus pro modo culpæ temperatur, secundum opinionem firmatam, quod faciendum esse in Judice dixit, *Bald. in dicta l.quæ fortuitis num.43.* ut scilicet si culpa non sit magna non condemnatur ad interesse totale, sed tantum ad sortem; Cæterum si culpa esset latissima, & Judices ad totale interesse debent condemnari, ut ibi per *Bald.* & *ibidem operum Curatores, ad integras tenebuntur*, ut supra dixi, *l. cum quidam §.fin. ff. de usuris*, quorum loco hodiè successit, at ex eadem ratione si minima sit culpa, vel talis, quæ arbitrio Judicis non tenereatur pænam totius sortis, temperari poterit condemnatio, *Bald.num.43. Amed.num.129.*

Nec obstat ultimo loco, quod deterioris conditionis esset Fiscus, quam privatus, quia data parita-

12 te terminorum nulla est differentia, cum etiam privatus in his quæ spectant ad curam magistratus respectu sui interesse eodem jure utatur, *ut supra*

supra in 2. *cas.* visum fuit, & si in favorem Fisci introductum est, ut idem qui rerum fiscalium curam habet, fit etiam ejus Judex, & sic magistratus constituatur, quod speciale, & favorabile est privilegium, non debeat postea esse in considerationem, quod in consequentiam tanti privilegij sequatur hoc modicum damnum, quod is administrator uti magistratus pro modo culpæ tantum teneatur, & non ad totale interesse pro qualibet culpa, & ità observatum fuit, stante maxima incertitudine interesse, & ejus illiquiditate, & cum aliqui de prædictis dubitarent, reservavimus etiam jure Fisci in judicio civili ad totale interesse, in aliquibus casibus majoris culpæ.

SUMMARIUM.

1 *Officiales habentes administrationem rerum fiscalium num teneantur de levissima culpa, & affertur distinctio*, Bald. & Reg. Revert. *quam* Author *amplectitur.*
2 *Officialis an teneatur actione criminali pro levissima culpa.*
3 *Exactores tributorum ad quid teneantur pro negligentia in exigendis tributis.*

OBSERVATIONES

Ad Artic. XV.

AGit hic *D. Author* num Officialis malè se gerens in administratione rerum fisci, prout
1 est Procurator Cæsaris teneatur de levissima culpa, & in hoc *DD.* non sunt concordes nam affirmativam partem secuti sunt *Reg. Rovit. decis.* 36. *& Boler. de decoct. debit. fiscal. tit.* 1. *qu.* 11. *nu.* 4. *&* 9. & contraria negativa desumitur ex juribus loquentibus in tutoribus prout est, *text. in l. tutori* 20. *ff. de negot. gest. & in l.* 1. *C. de tutel. & ration. distrah.* & ex alijs cumulatis *per D. Calderò in decis. Cathal.* 96. *à nu.* 7. *tom.* 2. Sed mihi placet distinctio *Baldi in l. quæ fortuitis C. de pign. act.* quam sequitur *Reg. Revert. decis.* 182. & distinctio est, aut magistratus procuravit officium, & tenetur de levissima culpa, aut illud non procuravit, & tunc tenetur de dolo, & levi culpa, eandemque distinctionem amplectitur etiam respectu tutorum *D. Reg. de Marinis in observat. ad eandem decis. à num.* 1. *cum seqq.*

An autem subintret actio criminalis pro coercendo delicto, in cujus commissione non potest
2 considerari, nisi levis, vel levissima culpa, videndus est idem *de Marinis cit. loc. nu.* 10. *& D. Calderò decis.* 94. *nu.* 4. *Altimar. in observat. ad decis.* 36. *Reg. Rovit. nu.* 36.

Respectu Exactorum tributorum negligenter se gerentium in exigendis tributis, de jure com-
3 muni habemus dispositionem, *text. in l. nisi opinatores*, *C. de exact. tribut.* & de jure Regni *Pragm.* 5. *in* §. 10. *de Adminis. Univers.* & respectu Perceptorum recurrendum est *ad Arrestum Reg. Cam.* 560. *&* 647. apud *Reg. de Marinis, & ad Reg. Moles de exact. funct. fisc.* §. 3. *q.* 3. *&* 4. ubi tradit praxim Reg. Cam. & ad tradita per nos *in observat.* 56. §. 169 *nu.* 3.

Franciscus Maradei.

SUMMARIUM.

1 *Procurator fiscalis num dicatur prævaricator, si reum defendat, & contra eundem agat ad sententiæ executionem in eadem causa latam.*
2 *Prævaricationis crimen quando committatur.*
3 *Prævaricator non dicitur Procurator, vel Advocatus, qui postquam factus est tutor patrocinatur contra Clientes, quos priùs defenderat.*

ARTICULUS XVI.

An Procurator fiscalis dicatur Prævaricator in quodam casu.

PRocurator fiscalis aliquando privatum Reum defendit, contra quem posteà agit ad exequendam sententiam capitalem aliqua de causa
1 latam, unde dubitatum fuit, an possit dici Prævaricator, & facilis fuit resolutio in casu proposito, tum quia in executione nihil dubitabatur de iis, in quibus ille olim intervenerat Reum defendendo, & sic penitus erat diversa causa, *glos. in l. fin. ff. de postul.* tum quia non poterat constare ex actis eum fuisse Procuratorem, sed tantum per testes, quo casu Fiscalis non posset abstinere, si vellet, vigore *Constitut. Siculæ*, de qua *Mastrill. decis.* 151. *col.* 1. *vol.* 2. sed tamen ultra hoc consideratum etiam fuit, nullo pacto posse agi de crimine prævaricationis, cum illud
2 solum committatur, quando quis adest corpore, & animo abest, & ità causam prodit, non autem quando quis animo, & corpore abest, ut hoc casu, *Bart. l.* 1. *ff. de prævaricat.* quod communiter receptum est *Boss. tit. de prævaricat. num.* 5. *Menoch. de arbitr. cas.* 323. *num.* 50. *Farinac. qu. crimin.* 4. *num.* 14. *ad fin.* tunc enim solum pœna falsi teneretur, si secreta partis sibi credita revelavit, ut ibi per eos, quæ revelatio in præsenti causa non proponebatur.

Secundò, quia stante necessitate officii, cum sit Procurator fiscalis excusatur, si executionem
3 sententiæ procuravit, uti tenetur, ut in simili de Procuratore, sive Advocato, qui factus tutor hæredis adversæ partis patrocinatur contra eum

Digitized by Google

eum, quem prius defenderat dixit *text. in l.fin. ff.de poſtul.*& deciſionem illam de tutore extendendam eſſe ad Procuratorem, ſeu Patronum Fiſci in hac materia ſatis colligitur in ſimili, ex *l.poſt legatum,§.qui accuſavit,in fin.in l.tutorem, ff.de iis, quæ, ut indign.* facit *l.* 12. *C. de delat. lib.* 10.

SUMMARIUM.

1 *Procurator Fiſci an incidat in crimen prævaricationis.*
2 *Advocatus unius partis adverſus Fiſcum, qui fuit aſſumptus ad munus Fiſci Patroni non poteſt eſſe Advocatus Fiſci in dicta cauſa abſque crimine prævaricationis.*
3 *Prævaricationis pœna eſt arbitraria.*
4 *Sententia lata per prævaricationem,& colluſionem, num reſcindenda veniat per viam reſtitutionis in integrum, vel nullitatis.*
5 *Sententia malis artibus extorta non comprehenditur ſub Statuto reſtringente tempus ad proponendum nullitates.*
6 *Fiſci Patroni Regiarum Audientiarum Regni an poſſint coerceri judicio ſyndicatus, & n.*8.
7 *Fiſci Patronus Audientiæ Provincialis ſolet eligi ad dirimendam paritatem diſcrepantibus Auditoribus in cauſa civili.*
9 *Conſuetudo non parendi ſyndicatui non ſuſtinetur tanquam contra bonos mores.*

OBSERVATIONES Ad Art. XVI.

Quoad prævaricationis crimen quod forſan per Fiſcum committatur, recurrendum eſt ad *Anton. de Matthæis de criminib.lib.*
1 *47.ff.tit.9. de prævaricat. c.*2.ubi *n.*6.hæc verba profert: *Quartò, atque ultimo quæri poteſt, an quod de accuſatore hic dicitur, id idem producendum ſit ad nuntiatorem, ad edictum, vel procuratorem Fiſci,ad Fiſci Advocatum;quod Procuratorem Fiſci attinet,diſtinguendum inter jus Romanum, & Mores; Jure Romano Procurator Fiſci, neque accuſabat, neque cauſam Fiſci perorabat, ſed id fiebat à Fiſci Advocatis. Advocati ergo non Procurator incidebant in crimen prævaricationis,l.*3.*C.de Advocat.Fiſc.Moribus verò multarum Provinciarum, ille qui Procurator Fiſci, vel Procurator generalis vocatur, accuſat. & Fiſci cauſas orat, quare ſi colluſoriè id fecerit, prævaricator eſt.*

Advocatus Fiſci, qui fuit Advocatus Partis committit crimen prævaricationis defendendo jura
2 Fiſci contra dictam Partem, pro qua patrocinium præſtitit, niſi in caſu quo uti Advocatus privati defenderet illam partem, cui Fiſcus adhæret *Reg.Rovit.* qui ſic judicatum refert ſuper *Pragm.*15.*in* §.19.*de ſuſpit.num.*22.23. & 24.

Pœna prævaricationis, à qua non ſunt immunes Judices, qui judicant in cauſa, in qua patroci-
3 nium præſtiterunt, eſt extraordinaria arbitrio Judicis, *Gob. conſult.*108. quem refere, & ſequitur *Calderò deciſ.*100 *num.*17.*tom.*2.

Poſtremò hic obſervandum accedit, quod ſententia lata Advocato prævaricante reſcindenda
4 venit per remedium reſtitutionis in integrum, juxtà communem opinionem, quam profitetur *Boſſ.de prævaricationib. num.*16. Sed ego puto reddi nullam ſententiam prolatam per prævaricationem, vel colluſionem, itaut contra taliter abſolutos in cauſis criminalibus poſſe iterum,& de novo procedi, diximus in *Obſervat. ad ſing.* 93.& 95.*noſtri Genitoris num.* 2.

Quibus accedit, quod ſemper quod acciderit proponi ſententiam fuiſſe malis artibus extortam,
5 hæc nullitas non comprehenditur ſub Statuto præfigente terminum ad dicendum de nullitate, *Anton.Merend.controv.lib.*16. *cap.*14. *n.*23. ubi laudat *Ancharan.Ruginell.& Scacc.de appellationib.qu.*19.*remed.*1.*concl.*4.*nu.*58.

Dum hæc imprimenda mandaveram, fui interrogatus, num Fiſci Patroni Regiarum Audientia-
6 rum poſſint coerceri judicio ſyndicatus?Et prima facie videbatur negandum, ex quo non judicant; ſed melius perpenſo dubio affirmativè reſpondendum putavi, ſiquidem Provinciarum Fiſci Patroni, nedum incumbunt multis, & diverſis Delegationibus, & Commiſſionibus, in quibus uti Judices decernunt, ſed etiam quando Auditores non ſunt concordes in decernendis cauſis civilibus ſolent eligi ad dirimendam paritatem, ut fuit proviſum per *Collat.Conſ.ſub*
7 *die* 17. *Decembris* 1574. in margine *Pragm.* 5. *de offic.Mag.Juſt.* quod credo fuiſſe introductum juxtà morem Supremi Conſilii Caſtellæ, & Indiarum Occidentalium, ubi admittuntur Fiſcales ad dandum ſuffragium Judicibus exiſtentibus in ſciſſura votorum,ut teſtatur *Larrea alleg.*1.*num.*19.

Ulterius poteſt accidere, ut Fiſci Patronus condemnari faciat aliquem ad mortem indebitè, &
8 minus rectè extorta confeſſione per tormenta, vel à minore,& tunc tenetur nedum in ſyndicatu, ſed poteſt puniri pendente officio non expectato exitu ſyndicatus, ut accidit contra Fiſcalem Provinciæ Capitanatæ inquiſitum, & carceratum cum Præſide, Auditoribus, & Actuario ob indebitam condemnationem Franciſci Poliarchi minoris, ut habetur ex allegat. Julii Maſtrilli Fiſci Patroni M. C. V. apud *Scaglion. alleg.diverſ.alleg.*1.*à nu.*68.ubi primo loco fuerunt Judices in decernendo, *quod expectetur ſyndicatus*, & poſtmodum determinatum, juxtà illud, quod diximus in *obſerv.ad ſing.*221. *nu.*5. & 6.

Nec obſtat ſi proponatur adeſſe contrariam Conſuetudinem non ſyndicandi Fiſci Patronos de
9 geſtis in Provinciis, quia talis Conſuetudo, qua-

quatenus adesset, tamquam contra bonos mores, & contra utilitatem publicam non suffragaretur ad *text.in l.1.C.si cont.Jus*, *vel util.publ. Berart.in specul Visit.cap.2.nu.9.* & *cap.23.nu. 5.Calderò dec.91.nu.8. Scial. de for.compet. cap. 33.num.204.* & decisum fuit per S. C. de Anno 1673. mandando, ut Actuarius Terræ Campibassi pareret syndicatui non obstante immemorabili Consuetudine allegata, ut patet apud *Ducem Vasti Girardi in Comment sup.Rit.295.nu. 6.tom.4.* quem adduximus in *obser. ad sing.380. num.12.*

Franciscus Maradei.

SUMMARIUM.

1 *Procuratores Cæsaris consentientes, ut subrogetur fideiussor idoneus, num teneantur ad damnum erga Fiscum, reperto fidejussore non solvendo.*

2 *Officialis de consuetudine generali totius Italiæ non tenetur si idoneus non sit fidejussor, sed tantum Notarius.*

3 *Et quid si fideiussor communiter habeatur pro idoneo licèt talis non esset.*

4 *Notarius, sive Actuarius, num possit civilitèr conveniri in Judicio Visitationis, si susceperit fidejussorem minus idoneum.*

ARTICULUS XVII.

De Fideiussoribus.

Quoad fideiussores dubitatum fuit, si Procuratores Cæsaris consenserunt, ut subrogetur fideiussor idoneus, an ipsi ad dam-
1 num passum per Fiscum teneantur, ubi fideiussor subrogatus reperiatur solvendo non esse, dubium inde oritur, quia communis est opinio, quod hujusmodi subrogatio etiam in casibus, in quibus fidejussor potest petere se exonerari, de quibus latè *Menoch.de arbitrar.cas.41.* fieri non possit à Judice invito Fisco, cui jus est quæsitum contra primum fideiussorem, *Bald.Salycet.* & alii in *l.si Pater, C.de collat.Franc.decis.202. Apost.ad Stat. Mediol.cap.414.nu.34.vol.1.* unde cum voluntariè consenserint, tamquam Procuratores Fisci in id, ad quod de jure non tenebantur, videntur gratiosè id facere, & sic suo periculo.

Verùm rigorosa visa fuit mihi hæc opinio, quia dum fecerunt, quod quilibet fecisset, nè deterreantur homines à contrahendo cum Fisco, & consenserunt, ut idoneus loco idonei subrogetur, nulla, potest eis culpa imputari inspecto eo tempore, quod autem evenit, ut subrogatus factus sit non solvendo, & non primus fidejussor, cum è contra esse etiam posset, ut primi fidejussores essent etiam non solvendo, tamquam casus fortuitus, non debet esse eorum periculo, *l.1.§.si Magistratus ad fin.ff.de Magistr. conven.* Præterea antiqua consuetudo est notoria id concedendi passim, satis illos excusare potest.

Secundo approbata fuit consuetudo ferè generalis in tota Italia, quod non teneatur Judex si ido-
2 neus non sit fidejussor, sed tantum Notarius, qui sine mandato Judicis eum recipit, ut solet ubique servari, de quo *Paris de Puteo de Syndic.in verb. fidejussores Officialis cap. 3. num.2. Clar.§.fin.qu. 46. vers. cæterum debet Judex Joseph. Ludovic.decis.33.nu.1. Farinac. q.33.num. 88.p. 1.* qui licet non teneatur, si idoneus erat fidejussor tempore fidejussionis *dicta l. 1. §.si Magistratus conveniatur*, *Paris de Puteo ubi supra nu.2.* & *Farinac.nu. 93.* tamen id probare debet, cum ex inopia præsenti præsumatur in præteritum, nisi contrarium probetur; *Put.cap. 3.Farinac.q. 33. nu. 93.* & probatio concludere debet, quod revera tunc esset idoneus, quia ex quasi contractu tenetur hic Notarius recipiens fidejussionem, sicuti & magistratus, qui illam recepit, *l.si.quis absentis*, alias est, *lex maleficio ff.de act.* & *obligat.* & postea excusatur, si postea casu fortuito non esset idoneus, ut cavetur dicto, *§.si magistratus*, & *dicta l.quod ad hæredem*, licet quando magistratus conveniatur ex officio ob culpam in mala electione excuse-
3 tur si electus communiter habebatur pro idoneo, dato quod talis verè non esset, *Farinac.q. 24.nu.61.* sicuti, & debitor qui ob culpam creditoris deponit pecuniam debitam excusatur si eam deposuit penes idoneum.... licèt revera talis non esset, *l. si soluturus*, ubi *Bart.* & *Castrens.ff. de solut.* hæc autem actio datur etiam contra Notarii hæredem, *§.sciendum Instit.de satisdat. tutor.* ubi tamen per latam culpam, vel dolum minor idoneum susceperit, secus si ex levi culpa, & declarat *glos. in dicto §.sciendum*, & *est text. in l.quod hæredem in fine, ff. de magistr. conveu.*

Tertiò, admissum fuit, quamvis civilitèr agatur hoc casu contra Notarium, *Farinac.dict.q.33.in*
4 *finalibus verbis*, quod tamen in judicio visitationis, quod est instar syndicatus, potest is conveniri, ut de Judice expressè dixit *Bosf. Paris. Farinac.supra allegati*, & ex hoc idem de notario dicendum est, qui de consuetudine ad obligationem Judicis successit, ut dixi, ratio est, quia inquisitio generalis, quæ solum ad utilitatem publicam fit, extenditur etiam ad judicium civile pro damnis datis, seu debitis ab Officiali ratione officii, ut supra declaravi *art.6.8.cas.* Verum quia aliquando res non esset clara, sed majorem discussionem requirit, quam adhibere non potuerit in judicio visitationis ob inordinatum modum procedendi in eo, fuit remissa cognitio ad judicium ordinarium summariè terminandum.

An

Digitized by Google

An verò fideiuſſor Officialis poſſit ex hoc judicio conveniri, vel contra hunc fideiuſſorem exequi ſententiam latam contra ipſum Officialem in judicio viſitationis dixi *ſupra art.2.in fine.*

SUMMARIUM.

1 *Officialis recipiendo fideiuſſorem non idoneum, num teneatur ad intereſſe ex negligentia.*
2 *Officiales favore Fiſci, Univerſitatis, & Eccleſiæ tenentur pro fideiuſſoribus, quos approbarunt.*
3 *Et quid ſi tempore approbationis fideiuſſores erant idonei.*
4 *Officialis ad hoc, ut teneatur de idoneitate fidejuſſorum quomodo mandatum, vel approbatio conſtare debet.*

OBSERVATIONES Ad Art. XVII.

Accedit, quod Officialis recipiendo fideiuſſorem non idoneum obligatur ex negligentia, ſeu ex quaſi delicto, maximè ſi accepiſſet fi-
1 deiuſſorem publicè decoctum, quia tunc tenetur quoque ad intereſſe ex lata culpa, juxtà *text.in l.fin.ff.de Magiſtr. conven. Horat. Montan. de Regal. offic.num. 63. verſ. aut Officialis fol.236.*

Quamvis Officiales de conſuetudine generali totius Italiæ non teneantur de idoneitate fideiuſ-
2 ſorum, ut teſtatur *Author* noſter, tamen favore Fiſci, Univerſitatis, vel Eccleſiæ tenentur Magiſtratus pro fideiuſſoribus, quos affirmaverunt eſſe idoneos, etiam ſine calliditate, juxtà *text.in l.cum oſtendimus 4.§.fin.ff.de fideiuſſ. tutor.* Sed
3 ſi tempore approbationis erant idonei, non tenentur, ſi poſtea lapſi ſunt facultatibus, *l.1. §.ſi Magiſtratui, ff.de Magiſtrat. conven.* quia non coguntur ad præſtandam adverſam fortunam, *Creſp.de Valdaura obſervat.83. num.65. par.2.*
3 regularitèr debet tamen conſtare de judicis mandato, ad hoc ut teneatur pro fidejuſſore non idoneo, *Novar.ſuper Pragm.17.num.16.& 17.de Actuar.* videndus eſt *Reg.Dux Vaſti Girardi ſuper Rit.295. num.37. & 38.tom.4.* ubi quod obſervantia capiendi fideiuſſorem periculo Actuariorum habet locum Neapoli.

Franciſcus Maradei.

F I N I S.



INDEX

INDEX
ARTICULORUM OMNIUM,

Qui continentur in Tractatu de Regia Visitatione ad usum Regis Catholici.

Digitized by Google

INDEX
RERUM, ET MATERIARUM;

Quæ continentur, tam in Obſervationibus, quàm in Tractatu de Regia Viſitatione.

AR-

BENEFICIA.

BIRRUARII.

CLAUSULÆ.

COLLATERALE.

COMMISSARIUS.

CON-

CONTRACTUS.

CORPUS.

CREDITOR.

CRIMEN.

CVLPA.

DAMNA.

DEBITORES.

DECISIO.

DECRETVM.

sia

Gra-

In-

Digitized by Google

Digitized by Google

NOTARIUS.

NOTORIUM.

NULLITAS.

OFFICIUM.

tur

Digitized by Google

dam

Digitized by Google

L I B E R.

L I T E R Æ C A M B I I.

LITERÆ EXECUTORIALES.

LITERÆ INHIBITORIALES.

L I T E R Æ R E G A L E S.

LITIS CONTESTATIO.

L O C A T I O.

LO.

Digitized by Google

NVMMVLARIVS.

OBLATIO.

OBLIGATIO.

OBSERVANTIA.

ODIOSVM.

OFFENSIO.

OFFICIALIS.

Digitized by Google

OFFICIUM.

ONUS.

ORATOR.

PACTUM.

PARITAS.

PARRICIDIUM.

PECUNIA.

POENA.

PRÆAMBULUM.

PRÆEMINENTIA.

PRÆLATIO.

PRÆSES.

Digitized by Google

hoc

Digitized by Google

REGIÆ LITERÆ.

REGIA CANCELLARIA.

REGIUM EXEQUATUR.

REGIA CAMERA.

RELATIO.

RELEVIUM.

REMISSIO CAUSÆ.

REMISSIO MERCEDIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

TORMENTA.

TRANSACTIO.

TRIBVNALIA.

TITVLVS.

TVTOR.

VACATIO.

VASSALLI.

Vas-

Digitized by Google

Vni-

Digitized by Google

FINIS.



Errata nonnulla, etsi non graviora, sed quæ facilè suo Judicio posset Lector emendare, hic advertere placuit, ne communes mores omninò contemnere videamur.

Fol.	Num.	ERRORES	EMENDA
17	25	*dec.Reg.Rever.*169.	*dec.* 469.
38	18	Jure	à Jure
39	1	occasionem	executionem
54	4	observatio	observantiam
55	9	in Capite	ex Capite
56	4	constat	constet
59	13	altecari	altercari
96	7	Barulo	Barense
103	1	sibi vendicare.	*adde*, locum.
112	42	*dec.* 329.	*dec.* 229.
115	39	aautoritatem	auctoritatem
167	18	hujusdictionis	Jurisdictionis
179	15	decret. gen.583.	483.
239 in Summario n.	5	merces	merces subjecta
255	54	permictere	promittere
256	16	*dec.* 46.	*dec.* 56.
257	27	cumque consulitur	cum qua consulitur
334	12	*Rever.dec.*83.	*dec.* 85.
335	12	de quo causa	de qua causa
349	2	imprimendas	imprimenda
395	16	vel concessione	concussionem

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

